c ¶ Peti vſuræ. Adde in quibus caſibus de iure canonico permittitur vſura p gl. ſũmę. xiiij. q. j. ho. iti. de vſur. in. §. an aliquo caſu. Car. in cle. j. in §. ſane. in. xvj. qõ. de vſur. Abb. in c. conquæſtus. in vl. col. de vſur. Bar. in l. ſi cõſtante in. §. quoties. ff. ſolu. mat. Bar. & Io. de imo. in l. diuortio. ff. ſo. ma. bar. in conſi. inci. franciſcus vxorẽ quondã nomine thomaſinã. & vide Ale. & alios ĩ d. l. diuortio. et quãdo petantur vt intereſſe ab eo qui ſolitus eſt negotiari per eũdẽ Ale. in ſuo conſil. cxlj. col. j. in v. vo. & adde ꝙ vſurę de quibus in l curabit. j. de act. empti. debentur etiam de iure canon. vt per Alex. in conſ. lxix. colũ. ij. in fi. in j. vol. Frã. Cur. Et adde tu ꝙ vſurę de quibus in d. l. curabit. dicuntur vſuræ rei cõpenſatiuæ, quæ debẽtur ił iure diuino. ita d. Bar. ſozi. in ſuo cõſi. cxxxij. colũn. j. in princ. & in colũ. iij. ver. ij. vt ibi an tũc debeãtur vt intereſſe emergẽs vel ceſſans et aliquid per ipſum Sozi. in ſuo conſili. clxxvj. per totum. et ibi quando eſt vendita domus, vel venditus fundus ſterilis vel res ex qua non percipiuntur fructus Et quid quando adeſt pactum vt ratione retardatæ ſolutionis debeantur. Stra.

d ¶ Infames. Adde authen gazaros. C. de hær. c. ij. iiij. q. j. c. alie ni. iij. q. iiij. & c. ſi q.

13 temporaliter & in hoc ſeculo: certè imò videtur permittere: quia dat robur ſtipulationi vſurarum quod non fieret ex ſola tolerãtia. Ia. butr. & Bar. dicunt ꝙ de mente iuris ciuilis eſt permittere vſuras ad euitationẽ maioris mali: ſed nõ eſt de poteſtate ipſius: quia in his quæ concernunt præiudicium animæ leges contrariæ canonibus vel iuri diuino nõ valent, & iam factę corriguntur per ius canonicum, vt no. in c. ij. de reg. iu. lib. vj. per glo. † & hoc appareat ſecundum Bal. non valere ſtatuta terrarũ quod vxori paſſæ moram in reſtitutione dotis debeantur vſuræ pro centenario quolibet anno prout eſt in hac vrbe Paduana: quia ſi non valẽt leges imperiales multominus ſtatuta quæ ab eis ſumunt robur. De iſta quæſtio. dixi in l. Titia. ff. de ſol. vbi facio etiã iſtud arg. quod hîc & induco aliam rationem: quia toleratur tale ſtatutum fauore mulierum, ne inducantur ad meretricãdum: vel ſimilia faciendum cum ea dos ſit eius proprium patrimonium. † & eodem modo nõ
14 valet diſpoſitio teſtatoris quod hæres qui tardauit ſoluere legatum, ſoluat pro quolibet tantum pro vſu. is. vt not. Bart. in l. ij. ff. de his quæ pœn. no. Iſtud tamen a eſt mihi dubium: quia teſtator poteſt grauare hæredem prout vult, nec videntur dici vſuræ poſtquam teſtator ita voluit, ſed pœna hęredis, & conſtat quòd valet relictum nomine pœnæ quando præceſſit præceptum
15 poſsibile. vt. j. de his quæ pœnæ no. l. j. † Secundo loco gl. in ver. ſed diſtingue poſito quòd ſint prohibitæ omni iure tam diuino quàm canonico, quàm etiam ciuili, limitat hanc prohibitionem, vt habeat locum quãdo vſuræ petuntur vt lucrum propter retardatam ſolutionem, ſiue debitor fuerit in mora, ſine non, & petuntur ex eo quòd ille vſus eſt pecunia aliena: non propter aliud. Si autem petuntur vt damnum emergens: quia propter retardatam ſolutionem creditor aliquid perdidit de ſuo: & ſic vt intereſſe, tunc poſſunt peti omni iure etiã diuino & canonico per ea quæ not. in l. ſocium qui in eo. ff. pro ſoc. & ideo maritus b paſſus morã ab vxore bene poteſt licitè pe tere vſuras vt intereſſe, quia ſuſtinuit onera matrimonij. vt in c. ſalubriter. & ibi not. per Inn. de vſur. & etiam vẽditor qui rem tradidit, & pretium non recipit, quia caruit fructibus rei ſuæ, & emptor percepit vſque ad quantitatem fructuum. vt l. curabit. cum ibi not. infra de actio. empti. & quod nota Barto. in l. inſulam. §. vſuras. ff. ſoluto matrimo. Ego dico quod etiam tan
c quã lucrũ poſſunt interdũ peti vſurę ſi creditor erat mercator: et cũ pecunia ſua cõſueuit lucrari: & poteſt probari ſaltem veriſimiliter quod ſi eam habuiſſet, tantum fuiſſet lucratus ſecundum communem curſum mercatorum: poteſt illud lucrum perditum tanquam intereſſe petere per ea quę no. in l. iij. §. fin. ff. de eo quod cer. lo. & infra de ſentẽ. quæ pro eo. l. vnica. in fi. cũ ibi no. vbi poteſt peti intereſſe lucri ſicut dãni
16 ꝙ intelligitur mõ p̃dicto. vt ibi no. † In alia gl. ſup ver. infamiã, vt ipſam intelligas oppo. contra text. in fi. ꝙ hęretici nõ ſint infa
d mes, d nec puniantur pœna corporali: quia delinquunt duntaxat contra Deum: & ſic ſolùm Deum debent habere vltorem, & videmus in periuro. j. de iureiu. l. ij. Glo. timore huius videtur dicere ꝙ illa lex hodie corrigatur per iſtã: & ꝙ periurus ſit infamis, e & poſsit puniri corporaliter. Sed quantum ad infamiam doc. tenent contrarium quando iurauit aliqd de præterito. l. Lucius. cũ ibi no. ff. de inſa. Item ſecus ſi de futuro. j. de tranſ. l. ſi quis maior. ſimiliter de pœna corporali ꝙ non imponatur in iuramento deciſorio quod deferatur à parte: nam imputet ſibi pars quæ illud detulit licet in alio fortè ſecus. l. autem iſta non facit ad propoſitum quia non eſt bona argumentatio de hęretico ad periurum: quia primũ delictum grauius eſt: cum hæretici etiam alios inficiant:
17 ſed periurus non niſi ſeipſum. † In glo. ſeq. quæ inci. [quia ſeparatur à communione.] ad quam remittitur. non ex eo ꝙ infamis in
f famia facti f non repellitur à teſtimonio: licet ſecus in infamia iuris. contrarium videtur tenere glo. in l. Caſsius. ff. de ſena. quod idem infamia facti quod infamia iuris. debes autem ſcire illa ꝙ infamia iuris dicitur illa quæ inferẽ ab ipſa. l. ideo habet effectũ l. & infertur aliquando ipſo facto abſq; eo ꝙ quis ſit cõdemnatus, interdum poſtquã eſt cõdemnatus de crimine vel etiam in aliqua actiõe famoſa. Quod dic vt in l. j. ff. de inſa. & iſta repellit à dignitate, & ab honore, & ab omni publico officio, & à teſtimonio vt no. in l. ij. §. miles. ff. de inſa. & ab accuſando. l. infamen. ff. de pub. iudi. infamia verò facti dicit altero de tribus modis primo infamia, id eſt infamatio quando cõtra aliquẽ inſurrexit infamatio in populo qd aliquid turpe vel delictum commiſit: non tamen de hoc conſtat verè vel per aliquas veriſimiles coniecturas & iſta dicitur propriè vana vox populi: quæ non eſt attendenda. vt in l. decurionum. infra, de pœn. nec noceret infamato quantum ad repellendum ipſum à teſtimonio, nec à dignitate, vel officio. per ea quę no. p̃ Bar. in l. de minore. §. torméta. ff. de qõ. circa fi. qd etiã Bal. ſentit hic. ſecũdo modo dicit infamia facti quæ inſurgit ex veritate facti qñ quis verè cõmiſit delictũ: nõ tñ verè diffamatus eſt adhuc, ſed in occultũ: & ſic apud homines nõ eſt infamis de facto ſed apud Deũ: & iſta ĩfamia nõ cognoſcit à iure ciuili: nec de illa poſſet opponi: ſed de iure canon. bñ cognoſcit. qd imitat ius diuinũ: & dicitur infamia canonica. & de ipſa poſſet opponi per modũ exceptionis tam contra teſtem quam contra electum quàm etiam cõtra accuſatorem. & ſic probetur crimẽ, reijcitur. hoc tamen dic & limita: vt habetur in c. teſtimoniũ. de teſti. & in Spec. de teſt. §. j. ver. item ꝙ eſt criminoſus. Tertiò modo dicitur infamia facti prout loquuntur de præſenti, quãdo aliquis ꝓpter aliquod crimen vel turpitudinem verè cõmiſſam eſt infamatus penes bonos & graues: & ſic penes Deũ & homines. non tñ eſt adhuc condẽnatus in actione quę infamat: vt l. ceſſat. ff. de actione. & oblig. puta in condictione furtiua, vel interdicto vnde vir. quod tamen infamat: vt l. nec is. de vi & vi arma. vel per aliquã interlocutoriam iudicis: vt j. de inſa. l. interlocutio: vel patris redargu entis filium: vt in l. verbum. eo. titu. & de hac loquitur. l. ij. ff. de obſe. & per Dy. in regula infamibus: de regulis iuris circa finem. titu. vbi omnino vide: & de iſta etiam loquitur authenti. ſed cum teſtator. ad le. Fal. quia tales dicuntur turpes: & talis infamia habet duos effectus à iure duntaxat: vnus eſt quia repellit à dignitate & honore obtento & obtinendo: vt j. de decu. l. infamia. lib. x. alius eſt: quia tribuit querelam fratri contra teſtamentum factum in quo talis infamis eſſet inſtitutus: vt j. de inofficioſo teſtamen. l. fratres. Alios effectus non reperitur habere: vt no. in l. nullam. infrà, de his qui notantur infamia. ideo non repellit à teſtimonio: vt in hac gloſſa quod etiam tenet Specu. in titu. de teſte. §. j.

& c. beatus. §. j. & c. infames. vj. quæſti. j.

e ¶ Infamis. Adde Cy. in l. ij. C. de reb. cre. c. quicunq. vj. q. j. glo. in c. querelam. de iureiu. doc. in c. teſtimonium. de teſti. Doct. in cle. j. de iureiu. Archi. in c. authoritatẽ. xv. quæſtione. vj.

f ¶ Infamia facti. Adde gl. in l. iij. in §. cauſæ. ff. de Carbo. edic. glo. in c. teſtimoniũ. de teſti. tamẽ vbi agitur de pbãda ingratitudine teſtis, infamis Ifamia facti ipſo iure repellit. tex. eſt ad hoc no. in c. j. in v ficu. integrę opinionis. quem ad hoc no. ibi Bald. q teſtes ſint neceſſarij ad probandam ingratitudinẽ, i vſibus ſeu. et de infame qñ poſsit eſſe teſtis, vide plenè per Alex. de Imo. in cõſ. xj. col. ij. & ibi quid de infame Ifamia facti. & in conſi. cxxviij. col. ij. verſ & iõ in j. vol. & ibi quid de infame qui reperitur bonę famę. & in cõſi. xxiij. incipi. de principali quæſito. i pe. col. ver. nõ ob. qđ dicitur in ij. vo. & de infame infamia facti qñ dicaf integer teſtis. vide per eundẽ Alex. in cõſi. clj. col. iij. verſi. ſed teſtis. in v. volu. & ibi an ſola confeſsio criminis reddat teſtẽ infamẽ infamia facti, & an ſaltem in cauſa matrimonij debeat talis in ſubſidium admitti. Franciſcus Carti.

reste.§.j.ver.ité obiícitur quod est infamis: minor tñ fides ei adhibetur tanquã turpi personæ: ideo non sufficerent duo testes tales:quia non sunt omni exceptione maiores:nisi concurrerent etiã alia indicia quæ coadiuuarent:iuxta not.in l.ñ.in prin.ff. de
12 excu tut.†an aũt hæretici sint infames infamia iuris,et an cõtra hanc illa infamia ipso facto,an aũt requiratur sentẽtia glo. ista vult in effectu q tẽpore huius l.nõ erant infames ipso facto infamia iuris,sed facti:sequuta verò sic.nam etiam iure hodierno etiam ante sententiã sunt infames infamia iuris, & hæc est sentẽtia gl.

1 *Iudex quando uidet homines uenire ad occupandam aliquam possessionem cum armis,uel aliquos rixantes, debet illis obuiare.*

2 *Rescriptum impetratum de facto quando non ualeat,etiã si contineat clausulam non obstante aliqua lege in contrarium disponente.*

3 *Spiritus sanctus unde procedat.*

4 *Hæretici debent furore populi de ciuitate repelli,ita & leprosi.*

5 *Mulierem inhonestam uenientem ad habitandum in aliqua uicinia possunt alij uicini expellere.*

6 *Ecclesia si habet aliquo dfortilitium nõ possunt laici in fortilitio armare & imponere gentes armorum pro tuitione ipsorum cõtra uoluntatẽ clericorũ ad quos pertinet.*

LEX II.

1 NVllus hæreticis. Not. j. in hac l. † q congregationes suspectæ debent prohiberi & quod debet obuiari malis futuris antequã eueniant. Vnde facit in argu.secundũ Bal.q
2 quando†iudex videt homines venire ad occupandum aliquã possessionem cũ armis,q debet illis obuiare.& ita not. Inn.in c. in præsentia de proba.& probatur in l.fi ff.de offi.procu.cæs.Et sic not. contra iudices qui vident aliquos rixantes non obuiant
3 secundũ eum de quo per Cy.in l.seruus.j.de noxa.†Item no.casum in quo prohibetur impetrans rescriptum.Et glo. etiam ponit plures alios,& istud importat, quia rescriptum fuit impetratum de facto.Et si cõtinet clausulam nõ obstante aliqua l. in cõtrarium disponente nõ valet:nec debet seruari nisi remanet etiã iussio.ita no.Cy.notabiliter declarãdo hanc l.in l.fi.j.si cõtra ius vel vtil.pu-non sic in dispositione testatoris habẽte clausulã derogatoriam vt in l.si quis in prin.testamẽti.de leg. iij. Idem esset in l.aliquid prohibente vel vetante, non tamen rescriptum impetrati,quia bene illa tollitur per rescriptum habens clausulam derogatoriam non obstante in contrarium:& ita loquitur gl. in
4 aut.quibus mod.na.effi.sui.§.fi.†Item no.q Imperator dicit spiritum sanctum procedere à patre solo gl.dicit quòd ista est opi. græcorum:sed latini tenent q etiam à filio:sed etiam quidã græci sancti patres idem tenuerunt,scilicet Io.Chrisosto.Gul. athanas.aut.ephesini concilij,& in tota grego. & imperator Constantinus in concilio Lugdunẽsi tempore Gregorij x. mandauit suis legatis vt nostrum cantarent symbolum.ita no.glo. in c.j.eo. tit. super verb.græcorum.& tamen postea ad errorem suũ solitum redierunt:vnde parum est nunc de ipsis considerandum in con
5 cilio Basilien.quia dicunt se velle vniri cũ ecclesia latina.† Vltimò dicit Gul.de anno.per istum tex.in fi.dum dicit quòd hæretici furore populi debẽt de ciuitate expelli: quia alios inficiũt. Sed si aliqua inhonesta mulier veniat ad habitãdum in vicinia,
a possunt alij vicini * illam expellere.facit in aut. de leno. circa fi. et similiter quod leprosi possunt expelli de ciuitate.Item dũ tex. in fi.dicit quòd ecclesia dicitur restitui episcopis,quia ad eos &
6 alios electos pertinet inducitur per Cy.post Pet.† quòd si eccle
b sia habebat aliquod fortilitium non possunt laici in fortilitio capere & armare,& imponere gentes armorũ [b] pro tuitione ipsorum contra voluntatem clericorũ ad quos pertinet.determinat tamẽ contrariũ:quia nõ displicet deo q fiat in rebus ecclesiasticis id quod pertinet ad salutẽ multorũ: & sine quo salus haberi non possit verisimiliter vt l.prouinciarum.j.de ferijs.& eo. modo vnus dñs & vna cõmunitas pro sua salute possent de facto occupare terram,videtur casus in c.Pisanis.de resti.spol.

1 *Prædicatores non debent mouere dubia ardua in theologia quæ nesciunt soluere, uel etiam si ueritatem scire non expediat pro necessitate salutis.*

2 *Qui disputant quæstiones decisas per alios solennes doctores, & quorum decisiones communiter tenentur,facunt eis iniuriam.*

3 *Conuocare concilium generale hodie pertinet ad Papam sed olim ad Imperatorem.*

4 *Quando grauius sit delictum quod publicè committitur quàm quod occultè.*

5 *In pœna corporali plus puniuntur uiles personæ & acrius quàm in dignitate constituti: secus in pœna pecuniaria.*

6 *A sententia concilij generalis non est licitum appellare: sicut nec à sententia principis uel senatu:sed licet supplicare.*

LEX III

1 NEmo. †No.in prin.dum clericum pręponit militi, q maior est dignitas cuiuslibet clerici etiã in minoribus constitu
2 ti,quã sit dignitas militaris.†Not.ibi, [fortiter.]cõtra illos p̃dicatores imperitos q mouent interdum dubia ardua in theologia, quæ nesciunt soluere:nec etiã veritatẽ scire expedit p necessitate salutis: quia inducũt populos in errorẽ: quod prohibetur,sicut disputare de fide publicè propter hanc cau
3 sam ibi tumultus & perfidiæ.† Item not.ar. in ver.[nam & iniuriam.]cõtra eos qui disputãt.q.p alios solennes doc.quorum decisiones cõmuniter tenent:qa faciunt eis iniuriã reuocãdo in dubiũ decisa. Itẽ not.ibi: [per nostra præcepta.] q ad Imperatorem pertinet conuocare cõciliũ generale:et hoc illo tempore qñ summi pontifices non habebant potestatem temporalẽ: hodie verò pertinet ad Papã nec p̃ter eius authoritatẽ licet congregari, nec vocatur concilium, b
sed conciliabulum, vt habetur xj. q.ij. per
4 totum.†Item allegatur ista l. q grauius est delictũ qd' publicè cõmittit quã quod occultè.Sed in contrariũ facit,quia maleficia quæ contrahũtur de nocte grauius puniũtur.l.j.& ñ.& ibi not.ff.de fur.Bal.breuiter qñ est aliquod de genere permissorũ, si fiat occultè, magis præsumitur contra facientem quod faciat impedimentũ subesse,quã c
contra publicè faciẽtem,vt l.fi. de rit. nup. Sed si est de genere prohibitorũ, si maius resultat inconueniens quod fiat publicè, magis punitur:secus si maius resultet si fiat
5 occultè.Ita loquit contra.†allegatur etiam q plus puniuntur viles personæ & acrius quã in dignitate constitutæ: & hoc quo ad pœnam corporalem:sed quo ad pecuniariam econuerso. vt in l.
6 in seruorũ.ff.de pœnis de quo vide hic per Cyn. †Est etiam hic
c vna gl.quæ inci.[idest quod in dubiũ.]à sententia concilij ' generalis non est licitum appellare,sicut nec à sentẽtia principis, vel senatus:sed licet supplicare.

a ¶ Alij vicini. Adde Cep.in tracta.de ser. rusti.prædio.q.vj.& Nico.de neap.in aut. de leno.in §.fi.& adde q idẽ in socio, vel scholari de societate vel collegio ar.notatorum maximè per Lud.ro. in l.j.ff.solu. mat.& quod no.in l. si conuenerit. ff. pro socio et gl.in l.nõ alii ter.ff. de vsu.& eorũ quæ ponit Spe.in tit. de iudi.§. & generalia.¶.& no Ange.de but.in proœ.decre.et Pe.de peru.in trac.de duobus fratribus in xj. parte.q.xxiñj. & de leprosis vide q̃ dicit Bal.in c.intellexi mus de iudi. & in c. significauit.de rescri. & q̃ latissimè circa prædicta põt Barb. in c. Rodulphus. de resci.Fran.Cur.

b ¶ Gentes armorũ.ad de Host.in sum.ti.de immu.eccle. in §. inquãtũ ver. Itẽ & incastellari non debet. Arch.I c.sanctorũ.x. q.j.Anto.de bu. in c. cũ ecclesia.de immu. eccl. Ant. de bu.cõsi. lxxxñj.incipiẽ. super quo con.

c ¶ Consiliũ. An sicut à sentẽtia senatus q̃s non poterit appellare, ita hodie à sententia senatoris vide p d.Bar. soci.in suo cõ sil.cxcv.col. versi.ex quibus videt inferi. Stra.

De sacrosanctis ecclesijs *Rubrica.*

2 *Stylus quid sit,& in quo differat à consuetudine.*
Inhabiles ad testandum an possint testari pro ecclesijs uel ecclesiastico collegio,& quid si interueniat defectus proueniens à iure naturali,uel gentium.

3 *Relictum factum ecclesiæ si non dicitur cui debetur ecclesiæ parochiali.*

4 *Si non relinquitur ecclesiæ sed ecclesiasticis personis, an acquiratur ecclesiæ, tanquam eius contemplatione relictum sit.*

5 *Relictum an possit fieri singularibus personis de collegio.*

6 *Omne relictum ad causam piam dicitur pro anima: etiam si relinquatur consanguineo dummodo sit pauper,secus si diues.*
Institutio facta nutu ad piam causam ualet.

7 *Solennitates statutorum non sunt necessariò seruandæ in relictis ad piam causam.*
Damnatus ad mortem an possit relinquere ad piam causam.remissiuè.

LEX I.

1 HAbeat vnusquisque. † Collegia ecclesiastica sunt appellata licita,& põt eis in testamẽto relinqui.Et valet relictum si aliquis defectus non subest.h.d.secũdũ gl.intellectum.& fuit j.l. facta per Constan.post baptisma receptum per eum fauorẽ fidei christianæ:quoniam ante ipsum non licebat christianis se congregare,& congregationes eorum erant illicitæ: ideo non valebat legatum eis relictum.l.collegium.j.de hære.insti.Ista autem l.hoc solum facit quod permittit tales congregationes fieri: & tali collegio ecclesijs relinqui tam fauore collegij quàm relinquentis: vt habeat effectum sua voluntas.In text. ibi:[non sint eius cassa
2 iudicia.]subaudi sicut erãt cassa añ imperato.Cõstã.†In tex.ibi:

a ¶ Styl⁹. Adde an ſtylus curię facit i⁹. Cy. in l.ij. C. quæ ſit lon. cõſue. Ang. i l. fi. C. de iniur. Car. in c. ad hoc de of. arch. Abb. in. c. ex literis. in iij. col. de cõſti. Ant. de bu. in rep. c. fin. de cõſue. Io. de imo. in cle. ij. de ſup. ne. prela. & q ſtyl⁹ curiæ faciat i⁹ adde Car. in cõſil. xxx. et hoc ſtellige, niſi reperiat̃ ius ſ cõ trariũ qa tũc nõ poſ ſet allegari ad deciſionẽ cauſarum, ita Abb. in. c. ex literis. de cõſti. co. ij. in. c. ad hoc l. de ſentẽ. exc. in c. quã graui. de cri. fal. & in. c. bonæ me moriæ. el. j. col. vj. de poſt. prę. in c. aduerſario de exce. & in c. ſicut. de re iudi. & vi de text. & ibi Bar. in l. fi. C. de cano. largi. libr. xij. & qũo differat ſtylus ab vſu vel cõſuetudine q Ioan. And. in d. c. fi. de cõſue. & aliqd q Ale. de imo. i cõ. xxxix. in fi. in iij. vol. & ad præmiſſa vide etiã Feli in d. c. ad hoc. et adde q Ale. de imo. in cõ. xciij. col. iij. in v. dicit q iudex ex officio debet ſe ĩ ſtylo informare. & idẽ Flo. & Bar. in l. iij. ff. de teſti. & Alex. in l. iij. §. hoc autẽ. ff. de dã. infec. & an repugnãtia cõmuni ſtylo ſint nulla. vide Fely. in. c. cãm. el. ij. i fi. de teſti. Cur.

b ¶ Dicit cui. Add bar. in l. quę cõditio. i §. fi. ff. ad cõdi. et demõ. in l. j. de acqui. hære. in l. j. in §. cui bona. ff. de iure fiſci. Ange. in §. ſi verò, in authẽ. de nõ alie. doc. i. c. j. de ſolu. Ioan. andre. in. c. cum quis. de ſepu. lib. vj. in nouel. Pet. de anc. in rep. c. canonũ. ad cõſt. Abb. cõ. xcix. incip. cõdidit teſtamẽtum in. ij. volumi.

c ¶ Ad mortem. Adde Bar. in l. eius qui. in §. j. ff. de teſt. Ioan. de imo. in l. ſi quęram⁹. in fi. ff. de teſta. Ioã. de imo. i rub. de teſt. & in. c. ij. eo. tit.

d ¶ Non debet fieri cõ tractus. adde doc. in c. cœptum ij. q. ij. & Abb. in c. qua frõte. de appel.

a [liber ſit ſtylus.] * propriè loquendo ſtyl⁹ eſt conſuetudo curiæ: vnde dicit̃ ſtylus curiæ romanæ: vel talis curiæ & differt à cõſuetudine tanquã ſpecies à genere. Cũ cõſuetudo ſit etiam extra curiam. Ita not. per Cy. in l. j. quæ ſit longa conſue. ſed hîc ſumitur eo modo. ſ. pro depoſitione facta in ſcriptis ſecundũ glo. vel melius ſecundum Bar. pro forma teſtamẽti & vult dicere q forma dicitur circa libera & non ſubiecta re. iu. Et eodẽ mõ. arbitriũ. i. ſubſtantia diſpoſitionis ſecundum lec. ſuã: vñ aduertendũ q ſecundũ lecturã gl. quã ſequũt̃ Cy. & Gul. de cu. & etiam Bar. in antiquis recollectis l. illa non inducit aliquod priuilegiũ in relictis factis eccleſijs, vel eccleſiaſtico collegio: niſi circa perſonã teſtãtis, vt patet ex j. gl. quę reſtringit hãc l. ad teſtatiões habiles: nec circa formã teſtamẽti vt patet ex gl. quæ incip. [ob hoc ipſum.] quæ reſtringit eas ad vltimas voluntas ſolennes: & vult q ſi non haberent ſolennia non valerent. de quo. j. eo. l. generali nec circa ſubſtãtiã teſtamẽti. Sed ſolũ inducit vt poſsit eccleſiæ, vel eccleſiaſtico collegio relinqui qd olim nõ poterat & hac lec. retẽta quæſtiões plures hic formãtur per Cy. & Gul. de cu. inter aliàs. † Quid ſi relinquitur eccleſiæ, & nõ dicit̃ cui. b Et determinat qd debeatur eccleſiæ parochiali per. l. conditio. §. fi. ff. de cõdi. & demon. Et ſi tẽpus teſtamenti erat in vna parochia: tẽpore autẽ mortis erat in alia, debetur primæ ar. l. ſi ita de auro & argento leg. † Et ſi nõ relinquit̃ eccleſiæ, ſed eccleſiaſticis perſonis, an acquratur eccleſiæ tanquã eius cõtemplatione relictũ, an aũt ipſi perſonæ, videtur prima pars verior per l. nõ plures. j. eo. in fi. cũ gl. fi. Sed doc. diſtinguunt an relinquat̃ prælato, vel epiſcopo, vel rectori parrochialis eccleſiæ qui habẽt adminiſtrationẽ & vera eſt prima pars. An relinquat̃ nõ habẽti adminiſtrationẽ, vt canonico, tũc ſi omnibus vel ſimpliciter canonicis, & vr̃ relictũ capitulo ſeu collegio q repreſentat eccleſiã, vt l. & ar. in l. ciuibus de reb. dub. & ſic eccleſiæ acquirit̃, & hoc ſi relictũ ſit factũ ab extraneo: ſecus ſi à cõiuncta perſona. vt in c. requiſiſti. de teſta. Sí aũt vni canonico, vel duobus, & tũc etiã ſi ab extraneo, nõ acq̃rit̃ eccleſię. Sed illi ſoli q nõ adminiſtrat eccleſiã: nec eã ſolus repreſentat: et hoc etiam habet̃ in d. c. req̃ſiſti. & de hoc vide q Bar. in d. l. ciuibus. ĩ. de reb. du. Itẽ ſi ſit aliquod collegiũ reprobatũ, nec poſsit ei relinqui vt collegio. vt. l. collegiũ. j. de hære. inſti. † An poſsit relinq ſingularibus pſonis de collegio? Diſtingue an ſit reprobatũ cõe ſectę, puta hęreticorũ, & nõ põt relinqui. An nõ cõe ſectæ: puta iudeorũ: q habuerũt iuſtam originẽ, & tũc põt relinqui, vt l. cũ ſenatus. ff. de reb. dub. & ibi q Bar. & hic in vlti. gl. Verũ qa iſta lectura modicã vtilitatẽ cõtinet. Bar. poſtea ſubtilius cogitãdo dedit huic. l. aliũ intellectũ nõ reprobãdo lect. glo. qa vera eſt in ſe. Sed dicit q nõ eſt bona in hac. l. qa ſcd'm eũ Imperator ſeruiuiſſet nobis de vẽto. Nã ſtatim q Imperator Cõſtãti. recepit fidẽ chriſtianã, approbatæ fuerũt cõgregationes chriſtianorũ & eccleſiaſticarum perſonarum: cum per aliam dedit eis licẽtiã cõgregãdi ſe, vt patet. xv. diſt. c. canones. & per conſequens poterãt per alias leges veteres eis relinqui vt in gl. No. ergo expediẽs fuiſſe per hoc ſolũ hanc legẽ facere. Itẽ verba iſtius legis ſunt ita generalia q vidẽt̃ importare priuilegiũ in modo relinquẽdi tã in perſona teſtãtis: vt patet in ver. vnuſquiſq; q q. libet etiã aliàs inhabilis ad teſtãdũ, potuiſſet tñ teſtari relinquẽdo eccleſiaſticis collegijs, vel eccleſiæ, quã etiã circa formam, vt patet dũ dicit, liber ſit ſtylus, & circa ſubſtãtiam diſpoſitiõis: vt patet dũ dicit liberũ arbitriũ intelligẽdo liberũ à ſolẽnitate iuris ciuilis, vel ab alijs quæ in alijs teſtamẽtis requirũt̃, & nõ adſunt, vitiãt̃ teſtm̃. Secus tñ qñ relinquit̃ eccleſię. Et ſcd'm iſtũ intellectũ l. iſta cõgruit vltimę pti rubricę dũ dicit & priuilegijs earũ. Nam iſta lex fuit directa ad vniuerſum populũ ſubditũ imperatorí: & ſic facta fuit nõ ſolũ cõtẽplatiõe eccleſiaſticarũ pſonarũ, ſed etiã teſtãtiũ: vt poſsint relinquere q libito volũtatis ad ſalutẽ animarũ eorũ. Nã ſi hoc cõcedit̃ militibus, q pugnãt p republica corporaliter. vt. l. j. ff. de teſt. mili. in prin. fortius hominib⁹ exiſtẽtibus in articulo mortis, q pugnãt cũ diabolo p æterna ſalute & hoc colligitur ex prima parte huj⁹. l. in ver. nihil dicit rationẽ huius legis eſſe q talia relicta facta eccleſijs vel eccleſiaſticis collegijs ab eo q cõſtitutus eſt in articulo mortis, vt colligit̃ ex verbo decedẽs ſiue fiat inſtituẽdo vel legãdo, nõ ſubiaceant regulis iuris poſitiui, & q defectus inducti à iure ciuili nõ habeãt vitiare talia relicta. Et circa iſtas eſt diſpẽſatũ p hãc legẽ tã circa pſonas teſtãtiũ quã formã & ſubſtãtiã. Sed ſi eſſent defectus proue nientes à iure naturali vel gẽtiũ, circa illos nõ cẽſetur diſpenſatũ ſicut nec in teſtamẽto militis ideo carẽtes intellectu, vt furioſus vel pupillus, nõ poſſunt teſtari relinquẽdo etiã eccleſiæ: qa carẽt arbitrio de quo in fi. legis: & hæc carentia à natura, puenit. p ius rò canonicũ latius eſt prouiſum, q nõ ſolũ ſi relinquat̃ eccleſiæ vel eccleſiaſticis, collegijs: imò qualitercũq; pro anima tua relinquat̃ pauperibus dicatur relictũ ad piã cãm: & habeat tale priui legiũ q nõ ſubiaceat regulis iuris. Et nõ ſolũ ſi relinquat̃ à cõſtituto an articulo mortis: ſed etiã ab eo qui ſanus eſt per. c. cũ eſſes & per c. relatũ extrà de teſta. Secundò vt ſingula dubia quę poſſent accidere in materia declarentur diuide materiã in ſex articulos. Primus eſt de perſonis teſtãtiũ qui colligit̃ ex verbo vnuſquiſq;. Secundus de pſonis eorũ quibus relinquit̃, qui colligitur ex verbo ſanctiſsimo. Tertius de tẽpore in quo teſtat̃ qui colligitur ex verb. decedẽs. Quartus circa formã teſtamenti q colligit̃ ex ver. ſtylus: Quintus qui cõcernit res quæ relinquuntur q colligit̃ ex ver. [bonorũ quod optauerit.] Sextus qui concernit ſubſtantiam relicti q colligitur ex vltimo ver. dũ dicit arbitriũ, & in ſingulis articulis formant̃ plures quæſtiones dubitabiles, quas vide & proſequere vt hîc per Bar. Bal. tñ in omnibus nõ ſequit̃ Bar. quę omnia nõ ſunt recitãda in cathedra, ſed diligenter
6 inſtudio perſcrutãda. † Et adde q omne relictũ ad piã cãm dicitur pro anima. vt no. gl. in. l. ſi quis tu. ff. de leg. ij. etiã ſi relinquat̃ cõſanguineo: dũmõ eſſet pauper. vt not. in c. j. de ſepul. Secus ſi diues. vt. j. eo. l. illud. Item q valet inſtitutio facta metu ad piam
7 cãm: vt no. in c. cũ tibi de teſta. aliâs ſol. † Itẽ adde q ſolẽnitates ſtatutorũ nõ ſunt neceſſariò ſeruãdæ ĩ relictis ad piã cãm. vt no. elegãter no. Bal. in l. gñali. j. eo. & vide q no. Io. an. de dãnato ad
c mortẽ, ſan poſsit relinquere ad piam cãm in c. quãquam de vſu. in vj. in nouel.

2 *Iuramenta teſtium vel partis an poſſint præſtari in eccleſijs.*

LEX. II.

1 NEmo apoſtolorum. † Legit̃ quatuor modis in glo. tene
d vltimam, quia aliæ non ſeruantur: & vltima eſt vtilior quòd in eccleſijs non debet fieri contractus, a nec parlamenta, nec dari ſententia nec lauda. & iſta probantur in. c. decet. de immu. eccle. lib. vj. Et facientes contrà peccant, niſi ex neceſsitate faciant, quia non poſſunt eccleſiam exire: vel niſi ſint actus pij, vt manumiſsiones ſeruorum, legitimatio ſpuriorum. l. j. j. de his qui in eccleſijs ma: Sed an ſint nulli ipſo iure tales actus. Doc. dicunt quòd non: niſi ſint actus voluntarij, vt contractus. Sed iudicia ſi ſint in eccleſijs agitata, vel in locis ſacris ſi quidem eccleſiaſtica ſunt, valent: vnde vicarij epiſcopi poſſunt reddere ius in eccleſia. Et ita ſeruatur Florentiæ in epiſcopatu Feluſano, & etiam Florentino: ſi verò ſecularia, non valent ipſo iure, vt in d. c. decet. quòd nota quia poteſt Papa annullare actus laicorum geſtos in locis ſubditis ipſi Papæ, ſicut ſunt ec-
2 cleſiæ. † An autem iuramenta teſtium vel partis poſsint in eccleſijs præſtari: videtur quod ſic per. l. generaliter. in fi. infra de iureiur. de quo vide hîc per Bar. & Bal.

Faciens

1 ¶ Faciens contra legem quæ non contineat aliquam pœnam punitur, saltem extraordinem officio iudicis quando contra faciendo delinquat eodem modo faciens contra eandem, & contractus erit nullus.

LEX III.

1 NEmo martyres. † Lex ista secundum intellectum glos. confirmatur per aut. multomagis. j. eo. nã si bona ecclesiarũ nõ possunt vendi vel alienari multominus ipsæ ecclesiæ. quia cũ sint sacræ non sunt in cõmercio per se. Sed cũ vniuersitates possint esse: vt l. in modicis. ff. de cõtrahẽ. emptio. vt si quis in suo castro vel possessione haberet ecclesiã in qua ipse habet ius patronatus, & vendat castrũ vel possessionẽ, seu donet. an in emptorem vel donatariũ trãseat ius patronatus? videt q̃ sic per
2 illas leges de quo vide per Inn. in c. ex literis. de iure patro. † Et aduerte, quia hęc est vna gl. q̃ semper allegat dũ dicit q̃ faciens cõtra legẽ quæ nõ cõtineat aliquã pœnã punitur saltẽ extra ordinem officio iudicis. eo. modo faciens contra canonem: de quo vide gl. in c. gñali. de elec. lib. vj. intelligit tñ qñ contra faciendo delinquit aliàs secus: nã si lex statuat q̃ mulier nõ cõtrahat sine certa solẽnitate, faciẽs contrariũ nõ delinquit: propterea nõ punitur secũdũ Bar. Itẽ illa gl. vult q̃ vltra pœnã extraordinariam contractus sit nullus. & sic duæ pœnæ cõcurrunt quia vna imponitur ipso iure: alia per hominẽ: vt dixi in l. cunctos populos. & quia nullitas actus nõ est propria pœna secundũ Bal. & quia virtute eiusdẽ. l. videntur imponi: vt d. l. cunctos populos in fin. Sed videt q̃ ex quo alia pœna imponitur extẽsiua actus nõ sit nullus. per l. fi. ff. de diuor. & no. in l. nõ dubium. j. de legi. Sol. dic vt no. per Bar. in l. prætor. in prin. ff. de ope. no. nun.

2 ¶ Priuilegia concessa clericis censentur concessa uel fauore ordinis clericalis: uel fauore ecclesiæ: nec possunt eis renuntiare.
Priuilegia concessa filijs, censentur concessa contemplatione patris: & remanente priuilegio paterno remanet etiam priuilegium ipsorum.
3 Relictũ facti clerico, an censeatur factum contẽplatione ecclesiæ: & non suæ persone.

LEX IIII.

1 NOn plures. † In ecclesia non debet esse maior numerus, quã patiant facultates ipsius & si sint aliqui vltra numerum debet expectari quod moriantur: & in loco eorum debent substitui. Item recepti vltra numerum etiam per suffragia potentum non gaudent priuilegijs eorum qui sunt intra numerũ: quæ priuilegia videntur in fauorem ecclesiæ concessa. h. d. Adde l. in ecclesijs. j. ti. j. & c. cum M. ferrariensis. de consti. Nam primò in principio. & in ver. nulli. secundum intellectum gl. quæ est quod tempore huius legis in ecclesia constantinopolitana erãt quãplura vltra numerum: de quo hic quod statutũ de certo numero canonicorũ nõ præiudicat illis qui tẽpore cõditi statuti sunt in ecclesia incorporati: quia nullus debet inde amoueri. Sed debet expectari q̃ moriant: & loco eorũ nõ debẽt alij substitui quousq; peruentũ fuerit ad numerũ statutũ. Solum ergo præiudicat futuris canonicis quod nõ recipiãtur vltra numerũ. Et si fuerint de facto recepti per patrocinia & fauores potentũ, non debent inter præbẽdas nec quotidianas distributiones nec alias cõmo-
2 ditates vel priuilegia quæ habent iuuari. † Itẽ not. quod priuilegia cõcessa clericis, censent cõcessa vel fauore ordinis clericalis vel fauore ecclesiæ: ideo nõ possunt eis renuntiare. dicit Iac. but. & Bal. quod similiter priuilegia cõcessa filijs censentur cõcessa contẽplatione patris: & remanente priuilegio paterno, remanet etiã priuilegiũ ipsorũ puta concessum est alicui & filijs suis tale priuilegium: deinde reuocantur omnia priuilegia excepto illo Titij de filijs aũt nihil dicitur. dicunt Iac. but. & Bal. q̃ cõcessio facta filijs remanet: quia censetur facta contẽplatione Titij pa-
tris. arg. l. sed si pater. §. in arrogato. ff. de vul. & pup. Et not. glo.
3 fi. dum dicit quod ad alias acquisitiones trahi põt. † Sentit q̃ re-
4 lictum factũ clerico censeatur factum contẽplatione ecclesiæ: non suæ personæ: & sic illi acquiratur de quo videtur tex. cũ gl. in Lannua. §. fi. ff. de an. leg. sed distingue vt dixi in l. j. §. eo.

3 ¶ Princeps debet omnia facere cum consilio sapientum & sapientum: & quid in causis iudicialibus.
2 Quando causa non habet dubium, seu iudici non videtur habere, non auditur pars petens committi consilio sapientis.
4 Vectigal tributũ, indictum: & superindictum, qualiter differant, & quæ onera essent, qualiter & quando soluebantur, & ab eis ecclesiæ essent exemptæ, & quid hodie.

& nume. 5.
5 Onera q̃ hodie imponuntur per ciuitates & dominos sunt onera noua, licet inuenta ad similitudinem prædictorũ & plurimum imponuntur personis propter res.
Clerici ad quæ onera teneantur, & à quibus sint exempti.
6 Si ciuitas facit statutum q̃ omnia prædia infrà territorium sita dicantur tributaria pro oneribus imponendis, an istud statutum liget bona ecclesiastica. & nu. 7.
7 In generali collecta quæ imponitur personis per solidũ & libram, q̃ non comprehendantur forenses pro rebus intra territorium sitis: nisi specialiter imponatur onus illis rebus.
8 Possessiones allibratæ Laicis an transeant in ecclesiam cum onere allibrationis.

LEX V.

1 PLacet. † Ecclesia nullũ agnoscit onus nisi ordinariũ: vel per subitũ aduentũ principis. h. d. in effectu. quã diuide in
2 glo. j. † Not. q̃ omnia debet facere princeps cũ consilio suorũ baronũ & sapientũ. facit l. non dubiũ. j. de legi. & dicit ibi Iac. but. q̃ non est sumendũ consiliũ in causis iudicia
3 libus: nisi quãdo vertit dubiũ in iure. † Et
b sic nõ auditur b pars petẽs cõmitti consilio sapientis quãdo cauta nõ habet dubiũ, seu iudici nõ videtur habere. facit. l. ij. j. de legi. sed si est casus de quo dixi in l. cunctos populos. quod licet quis sit punitus per iudicem ecclesiasticũ pœna excõmunicationis
c nõ tamẽ minus põt puniri per iudicẽ secularem: vel quia lex ista secundũ gl. inquan-
d tum dicit ecclesiam teneri ad canonicam il
c latã, idest ad tributa c quæ dicũtur canonica idest ordinaria collectio, seu ordinariũ onus, quia impositũ per legẽ: & erat vniforme, & imponebatur ipsis rebus seu prędijs est hodie correcta per aut. itẽ nulla cõmunitas. j. titu. j. & alij dicũt cõtrarium, q̃ imò non est correcta: & quod etiã hodie ecclesia tenet ad tributa. vt in c. si tributũ. x. q. j. de quo etiã not. in l. de
4 his. de epi. & cle. † Debes scire q̃ nos habemus tria vocabula tributũ: indictũ, & superindictũ. Tributũ erat illud qd' erat impositũ prædijs prouincialibus secũdũ numerũ iugerũ: & erat onus reale: qd' soluebatur singulo anno: licet erat ordinariũ & vniforme: & erat certa pẽsio fructuũ: ideo alio vocabulo dicebatur tributio annona militũ: quia propter eos impositũ erat. vt j. de an. & tribu. in rubro & nigro: & dicebatur etiã census: vt ff. de cẽsi. Et de istis vocabulis vide gl. quæ etiã ponit differentiã inter tri
d butũ d & vectigal in l. j. §. j. ff. de publica. Indictum verò impone batur prouincijs singulis: quæ vno anno soluebant ferrum, alio anno soluebant argentum. Et istud tributũ dicebatur superindictum: & olim erat extraordinarium onus: posteà fuit effectum ordinarium per l. ij. de indi. lib. x. quoniam habet talem speciem quæ poterat prouideri, licet vniformiter nõ præstetur. & istud soluebat vltra tributũ singulis quinquẽnijs. Superindictũ erat qd' soluebatur vltra p̃dicta onera, non semper nec vniformiter: sed cũ casus occurrebat sterilitatis, vel guerræ: & nõ debebat imponi sine speciali mãdato principis & semper fuit extraordinariũ: qa p̃uideri nõ poterat: & de isto loquit iste tex. dũ dicit superindictũ, vt no. gl. in l. j. j. de superindi. seu sup rubrica. Nũc ad p̃positũ quare ecclesiæ p̃dia non erant exẽpta à tributis p̃ hanc l. nec ecclesiasticarũ personarũ. vt in l. de his j. e. erat, qa istud onus fuit inuentũ & impositũ prædijs antequã essent aliquæ eccl'iæ: vel antequã haberẽt bona aliqua, & qa tale onus erat affixũ prædijs, necesse est dicere qd' si p̃dia perueniãt ad ecclesiã, q̃d' transeant cum isto onere reali, quia hoc est regulare l. via constituit. §. qui fundus. ff. de seruit. rusti. prædio. l. si conuenerit. §. si fundus. ff. de pigno. actio. non sic erat in indicto & superindicto: quia ista non erant imposita prædijs, sed personis: & sic cessabat ratio prædicta. Hodie verò id onus tributorum cessat: quia etiam cessat romanum imperiũ eo modo, quo tunc erat: & ideo ista l. cum simil. quæ dicunt ecclesiastica prædia teneri ad ista tributa,

a ¶ Et in hoc qũ relictum uni dicatur factũ contẽplatione atque inmitu. alterius. vide p̃ Bart. in l. fi. in prima col. C. & vsuf. in ver. pro huius declarat. Bal. in auẽ. similiter. C. ad l. falci. in ver. quæro quid si donat. Bart. in l. filio. ff. de cõdi. & demõ. Bald. in l. cũ aliquis. in j. col. C. de iure delib. in ver. not. pro cõ memoratione.

b ¶ Non auditur adde Bar. & ibi Alex. in l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. ñ. Imo. & Alexã. in l. si sic stipulatus. ff. de ver. ob. Bal. in l. j. col. ñ. ver. quarta est relatio. j. de legi. Alex. in consi. lxx ñ. in ñ. vol. & in consi. cxlv. col. col. fi. in v vol. Ang. in consi. clxxiij. inci. In qõne vertente. & Io. de imol. in l. si qs mihi bona. §. pe. ff. de acqui. hæ. Fran. Cur.

c ¶ Ad tributa. Adde c. iam nũc xxvij. q. j. c. magnum. & in c. si tributum xj. q. j.

d ¶ Tributum. Adde q̃ ista gl. hic alleg. in d. l. j. §. j. Bal. alle. eam eam pro singu. in c. j. in fi. de mil. vas. qui contu. est in vsi. feud. & ibi dicit q̃ tributũ debetur ratione proprij soli, vectigal ratione publici.

a ¶ Diligenter. de hoc vide p Ale. de Imo. i cō. lxxviij. p totū in ij. vol. & an p ſtatutū fieri poſsit q̄ forēſes teneanť ad collectas ibi dicť et i cō. q. in. j. vo. & in ꝓpoſito qū collecta poſsit imponi p laicos clericis vid̄ p Car. i ſuo cō. xij. Frā. Cur.

b ¶ Eſt ſpūalis. Add qa matrimoniū eſt magnū ſacramētū vt in c. nō oīs. xxxij. q. iij. c. debitū. & ibi doc. de biga. gl. i c. veniēs de trāſ. Car. ale. in. c. cū haberet. i viij. no. de eo q̄ dux. in maquā pol. p adul.

c ¶ Ad inſtructiones. Adde de materia iſtius l. p Ia. bu. in l. iubem⁹. J. eo. doc. in auth. de eccl. ti. Abb. & doc. in c. nō min⁹. de immu. eccl. Per. d anc. i re. c. poſtulaſti. 6 in v. q. de ſo. cō. Bar. cep. i trac. de ſer. ruſ. p̄di. in. c. deuia. Ale. de imo. cō. lxviij. inci. viſo & dubū diſcuſſo. Abb. cō. iij. ſci. caſus ſup q̄. in. j. vol. Barb. cō. ſ. xxix. inci. clemētiſsimū deū. in ij. col. in iij. vol.

non habent locum nec ex eo quod fuerint correctæ per auth. Item nullus. licet gl. hīc dicat ſuper ver. canonica. quod doc. reprobant. nam iſta lex eſt canonizata. xvj. q. j. c. generaliter placet etiam expreſsè dicit in c. ſi tributū. xj. q. j. Sed hodie iſta iura nō habent locum: quia id tributū deficit: & hæc eſt veritas. Et qui hoc negaret, teneretur eccleſiæ. vt eſt gl. in c. j. de immu. eccle. lib. vj. †Onera quæ hodie imponuntur per ciuitates & dominos ſunt onera noua: licet inuēta. ſed ſimſlitudine iſtorū ab iſtis nouis imperator prædia eccleſiarū & clericorū exímit. l. j. j. ti. j. canonizata. xvj. q. j. c. generali. §. nouarū. Et vt plurimū imponiť perſonis propter res: nō aūt ipſis rebus. perſonæ autē eccleſiaſticæ nō ſunt ſubditæ ipſis laicis ideo non poſſunt imponi tā per rationē authē. itē nulla cōitas, quā de iure canonico. vt in. c. non minus. de immu. eccle. Circa q̄ vide qd' no. Spec. de cleri. coniuga. ver. huiuſmodi. vbi ponit ad quæ onera clerici teneantur: & à quibus ſint exempti. †Sed pone ciuitas facit ſtatutū q̄ omnia prædia infra territoriū ſita dicantur tributaria pro oneribus imponendis an iſtud ſtatutū liget bona eccleſiaſtica. videtur quod ſic: quia licet perſonæ eccleſiaſticæ nō ſint ſubditæ laicis propter ordinem clericalē: ſed prędia quæ ſunt intra territorium ſunt ſubdita: & ideo videtur dici poſſe teneri ad hoc onus per ea quæ no. Inn. in. c. poſtulaſti. de foro cōpe. & per glo. primā ſuper rubrica de iure pat. Breuiter aduerte diligēter aut loquimur de prædijs, quæ iam erant eccleſiaſtica tpe ſtatuti cōditi. Et iſta non afficiunť tali ſtatuto: quia licet ſint intra territorium, tamen ſunt exempta à iure laicorū: ſicut perſonæ clericorum. Et ipſa eccleſiaſtica ſunt imperialia: & iſta ſunt paria eſſe extra territoriū, vel eſſe infra & eſſe exempta. vt in. c. lumnioſo. xvij. q. ij. nō ſi eſſent prędia forēſiū qui nō habebant priuſlegium noui. licet perſona iſtorū nō ſubſit ſtatuentibus. vt in. l. libertis. §. ſola. ff. ad muni. tamen alia prædia ſunt ſubiecta. & ideo licet nō poſsit imponi collecta perſonis eorum, per iſta prædia bene pōt imponi iſtis prædijs: & ita loquuntur iura alle legata. ſ. in cōtrariū. & quod no. in. l. ſcripto. §. fi. ff. de mu. & ho.

7 †& no. diligenter. nā in generali collecta quæ imponitur perſo-
a nis p̄ ſolidū & librā, nō cōprehēderētur foreſes pro rebus intra territoriū ſitis. Sed oportet q̄ ſpāliter imponať onus illis rebus. ſi aūt quæritur de prædijs quæ non ſunt adhuc eccleſijs relicta, ſed relinquuntur: vel efficiuntur poſt ſtatutum cōditum: videretur qd' eccleſiæ teneantur ſicut tenebanur ad tributum antiquum. & ita eſt intelligenda gloſſa. in. c. j. de immu. eccleſiæ lib. vj. quod tenere videť Bar. dicēs q̄ eugubini fecerunt ſic qd' onera cōis deficiebāt propter multa prædia quæ remanebāt ad eccleſias, vide per Bal. qui dicit q̄ iſta ſtatuta præſumūtur facta cōtra immunitatē eccleſiarū: ideo nō tenētur niſi pro onere præteriti tpis: & hoc mihi placet nec poſſet apparere cōtrariū q̄ non fuerit factū in fraudē. Præterea idē Bal. in l. neminē. j. eo. dicit q̄ hoc videť impoſsibile facere q̄ pro oneribus quæ imponūtur in pecuniā nō vniformiter, ſed ſecūdū cōtingētiā caſuū poſſunt dici prædia tributaria: cū de natura tributi ſit vt ſoluať de fructibus & vniformiter. Si aūt ſtatutū dicat q̄ prædia intelliguntur obligata pro oneribus: & qd' dicātur onerare alia, tunc iſtud bene p̄ūt fieri: tū adhuc procedit dictū Bal. q̄ poſtquā peruenit ad eccleſiā, dicatur facta in fraudē, quæ fraus olim ceſſabat in po-
8 pulo romano, & principe, qui ordinarūt tributū. †Ex prædictis ſol. q. ſi aliquę poſſeſsiones iunt allibratæ laicis, & poſtea trāſeāt in eccleſiā, an trāſeāt cū onere allibrationis, tāquam affixa oneri reali. Et Bar. concludit in cōtrariū quod excipit ex facto fit expreſsè per arg. lo. an. quæ arg. alleg. in c. j. de immu. eccleſi. li. vj. quoniā illa allibratio non afficit prædiū nec poſt venditionē iā factā, gl. eſt in l. incola. ad munic. Et ſic ſi tranſeunt vēditionē factā, bñ tranſeuntcū illo onere. ſed nō pro futuris venditionibus. Et ideo nō debet amoueri de li. vel de cataſt. illius cui ſunt allibrata: & ipſe vel eius hæredes tenebuntur quouſq̄ durat illa allibratio. vide Bar. in d. l. incola. ad munic. p.

b ¶ Cauſa matrimonialis eſt ſpiritualis.

Si in cauſa matrimoniali uertitur quæſtio facti, quia negatur unquā interuenisse uerba de præſenti, poteſt iudex ſecularis cognoſcere, ſed ſi uertitur quæſtio iuris, iudex eccleſiaſticus cognoſcet.

3 Quid in uſuris, uel ſi dicatur quod contractus eſt uſurarius.

LEX. VI.

1 OMni innouatione. † Iſta l. allegatur in fi. q̄ ſi in cā cœpta corā iudice ſeculari incidat aliquis articulus ſpiritualis q̄ iudex ſecularis ſuper iſta nō poſsit cognoſcere, nec pronunciare: ſed debet remittere ad iudicem epiſcopi. Et quouſq̄ ibi expediatur debet ſuperſedere in cauſa. Et ſi cōtrafaceret, non valeret proceſſus: tanquā ſuſpenſa ſit eius iuriſdictio, de hoc in. c. lator. qui fil. ſint legi. Et poterit iudex eccleſiaſticus inhibere & vetare q̄ non procedat: & etiam prohibere quod non faciat nouitatem. † Et ponit exemplum ſi aliquis tanquam
2 filius talis petat hæreditatem, & opponitur. quod non ſit filius legitimus, q̄ inter patrem & patrem nō fuit legitimū matrimo-
b nium. Nam cauſa matrimonialis eſt ſpiritualis. dicit Bar. ſed fuit orignaliter Paul. de liaza. in clemē. j. de vſur. quod iſtud eſt verū, ſi vertitur q. iuris non facti. Pone partes fatentur quod interuenerunt verba de præſenti inter parentes, tamen iſta verba non erāt ſufficientia ad contrahendum matrimonium de hoc ſe non habet impedire iudex ſecularis, qa an ſint ſufficiētia ſtatuitur per canonem, nō per legem, & tempus eſt iudex canonum. Sed ſi qō facti verteretur vt exemplum: quia negatur vnquam interueniſſe verba de præſenti. Et aduerſarius vult probare contrarium. Iſtam probationem bene poteſt recipere iudex ſecularis, qa hoc ſolū in facto conſiſtit. nō tamen debebit ſuper matrimonio, ſed ſuper principali. vt. l. j. de ordi. iu. † Sed iudex eccleſia
3 ſticus bene pronunciat etiam in vſuris ſi producitur inſtrumentum de centum: aduerſarius dicit q̄ non fuerunt numerata niſi quinquaginta: & alia quinquaginta fuerunt appoſita pro vſur. & vult probare, certè probationem iſtam iudex ſecularis poteſt recipere, quia eſt qō facti. ſed ſi diceretur an contractus eſſet licitus vel illicitus ratione vſurarum. q. iuris eſt, & remittenda eſt ad ep̄m & habeo nunc cauſam pendentem de facto, quia productum fuit inſtrumētum de centum, & pars aduerſa probauit quod erat de lucro ſortis verę. & de hoc fecerunt cōpromiſſum: & ita arbitri pronuntiarunt & reduxerunt ad l. cū autem petať nunc executio de illis pars aduerſa vt hīc euitet, recurrit ad curiam epiſcopi petens relaxari iuramentum, & allegans contractum vſurarium & non potuiſſet cognoſci in curia ſeculari de hoc articulo. Et hoc facit ad finem protellandi litem: & quod etiam ſi ibi condemnetur poſsit appellare ad Papam, & in infinitum ducere: vnde petitur an poſsit impediri iſte acceſſus ad curiam eccleſiaſticam. Et per prædicta videtur q̄ ſic, quia de illo articulo facti potuit compromitti & cognoſci in curia ſeculari. & adde quod not. Bar. in l. Titia. ff. ſol. ma. & in l. quoties. infra de iudi.

a ¶ Eccleſia an teneatur ad refectionem pontium, uel murorum, uel guerræ.

3 Si alicui conceſſa eſt immunitas à muneribus, debet intelligi de his quæ tunc cōcurrebant. Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.

LEX. VII.

c 1 AD inſtructiones. ‘ Bart. dicit † q̄ iſta lex non procederet hodie ſi imponeretur collecta pro refectione pontium & viarum: quia cum illa imponatur perſonis & eccleſiaſticæ perſonæ, vel eccleſiæ non ſubſint laicis, non poſsit imponere eis tales collectas per auth. Item nulla cōmunitas. j. ti. j. ſed iſto tēpore bñ ſuberāt. Si aūt nō imponať collecta, ſed aliqua via ſit ꝓpe domū vel poſſeſsionē eccleſiæ vel p̄ refectiōe viæ, tale on⁹ dicitur reale & ad ipſam eccleſiā ſolū pertinet per l. fi. ff. de via pub. tñ nō poſsit cogi per laicos, ſed p̄ ep̄m. gl. aūt in c. gñaliter. §. nouarū. xvj. q. j. d. hāc. l. hodie non tenere & eē correctā, qa iſta eſt noua illatio. g̃ rō nō placet. nā noue illatiōes ꝓhibitę fuerūt etiā p̄ Cōſtātinū. vt l. j. j. ti. j. & tñ. p̄ l. iſtā cōcedūť iſtis caſib⁹. dico ergo q̄ qñ via eſt iuxta eccl'iā, vel domū eccl'iæ vel p̄diū ei⁹. Bar. dicit verū. et tūc eſt recurrēdū ad ep̄m q̄ eā cogat, Sed ſi ñ eſt iuxta p̄dicta et ſic ñ ꝓtinet ad ſolā eccl'iā refectio ſed ad totā

vicinam

vicinam quæ habet vsum vię illius vel pontis, si quidem ex illa via vel ponte ecclesia vel minister eius habebat vtilitatem propter prædia quæ ibi habebat, tenetur conferre ad istas expensas iuxta regulam: Commoda qui sentis iungas onus emolumētis. nō tñ cogetur per iudicē secularē, sed per episcopū: si non habebat cōmoditatē spēialē, licet fortè per hāc legem posset cōpelli ad cōferendū: expensa est pia hodie per illā aut. nō poterūt compelli nisi de licētia Papę. † Et idē videt dicēdū de alijs expē. simi 2 libus. vt refectione pōtis, vel murorū, licet gl. hic dicat ecclesias nō teneri. nā imò videtur cōtrariū per l. ad portus. j. de ope. pub. & in l. fi. j. de qui. mu. non licet se ex. lib. x. Et idē in expē. guerræ. Si erat dubiū de captiuitate ciuitatis, et districtu ecclesiarū, cum teneantur cōferre, & possint cōpelli per episcopū: alias non sine authoritate Papæ. & vide qd' no. in addi. Spe. in tit. de censibus.

3 † Dicit autē Cy. notabiliter in l. si ex toto. in prin. de leg. j. ꝙ si ali
a cui est cōcessa immunitas à muneribus, debet intelligi ' de his quæ tunc cōcurrebant. Sed si propter aliquē casum de nouo veniente, oportet imponi aliqua onera insolita, vt propter guerrā, talis immunitas nō prodest, quia quæ de nouo emergunt, nouo indigēt auxilio: vt l. de ætate. §. ex causa. ff. de interrog. act. facit l. in cōcedēdo. ff. de cōfir. tu. ī rōne sui. Tene mēti, qa quotidianū.

a ☞ Omni capitationis quod olim imponebatur capitibus puta masculis unus aureus, & feminis dimidius uocabatur tributum, & ab isto erant immunes personæ ecclesiasticæ.

LEX VIII.

1 SAcrosancta. † No. istā l. contra id quod vidi fieri percurial es curiæ Romanæ tempore quo ibi erat curia. nā Cortiani habebant
b immunitatem ne soluerēt gabellas b de propriis rebus vel victualibus quæ emebant ipsi autē volētes amicis eorū ieruire, introducebant victualia & res alias extraneorū, asserentes ea
1 sua esse: quod hic reprobat. † Not. etiā hic in ver. [capitationis.] iuncto ver. tributorū quod onus capitatiōis: quod olim imponebat capitibus, puta masculis vnus aureus: & fœminis dimidius. vt no. j. de an. & capi. super rub. vocabat tributū quod etiā gl. ibi dicit tamen ab isto tributo erāt immunes personæ ecclesiasticę: quia non erat onus reale, sed personale, non sic ab illo quod imponebatur rebus. vt l. placet.

a ☞ Si eligitur monachus unius monasterij ad regimen alterius, non debet ad illud transire, nisi obtenta licentia sui superioris.
An monachus possit transire de una religione ad alteram & quando non sufficit licentia sui superioris. sed debeat obtinere à Papa.

LEX IX.

1 QVi sub prætextu. † Doc. notant istā l. cōtra scholares qui sunt in matricula, & non intrant nec studeant, vt non gaudeant beneficio scholariū: nec percipiant fructus beneficiorū ex priuilegio concesso studentibus sicut nec hic clerici discreti in collegio clericorū si non exercēt diuina officia fa-
2 cit l. scrinarios. j. de tes. mi. & l. semp. §. pe. ff. de iu. im. † Itē no. tex.
c cū gl. in fi. ꝙ si eligat monachus vnius monasterij ad regimē alterius, nō debet ad illud trāsire: nisi obtēta licētia sui superioris. Quid si trāsiret sine electiōe de vna religiōe ad alterā, vide bonā gl. in c. cū singula. de p̄bē. li. vj. quę distinguit tres casus ꝙ aut vult trāsire ad arctiorē religionē, & sufficit petere licētiam, licet non obtineat: aut ad parē, & debet petere & obtinere aut ad laxiorem: & tunc non sufficit obtinere à suo superiore, sed debet obtinere à Papa.

1 ☞ Necessitas & utilitas publica præfertur priuilegio ecclesiarum.
In generali priuilegio immunitatis censetur excepta necessitas publica.
2 Statutum si disponit ꝙ non possint bona alienari in non subditum, non comprehenditur ecclesia, uel ecclesiastica personæ.
Communitas quando indiget animalibus pro mittendo aliquid ad aliquē locum, uel pro faciendo exportari ad ciuitatem, uel pro mittendo aliquem ad iustitiam, potest capere animalia priuatarum personarum, uel aliàs res.
4 Rescripta impetrata contra publicam utilitatem non ualent: nec est eis obediendum etiam si contineant clausulam non obstante aliqua lege uel statuto.
5 Propter delictū gubernatoris nauis, non confiscatur nauis aliena, si dñs in hoc cōsensit.
6 In his quæ tendunt ad utilitatem capituli, uel saltem non tendunt in damnum tunc quod maior pars fecit, uidetur fecisse totum capitulum. sed si tendunt ad damnum, requiritur quòd omnes concordent, & cōtradictio unius faceret ne uideatur gestum ab uniuersitate.
7 Factum Prælati, an noceat ecclesiæ?
Factum procuratoris uel tutoris, an noceat domino uel pupillo?

LEX X.

1 IVbemus. † Nauis ecclesiæ non excusatur ab onere ferendarū rerū vel personarū pro re publica. & illa quę subtrahit publicat. h. d. Et sic l. placet. §. e. quę dicit bona ecclesiarū non teneri nisi ad canonicā illationē. supplet tā ꝑ l. ad instructiones. §. e. quā ꝑ istā. & etiā ꝑ l. seq. vt
2 teneant etiā ad ista. de qbus in istis ll. † No. quod necessitas & vtilitas publica præfert priuilegio ecclesiarū, & sic in gñali priuilegio immunitas censet exceptuata rōne necessitatis publicę: qd' no. pro his quę dixi in
3 l. ad instructiones. §. e. † Sic et in statuto disponēte qd' nō possint bona alienari in non subditū, nō cōprehēdūt ecclesię, vel eccle-
d siastice ꝑsonę d, ne statutū dicat esse cōtra libertatē ecclesiasticā. ita no. ꝑ Io. And. per c. eos. de im. eccl. lib. vj. facit l. si qs sub cōditione. cū ibi no. ff. de codi. insti. & dicit Bar. per istum tex. in prin. qd' qñ cōitas indiget animalibus pro mittēdo aliqd ad aliquē locū, vel ꝑ faciēdo exportari ad ciuitatē, vel pro mittendo aliquem ad iustitiā, pōt capere animalia priuatarū personarū. & idem de alijs rebus, puta de mēturis. vt in l. fin. ff. de pig. act. Idē dicit ꝙ licet hæc loquat de naue vltra duorū miliū modiorū capaci, ni hilominus habet locū etiā in minori nauī:
4 cū sit eadē rō. † Itē no. ex versi. [nec si cælestæ.] qd' rescripta impetrata cōtra publicā vtilitatē nō valent: nec est eis obediēdū. qd' intelligę etiā si cōtineāt clausulā nō obstā. aliqua lege vel statuto. vt no. ꝑ Cy. in l. seq. & j. si cōtra ius vel vti. pub. l. fi. Sicut si qñ esset cōtra religionē Christianā: vt s. ti. j. l. ij. et ibi tetigi. subaudi nisi sequat secūda iussio cū tali clausula, vt ī aut. vt nulli iud. §. si verò iubemus. & no. in l. nec dānosa. j. de p̄ci. imp. of. Itē no. circa fi. qd' si nauis subtrahit ab isto onere, debet publicari. & sic delictū nocet ecclesię. & ad hoc semp allegat ista l. dicit Gul. de Cug. ꝙ nō sufficeret excusari nauē solo verbo ad hoc vt incidat in hanc pœnā: nisi sequat subtractio de facto, qa de lictū nō habuisset effectū propter solā verbalē excusationē si nauis fuisset capta: et sic
5 non debet pati pœnā. vt in l. j. in fin. ff. quod quisq; iur. † Itē dicit quod intelligit istum tex. quando prelatus vnà cū capitulo nauem subtraxisset, vel alius de ipsorū volūtate. nā ambo possunt præiudicare ecclesiæ, sed si solus prelatus, non fieret præiudiciū ecclesiæ, vt ꝑderet dominiū. sed sibi soli, si ipse haberet aliquod ius, puta vsum. & hoc per l. cotē. §. dominus. ff. de publicanis. q̄ bene facit. vbi propter delictū gubernatoris nauis non confisca
6 tur nauis aliena, si dominus in hoc nō consensisset. Dicit † etiā vnū verbū notabile quod si maior pars capituli consensisset, & minor contraxisset, adhuc non fieret præiudicium ecclesiæ, nec obst. l. quod maior. ad muni. quia debet intelligi de his quæ tendunt ad vtilitatem. vel saltem non tendunt ad damnum: & tūc quod maior pars fecit, videtur fecisse totum capitulum vel vniuersitas. Sed quando tendit actio ad damnum, requiritur ꝙ oēs concordent: & contradictio vnius faceret ne videatur gestū ab vniuersitate. quod perpetuò tene menti: quia raro reperies alibi
e hoc dictum. & est pulchra limitatio ' ad legem illam. Dicit etiā Baldus hic & Innocent. allegat istum text. in c. postulasti. de foro competen. ꝙ in defectum oneris realis confiscatur res etiam eius qui non erat subditus: nam hic ecclesia non erat subdita laicis, & istud onus erat reale, quia iniungebatur ipsi nauī. sed ipse dominus Baldus dicit quòd isto tempore, scilicet Codicis ecclesiæ erant subditæ, & quòd dictum domini Innocentij hodie haberet locum in rebus laicorum, vt si aliquis fo-

a ☞ Intelligi. Adde ꝙ Alex. in consi. cxciij. col. ij. ver. nūc attingo. tenet ꝙ extendat ad futura ī ij. col. sed ꝙ non intelligat concessa à collectis quæ imponunt pro guerra superuenienti. Ad de d. Ant. in c. peruenit. de censi. & eundē Alex. in cōsi. ccxvj. col. vj. ver. ad idē. in secundo vol. Cur.

b ☞ Gabellas. Adde c. quāquā. de cēsi. li. vj. & in cle. præsenti. e. ti. & diffusè ꝑ Berta. in tract. de gabel.

c ☞ Monasterij. Adde c. ꝙ Dei timorē, de statu mona. c. sanè. de regu. et in c. licet. e. ti. Archi. in c. mādam⁹. xix. q. iij. Lap. alleg. lxxxiij. Abb. in c. ea noscitur. in iij. no. de his quæ fi. à præla.

d ☞ Personæ. Adde circa hoc ea quæ ponūtur per doc. in c. noue rint. extrà, de sen. excō. & d. Alex. de Im. in cōs. xciij. in ij. vol. Cur. & tu vltra prędicta vide quę ponit satis in ꝓposito do. Barto. Soci. in consi. cclxxiij. col. v. ver. v. principaliter. & in cōs. cccxlj. col. iiij. ver. sed posito & ad principalē decisionē. pau. de Ca. hic de statuto prohibēte rē alienari in forensem ꝙ nō cō prehēdat clericū vel ecclesiā. adde Ang. in l. nemo. ff. de pac. & in l. filiuf. §. diui. ff. de leg j. et Bar. in l. fi. C. de exa. trib. lib. x. sed quod statutū valeat, vide eundē Bar. in l. j. C. ne li. habi. lib. xj. & de hoc in tract. de emp. & vē. q. iij. principali. q. xxj. & in finalibus verbis iij. q. principalis versic. de mum. Stra.

e ¶ Limitatio. Adde aliàs limitationes quas ponit Fel. in c. cū omnes. col. ix. cū duabus ſeq. extrà de cōſtit. in verſ. in eadē gl. ibi ſi ſunt plures. quas etiā habes per Ale. de imo. p maiori parte. in d. l. & maior in apoſti. ad bar. Cur.

a ¶ Gualdana. Ad hoc vide quę not. Bal. in extra. de pa. cōſtā. in verſi. nō iurantibus. Cur.

b ¶ L. cōtrariaſ canoni. Add ca. clerici. de iudi. c vlti. de ſecun. nup. c. j. de noui ope. nū. gl. ſummę. x. diſ.

e ¶ Sed miror. Add q cōtra Bart. tenet In. in l. nō ampli⁹ ff. de leg. j. & ibi do. Alex. in ij. col. qd dicit opi. cōtra Bar. veriorē. et allegat tex. in l. ſi qs curialis. j. de epiſc. & cle. & idē tenet ipſe Alex. in cō. ecviij in ij. colū. in ij. vo. ſed Are. ī d. l. nō ampli⁹. tenet opi. Bar quam dicit magis conſonā rationi. et vide eūdē Paul. de caſt. in d. l. ſi qs curialis. & Adde Fel. in c. eccleſia ſanctæ mariæ. co. xxxvj. ver. xij. quæro. extra de conſti. Cur.

rēſis haberet domum in hac ciuitate, vel p̄. dium in comitatu: nā propter hoc nō eſſet ſubditus, nec ſortiretur hic forū: vt l. libertus. §. ſola. ff. ad muni. tñ ſi iſta ciuitas illi domui vel prædio iniungeret aliquod on⁹, quod facere pōt cōferendo verba in ipſam rē quia eſt ſubdita ex quo eſt infra territoriū, licet nō perſona: vt dixi in l. placet. ſ. e. Si illud onus nō ſolueretur, poſſet cōfiſcari ſed ſi eſſet res eccleſiæ ſecus, ga tale onus nō poteſt ſibi iniungi, licet ſit infra territoriū. eſt excēpta: & videtur eſſe extra territoriū vt in c. luminoſo. xvij. q. ij. & ibi dixi in d. l. placet tene menti, qa multū declaratur ex his verbis id qd no. Innoc. in dicto loco.

7 † Quantū añt ad illū articulū an factū prę lati noceat eccleſię. doc. hic diſtinguūt, ſed vide quod in ſimili no. de facto procuratoris vel tutoris, an noceat domino, vel pupillo. q plenè no. Bar. in l. j. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius di. nō obtē. & qd no. in l. Polla. j. de his qui. vt in. Et concludīt in effectu per doc. q cōtrahendo nō pōt prælatus prę iudicare eccleſiæ, niſi ſeruet formā iuris. vt. j. eo. l. iubemus. Delinquendo verò aut q̄rimus in acquirendo, an pōt preiudicare, ſi cut procurator vel ſeruus domino ſuo in nō acquirendo. vt in. l. ſi. j. de acqui. poſ. & l. ſi ſeruus. cū ibi no. j. de pac. ſed in acquiſitis perdendis dic aut delinquit extra adminiſtra. puta interficiēdo, vel vulnerādo aliquē, aut vlolētiā committendo, & nō præiudicat. vt in. l. neq; interdictio. ff. de reg. iu. & l. meminerint. j. vñ vi. aut delinquit adminiſtrando, & tunc aut delinquit in non faciendo, & poteſt præiudicare, puta nō petendo bona eccleſię, quia facit contra eā currere preſcriptionē. Aut delinqt faciēdo & tunc aut pœna non cadebat in ipſo adminiſtatore, & præiudicat eccleſię, vt in caſu huius. l. vbi fuit ſubtracta nauis. nam poſito q per prælatū & capitulum, prout intelligit, qd tamen iſti non ſunt domini, ſéd procuratores, ipſa etiā eccleſia eſt domina & nihilominus præiudicat eccleſiæ, quia iſta pœna confiſcationis non cedebat in ipſis: cum nauis non eſſet eorum: tamen eccleſia ab eis recuperat, vt in vna ſolutione quam ponit hic gl. & probatur in dicta. l. Polla. lō. ſi ſtatutū dexerit q ſi quis produxerit falſos teſtes perdat cauſam, & tutor in cauſa pupilli eos produxiſſet, quia iſta pœna non caderet in tutore qui non eſt dominus cauſæ, præiudicat pupillo vt cauſam perdat: tamen recuperat á tutore, Si autem caderet pœna in ipſo tutore, vel in prælato, tunc eius debitum non preiudicaret eccleſiæ, ſed ſibi: vt in c. delictum perſonę. de reg. iur. in. vj. & de excep. c. cū venerabilis.

3 *Milites non poſſunt capere panem vinum, pullos nec alia animalia ruſticorum ad comedendum, quando ſubditi grauantur in ſoluendo fiſco onera ſua annalia: quæ per hoc ſolauntur: niſi in caſu neceſſitatis.*

3 *Princeps ſi uult maritare filiam, vel aliquid facere ad ſuum honorem quod nō debet propter hoc imponere grauamen ſubditis.*

4 *An in foro conſcientiæ liceat emere res confiſcatas quæ per officiales publicos uendūtur.*

LEX. XI.

1 NEminem. † A muneribus incumbentibus propter principis aduentum res eccleſię non ſunt immunes. h. d. In glo. j. ſed contra. j. tit. j. & ij. Subaudi in ver. [vel perangarij.] vbi eccleſiæ & eccleſiaſticę pionę nō tenent ad angarias & perangarias ſed dic verū

2 eſſe niſi in ſubaduentu principis. vt hic. † in gl. hic. [gualdana,

a ideſt imperatoris.] dic. i. ſocietas militum quos ſecū ducit Imperator: vult ergo gloſſ. quærere an ſit licitū dictis militibus capere res ruſticorū: puta panem, vinū pullos, & alia animalia ad cōmedēdū, & finaliter determinat quod non, niſi in caſu neceſſitatis: qñ nō potuit ſe prę munire, qa non debet facere tranſitū cū iniuria priuatorum. ſatis em̄ grauant ſubditi in ſoluendo fiſco onera ſua annalia: quæ propter hoc ſoluūtur vt milites ſuſtentent, vñ nō debet aliud grauamē ſupaddi: niſi ꝓpter ſummā neceſſitatē.

3 † Ideo ſi princeps vult maritare filiam, vel aliquid facere ad ſuū honorē dicūt Doc. q nō debet propter hoc imponere grauamē ſubditis. vt. j. de ſtatu. & ima. l. ij. & in hac. l. Gul. multū bñ tractat materiā munerū: quę munera plures recipiūt diſtin. & ſemp recurritur ad dicta eius qm̄ multa capita habēt in ſe. & Bar. ponit

4 in l. j. j. de mulieribus. & in quo loco. lib. x. † idē Bal. quęrit an liceat emere in foro conſcientiæ res confiſcatas quę per officiales publicos vēdūtur. pone exemplum in iſtis pignoribus quæ quotidie vēdūtur in platea per publicos officiales, quia eorū dñi nō exegerunt ea infra terminum. In foro em̄ iudiciali clarū eſt qd' ſic. & remittit ad not. in c. eos. de immu. eccle. lib. vj.

2 ☞ *Confirmatio priuilegiorum quæ erant inualida, quando nihil operetur?*

3 *Quando lex contrariatur canoni, ſtatur canoni in his quæ concernunt ſpiritualia, vel periculum animæ: & quid in aliis?*

Si aliqua communitas per ſtatutum ſuum debat aliquas eleemoſinas religioſis, an ualeat ſtatutum poſtea factum in contrarium?

4 *Relictum annuum factum conuentui fratrum prædicatorum pro eorum ſuſtentatione. an ualeat?*

Quid in legato ad piam cauſam, quando eſt omnino incertum?

LEX. XII.

1 PRiuilegia. † Priuilegia eccleſiarum confirmātur: inducta in contrarium tollunt.

2 & eleemoſynæ conſuete dari iubentur. h. d. Iaco. butr. † No. primò de cōfirmatione priuilegiorū quæ ſi ſunt valida, parum operant: quia ſolum renouat, & obſeruantiam excitat: & aliqñ prodeſt propter vetuſtatē veterū. vt no. in authen. de hære. & fal. circa prin. Si autem erant inualida: tūc ſi cōfirmāt ex certa ſcientia efficiunt valida. ff. de adopt. l. adoptio non iure facta. & in l. ij. de re eo. Sed ſi princeps ignorauit inualiditatē, & confirmatio ſit facta in forma communi, non validātur: vt in c. j. cum ibi no. de confir. vtl vel inuti. Et dicit hic Bald. q gñalis confirmatio antiquorum priuilegiorum non refertur ad illa quę erant reuocata niſi ſpāliter dicat cōtrarium, vt fuit hic: nā multa erāt reuocata, hic per pragmaticas ſanctiones poſtea impetratas. quas Imperator hic tollit, & renouat vetera priuilegia, ſed ſi hoc non feciſſet expreſsè: ſolum operatur in priuilegijs non reuocatis ſecundū Iaco. but. quæ vigedāt tēpore cōfirmationis. & allegant ad hoc. l. Meuia. §. à me. de lega. ij. in ratiōe ſui. l. eum q §. ſi mulier. de iureiur. Allegat ēt Bald. l. Mela. §. j. ff. de ali. le. vbi ſtatur vltimæ conſuetudini. Item allegatur iſte tex. cum gloſſ. in

b ver. omnes ſanè. q qñ lex contrariatur canoni. [b] ſtatur canoni: q eſt verum in his qui concernunt ſpiritualia, vel periculū animę: vt no. in. c. ij. de re iudi. li. vj. In aliis autē diſtinguitur. aut ſumus in terris ſubditis romanæ eccleſiæ quo ad tēporalia. & idem in vtroq; foro tā eccleſiaſtico quam ſeculari. iuxta no. in. c. cū eſſes de teſta. Si autem in terris non ſubditis, tūc in foro eccleſiaſtico idem. Sed in foro ſeculari ſeruant leges: vt no. per gl. in c. ſi. de ar

3 bi. li. vj. & per alios in c. j. de ope. no. nun. † Vltimò Bart. inducit ſi. huius legis quod ſi aliqua cōmunitas per ſtatutum ſuū dabat aliquas eleemoſynas religioſis, non valet ſtatutū poſtea factum

c in contrarium. ſed miror' de iſta deciſione: quia ſicut potuit ſtatutum facere, ita potuit tollere: vt. l. ſi quis in prin. teſtamenti. de leg. iij. & d. Bartho. de ſali. reprehendit iſtud dictum in authent.

4 caſſa. Bartho. autem quęrit, † an valeat relictum annuū factum conuentui fratrum prædicatorum pre eorum ſuſtentatione, cū ſint mendicantes, & remittit ad q. Fed. de ſen. qui diſputando tenuit qd' non & eſt. xij. in ordine conſiliorum ſuorum. dicit etiam non valere legatum ad piam cauſam, quando eſt omnino incertum, quod etiam tenet Petr. ſecus ſi pt certificari per relationem ad aliud. vt hic. dum mandat præſtari eleemoſynas ſecundùm antiquam conſuetudinem. Idem ſi poteſt certificari per interpretationem iuris: vt in. c. cū tibi. deteſt. & aliàs ſecus, licet relictū factum ad refectionem viæ valeat non obſtante incertitudine: vt. l. quidam. de leg. ij. Sed certè ibi poterat declarari per relationem ad aliud.

1 ☞ *In his quæ ſunt nulla ipſo iure cadit caſſatio & irritatio. Cancellatio & inductio fit interueniente facto.*

3 *Caſſatio & irritatio qualiter fiat? & nu. 1.*

4 *Quæ dicantur ſtatuta contra libertatem eccleſiæ? & nu. 5.*

5 *Valet ſtatutum q clericis agentibus in curia ſeculari, reddatur illud ius quod redditur laicis contra eos, in curia epiſcopi.*

6 *Non ſufficit quòd poſt ſolutionem creditor faciat inſtrumentum quietationis: imò ſi debitor uult tenentur reddere inſtrumentum cancellatum.*

7 *Statutum ſi dicat quòd clericus declinans iuriſdictionem iudicis ſecularis, ſit exemptus à protectione cōmunis, et nō debeat ſibi reddi ius, an ſit cōtra libertatem eccleſiaſticā?*

Si ſta

1 *Si dicatur loquatur generaliter q̃ declinans iurisdictionem Potestatis sit extra protectionem communis, non comprehenduntur clerici.*

AVTHENTICA.

CAssa. Diuide in tres partes. Primò cassat statuta iam facta contra libertatem ecclesiæ: vsque ibi: [& de certo.] Secundò prohibet in futurum fieri vsque ibi. [si cõtra.] Tertiò punit cõtra facientes. et h.d.

1 nunquid a ficam ipso iure non valent, & debẽt de libris statutorũ amoueri. & faciẽtes contrariũ puniũtur. h.d. & fuit facta per imperatorem Federicũ: & sic est aut. nouissima: per quem etiã facta fuit aut. sacramẽta puberũ. & habetur in ti. de statutis cõtra libertatẽ ecclesiæ post compilla. vsus feudorũ. & reperitur in c. nouerint. de sen. excõ. vbi additur alia pœna spiritualis. l. excõicatio. & dicit Albe. q̃ ista aut. & illud c. fuerũt facta eadem die. Ista ab Imperatore, & illa ab Honorio papa. iij. qui ipsum imperatorem coronauit in die coronationis & fuit in M.ccxx. q̃ Imperaror post ea venit in discordiam cum successore illius papæ: & finaliter fuit depositus & priuatus dignitate imperiali per Innocẽ. iiij. de qua priuatione & sentẽtia habetur in c. ad apostolicæ. de re iudi.

2 lib. vj. tamẽ iuæ cõstitutiones firmæ remanserunt. † Not. in prin. q̃ in his quæ sunt nulla ipso iure cadit cassatio & irritatio, q̃ exponitur. i. cassa & irrita fiant in c. accedens. vt lit. non contesta. & sic cassatio potest fieri solo verbo: sed cancellatio & inductio fit

3 interueniente facto: vt in l. inductum. j. de sol. † Et qualiter fiant dic vt not. in l. si quis libertatem. in prin. & glo. super versi. inductum. ff. de pet. hæredi. pone ergo dicit statutum huius ciuitatis quòd si mulier constante matrimonio propter inopiam mariti, facit sibi assignari certa bona pro dote sua: instrumentum dotis debeat cassari & irritari. An ergo sufficiet pnuntiatio iudi. quod habeatur pro casso & irrito? videtur quòd sic nec requiritur q̃ incidatur prothocollum, vel instrumẽtum publicum. Ad quod bene facit l. emptor. §. Lucius. ff. de pac. ibi. vanum & pro cancellato &c. sed si diceret quod debeat cancellari & induci: tũc oportet quòd producatur actualiter instrumẽtũ & cancelletur cum

4 cruce. vt dicit glo. in d. l. si quis libertatem. † Item not. ibi: [aduersus canonicas &c.] quæ dicantur statuta b contra libertatem ecclesiæ nam dicit Inno. quòd sunt quæ auferunt ecclesiæ vel ecclesiasticis personis ea quæ fuerunt concessa eis in priuilegium per papam vel imperatorem: secus si non in priuilegium competebant eis sed de iure cõmuni. Itẽ secus si per priuilegiũ interioris puta regis, vel alterius dñi. Requirit etiam Innoc. q̃ talia priuilegia fuerint generaliter concessa omnibus ecclesijs. secus si vni tãtum, vt ipse not. in d. c. nouerint. & pro primo dicto videt cãus hic. sed Bart. tenet cõtrariũ hic q̃ etiã si auferantur ea quæ sunt de iure cõmuni, dicũtur contra libertatẽ ecclesiasticã. Nam de iure cõmuni est q̃ occidens occidatur: si ergo fieret statutum q̃ occidens clericum non puniatur pœna mortis sed pecuniaria illud auferet ius cõmune. nõ autẽ priuilegiũ & tamen erit contra libertatem ecclesiasticam: quia clerici ex hoc efficiũtur timidiores & hoc dicit probari per l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarũ re. act.

5 non da. † Sed si auferrẽtur ea q̃ non cõpetũt ex priuilegijs principũ, nec de iure cõi: sed ex forma statuti, non esset contra libertatẽ ecclesiasticã pone enim q̃d sit statutũ q̃ instrm habeat paratam executionẽ, fuit aliud statutũ q̃ clericis agentibus in curia seculari reddat illud ius quod redditur laicis cõtra eos in curia epi̇copi. clarũ est aũt q̃ si laicus haberet instrm cõtra clericũ, nõ haberet executionẽ in curia epi: ergo nec si clericus haberet contra laicũ debet habere in curia seculari, si statutum valet. Quæritur ergo an valeat & determinat q̃ sic & nõ vr contra libertatẽ ecclesiasticã: cũ possint tollere clericis illud quod ipsi statuentes dederant. Nam poterant ab ipso principio statuere, q̃ si laici tũ haberẽt instrm hẽret executionẽ paratã, nec pñt cõqueri clerici q̃ põt rñderi meũ non tuũ tibi aufero beneficiũ. vt not. in l. alsi duus j. q̃ po. in pig. ha. Cætera vide hic per Bar. & Bal. & per d. Bar. de fait. qui repetijt. Et dicunt doc. per istum tex. ibi: [& ea de capitularibus &c.] nõ sufficere ad excusationẽ illorũ qui fauent statutis apponere clausulã q̃ si sint aliquę cõtra libertatẽ ecclesiasticã, habeanr pro non factis q̃d est verũ si patet manifestè esse probabile dubiũ excusarent secundũ do. Bart. de fait. quod placet postquã tamẽ hoc esset declaratũ, deberet inde amoueri: & illi ad quos pertinet si requisiti nõ faciant intra duos menses,

sunt excõicati. vt d. c. nouerint: sed ĩ penas a istius aut. nec in corpore vnde sumit incidũt, nisi post annũ. † dicit etiã Bart. per istũ tex. non sufficere q̃ creditor post solutionẽ faciat instrumẽtũ quietationis: imò si debitor vult tenetur reddere instrumentũ cancellatũ & ita debet intelligi l. ij. C. de condi.

7 ex l. facit l. ab omnibus. §. j. de leg. j. † Sed q̃d

c si' statutũ dicat q̃ clericus declinãs iurisdictionẽ iudicis secularis, sit exemptus à protectione cõmunis, & non debeat sibi reddi ius, an sit cõtra libertatẽ ecclesiasticam? dic q̃ sic: quia posse declinare talẽ iurisditionẽ est eis cõcessum per priuilegiũ tã apostolicũ, vt in c. si diligenti. de foro cõpe. quã imperiale. vt in aut. statuimus. j. tit. j. Et hic auferr eis per indirectũ. Sed an iudex hoc nõ d obstãte põt eis reddere ius adeo q̃ valeat? dic q̃ si statutũ aufert sibi iurisditionẽ, non põt nec propterea esset iudex excõicatus si nõ redderet postquã iurisditionẽ non habet. Sed si nõ aufert iurisditionẽ, sed solum inhibet ne ius reddatur, tũc posset: & valet processus secũdũ Bal. & Iac. but. qui hoc no. in d. aut. statuimus.

8 & hoc q̃n statutũ expresse loquit de clericis. † si verò generaliter q̃ declinans iurisditionẽ potestatis sit extra protectionẽ communis, nõ cõprehenderentur clerici. per ea quæ not. in c. eos de immu. eccle. lib. vj. quia in generali dispositione nõ comprehenduntur ea quæ specialiter fieri non possunt, vel quæ essent turpia, aut reprobata: vt in l. quanquã. de rit. nup. & l. si quis sub cõditione. ff. de condi. insti. & l. si pater. de his quæ in frau. credi.

2 *In testamentis ad piam causam quãdo relinquitur pijs locis, an censeatur dispensatũ contra omnem obseruantiam iuris positiui, ut censeatur remissa omnis solennitas iuris ciuilis, & nu. 5.*

3 *Quod relinquitur ecclesiæ uel pauperibus, censetur relictum Deo.*
In his quæ concernunt Deum, uel ius diuinum, non possunt statuta fieri in contrarium.

4 *Statutum si dicat q̃ mulier sine certa solennitate non possit alienare bona sua: quod non habeat locum si ingrediatur monasterium & quid si non ingrediatur, sed donaret ecclesiæ.*

¶ Cõtra libertatẽ ecclesiasticã. Adde Anto. de bu. Abb. & Io. de imo. in c. quod clericis. de foro compe. Cal. in disp. inci. Statuto cauetur.

¶ Quæ dicantur statuta. adde tex. in c. ij. de ver. sig. libr. vj. & Abb. consil. lxxxiij. incip. prẽsens dubiũ.

¶ Sed quid si. Adde tu & de hoc vide vt per do. meũ do. Bart. sozi. in suo cõsi. cxxij. in j. volu. & vide eundẽ Pau. de ca. etiã circa hoc in aut. statuimus in ij. col. j. de epis. & cleri. S.

¶ Constitutus. Adde quis dicat in mortis articulo constitutus. gl. & Doc. in c. pastoralis. in §. prætereà. de offi. or. & per Inn. & Hosti. in c. de his. de sent. ex com.

LEX XIII.

1 GEnerali lege. † Dubitatio huius l. erat quia postquã istæ personæ dedicauerant se deo, videbatur q̃ de bonis mũdanis non haberent se impedire: quasi renuntiauerint mundo. et sic non possent testari, sed venirent venictes ab intestato cuius contrarium hic determinatur quia per hoc non debent esse deterioris conditionis & sic licet loquatur quando volunt relinquere pijs locis: idem tamen si cuicunque alteri: sed hodie ista lex corrigitur in illis qui fecerunt professionem expressam vel tacitam per quam bona sua videntur in monasterium collata: ideo amplius de ipsis disponere nõ possunt, vt in aut. ingressi. hic posita. Sed in illis qui nondum fecerunt professionẽ: licet se dedicarint

2 deo: & stent in monasterio l. ista nõ est correcta. † Et no. tex. ibi. [quod tñ.] q̃a videt hic tex. cõtra determinationẽ. Bar. qui tenet in l. j. §. e. quod per illã l. in testamẽtis ad piã causam q̃n relinquit pijs locis, censeat dispensatũ cõtra omnem obseruantiã iuris positiui, & cẽseatur remissa oĩs solennitas iuris ciuilis: quia iste tex. vult expresse cõtrariũ, sed sustinẽdo Bart. dic quod loquit in eo

d qui non erat in mortis articulo constitutus d l. autẽ prima loquit in illo: sed hodie per ius canonicũ idem in vtroq;. & sic ista lex in hoc est hodie correcta per ius canonicũ: in quo nõ requiritur solennitas: sed duo testes sufficiũt. & etiã dicit Bal. notabiliter q̃ etiã si statutũ diceret quod mulier nõ possit testari sine presentia consanguineorũ: tñ ad piã causam poterit q̃a quantũ ad statutũ

3 nõ valet: cũ cõcernat deũ. quod † eĩ relinquit ecclesiæ vel pauperibus, censetur deo relictũ: cuius contẽplatione hoc censetur factũ. arg. in l. seruo legato. §. si testator. de lega. j. & in his quæ cõcernunt Deũ vel ius diuinũ non possunt statuta fieri, in contrarium. vt no. per Bar. in l. cunctos populos. in v. q. s. tit. j. Sed cõtra quia per generalem constitutionem iuris ciuilis vel canonici, disponentis quod in relictis ad piã causam non requiratur solennitas: non videtur derogatum statutis specialium locorũ, si nõ fuit

a ¶Vel tacitam. Adde c.j.d vot.li.vj.Doc. in rubric.de regular.
b ¶Religionib⁹. adde doc.in c in presentia de prob.c.statutum. xvij. q j.& in c. fin. xix.q.vlti.
c ¶De mēdicātib⁹. ad de q dicant mēdicātes.in c j.de reli. do. li.vj.c quorundā.de elect eo.li.gl.in cle. aut.pfessores d reg. 4

expressè dictū.vt in c.j.de constitu. lib. vj. Sol.hoc non contingit ex eo quod per illa iura fuerit huic statuto derogatum:sed procedit ex defectu potestatis statuentiū: qui specialiter non potuissent statuere in his q̄ concernunt piam causam.vel super bonis ecclesiasticis iam quæsitis,vel acquirendis ergo in generali dispositiōe statuti hoc nō comprehenditur.per ea quę dixi in authē. cassa. † Dicit etiam Bal.si statutū dicat qd̄ mulier sine certa solennitate nō possit alienare bona sua,si tamen ingreditur monasteriū:licet sine illa solennitate bona alienantur in monasterium quia transeunt cum persona:sed etiam si non ingrederetur monasteriū,& donaret sibi vel ecclesiæ,valeret:per id quòd dixi in tali statuto ecclesiæ non compræhenduntur.

1 ☞ Ingredi monasterium dicitur qui facit professionem expressam,vel tacitam,in manu abbatis vel alterius loco eius recipientis.
2 Professio expressa dicitur quando ingrediens promittit tria substantialia religionis. s. obedientiam,continentiam,& paupertatem.& uide.nu.1.
4 Tacita professio quæ dicatur?
Monasteria dicuntur illa in quibus sunt monachi qui habent in communi,& nō in particulari.sed illa in quibus sunt religiosi mendicantes appellantur loca pia,seu religiosorum.
Differentia inter monachos & fratres.
In fratribus minoribus non habet locum ista authen.nec possunt capere ut retineant, nec ut veniant.& ingressus talem religionem habetur pro mortuo.
5 Quid in aliis religionibus?
6 Qui dicantur mendicantes?
7 Ingrediens monasterium transfert se de potestate patris(si in eius potestate erat)in potestatem monasterij,vel abbatis,& sic mutat familiam:& patitur minimam capitis diminutionem,est seruus Dei,& re uera est liber homo,& retinet ciuitatem:quia potest succedere.
8 Ingrediens monasterium transfert dominium & etiam possessionem bonorum (si haberet)sine alia alia apprehensione,sicut transferuntur in arrogatorem.
9 Quid si non ingrederetur monasterium,sed donaret omnia bona sua,cum non transferatur possessio sine apprehensione,sed dominium sicl & nu.13.
10 Ingrediens monasterium si habebat dignitatem coherentem personæ, quia esset comes: Rex,vel imperator,statum quod ingreditur desinit esse.nec dignitas transit in monasterium.
11 Ingressus monasterium potest hæres instituj,& esse testis in testamento,& etiam executor testamenti.
12 Sicut non potest testari,ita nec aliud actum facere in præiudicium monasterij.
13 An testamentum quod prius fecerat rumpatur,& si non rumpitur, an possit illud mutare post ingressum?
14 Qui nulla bona habet in ciuitate,nec habere potest,non potest testari: secus si posset habere,licet actualiter non haberet.
15 Ingrediens ecclesiam secularem non efficitur religiosus,nec tenetur ad obedientiam nec castitatem:nisi recepisset ordines sacros,nec ad paupertatem. & potest acquirere & retinere bona & uxorem.
16 Quid in istis conuersis ecclesiæ regularis?
17 Per dedicationem in monasterium transfertur persona sub obedientia Abbatis solo uerbo.
18 Si non constat quid ingressus uoluerit sibi reseruare,an dominium,an nudam facti detentionem,quod tunc nec ingressus nec reseruatio uitietur,sed intelligatur reseruatio quòd nudam facti detentionem:quæ potuit esse penes monachum sciente & patiente abbate.
19 Quid si appareat quod uoluit retinere dominium?
20 Ingrediens si dicat dedico me cum bonis meis,uel dicat dedico me & bona mea, quæ sit differentia.& nume.16.
21 Si ingressus personæ non ualet (quis ingrediens habebat uxorem)an saltem monasterium habebit bona si uxor retraxit personam?
22 Monasterium tenetur ex persona ingressi usque ad quantitatem seu uires bonorum,& non ultra:sicut nec fiscus ex persona deportati: & contra quem dabitur libellus?
23 Monasterium habetur loco unius ex filis successoris.
24 Quid sit emphyteuta,liuellarius,uel precarius?
25 Ingrediens monasterium si habet utile dominium ut si est emphyteuta an illud transeat in monasterium.
26 Quid si habeat usumfructum?
27 Quid si habeat feudum?

AVTHENTICA.

INgressi. Authent.ista continet tria scilicet dictum.vsque ibi:[nec ergo.] Item illationem ex eo vsque ibi:[vt pote.] Item rationem illationis.& est canonizata.xix.q.iij. c. quia ingredientibus.Et circa materiam eius Spec.in titu.de sta.mo.format vitra xl.quæstiones.& Canonistæ habuerunt originem in iuribus eorum ab istis authent.& alleg.catholicorum imperatorum. quas postea canonizarunt & approbarunt in quantum concernunt fauorem ecclesiarum.Et corrigit.l.generalis.§. proxi. inquatum loquitur de his qui fecerūt professionem in monasterio.In aliis remanet incorrecta.venio ad casum.† In tex,ibi,[ingressi.]dic il
a 1 le dicitur ingredi qui facit professionem expressam vel tacitam
2 in manu abbatis,vel alterius loco eius recipientis,& dicitur† expressa quando promittit tria substantialia religionis.scilicet obe-
3 dientiam:continentiam:& paupertatem.† Tacita dicitur quando recipit habitum qui nō consueuit dari professis,& tunc statim dicitur professus.vel quando consueuit dari professis & nouicijs.& sic dicitur habitus indistincte,& cum eo perseuerauerit per annum.& hoc colliguntur in c.j.& c.beneficium. de reg.lib.vj.vel quando virgo recipit velum professionis.Sed pone quod quis in manu abbatis dicat dūtaxat hæc verba ego dedico me huic monasterio.nec exprimat illa tria?Respondeo. q.d̄ videtur professus, quia dedicatio quæ est translatio personæ & bonorum,est effectus professionis.vt hic colligitur.posito ergo effectu ponitur causa per articulum ab effectu. vt nota.§.titul.j. l.nemo clericus.in glo.quæ incipit verè.& xij.q.ij.c.quatuor. & quod notatur in l.constitutionibus.ad munici. Idem si vteretur
4 aliis verbis idem importantibus.In text.ibi,[monasteria.]dic[i] il la dicuntur monasteria secundū communem vsum loquendi in quibus sunt monachi qui habent in cōmuni,& non in particulari.& de illis loquit̄ iste tex.Sed illa in quibus sunt religiosi mēdicantes,non appellantur monasteria:sed loca pia,seu religiosorum:nec illi dicuntur monachi,sed fratres:puta sancti Francisci vel sancti Dominici:vel sancti Augustini.Et etiā fratres qui vocantur serui sanctæ Mariæ: qui etiā sunt mendicantes.An aūt in illis habeat locū ista auth. dic qd̄ in fratribus minoribus non habet locum:qa illi nō possunt capere nec vt retineāt:nec vt vēdant,cū illa religio sit in altissima paupertate fundata. vt in cle. exiui de paradiso.de ver.signi.& ideo ingressus talem religionē: habetur omnino pro mortuo.& eius bona deuoluuntur ad venientes ab intesta.vel ad hæredes scriptos. si prius fecerat testū: qa statim confirmatur,quasi mortuus esset,& io testū confirma
5 tur vt no. in auth.seq.si qua mulier.per doct.† In alijs verò religionibus
b mendicantibus si non sunt mendicātes ex regula.sed ex constitutionibus.vt no. Bal.in l.cū quæstio.infra de lega.& in auth.nisi,infra ad treb.& etiam in seq.auth.fuerūt opiniones, an in eas tranſeant bona ingredientium.de quibus per Cy. in l. deo nobis.in fi.infra ti.j.per Canonistas in c.in præsentia. de proba. sed quicquid sit de iure Prædicatores dicūt se posse capere nō vt retineant,quia quò ad hoc dicuntur mādicantes,sed vt vēdāt & pretium in eorū necessitates conuertant.pro quo vide bonā. glo.in c.j.de relig.domi.lib.vj.super verbo domum.sed Host.dicit q̄ nescit quo iure hoc faciant.& etiam Io. an.sed Archi.in d. c.quia ingredientibus.dicit se vidisse priuilegiū Clemētis quarti hoc eis concedentis cuius priuilegium de verbo ad verbum refert hīc Albe.& ita de facto seruatur.& etiam volunt posse succedere suis consanguineis ex testō.& ab intestato:sicut alii monachi de quibus in d.l.deo nobis.similiter.vt vendant.Et ego vidi consilium collegij Bononiensis hoc cōcludens pro verò cū sigillis pendētibus singulorum doc.Bal.hīc videtur de hoc tractare licet alibi videatur in hoc assentire per pulchram rationē, qa continet in se contrarietatem. Aut enim acquiritur eis dñiū, & est apud eos quousque vendant. & tunc non possunt dici mē-
6 dicantes.nam illi † propriè sunt mendicantes.de iure qui sunt in capaces acquisitorum,sicut deportatus,vel seruus penes quem nō pōt esse dñiū,Si aūt dicat̄ in eos nō trāsire dñiū.necnō dicāt mēdicātes.quomō vēdēdo ipm trāsferūt in aliū?vñ dicit ipse de iure idem esse in eis quod in fratribus minoribus: quia iura fa-
c cientia de mendicantibus' mentionem:pariter loquuntur de minoribus, & prædicatoribus,& alijs: vt in c. nimis. de excessi. prælato. & puto quod ipse dicat veritatem:quod nisi probent consuetudinem, capere non possint. vel nisi ostendant priuilegium apostolicum quod dicunt se habere in quodam libro magno, qui vocatur Mare magnum: sed pauci librum maris magni viderunt. Et hinc sumpta occasione Bal. hīc tractat de materia fratrum minorum.de quibus Bar.facit vnum tractatum quem appellauit minoricam valde pulchrū & subtilem.sed

Bald

Bal.nititur ipsum reprehendere in quàmpluribus. Dic vt hic per eum quando casus occurret, sed plenius in illo tractatu. & dicta Bar.limita secundū limitationes Bal. In tex.ibi. [dedicāt.]
1 glo.exponit.i.transferūt.inquantū transfert se:dic† ꝙ transfert se in potestatē alienā:scilicet monasterij,vel abbatis: & sic vbi erat sui iuris efficitur iuris alieni:& si erat in potestate patris desinit esse:vt notān l.si ex causa.§.Papinianus.aliàs Pompo. ff. de minor. Et sic mutat familiā.& per hoc dicūt Docto. ꝙ videtur capere minut.quod etiā hic tenet glo.ij.post mediū in versi. [Item si mechatur.]& etiā in auth.seq.non tñ dicitur capitis diminutio maxima vel magna,sed minima:licet in contrariū videatur: quia dicitur seruus:vt not.in authen.causa quæ fit cū monacho. j.tom.j.sed dic ꝙ est seruus Dei,non pœnæ,vel hominis.& reuerta est liber homo.vt no.glo.in l.cū hæredes.§.fi.ff.de acquir.pos. & etiā retinet ciuitatē.id est ciuilia:quia pōt succedere acsi non esset religiosus,& familiā non mutasset:vt d. l. deo nobis. & sic efficitur suus hæres patri:licet desierit esse in eius potestate: vt ibi no.propter verò minimā capitis diminutionē prædictā non rumpitur testamentū quod prius fecisset,cum tñ de ingressu cogitasset:vt dicam in auth.seq.quia mutat statū suum in melius: secus si in deterius:vt si transisset in potestatē hominis non spiritualis,vtputa per adoptionē:vt l.qui ex liberis. §. testamento. ff.
2 de secun.tabu. Inquantū verò transfert bona,dic † quod trāsfert dominiū & etiam possessionē si habebat,sine aliqua alia apprehensione:sicut transferuntur in arrogatorē. cui monasteriū hoc casu comparatur.vt hic notat glo.iuncto illo ver. iuncta l. si adoptauero.ff.de precario.& contingit hoc propter translationem
3 personæ quæ est principalis:sed si persona† non ingrederet monasteriū:licet donaret ei omnia bona sua,non transferretur possessio sine apprehēsione,licet secus in dominio.fauore ecclesiæ: vt in l.fi. & ibi no.j.eo.tit.licet quidā secus qñ translatio est vniuersalis.sed falsum est per l.j.§.qui vniuersę.ff.pro dote.intellige tñ quod hic dicitur.si monasteriū vult,vel non contradicit.aliàs secus si à principio tempore ingressus contradiceret:vt not.Bal. elegāter.j.auth.proxima ante fi.secus si ex postfacto. quia postquam dominiū esset acquisitū monasterio,non posset ab eo abdicari sine solennitate requisita à iure: sed bene potest impediri acquisitio.pro quo facit lex magis puto.§.si fundus. ff. de rebus eorū.& melius.l.j.§.an bona.ff.de iu. fis. æquiparando monasterium fisco.quæ æquiparatio melior est.iuxta no.per Innoc.in c. in præsentia.de proba.quia non tenetur vltra vires bonorū: sicut nec fiscus.Item intellige qñ sunt bona transitoria de vno in alte-
10 rum:aliàs secus.vt † si ingressus haberet dignitatē cohærentem
a personę:vt quia esset Comes, Rex,vel Imperator:[a] nam statim quod ingrederetur desineret esse in dignitate:& non transiret di-
11 gnitas in monasteriū.ita no.xxvij.q.ij.c.scripsit nobis. † In text. ibi.[testantur.]dic scilicet actiuè.sed nō perdunt testamenti factionem passiuè:quia possunt instituī,& esse testes in testamēto,
b & etiā executores testamenti:[b] vt in d.l.deo nobis.& in authent. de monachis.§.cogitandū.& in c.religiosus.de testa.lib.vj.excepti fratribus minoribus.vt in clemen.exiui de paradiso,de ver.
12 signi. Itē sicut] nō testantur,ita nec aliū actum facere possunt in præiudiciū monasterij.vnde si cōfiterentur post ingressum habuisse dotē ab vxore,nō præiudicaret ista cōfessio monasterio: si aliter non probaret dotē.& si cōfiteretur aliquid extorsisse per vsurariā prauitatē,& sic fore restituendum,adhuc idem. vt not.
13 Specu.de sta.mona.ver.lvj.& ver.lx. An †autē testamētū quod prius fecissent rūpatur vel non?& eo casu quo nō rumpitur, an
c possit illud mutare post ingressum[c]. Dic vt in authē.seq. In text. ibi [nec domini rerū.]subaudi actu vel aptitudine.vt etiā pro-
14 batur in l.lex cornelia.ff.de vulga.& pupilla. vbi dicitur † quod ille qui nulla bona habet in ciuitate:nec habere pōt.nō potest testari.secus si posset habere.licet actualiter non haberet vt hic in glo.fi. Et adde aliā rationē ad tex.quia sunt in potestate abbatis. xvj.q.j.c.de præsentiū.ergo &c.vt l.qui in potestate. ff. de testa. & nō habet nolle vel velle.xij.q.ij.c.non dicatis.ergo &c. vt l.j. eo.tit.de testa.vbi dicitur quod testamentū est volūtatis nostræ iusta sententia:ergo nō cadit in eo qui volūtatem non habet. In glo.j.ibi.[tacitè vel expressè.]dic hoc quod dicit gloss. refertur ad dedicationem bonorum:vt patet ex his quæ sequūtur in gl. quia si in dedicatione personæ non faciunt mentionem de bonis,dedicantur tacitè:si faciant,dedicantur expressè. Sed certè etiam dedicatio personæ potest fieri tacitè & expressè:vt dixi super primo verbo huius authen.& si bene consideres istam glo. dum dicit.[dedicent se.]sentit id quod dixi super text.quod dicēdo dedico me huic monasterio,videor profiteri. In ea gloss.ibi. [ergo idem] dic ergo secundùm istam gl. nō erit differētia inter ingredientem monasterium,& ingredientem ecclesiam secularem:vt etiam vult glo.seq.post prin.in ver.
15 [vnde.] quod est falsum: vnde dic † quod ingrediēs ecclesiam secularē etiam si profiteatur religionem expressè, non efficitur religiosus: quia nō profitetur in manibus abbatis, qui potest incorporare religioni: & hoc voluit Innocen.in c. correctum. de regularibus.vnde nec tenetur ad obedientiam,nec ad castitatem:nisi recepisset ordi-
c nes sacros:nec etiam ad paupertatem. vn-
d de potest acquirere,etiam retinere bona,& vxorem.[d] licet sit conuersus ecclesiæ secularis:ita not.in c.vt lex continentiæ. xxvij. quæstio.j.& ita dicit Barto. se consuluisse.
16 sed quid † in istis conuersis ecclesiæ [e] regu-
d e laris,qui vocantur conuersi nō monachi? Dicit Bald.in authen.sequen.quod si non mutant habitum,nec renuntiāt seculo idē: aliàs secus.si tamē in ecclesiam secularem
e conferrent bona, valeret collatio iure donationis:non tamen acquireretur possessio sine apprehensione:vt suprà dixi nec efficeretur intestabilis:licet nō haberet bona: quia non habet actu: sed potest habere & acquirere in futurum.& non caderet in donatione illa: sicut nec in confiscatione: vt not.in l.non ad ea.ff.de condi. & demonst. f In gloss.sequen.in princip.ibi. [sed impropriè quò ad bona.]hic vult dicere gloss.
17 quod † per dedicationem in monasterium bene transfertur persona sub obedientia abbatis solo verbo: sed dominium bonorum,vel possessio nō transfertur sine reali traditione:vt patet ex l.quam allegat. qđ est falsum:vt suprà dixi nec obst.illa. l. qa loquitur quando quis vouerat bona,& non personam:sed quādo personam:bona sequuntur illam, vt tranieant in consequentiam.vt in l.si adoptauero. ff.de preca. In ead.gloss. ibi. [Item quid si ex pacto.] dic in ista quæstione.gloss. aliter distingui in l.per seruum.§.primo. ff. de vsu & habita. Baldus autem sic di-
18 stinguit.quòd † aut non constat quid voluerit[f] sibi reseruare: an
f dominium,vel nudam facti detentationem:& tunc nec ingressus nec reseruatio vitiatur:sed intelligitur reseruatio quò ad nudam facti detētationem.quæ potuit esse penes monachum sciēte & patiente abbate.iuxta ea quæ not. Ioan. Andr. in regu. non est obligatorium.de regulis iuris libro sexto. in mercurialibus. sicut & penes seruum sciente & patiente domino. vt in l.iiij. ff.
19 de manumiss.Sed † si apparet quòd voluit retinere dominium, quod erat impossibile:tunc aut obligatio personæ fuit facta cōditionaliter si poterat bona retinere,& vtraque vitiatur. argum. in l.non solùm.ff.de actio.& obligatio.aut modaliter,vel sub pacto.& tunc tenet gloss.hic quòd vitiatur reseruatio,& nō ingressus.Sed domi.Anto.de Butri.in dicto capitulo finali. de condictio.apposit.videtur hanc distinctionem per omnia reprobare. Alij transeunt cum ea. In eadem gloss.ibi.[Item si dedi me &c.]
20 dic in ista quæstione non esse distinguēdum:an præcedat † me, vel præcedat verbum bona mea:quia cùm dedicatio bonorum veniat in consequentiam dedicationis personæ, non est attendendus ordo verborum,sed ordo iuris.vnde etiam si verbū bona mea præcederet in ordine verborum,tamen in ordine intellectus videtur sequi secundùm Baldum per l.talem.ff. de hære. instit.& de solutio.l.nec ordo.in principio.titu.& l. secunda. §. prius.cum ibi nota.ff.de vulga.& pupil. Sed est distinguendum

a ¶Comes, Rex, vel Imperator. Adde gl. in c. præsens clericus xx.q.iij.Bal.in l.data opera.C.qui accu. non pos.in l.fin.C.de episco.& cle.& eūdē Bal. in addi. Spe. tit. de statu mon. in §. j. ver. xj.

b ¶Et etiam executores testamenti. Adde tex.iunc.a glo.in c.j. de testa.ca.li religiosus.de cle.lib.vj. Ioā. an.in regula is qui tacet.de reg.iu.libr. vj. in mer.Io.de Imo.in c.quintauallis.de iureiu.Ab.in c.Ioānes. in vlt.col.de testa. & Barro.in l.alio. ff. de ali.& ciba.leg.

c ¶Mutare post ingressum.Adde c.vt officium.in §.ad conscribendas.de hære. lib. vj.gl.in cle.j.eo. titu. doct.in c.sicu. ne cleri.vel mona.

d ¶Retinere bona & vxorē.Adde glos. & doct.in c.cū dilecta. de ma. & obed. Inn. in c.vt priuilegia. de priui.

e ¶Cōuersis ecclesiæ. Adde c.per exēptionem.de priui. lib. vj. c.dilectus. de capel. mo.c. non dubiū. de senten. excommuni. Bal.in c.tuis quæstionibus,in princ. de testi.Cald.tit. de regu. consi.vlti.

f ¶Quid voluerit. Qñ quis offert se monasterio : quòd possit bona retinere. vide per Do.Bar. sozi. cō sil.lx).colum.ñij. ver sicu. circa quartum. in j. volu. & ibi an oblatio facta de se à demente teneat Stra.

a ¶ Dictione cũ. Adde l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. obli. l. j. & ij. C. de verb. ſig. Card. in c. ſi. in j. not. de conſue. in c. j. in j. nota. de cõmo. & in c. nobis. in j. not. de iure patr. Rapha. cu. conſil. lvj. inci. Petrus hæres.

b ¶ An illud tranſeant in monaſteriũ. Adde in auẽ. de alie. in §. j. Io. And. in addi. Spe. tit. de loca. in §. nunc aliqua. verſi. cxx.

c ¶ Si ingreſſus habebat feudũ. Adde glo. in l. j. C. de leg. Hoſti. in ſum. tit. de immu. eccle. in §. inquantũ. Archi. in c. ſi qua mu lier. xix. q. iij.

qualiter exprimatur illud verbum bona mea, an acceſſoriè per dictionem cum: quę copulat acceſſoriè: vt dedico me cũ bonis meis: & tunc nihil operatur expreſsio: quia fit per eũ modum per quem tacitè inerat: vt l. non rectè. j. de fideiuſſo. & l. iij. ff. de lega. j. Aut exprimuntur æquè principaliter per copulam &, quæ coniungit principaliter. vt dedico me & bona mea: & tunc expreſsio operatur: quia monaſterium habet bona expreſſa cõceſsione, & principaliter: non acceſſoriè. Et effectus huius eſt magnus: quia per hoc deciditur alia quæſtio. j.

21 formata in glo. ſi †ingreſſus perſonæ nõ valet, puta quia ingrediens habebat vxorem: an ſaltem monaſterium habebit bona ſi vxor retraxit perſonam? Nam eſt diſtinguẽdum aut non fuit facta mentio de bonis, & ſic veniebant tacitè & in conſequentiam: & tunc vitiato expreſſo, vitiatur tacitum. vt l. iij. §. qui habet hauſtum. ff. de ſerui. ruſti.

a prædio. Aut fuit facta mentio: & tunc aut cum dictione cum', & idem quia nihil operatur expreſsio: vt dixi. Aut per dictionẽ &: & tunc videtur quod habeat bona. quia vitiato vno de principalibus, non vitiatur alterum æquè principale. & expreſſum, quando ſunt inter ſe ſeparabilia: vt plenè not. in l. ſi ſponſus. §. & generaliter, ff. de do. inter vir. & vxo. & per regulã vtile per inutile. & videtur probari. iſta diſtinctio per. l. j. ij. & iij. ff. de pec. leg. Tamen doctores in hoc vltimo caſu diſtinguunt. quod aut ingrediens ſciebat ſe non poſſe ingredi: & procedit quod dixi: aut ignorabat. vt quia credebat vxorem mortuam, & tunc monaſterium non habebit bona: quia non cenſetur voluiſſe ſe dedicare: vel bona, niſi verum ſit id quod credebat. argum. in l. nec apud. & l. ſi pater, j. de hære. inſti. & de fideicommiſ. l. eam quam. iecũdùm omnes Doctor. licet Bartol. ſibi ſoli videatur appropriare hanc diſtinctionem: ſed fuit antiquorum: vt colligitur ex nota.

22 in addi. Spe. de ſta. mona. † In ead. gloſſ. ibi. [Item ſi tenebatur.] In hac quęſtio. dic in effectu monaſterium teneri ex perſona ingreſsi vſque ad quantitatem: ſeu vires bonorum. & non vltra: ſicut nec fiſcus ex perſona deportati. cuius bona ſunt publica: vt l. j. §. an bona. ff. de iure fiſ. & hoc voluit Innoc. in c. in præſentia. de probatio. etiam Barto. hic. licet non alleget Innoc. & ſic monaſterium non habetur loco hæredis: quia teneretur in ſolidum.

23 licet gloſſ. mag. in fin. ſequen. authen. dicat contrarium. ſed †habetur loco vniuerſalis ſucceſſoris: vt in l. inter eos. in fi. cum ibi nota. ff. de fideiuſſoribus. Sed contra quem dabitur libellus? an contra monaſterium vel abbatem, an contra monachum? dic vt plenè nota. in authentica cauſa quæ fit cum monacho. infrà titu. primo. Et quod habetur in ſimili in arrogato & arrogatore: vt inſtitu. de acquiren. per arroga. §. fina. In ead. gloſſ. ibi. [Item quid ſi ingreſſus habeat precariam.] Dic not. gloſſ. de iſtis vocabulis: tamen in cõmuni vſu loquendi videtur idẽ importare ꝙ emphyteuſis, quæ in aliquibus locis vocaẽ liuellus in aligbus emphyteuſis in aliquibus precaria. & de his habetur in l. ſi finita.

24 §. ſi de vectigalibus. de dã. infe. Et †in effectu ille dicitur emphyteuta, liuellarius vel precarius qui habet vtile dominiũ: & recognoſcit alium habentem directum: ſeu id quod loco directi habetur. nam ſi emphyteuta concedit alteri emphyteuſim, non poteſt dici quod apud eum remaneat directum: cùm prius non eſſet: ſed penes illum qui ſibi conceſſerat: tamen remanet ſibi quoddam ius ſuperioritatis: quia ſecundus emphyteuta recognoſcit ipſum in ſuperiorem: & iſtud habetur loco directi dominij. facit quod in ſimi. not. in l. ex aſſe. ff. ad Trebel. & per Bar. in l. curatoris. j. de negotijs geſtis. In iſto ergo articulo quando ingreſſus habet tale ius vtile in quo alium ſuperiorem recogno-

25 ſcit. †Si quæritur an illud tranſeat in monaſterium? dic ſi in cõ-

b ceſsione ſibi facta fuit expreſsè actum quod non alienaret in eccleſiam, vt cõmuniter ſolet fieri, quod nec in potentiorem: nec in manum mortuam: & tunc non tranſit in monaſterium: ſed reuertitur ad ſuperiorem à quo recognoſcit: ac ſi eſſet verè mortuus. per gloſſ. quæ eſt in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verborum obligationibus. niſi recepiſſet pro ſe: & filijs, vel agnatis. & illi ſupereſſent: quia tũc deueniret ab illos ſicut ſi eſſet verè mortuus.

Si verò non fuit additum hoc expreſsè, tunc aut erat emphyteuſis eccleſiaſtica: id eſt, quæ tenebatur ab eccleſia, & apud illam erat directum dñium: ꝙ tunc mero iure tranſit in monaſterium: tamen eſt in poteſtate illius eccleſiæ detrahere: vt in authen. de alienatione & emphyteu. §. j. & ſi non retrahit, durat apud monaſterium quouſqꝫ viuat. & poſtea reuertitur ad eccleſiam: vel ad alios à quibus receperat. argumen. j. titu. j. l. ſi quis presbyter. ver ſicu. exceptis. Si vrò non erat emphyteuſis eccleſiaſtica, tranſit ipſo iure & cum effectu. quia ſuperior à quo retinetur, auferre non poteſt monaſterio quouſqꝫ ingreſſus viuat, quia debet trãſire in monaſterium illud ius quod habebat ingreſſus quouſque viueret. argumentum in l. peto. §. prædium. ff. de lega. ij. & l. Statius. §. Cornelio. ff. de iure fiſci. ſed poſt mortem dic. vt ſuprà dixi: & prędicta procedunt in eo qui habet vtile dominium: quod eſt à perſona ſeparabile, & tranſibile in aliam perſonam vel lo-

26 cum. Sed †ſi habebat ius cohærens perſonæ: puta vſumfructũ, vel vſum, eſt magis dubitabile: quia nec penes ingreſſum videtur poſſe remanere cùm ſit incapax illius iuris, ꝓpter profeſsionem: per quam à ſe abdicauit omnem potentiam habendi, vel acquirendi: nec in monaſterium videtur tranſire: propter nãturam ipſius iuris. vt inſtit. de vſufru. §. finitur. & ſic videtur quòd redeat ad proprietarium. Quidam dicunt quod in monaſterium non tranſit ius, ſed commoditas: quæ finitur finito iure per mortem ingreſsi: vt l. neceſſariò. §. fina. ff. de pericu. & commod. rei vendi. Sed iſti præſupponunt quod ius remaneat apud ingreſſum: quod videtur impoſsibile: vt dixi. Bartol. tenet quod ius tranſeat in monaſterium authoritate iuris ſcripti. quod ipſe per ſe facere nõ potuiſſet. quod olim erat in filioſa. adeunte hæreditatẽ qui ius hęreditariũ, quod videbatur merè perſonale, cum iuribus directis acquirebatur patri. & apud filiũ remanebat tantũ nudũ nomen facti. iuxta plenè no. in l. cum filio. de lega. j. Non tamẽ finiretur ex perſona monaſterij: quia tũc duraret per centũ annos: vt in l. an vſufructus. ff. de vſufruct. quia non fuit originaliter radicatum in perſonam monaſterij. Sed finiretur morte ingreſsi: licet non ſit penes eum iſtud ius, ſed ſolum nomen facti: quia ipſius tantùm contemplatione fuit conceſſum: ideo debet finiri eius morte: vt j. de vſufruct. l. fina. cum ibi nota. &

27 hoc placet. †Quid autem ſi ingreſſus habebat feudum? videtur

c dicendum idem quod in emphyteuſi. quia feudatarius habet vtile dominium: quod poteſt in alium transferri: tamen contrariũ eſt de conſuetudine feudorum: quia imò finitur per ingreſſum religionis: & reuertitur ad dominum: vel ſi erat antiquum feudum, tranſit ad agnatos: ſi eos habebat. vt in titu. ſi de feud. fue. controuer. c. j. §. qui. clericus. & in titu. dè milite vaſal. qui arm. belli. depo. c. j. & in titu. de feud. fœminæ in vſib. feud.

2 ☞ *Pater non poteſt auferre filio legitimam: etiam ſi uelit teſtari ad pias cauſas.*

3 *Ingreſſus monaſterium ſi habeat filios quibus uellet relinquere quantum plus poteſt, quod debeat retinere ſibi æqualem portionem quæ competet monaſterio.*
Si non uult diſponere, quid poterunt filij petere?
Caſus in quo monaſterium loco unius ex filijs habetur.
Monaſterium facit deficere conditionem appoſitam gratiato, ſi deceſſerit ſine liberis, & excludet ſubſtitutum ſi gratiatus ingrediatur monaſterium.

4 *Teſtamentum in quo eſt inſtitutus extraneus, an irritetur per ingreſſum monaſterij?*

5 *Ingreſſus an poſſit mutare teſtamentum quod prius fecerat?*

6 *Licet de rigore iuris ciuilis legitima nõ poſſit peti niſi mortuo patre, ſed alimenta tantum, poteſt tamen filius ingreſſi monaſterium petere à monaſterio quod ſibi aſſignentur certa bona de quibus poſſit ſe alere. & ſi contingat ipſum ſuperuiuere patri, remaneant penes ipſum pro ſua legitima, & quatenus tranſcenderent legitimam, reſtituantur monaſterio: & ſi præmoriatur patri, reſtituantur omnia monaſterio. & nu. 7.*

7 *Quod iſta erit aſſignatio facti & non iuris: nec tranſibit dominium in filium.*

8 *Si pater diſſipat bona ſua, an ipſo uiuente poſſit filius petere ſibi aſſignari legitimam?*

AVTHENTICA.

1 SI qua mulier. †Iſta eſt vtilis & ſingularis authenti. quæ primò confirmat authenti. præcedentem. inquantum illa dicit quod ingreſſus monaſterium non poteſt teſtari. vt habeat locum quando non relinquit filios in ſeculo. vſq; ibi: [ſed ſi perſona.] Secundò illam limitat. & ſupplet eo caſu quo liberos reliquit. & iſta ſubdiuiditur in tres partes ſicut ponit tres caſus. Primus eſt quando vult relinquere aliquid liberis, non tamen multum. & dicit quod ſaltem legitimam debet eis relinquere: & nõ minus:

minus: residuum verò erit monasterij. † & sic patet hic quod pater non potest auferre filio legitimam: etiam si velit testari ad pias causam. relinquendo pauperibus, vel ecclesiæ, vt etiã no. ta. in l. Papinianus. §. primo vel secundo. ff. de inoffic. testamẽto. vbi glo. allegat authoritatem Augustini dicentis q̃ qui vult filium exhæredare, & alium instituere: alium quærat pro consilio quàm Augustinum: & habet locum hoc siue filij erant in potestate, siue emancipati: quibus debetur legitima. dummodò sint legitimi & naturales: aliàs secus. vt in Specul. de statu monachorum. versicu. quid ergo si ingressus. & ver. liij. & hoc vsque ibi. [sed si omnem.] Secundus casus est quando vellet filijs relinquere quantum plus potest: & tunc non potest totum relinquere sed saltem debet sibi retinere portionem æqualem cum alijs filijs. quæ competet monasterio, vsque ibi. [sed si post.] quia non debet eius persona esse deterioris conditionis quàm persona vnius ex liberis. Si ergo erũt duo filij & facit tres partes æquales: duas habebunt filij, & ipse tertiam. & hoc secundum vnum intellectum. Sed glossa videtur intelligere aliter. quòd non diuidatur tota hæreditas: sed quatenus tangit quemlibet filiorũ pro legitima, eatenus sibi retinebit quod competet monasterio. Tertius casus est, quando non vult disponere. & tunc filij poterunt petere legitimam mortuo patre in monasterio, & non prius. residuum verò erit monasterij. & sic isto casu quando nihil disposuit: melioris conditionis erit monasterium quàm liberi: quoniã liberi non habent nisi tertiam partem: si sunt infrà quinq̃, & monasterium habebit duas tertias. sed quando pater vellet testari: tunc liberi possunt esse melioris conditionis quàm monasterij: quoniam potest eis totum relinquere si vult: dum tamen vnam portionem retineat sibi pro monasterio, quæ poterit esse parua: attento numero liberorum: & tamen econuerso si vellet relinquere liberis quantumminus posset, saltem integram legitimam deberet eis relinquere. quę non potest esse minor tertia parte. Pone ergo quod habebat vnum filium, ipsum instituit in legitima: de reliquis nihil dixit. iste textus vult quod reliqua cõpetat monasterio in versiculo. [sed si post.] & sic erit casus quo quis decedet pro parte testatus, & pro parte intestatus: quia residuum bonorum non accrescet filio instituto. sed est speciale secundùm

3 Bald. est etiam † hic casus specialis, in quo monasterium loco vnius ex filijs habetur. in versiculo. [sed si omnem.] Sed regulari-

a ter quicquid dicatur, monasterium nõ habetur loco liberorũ, * nec aliquo iure hoc cauetur: licet allegetur in contrarium. in authenti. de sanctiss. episcopis. §. sed & hoc præsenti. tamen ille text. hoc non probat: sed bene probat quod facit deficere conditionẽ appositam grauato: si decesserit sine liberis: quia si grauatus ingreditur monasterium, & ibi decedat, sine filijs carnalibus, non venit substituendus sub illa conditione, quia monasterium habet: sicut non veniret si reliquisset filios, non quòd monasterium dicatur filius: sed quia. l. hoc præsumit, quòd si testator cogitasset istum casum: institutum non sic grauasset: ne impediretur vita

4 contemplatiua. † In glo. ij. ibi. [Item quid si ante ingressum.] dic ista est notabilis quæstio. in qua glo. in effectu ponit tres opiniones. vnam quod indistinctè per ingressum irritetur testamentũ prius factum, in quo erat institutus extraneus. vsq̃ ibi. [sed dic.] Secundam quod si in eo erat aliquid relictum monasterio iure institutionis, non irritetur: sed possit monasterium petere vsque ad legitimam, si tantum fuit relictum. vel petat suppleri si non tantum. sed si nihil fuit relictum, præcedens opinio erit vera qd̃ irritetur: & extraneus nihil habeat. sed monasterium habeat totum. quod fortificat glo. tribus rationibus in verbo. [præterea.] vsq̃ ad versicu. [& econtrà.] Tertia opinio est. quòd non irritetur indistinctè, sed confirmetur. vt sic institutus statim possit capere omnia bona, & monasterium nihil habeat: ac si esset verè mortuus: quia pro mortuo reputatur. nec obstat principium huius authenti. & authenti. præcedentis. quia loquuntur quando ante ingressum non fecerat testamentum sed si fecerat, volunt isti quod bona non transeant in monasterium. Breuiter in hac quæstione dicendum est quod si ingrederetur monasterium fra-

b trum minorum, * ista tertia opinio esset verissima: quia in istum non transeunt bona & quia talis habetur omnino pro mortuo: & si non fecisset testamentum bona deuenirent ad venientes ab intestato. vt dixi in authenti. præcedenti: sed si fecit, veniunt ad institutum: qui potest statim capere: sed si ingreditur aliam religionem quæ possit capere, & retinere, vt a sunt religiones non mendicantium. vel capere & vendere, vt sunt aliæ religiones mendicantium, non fratrum minorũ: tunc nulla istarum opi. est vera simpliciter. sed est distinguendum. aut fecit illud testamẽtum cogitans de ingressu, & volens de bonis suis disponere antequam ingrediatur, ne monasterium habeat bona sua, quod præsumitur fecisse quando incontinenti post testamentum ingressus est: & tunc tale testamentum remanet firmum, & non irritatur. & sic monasterium capiet bona viuente ingresso: sed post eius mortem deuenient ad institutum: sicut si non fuisset ingressus. & nihil penes monasterium remanebit. per text. in authenti. de monachis. §. illud etiã. b vbi Imperator volenti monasterium ingredi dat hoc consilium quòd ante ingressum disponat. quod etiam probatur per authenti. nunc autem. j. titu. primo quę inde sumitur. Et tale consilium esset frustratorium, si testamentum tale irritaretur. quod esset absurdum. & dicit Bald. notabiliter per illum text. quod tale testamentum nõ subiacet solennitatibus iuris ciuilis: licet non fiat ad pias causam: quia saltẽ fit propter hoc, quia vult ad vitã spiritualẽ transire: sicut testamentũ militis, cũ intrat pugnã pro re publica. & sic ex præteritione filij nõ erit nullum: sed filius petet legitimã, nec propter defectũ numeri testiũ: quia ille text. vult qd̃ possit testari prout vult. & ista opinio quod dicto casu nõ irritet testm̃ fuit originaliter Iac. Bal. & Iac. butri. Sed si non cogitauit de ingressu, quod præsumit qn̄ dudũ ante ingressum fecerat: tunc testm̃ irritatur incõtinenti post ingressum, & institutus nihil habebit: nec viuẽte ingresso, nec post eius mortẽ: sed totũ erit monasterij. per rationẽ quę ponit in glo. in versic. [præterea.] & per rationẽ: quia res peruenit ad casum à quo nõ posset incipere, ante cõsummatũ effectũ. Nã testm̃ nõ habet effectũ ante mortẽ testatoris. & iste antequã moreretur effectus est instabilis. ergo &c. argumẽ. in l. pluribus. §. & si placeat. de verbo. oblig. & ista qn̄ erat institutus extraneus. si verò filius. gl. in seq. versic. tenet quod tũc nõ rũpatur. sed Bart. dicit esse distinguendũ prout in præcedẽti quęstione. Ego dico quod si talis testm̃ fecit cogitãs de ingressu, sine dubio nõ irritat̃: quia nõ irritaretur si esset institutus extraneus: sed si nõ cogitauit de ingressu, dici potest quod nõ irritat̃ ex toto. sed filius remanebit institutus in legitima, & residuũ perueniet ad monasterium. nã si nullũ testm̃ fecisset ante vel post, hoc esset. vt in ista auth. in fine fortius hoc casu qn̄ fecit, & filiũ instituit: & sic irritabit̃ testm̃ vsq̃ ad duas tertias. & nõ in tertia quę debetur filio pro legitima. Nec obstat qd̃ talis ruptura nõ possit fieri pro parte, ne pro parte decedat testatus, & pro parte intestatus. vt. l. pe. ff. de iniust. testa. quia hoc casu est speciale vt possit decedere pro parte intestatus. hoc colli-

5 gitur in versic. [sed si post.] secundũ Bal. † ex prędictis apparet an posset iste ingressus testm̃ qd̃ prius fecerat mutare? & certè si fuit ingressus religionẽ fratrũ minorũ, nõ põt. quia iã est cõsummatũ & acquisitũ hæredi ius in bonis, vel ius adeundi. Sed si aliã religionẽ, tunc si testm̃ fuit irritũ per solũ ingressum, non est tractandũ de alia mutatione: si nõ fuit irritatũ, tunc si in eo erat institutus extraneus, põt immutare instituẽdo monasterium, vel filiũ, sed aliũ extraneum nõ. Si verò filius, dic quod posset mutare eo modo, quo posset de nouo facere. & aliter nõ. In gl. quæ incipit. [qd si parẽtes.] habeat subaudi, & nõ liberos. & sic debeẽ parẽtibus legitima: sed si haberet liberos, nõ deberet̃. & pro hac quęstiõe vide in Spec. de statu mona. ver. liiij. & Doct. cõiter tenent idẽ esse in parẽtibus per l. nã & si parẽtibus. ff. de inoffic. test. nec est verũ quod monasterium habeat̃ loco liberorũ. vt dixi §. In glo. quæ incipit, [nunquid.] Dic in hac quæstione quod si adhibuit solennẽ numerũ testiũ, erit testm̃. argumen. l. non codicillũ. j. de testa. si nõ adhibuit nisi duos vel tres, tũc aũt assignauit filijs certas quotas: & idẽ. aut res singulares, & tũc erit vltima voluntas: non testm̃. vt hic habetur in simili per gloss. & Docto. in l. quo-

¶ Monasteriũ nõ habetur loco liberorũ. Adde Bald. in l. filiũ. in j. col. ff. de his qui sunt sui vel alt. iur. in l. hæredibus. in §. j. ff. ad Treb. & in c. j. in prin. de mili. vasallo. qui arma belli. depo. & Spec. tit. de loca. in §. nunc aliqua. ver. cliij. & se. Doc. in c. in præsentia. extrà. de pba. Ange. in consil. lxxvij. inci. q. hic subtilis. & in consil. cexxxv. inci. qdã fuit condẽnat. & Alex. de Imo. in cõs. cxxj. co. iiij. & in cõs. cxl. col. ij. in ij. vol. Cu.

¶ Monasteriũ fratrũ minorũ. Adde Bart. in tractatu minoricarum. in pe. q. Nic. de vrba. in tracta. de successio. ab inte. Mathesila. in tracta. de successio. ab inte. in iiij. no. Fed. de seniis. consi. xxvj. Car. cõsil. cij. Lud. ro. consil. cclxvij.

a ¶ Pater ingressus est monasterium. Adde Bart. in l. si ex causa. in §. Papinianus. ff. de mino. Abb. in c. in præsentia. de proba. 6 Idem Abb. in c. inde eorũ. de æta. & quæsti. Fede. de senis cõsi. xxxiiij. & tu circa hoc vide p̃ do. Fab. de mõte sancto saui. in repeti. auẽ. nouissima. ſ. de inoffi. testa. a char. vj. col. ij. ver. secundò quæritur qui videtur sequi opin. Bart. Stra.

b ¶ Quid autem si pater. Adde q̃ prefatus Do. Fabi. in d. repet. & char. col. iij. versi. quartò quæritur. sequitur & refert Bal. in d. l. ij. Stra.

c ¶ Reditus annui. Adde glo. in ver. reditus. in auẽ. vt illi qui habi. res mino. in §. si vero. el ij.

d ¶ Diuisio. An & qñ diuisio sit alienatio. vide in l. si pro fundo. & in l. siue apud acta. C. de transacti. Bal. in l. j. C. si aduer. transacti. & in c. j. de prohib. feud. alie. per Fede. Cur.

e ¶ An priuilegia concessa. Adde Doct. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit.

ti:s. & l. filij. j. fami. ercis. cõstat autem quod sicut potuit ingresso monasterium auferre potestatem testandi regulariter. ita & certo casu potuit concedere. arg. in l. eius est vele. j. de regu. iur. † In gloss. fina. quæ semper allegatur. dicit Bal. quod licet de rigore iuris ciuilis legitima non possit peti: nisi mortuo patre: cum in eius vita nihil filio debeatur à patre. nisi alimenta. vt l. j. §. impuberi. ff. de collatio. bono. quando tamen pater ingressus est monasterium[a], potest statim peti legitima de æquitate canonica per capitu. cum scimus. extra de regu. vbi dicit esse tex. cum glo. quæ non sunt alibi: sed vi- 7 detur sequi inconueniens. † quid enim si talis filius postea moriatur ante patrẽ? certè pater non tenebatur sibi ad legitimam: nec eam transmisisset ad suos hæredes si pater non intrasset monasterium: sed postquã erit sibi assignata, transmittet: & sic monasterium erit deterioris cõditionis quàm pater: vnde potest dici quod cùm monasterij teneatur alimẽtare filium istius ingressi eo viuente, quia bona transiuerunt in ipsum cum isto onere. vt in l. si quis à liberis. §. Itẽ rescriptum. ff. de libe. agno. possit petere filius vt sibi assignentur certa bona, de quibus possit se alere. & si contingat ipsum superuiuere patri, remaneant penes ipsum pro sua legitima. & quatenus transcenderent legitimam, restituant monasterio. Si verò præmoriatur patri: restituãtur omnia monasterio: quia tunc apparet q̃ legitima nõ fuit sibi debita. & sic ista erit assignatio

§ facti, non iuris. nec transibit dominium in filium † quid autem[b]

b si pater dissipat bona sua, an filius ipso viuente possit petere sibi assignari legitimam? vide Bal. in l. ij. ante fin. ff. si quid in frau. pat. & quod in simili habetur in l. Imperator. ff. ad Trebel. Et in aliquibus locis sunt statuta q̃ filio delinquente, pater teneatur sibi assignare legitimam suam: de qua soluatur pœna fisco. Sequitur lex Iubemus. quæ est longa in verbis. & fuit l. Leonis imperatoris. & fuit prima lex quæ fuit facta super prohibitione rerum ecclesiasticarum. & quia satis apparet intentio huius l. iubemus. procedam cum notabilibus sine aliquo summario.

1 Oeconomus quis dicatur, & in quo differat ab actore & syndico?
2 Reditus annui computantur inter immobilia, & an ualeat legatum annuum factum fratribus minoribus?
An in tali iure percipiendi annuos reditus sit dare petitorium & possessorium. & an spoliatus in quasi possessione talis iuris restituatur ante omnia per interdictum unde ui?
3 Qui non potest alienare, in quibus casibus possit diuidere? & nu. 4.
Diuisio est alienatio.
4 Pupillus habens prædium commune cum alio, non potest illum prouocare ad diuisionẽ iuris: nisi ex iusta causa. sed ad diuisionem gratia commodioris culturæ sic.
5 Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum facta ecclesiæ an ualeat? & an restringatur ad præsentia?
6 Prælatus etiam sine solennitate requisita, potest remunerare benemerentes de bonis ecclesiasticis propter seruitia illata ecclesiæ, uel sibi? si de talibus beneficijs appareat, & de quibus bonis intelligatur hic?
7 Doctores non debent domum Dei scilicet scientiam quam eis tribuit, trahere ad iniqua compendia.
8 Priuilegia concessa ecclesijs super eorum bonis per leges imperiales, trahuntur ad ecclesias ædificatas post illas leges, uel ad bona postea quæsita.
9 Ecclesia nunquam moritur: sed semper est perpetua.

LEX. XIIII.

IVbemus Ista fuit l. Leonis imperatoris: vt patet in auẽ. de aliena. & emphy. §. quia verò leonis. & fuit j. l. quæ fuit facta super prohibitione alienationis bonorum immobiliũ ecclesiasticorũ: fuit tamen localis. scilicet duntaxat in ecclesia Constantinopolitana. Sed per alios imperatores tracta fuit ad alias ecclesias, & pia loca. vt in auẽ. hoc ius porrectum. & diuiditur in tres partes. §

1 vt in glo. in prima parte quæ durat vsq; ad §. [sanè.] † Not. primò circa primam diffinitionem, œconomi. nã est ille qui admi- c

nistrat bona ecclesiastica. & debet esse clericus, & non laicus: vt j. de episco. aud. l. decernimus. in tex. & glo. & quæ sit differentia inter œconomum, syndicum, & actorem. vide bonã gl. ff. quod

2 cuiusq; vni. no. l. j. §. quibus. super ver. œconomum. † Not. secun
c dò in ver. [annonas ciuiles.] cum gl. quod reditus annui computantur inter immobilia. & ideo disputando tenet Fede. de se. nõ valere legatum annuum factum fratribus prædicatoribus, qui possunt immobilia retinere. vt habetur in quæstionibus suis. q. xij. per hoc etiam patet q̃ in tali iure percipiendi annuos reditus est dare petitorium, & possessorium, sicut pro alijs rebus immobilibus. & est de hoc casus in c. querelam. de elec. vbi spoliatus quasi possessione talis iuris, restituitur ante omnia per interdictum vnde vi. & tamen illud habet locum in possessione rei immobilis. vt in l. j. §. si quis de naue. ff. de vi & vi ar. nec competunt pro re immobili: nisi cohæreant rei immobili, de qua quis fuisset spoliatus. vt ea. l. §. j. & etiam hic cum loquitur de colonis

3 & mancipijs existentibus in fundis. † No. tertiò ibi. [sed ea prędia diuidere &c.] quod qui nõ potest alienare. potest tamen di-
d uidere. Sed contrà. quia diuisio[c] est alienatio. vt j. communia vtriusq; iudi. l. j. & l. si pupillorum. in prin. ff. de re. eorum. glo. propter hoc dat plures sol. sed recollige tex. istũ procedere in tribus casibus. primus, quando esset diuisio facti & non iuris. puta gra

4 tia cõmodioris culturæ. vt l. Caius. §. j. ff. de lega. ij. † Et ideo quidam antiqui disputarunt quod pupillus si habeat prædium cõmune cum alio, certum est quod nõ potest illum prouocare ad diuisionem iuris: nisi ex iusta causa. vt statim dicam. sed an possit ad diuisionem factam gratia commodioris culturæ? & fuit determinatum quod sic per istam glo. cum tex. & per l. Lucius. ff. fami. ercis. vt refert Ioan. And. in addi. Specu. in tit. de curatore. super rubrica. vbi omnino vide. Secundò potest procedere iste text. quando ecclesia esset prouocata à socio. quia tunc esset alienatio necessaria. sed per istam l. non prohibetur nisi voluntaria. & hoc probatur in simili in d. l. si pupillorum. vbi de hoc dicitur in pupillo vel minore. Tertius casus. quãdo expediret ecclesiæ diuidere; quia habebat socium rixosum. quod est sing. secũdum Doct. & probatur in l. si conuenerit. ff. pro socio. Et in duo

5 bus casibus potest diuidere diuisione iuris. † Quartò dicit Bald. per istum text. dum infrà dicit. [patrimonium suum patrémue &c.] quod licet fiat quæstio an valeat donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, quando fit alteri quàm ecclesiæ. vt not. in l. fina. j. de pact. quando tamen fit ecclesiæ, non est dubium quod valet per istum textum, qui tamen non multum astringit. quia potest intelligi de patrimonio præsenti. Bartol. ta-

6 men in d. l. fina. videtur hic tenere quod dicit Bal. † Quartò not. ibi. [beneficij colorati.] à contrario sensu. quod prælatus etiam sine solennitate requisita potest remunerare benemerentes de bonis ecclesiasticis, propter seruitia impensa ecclesiæ, vel sibi. quod intelligendum tamen si de talibus beneficijs appareat. nõ enim starẽt verbis ipsius prælati: quia posset hoc dicere in fraudem, & coloratè. vt hic. & argumen. in l. si fortè. de castren. pec. & quod not. in l. si donatione. infrà. de collatio. Item intellige de rebus mobilibus prælati tã in vita quàm in morte. & sic in præiudicium successoris ad quem illa deberent pertinere. vt not. in capitu. relatum. de testamen. de immobilibus verò non quantum ad perpetuam alienationem. Sed quantum ad temporalem & moderatè posset. super quo vide quod not. Ioan. and. in addi. Specul. de rebus ecclesiæ non alie. super rubrica. vbi narrat de quodam prælato, qui consanguineis suis qui ipsum fecerũt promoueri, concessit tanquam pro benemeritis & pro seruitijs impensis vltra duas partes reditus Episcopatus sui: quousq; viueret. & consilio cuiusdam docto. fuit factum instrumentum ita solenniter quod eius successor vix potuit obtinere quod rescinderetur. finaliter obtinuit: propter immoderatam remunerationem, & dicit quod illi doctori malè posteà successit. quem illimet quibus seruiuit expulerunt de omnibus bonis suis. & meritò. † quia non debent Doctores (vt ipse dicit) donum Dei licet scientiam quam eis tribuit, trahere ad talia iniqua compendia. & vide super isto argumẽ. quod not. Barto. in l. ambitiosa. ff. de decret. ab ordi. fa. circa finem. facit l. diuus. ff. si quid in fraud. patro. † Item in fine huius partis in versicu. [peruenial.] est casus de eo de suo plurimum dubitant Docto. in l. placet super eodem. An cõcessa priuilegia[e] ecclesijs super eorũ bonis per leges imper

imperiales trahantur ad ecclesias ædificatas post illas ll. vel ad bona postea quæsita? nam hic patet quod sic. facit. l. si seruitutis. ff. de seruit. vr. præ. † Not. etiam quod ecclesia nũquam moritur. a sed semper est perpetua. facit. cap. si gratiosè. de rescript. lib. vj. & quod debent habere bona similiter perpetuò pro sustentatione deseruientium ecclesijs. quod est contra hæresim istorũ de Boe mitaq; dicunt contrarium. quod procedit ex summa superbia. cùm velint plus sapere quàm omnes antiqui qui fuerunt à mille annis citra.

1 ℙ Pœna priuationis pretij, applicatur ecclesiæ quæ fuit læsa, & quid in pretio non dato, sed promisso?

Omnis pœna legalis applicatur illi qui læditur ex actu, propter quem pœna imponitur, & quid in pœna testatoris?

2 Statutum si dicat quod decedente uxore in matrimonio uir lucretur dotem datam: quod etiam lucrabitur non datam, sed promissam, si mulier fuit in mora soluendi: & quidnam dicatur in mora? & nu. 4.

4 Vir propter moram in soluendo dotem, potest uxorem expellere, & alimenta denegare: & requiritur prius interpellatio. licet secus quantum ad soluendas usuras.

5 Ille œconomus qui uendidit potest uenditionem retractare, & sic uenire contra factum suũ, postquam contractus est reprobatus, & non uenit nomine suo, sed nomine ecclesiæ.

Quod idem sit in quocũque alio administratore, qui uendidisset uel alienasset contra prohibitionem.

6 Delinquens in officio debet illo priuari, nec ad tale officium amplius assumi. & idẽ in prælato qui priuaretur prælatura si dissiparet bona.

7 Verbum priuetur requirit sententiam: sed uerbum priuatus sit tunc intelligitur ipso iure: & quid si dicatur mox priuetis?

8 Qui uenit priuandus officio: potest antequam priuetur ipsum exercere.

9 Notarius si uenit priuandus officio notariatus, an antequã priuetur, ualeant instrumenta per ipsum confecta?

10 Quando ille possit esse notarius & iudex, & scribere acta, tanquam notarius facta coram se, tanquam coram iudice.

1 §. Sanè si hæc. † Hic punit contra facientes. & primò recipientes rem ecclesiæ contra prohibitionem huius legis, duplici pœna. quia vendicatur ipsa res, & etiam perditur pretium solutũ. Item punit dantẽ. s. œconomum, vel administratorẽ ecclesiæ duplici similiter pœna: quia priuat officio, & tenetur ecclesiæ ad omne interesse. Et de iure canonico prælatus tanquã dissipator priuatur beneficio, vel dignitate. tertiò punit tabellionẽ scribentẽ: & iudicẽ authorizantẽ similiter duplici pœna. s. exilij. & priuatione dignitatis. secunda ibi. 2 [œconomus.] tertia ibi. [his tabellionibus. † Not. in ista parte q pœna priuationis pretij applicatur ecclesiæ quæ fuit læsa. & idem in omni pœna legali. vt applicetur illi qui læditur ex actu propter quem pœna imponitur. vt l. fi. ff. de litig. nõ sic in pœna testatoris: quia si mandat hæredi q non molestet vxorem in usufru. sub pœna priuationis hæreditatis. & non dicat cui applicetur. nõ applicabitur vxori molestatę. vt l. vxorem. §. hæres delegat. de leg. iij. & vide ibi oĩno Bart. Itẽ no. in verbo. [data.] glo. dicit esse idẽ in pretio nõ dato, sed ꝓmisso: vt possit peti ꝓ ecclesiã ab emptore malæfidei. per aut. q res. j. eo. vt habetur in glo. quę incipit. [Sic ergo.] quod tñ dic plenius vt ibi no. nã inducitur ad 3 quæstionẽ statuti dicentis † q si vxor decesserit in matrimonio, b vir lucretur dotẽ datã, q etiã lucrabit dotẽ, nõ datã sed ꝓmissam.[b] sed qdã disputãdo tenuit cõtrariũ: quia statutũ est stricti iuris: & nõ debet extendi ad casum diuersum. quod etiam tenet Bar. nec obstat ista glo. quia posito quod verũ diceret, hoc non contingeret authoritate istius tex. qui nõ loquitur nisi de pretio dato: sed per extensionem alterius. l. scilicet factum illius authẽti. qui res. sed istud statutum per aliud non proponitur extensum. ego habui istum casum pluries de facto, & reperi Bart. consulentẽ contrarium. veritas est quod si mulier fuit in mora soluendi dotem promissam: vir debet eam lucrari, sicut si fuisset sibi soluta. & potest petere eam ab hæredibus mulieris: ne in potestate mulieris sit quod vir nunquam eam lucretur. & sic sentiet commodum 4 ex mora sua. & ita potest procedere consilium Bart. † facit in authen. de non eligen. secundò nuben. §. pe. vbi vir propter morã c in soluendo dotem: potest eam expellere, [c] & alimenta denegare: non tamen puto esse in mora propter hoc solum quòd vir sustinet onera matrimonij ad hunc effectum. sed requiritur interpellatio. licet secus quantùm ad soluendas usuras postquam vir implet ex parte sua iuxta not. per Bartol. in l. de diuisione. so- 5 luto matrimonio. ff. † Item not. in text. cum glo. super ver. [œconomus.] quod ille idem, œconomus qui vendidit potest vendi tionem retractare, & sic venire contra factum suum, postquam contractus est reprobatus, & non venit nomine suo, sed nomine ecclesiæ. & idem in quocunque alio administratore qui vendidisset vel alienasset contra prohibitionẽ. b l. vt not. Barto. j. de iure fis. libr. x. l. si minori. vbi etiam dixit istam. l. cum simi. habere locum etiam si œconomus vẽdidisset rem quæ non esset ecclesiæ. sed sibi obligatam: & eam vendidisset iure creditoris eo casu c quo non potuisset, vt ipsemet posset retractare. † In secunda parte in versi. [œconomus.] not. quod delinquens in officio debet illo priuari. & adde quòd ad tale officium amplius vnquam non debet assumi. vt not. in authen. de armis in fi. & per Bal. infrà de ser. fug. l. mancipia. & sic similiter prælatus priuaretur prælatura, si dissiparet 7 bona. vt in c. quorundam. de solu. † Itẽ not. text. cum glo. dum dicit [priuetur.] & non dixit priuatus sit. vnde glo. dicit quod debet priuari per sententiam iudicis. sed si diceret priuatus sit: tunc ipso facto esset priuatus per sententiam. l. & ista gloss. semper allegatur. quando quærit an pœna priuationis infligatur ipso iure, vel per sententiã iudicis. & adde quod si addijceretur dictio d mox[d] vel incontinenti: etiam si diceret priuetis, statim est priuatus ipso iure. vt no. in authen. de incest. nup. §. j. & per Barto. in l. Imperator. ff. de iu. fis. & in authent. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & l. in criminali. j. de iurisdictione omnium iudi. 8 † Item patet ex prædictis iuncto eo quod not. in præcedenti particula, quòd ille qui venit priuandus officio: antequam priuetur e possit ipsum exercere. nam iste œconomus potest cõtractum retractare antequã sit priuatus per sententiam vt ibi no. & hic 9 in gloss. super ver. [priuetur.] † & sic faciat ad q. Si notarius venit priuandus officio notariatus, quod antequam priuetur, valeant instrumenta per ipsum confecta. sed in contrariũ facit. l. si aliquid. j. de suscepto. & archa. lib. x. & l. si qs ex argẽtarijs. §. j. cũ ibi no. ff. de edẽ. Breuiter aut venit priuãdus ꝓpter crimẽ, nõ tñ commissum in officio, & tunc procedit quod dixi. quod etiam vult Bart. in l. eadẽ. ff. ad l. iul. pecu. Aut propter crimen in officio commissum, vt quia confecit falsum instrumentũ, & fuit cõdemnatus de falso: non tamen fuit priuatus officio per sententiã: & tunc est distinguendũ an illa condẽnatio sit notoria, & nõ dabitur fides instrumentis posteà confectis. ita intelliguntur iura in contrariũ allegata: nec ob. iste tex. quia quod dixi ꝓcedit propter derogationẽ fidei, quia si cõmisit falsum in vno, præsumit cõmittere in altero. Sed hic licet veniat priuandus propter alienationem factã, nunc eũ reuocat non alienat, sed alienata recuperat. & sic cessat ratio: sed si condemnatio esset occulta, valerẽt instrumẽta per ea quę not. in aut. de tabel. §. pe. & cũ ista distinctiõe debet saluari qd[d] no. Spe. in ti. de instr. edi. §. restat. ver. qd si tabellio. & Inn. in c. fraternitatis. de hæret. qui dicũt indistinctè valere instrumẽta: si nõ est priuatus officio expresse, licet sit condẽnatus de falso instrumẽto. ita videt etiã distinguere Bal. §. de sum. trin. in l. cũctos populos. & vide qd[d] per eũ no. in l. & militibus. j. de test. mili. & in l. ij. de sen. & interlo. om. iud. † Vltimò in 10 ver. [his tabelliõibus.] no. tex. cũ glossella q̃ ĩci. [id est scriptura.] qd[d] idẽ põt eẽ iudex & notarius, & scribere acta tãq; notarius facta corã se, tãq; corã iudice, qd[d] vr̃ esse cõtra ĩ c. qm̃ cõtra falsam. de ꝓba. sed ĩtellige istũ tex. cũ gl. in his q̃ sunt volũtarię iurisdictiõis: puta ĩ ĩterponẽda authoritate ĩ emãcipatiõibus vel adoptiõibus, vel ẽt ĩ cõtẽtiosa iurisditiõe. ĩ breuibus tñ causis ĩ qbus sicut credit ꝓbo suo, ita & eius scripturę. vt ĩ aut. nisi breuiores. j. de sen. ex breui. re. & ita faciũt vicarij comitatus hñtes cognoscere de paruis causis, quia si sunt notarij, ipsimet cõficiũt acta &c.

¶ Ecclesia nunquam moritur. Adde text. in c. liberti. iuncta gl. j. xij. q. ij.

¶ Promissam. Adde quod Ale. de Imo. in consi. lxiij. col. fin. in iij. vol. dicit hanc opin. esse magis verã & allegat Ang. in cõ fil. clxxix.

Põt eam expellere: Adde gl. in authẽ. de nõ eli. ij. nubẽ. text. in §. si quis sub potestate. auth. de nup. Bal. in l. fi. C. de senten. q̃ sine cer. quantita. & in l. q̃ in vxorẽ. C. de neg. gest. Lud. ro. in l. si verò. §. de viro. ff. sol. mat. Ant. de But. in c. per vestras. de dona. inter vir. & vxo. Abb. in c. j. de adul. & in c. salubriter. de vsu.

¶ Dictio, mox. Adde glo. in authent. de incestis nup. Bald. in l. Mæuius. in §. duobus. in vlt. colũ. ff. de leg. ij. & ad directa. hic vide Alex. in d. l. Imperator. in apo. & per quæ verba imponatur pœna ipso iure per Fran. Are. l. c. si diligenti. co. iij. de foro cõpe. & Barba. in cõ fil. suo xij. col. x. in j. vo. & aliquid in ꝓposito etiã ꝓ Alex. in cõsi. ciij. in j. vo. Cur.

¶ In breuibus tñ causis. Adde Bar. in aut. nisi breuiores. j. de sen. ex breui. reci. & Abb. & ibi Doct. in c. qm̃ contra falsam. extrà de proba. maximè per Aret. in secũdo no. & in c. iij. e. tit. Matheſi. suo no. j. & repetentes in l. admonendi. ff. de iureiurã. Cur.

a ¶ Absentes. Adde hic 1 not. per Doct. maximè per Feli. in c. cum omnes. co. xiij. in fi. 1 cum duab. seq. extra de constit. Cur.

☞ *Alienatio rei ecclesiæ quando de iure canonico totaliter admittatur.*

§. Sanè ne omnis. †Hic permittit posse alienari vsumfructum rei mobilis ecclesiasticæ, ad certũ tempus, vel ad vitã recipientis. dũ tamen recipiẽs promittat finito tẽpore vsufructus, restituere rẽ ecclesiæ, & etiã vnam aliam rẽ suam non minoris valoris quàm illa sit, quantũ ad proprietatem & vsumfructũ, aliàs vult contractũ non valere. sed per auth. quæ infrà sequuntur, ab illa auth. si quas ruinas. vsq; ad auth. hæc vsus prestatio permittitur alienatio in pluribus aliis: maximè quando nõ fit ex toto, sed quò ad vtile dominiũ,
2 remanente directo penes ecclesiam. †Et de iure canonico permittitur totalis alienatio, si vtilitas ecclesiæ hoc suadeat, vt in c. sine exceptione. xij. q. ij. & in c. ij. de reb. eccle. non alie. lib. vj.

3 ☞ *Hospitale priuatum non constructum cum authoritate episcopi, non reputatur locus pius. & relicta talis hospitali non applicantur sibi, sed Episcopus distribuere habebit inter pauperes, nec in eo habet locum ista authen.*

Quid in relictis pauperibus in genere, non existentibus in certo loco? quod talia possint uendi sine solennitate de qua hic.

Quid in relictis fraternitatibus laicorum? cum non contineantur appellatione locorum piorum.

In religionibus quæ capiunt non ut retineant, sed uendant, non seruatur ista authen.

4 *Quæ solennitas requiratur in alienatione rei ecclesiæ uel locorum piorum. & quod in quatuor casibus tantum possint tales res alienari. sed in aliis casibus (si fuit seruata solennitas requisita) ualeat contractus. sed ecclesia læsa potest petere restitutionem in integrum.*

Tres casus in quibus absentes sunt uocandi, & quando maior pars duarum partiũ quæ sunt præsentes, sufficiat quod consentiat.

5 *Episcopus uel Abbates exempti non possunt uendere rem immobilem Episcopatus uel abbatiæ etiam ex causa necessitatis: nisi cum licentia Papæ.*

6 *Casus in quibus creditor tenetur esse curiosus quod pecunia conuertatur in utilitatem accipientis. & nu. 6. & 9.*

7 *Creditor ecclesiæ compellitur recipere insolutum rem pro pecunia: & compellitur recipere rem mediocrẽ: addita in pretio decima parte æstimationis, ultra illud quod reperitur in subhastatione, sed regulariter secus.*

8 *Quando uenditur res alicuius ecclesiæ, Episcopus qui interponit authoritatem, & etiã notarij curiæ suæ non debent aliquid recipere pro sportulis & labore, licet seruetur contrarium.*

AVTHENTICA.

1 HOc ius porrectum. †Diuide istam authen. in tres partes, omissa diuisione aliorũ. In prima parte confirmat prohibitionem alienationis factã per l. iubemus. vt indistinctè locũ habeat in rebus donatis ecclesiæ per imperatorem: vt nullo casu possint alienari. & extendit eã ad alias ecclesias. & pia loca. cũ ille loquatur tantũ in ecclesia cõstantinopolitana. & etiam extendit eam ad contractũ pignoris. ex quo etiã non trãsfertur dominiũ. cũ illa loquatur in venditione & donatione & aliis ex quibus transfertur. & hoc vsq; ibi. [in cæteris.] ibi est secunda pars: in qua permittit alienationẽ posse fieri in rebus aliũde prouenientibus ecclesiis quàm ab imperatore in vno tantum casu, scilicet necessitatis, quãdo imminet æs alienũ. & ponit in effectu. xij. per ordinem. quæ requiruntur dicto casui ad hoc vt alienatio valeat, quorũ quatuor concernunt substantiam debiti, & alia cõcernunt solennitatem cõtractus. vsq; ibi. [emptore verò nõ inuento.] ibi. Tertia. in qua ponit tria vel quatuor specialia in ecclesia, quando non reperitur emptor, quæ nõ sunt in alio debitore. Venio ad casum. Imperator considerans dispositionẽ. Liubemus. q; erat nimis stricta. quoniam non loquebatur nisi in bonis ecclesiæ constantinopolitanæ, illam extendit ad omnes alias ecclesias, & extendit etiam ad alios contractus. scilicet em-
2 ptionis & donationis. confirmat etiã eam. †Circa primam partẽ debes scire quod ista auth. licet habeat locum in monasteriis, & hospitalibus, dũ dicit. [ad omnem venerabilem locum.] & probatur j. tit. j. l. orphanotrophos. non tamen habet locũ in hospitali priuato, quod non esset constructũ cũ authoritate episcopi. quia non reputatur pius locus. vt no. in cle. quia cõtingit. in fi. de reli. do. & relicta tali hospitali nõ applicarẽtur sibi: sed Episcopus haberet distribuere inter pauperes. vt hic not. Bal. qui etiã dicit nõ habere locũ in relictis pauperibus in genere non existẽtibus in certo loco: nam & illa possunt vendi sine ista solennitate. & eodem modo in relictis istis fraternitatibus laicorum. quia nõ continentur appellatione piorũ locorũ. nec etiam habet locũ in religionibus quæ capiunt non vt retineant: sed vt vendant. vt sunt fratres prædicatores: cũ illa venditio fiat ex necessitate. vnde nõ est seruãda ista auth. arg. in l. magis puto. §. si pater. ff. de re. eorũ. & similiter in hospitali Senensi. quod tenet quolibet anno vẽdere certas possessiones quæ ad ipsum perueniunt. & nisi sic fieret, breui tẽpore omnia essent sua. vnde cõmune Senarum ita prouidit. licet illa prouisio nõ valet de iure secundũ Bal. tamẽ ea præ-
3 suppositа nõ requiritur ista solennitas, ratione prædicta. †Circa secundã partẽ dic quod licet ista auth. sit canonizata. x. q. ij. c. ea enim. §. hoc ius porrectũ. non tamẽ de iure canonico requiritur tanta solennitas. Sed sufficit consensus rectoris cũ consensu capituli, si habet. & cum authoritate superioris. puta episcopi, si est ecclesia secularis, vel superioris abbatis: si est religio exempta. quia illevicem episcopi tenet. & etiã requiritur tractatus. & licet hic ponatur vna tãtum causa. s. necessitatis æris alieni. de iure tamen canonico sunt tres aliæ propter quas potest fieri alienatio in totum: scilicet causa vtilitatis. Item causa pietatis. Item causa minoris incõmoditatis. quod dic per gloss. sing. & not. xij. q. ij. in summa. Sed ideo fuit canonizata ista authen. vt videretur effectus principalis erga ecclesias. non vt ecclesia voluerit eam recipere de necessitate. Item nota. quia non sunt vocandi absentes, dummodo duæ partes sint præsentes. & maior pars istarum duarum partium consentiat. vt not. glo. singula. in c. præsentium. de testib. lib. vj. quæ dicit. in tribus tantum casibus esse necesse vo-
a cari absentes in electione prælati. Item in receptione canonici quando cessatur à diuinis. quæ glo. semper allegatur. & per hoc patet intellectus ad glo. hic. quæ incipit. [quæ attenditur.] quid autem si non subest aliqua de quatuor causis. de quibus suprà. fuit tamen seruata solennitas tractatus, & etiam consensus superioris: dicit glo. ꝭ. allegata. xij. q. ij. in summa in fine valere contractum mero iure: sed si ecclesia læsa sit vt possit petere restitutionem peti. c. j. de resti. in integ. dicit etiam hic Bal. nõ requiri subhastationem hodie de iure canonico. quia non reperitur expresum. †Item debes scire quod Episcopus & etiã Abbates exem-
4 pti non possunt vendere rem immobilem episcopatus, vel principalis abbatiæ, etiam ex causa necessitatis: nisi cum licentia papæ: quia iurant hodie non alienare romano pontifice incõsulto: vt in c. ego. de iureiur. habent ergo locum quæ ꝭ. dixi in inferiobus ecclesiis, vel monasteriis, quæ subsunt Episcopo, vel superiori Abbati, vt possint cum licentia eorum in dictis quatuor casibus alienare. & vide c. j. & ij. de reb. eccle. non alie. lib. vj. & cle-
5 mentinam monasteriorum. eod. tit. †& no. hic casum ibi. [pretio modis omnibus pro debito dando. &c.] in quo creditor tenetur esse curiosus quod pecunia conuertatur in vtilitatem accipiẽtis. scilicet quando venditur res ecclesiæ pro soluendo debitũ. alius casus ponitur in fi. in eo, qui mutuat ecclesiæ: alius ponitur in c. j. de depositо. extra istos. dicit ibi Inno. secus, & ideo si Abbas recipit pecuniam à mercatore pro induendo monachos. & cõstat quod indigebant indumento: licet posteà indumenta non conuertat in hoc, sed sibi retineat, tenebit ecclesia & successor istius
6 abbatis illi mercatori secundum Inno. †In vltima parte no. plura specialia. Primò, quod creditor ecclesiæ compellitur recipere in solutum rem pro pecunia: reculariter secus. vt in l. ij. §. j. vel ij. ff. si cer. pet. & ibi not. Item quod compellatur recipere rem mediocrem. regulariter secus. quia quando datur res in solutũ, quia non reperitur emptor: debet dari melior. vt in authen. de fideius. & not. in d. l. ij. Item quia additur decima pars æstimationis vltra illud quod reperitur in subhastatione. Item & quartò. quia creditor debet esse curiosus quod vertatur in vtilitatem ecclesię
7 regulariter secus. vt in l. doli. §. diuersum. ff. de dona. †Not. etiam in secunda parte dum dicit. [habitis absq; dispẽdio gestis.] quod quando venditur res alicuius ecclesiæ, Episcopus qui interponit authoritatem, & etiam notarij curiæ suæ non debent aliquid recipere pro sportulis & labore. cuius contrariũ seruatur. & malè. quia volunt tantũ pro centenario. ideo faciles sunt in protestando. vide hic per Doc. qui infinitas ponunt quæstiones. & vi
8 de glo. notab. in l. j. j. de vend. re. ciui. lib. xj. †& dicit q; etiam ille qui mutuat administratori ciuitatis: debet esse curiosus q; pecunia conuertatur in vtilitatem ciuitatis: aliàs non repetit per l. ciuitas. ff. si cert. peta. secus dicit in eo qui contrahit cum procuratore fisci. & istud est notabile. nã regulariter fiscus est magis priuilegiatus quàm ciuitas. hic secus.

AVTH.

AVTHENTICA.

Sicut alienatio. In ista auth. cum duabus se. confirmatur prohibitio. l. iubemus. vt habeat locum indistinctè in tribus casibus qui ponuntur in eis. †No. ex ista authen. damnū con-
1 tingere interdum in acquirendo, sicut in alienando. & dicit Bal. per istam authen. q; si ecclesia adiuit hæreditatem sine beneficio inuentarij, secundùm quosdam non valet aditio, ne cōsequatur damnum, vt hic, secundùm alios valet: sed non tenetur vltra vires hæreditarias, & hoc magis placet. de hoc vide per Bar. in l. fi. j. de iure delibe.

1 ☞ *Si venditur res ecclesiæ, cum pacto quòd nisi soluatur pretium infra certum tempus liceat venditori propria authoritate rem ingredi. an poterit rem recuperare? q. sic.*

AVTHENTICA.

Multomagis. †Ista authē. semper allegatur q; propter quod vnūquodq;, & illud magis: quia priuilegia quæ dantur bonis ecclesiasticis ne alienentur dantur propter ecclesiā ergo mul-
1 tomagis prohibetur ecclesia alienari. Ista tamen regula fallit interdum, vt no. glo. in cle. fin. de rebus eccle. non alie. quæ incipit videbatur. quia interdū est dare maiorē rationem, in vno quàm
2 in alio, & tñ non est dare idem ius vt ibi no. † Et not. hic ar. quod si venditur res ecclesiæ cū pacto quod nisi soluatur pretium infra certum tempus liceat venditori propria authoritate rem ingredi, & recuperare, non valeat, & ita videtur sentire Inno. in c. cæterū. de iudi. quia est facta sancta sanctorū domino: postquā peruenit ad ecclesiam. vnde non debet redire ad pristinū vsum laicorū, vt hic dicitur. Sed ista authen. nō facit, quia loquitur in ipso monasterio, vel ecclesia cōsecrata. nos loquimur in alijs bonis prophanis: quæ non prohibentur redire ad laicos ex iusta causa. vide quòd no. Barto. in l. iij. j. de pigno. & quod not. in addi. Spec. in tit. de pac.

1 *Prælati an possint concedere res ecclesiæ consanguineis suis pauperibus & bonæ famæ?*
3 *Quid si sint eorum finites & potentes, quas res: & qualiter poterunt eas locare, vel cōcedere in emphyteusim, vel feudum.*
4 *Prælato defuncto executor testamenti ad distribuendum bona inter pauperes: an possit distribuere in suos consanguineos, vel in suam ecclesiam?*

AVTHENTICA.

Quibuscunque modis, †Not. istā auth. quæ semper allegatur contra prælatos qui concedunt suis cōsanguineis res ecclesiæ: nam etiam si subsit iusta causa alienādi, & etiam si adhibeatur omnis forma: non tenet ratione perso-
1 næ in quam fit. quod est intelligendum etiam si palam hoc fiat, & bona fide, & est speciale, secus in alijs administratoribus. vt j. de contraben. empt. l. cum ipse. hoc tñ qualiter intelligatur & limitetur, vide bonam gl. in c. decenter. lxxxix. distinctione. & in
2 c. non satis. lxxxvj. dist. † quæ videntur intelligere de consanguineis diuitibus & potentibus, de quibus est suspicio: secus in pauperibus & hominibus bonæ famæ, in quibus cessat suspicio: de hoc etiam per Archi. x. q. ij. c. Episcopus. & Fede. de fe. in consi.
3 ij. † & hoc in alienatione perpetua. sed locatio ad modicum tempus non prohibetur eis fieri. nec etiam concessio in feudum vel emphyteusim de rebus consuetis infeudari, & de nouo reuersis ad ecclesiam, dummodò concurrant alia propter quæ posset cōcedi extraneo: quia ecclesia in hoc non lædit̄ in aliquo. debet ergo intelligi in ista authen. de rebus quæ sunt dānosæ ecclesiæ. i. non consuetæ dari in emphyteusim, vel feudū secundū docto. hic & Io. an. allegat istam auth. in addi. Spe. de instr. edi. §. nūc verò aliqua. in addi. quæ incipit cōtinuatur hic alia qō. ante fi. §. ad
4 q. de prælato † relicto executore testamenti ad distribuendū bona inter pauperes, an possit distribuere in suos consanguineos? vel in suam ecclesiam, & ibi omnino vide.

1 ☞ *in peri turpitudine, potior est conditio rei quàm actoris.*

AVTHENTICA.

Viri res. †Ista authen. respicit secundam partem. l. iubemus. s. §. sanè. vbi puniuntur contra facientes, & primò ille qui recipit rem ecclesiasticā con-
1 tra prohibitionem, vt perdat rem, & etiā pretiū quod dedit. & hoc firmat vsque ibi [sed aduersus.] postea addit tria quæ non ponuntur ibi. s. quod emptor licet non repetat ab ecclesia pretium quod dedit. repeti tamen ab œconomo qui vendidit. Item quod donatarius qui nihil debit vt ecclesia aliquid lucretur propter eius dolum non solum perdit rem: sed tantūdem de suo q; applicetur ecclesiæ. supple quod illud recuperabit ab œconomo. & hoc quando emptor & donatarius fuerunt bonefidei. aliàs à nomine recuperant & per illud ver. [donatarius.] gl. in illo §. sanè. tenuit supplendo illum text. dum dicit dato q; etiā si pretium non erat solutū, posset peti ab emptore: vt ecclesia lucretur, licet quidam dixerint contrarium per rationē: quia quædam honestè retinentur, quæ non honestè petuntur. Sed hoc poterat procedere ante istā auth. sed ista vult quod ecclesia aliquid lucretur de alienatione indebitè facta, sed nihil lucraretur si emptor solum restitueret rem emptam. & nihil solueret de pretio. additur & tertium in creditore qui recipit rem pignori indebitè: vt restituat rem, & cadat à debito, sed illud posset recuperare ab œconomo, quod intellige vt dixi si erat bonæfidei, quia œconomus non vendidit, nec donauit, nec pignorauit tanquā rem ecclesię, sed tanquā suam. aliàs quia isti essent in dolo, sicut œconomus si nihil ab eo repeterent, tū quia dolus cū dolo cōpensat.
2 tū etiam † quia in pari turpitudine potior est conditio rei quàm actoris, vt in l. si seruum. §. sequitur. de ver. obli. q; autē hic sunt bonæfidei gl. vult quod si non potest recuperare ab œconomo, quia non est soluendo, recuperet ab ecclesia: ne locupletetur cū aliena iactura, & hoc si soluerūt, aliàs possunt retinere aduersus ecclesiā. licet hoc non dicatur hic. nec ibi tamen glo. de æquitate ita determinant quòd ecclesia quæ est auctrix iustitiæ, non debet pati aliquid impium à se, vel à suis fieri: vt dicit text. in vsi feudorum.

2 ☞ *Cùm expedit ecclesiæ q; eius res concedatur in emphyteusim, tunc potest cōcedi etiā in perpetuum. & pro quanta pensione possit concedi?*
3 *Quid si non esset damnum ecclesiæ, nec etiam utilitas, q; adhuc is qui administrat possit rem dare in perpetuam emphyteusim, & quod tunc nō possit diminuere nisi sextā partem pensionis solitæ, & quando possit dari pro minori pretio? & nu. 4.*
4 *Qualiter intelligatur illud uerbum in perpetuum.*

AVTHENTICA.

Si quas ruinas. Ista authent. cum seq. concernit, tertiam & vltimam partem l. iubemus. in qua permittitur alienatio vsusfructus rei ecclesiasticæ, cum pactis etiam de quibus ibi. Sed per istas authent. extenditur permissio vt possit interdum alienari quò ad vtile dominium, remanente pœnes ecclesiam directo, vt contingit quando datur in emphyteusim: vt in ista authentica, cum sequen. Item interdum etiam quò ad dotalem alienationē vt in tribus casibus qui habentur in tribus authenti. sequen. vsq; ad authenticam, qui rem. postea in illa authentica, declarat quędam dubia circa istas duas primas. deinde in authentica, hæc vsus præstatio. declarat alia dubia circa casum. l. iubemus. §. fina. quando alienatur vsusfruct. duntaxat, & istæ duæ primæ reputantur difficiles, & habent materiam quotidianam, & videntur adinuicem contrariari. maximè ver. aut si ob cladem, positus in authen. perpetua, ad istam authenticam, si quas. vbi permittitur diminutio pensionis quando res erat ruinosa, & in illo ver. non permittitur, licet fuerit deterior facta ob cladem. & super isto cō trario gloss. laborat. & intelligit illum ver. secundùm distinctionem istius authenti. Sed iste non est bonus intellectus, imò intelligitur simpliciter vt iacet. ideo dic quod sunt casus diuersi: qa ista prima loquitur in ruinosis, in quarum refectione opus est magna impensa: ideo fit diminutio, sed ille versi. loquitur in non ruinosis, licet deterioribus factis: in quibus nō fit diminutio: qa non est opus tanta expensa vt deducantur ad pristinum statum ita dicit Spe. in tit. de loca. §. nunc verò aliqua. versi. vij. vbi quasi per duas columnas non tractat nisi de materia istarum duarū authentic. & multa bona dicit ad declarationem ipsarum, & ibi
1 omnia vide. † hoc ergo dicunt istæ authen. in summa quod quādo expedit ecclesiæ, vel saltem non est ei dānosum, de quo stat iuramento ipsam regentium: potest res ecclesiastica concedi in perpetuam emphyteusim pro pensionibus de quibus hic secundum diuersitatem casuum. h. d. Venio ad casum. Imperator Leo concessit q; non possit alienari res ecclesiastica, nisi quo ad vsumfr. vt in l. iubemus. postea in casu necessitatis permissum est alienari etiā proprietatē, vt in auth. hoc ius porrectū. nunc verò loquitur nō in casu necessitatis, sed vtilitatis, ne domus ruat: ex qua re ecclesia nullā postea habebit vtilitatē. vñ dicit Imperator hoc casu volo quod talis res ecclesiastica det̄ in emphyteusim,

vt omnino nõ alienetur.nã emphyteuta habet vtile dñium,& ecclesia directũ.& dicit quod licet tunc ipſi emphyteutæ vti materia domus ruinoſæ ad reparationẽ.†Pro declaratione iſtarũ au-
2 then.diſtingue tres caſus.nam cũ non expedit eccleſiæ quod nõ cõcedatur in emphyteuſim, nõ debet cõcedi nec perpetuò, nec ad tẽpus.ita loquitur.c.apoſtolicos.xij.q.ij.aut expedit,vt qñ res erat ruinoſa,& nõ poterat reſici ab eccleſia : vel eius reditus erãt diminuti ob cladẽ,vel aliã cauſam. & tunc poteſt cõcedi etiã in perpetuã emphyteuſim.vt in iſtis authenti. Sed ſi quæritur pro quanta penſione.diſtinguitur:aut erat res ruinoſa, in cuius refectionem magna imminet impenſa,& tũc ſi vult quod pẽſio ſtatim incipiat currere,poteſt dari pro tertia parte penſionis ſolitæ: vt ſi ſolebat dari antequam eſſet ruinoſa pro xij. detur pro quatuor,& octo remittantur ſecundùm vnum intellectum gloſ. vel detur pro octo,& remittuntur quatuor ſecũdùm alſum intellectum,quem tenet Speculator tanquàm æquiſorem.in d.ver. vij. Sed ſi non vult ꝙ incipiat currere penſio niſi poſt reædificationem, tunc debet dari pro penſione quæ reperitur tempore quo datur.& pro dimidia eius quod reperiebaſ plus poſtquã erat refecta. vt ſi tempore quo datur reperiebantur ſex : & poſtea augeantur alia ſex,detur pro nouem.hoc dicit iſta authen. ſi quas. Sed ſi res non erat ruinoſa, ſed alio modo fuerunt reditus diminuti.tunc debet dari pro illa penſione quæ reperitur cũ datur.& nihil de illa minuitur : vt ſi reperiebantur ſex,cũ prius reperirentur.xij. & nihil addit poſtea ex his in quibus meliorabitur res.vt in authen.perpetua.verſic.aut ſi ob cladẽ. Sed ſi eſt res pretioſa, quæ nec eſt ruinoſa,nec eius reditus ſunt diminuti,ſed nunquã ex ea fuit cœpta magna vtilitas , ſed parua vt ſi erat vna turris. tũc debet dari pro tanta penſione quæ collecta in xx.annis faceret verè pretiũ rei:vt in ver.[quod ſi res.] in gloſſ.quã not. quia ſemper ad eã recurritur quæ ſit iuſta penſio alicuius rei : videlicet quod faciat verã vigeſimã partem veri pretij.quod no.ſi minor vellet reſtitui in integrũ aduerſus locationem quã feciſſet.
3 quia diceret ꝙ pro nõ iuſta penſione dedit.†Interdum verò nec eſt damnum eccleſiæ,nec etiam vtilitas:quia res nõ eſt ruinoſa, nec diminuta.tamen quod detur alteri nõ reſultat dãnum: tunc is qui adminiſtrat poterit darẽ adhuc in perpetuam emphyteuſim.ſed tunc nõ diminuitur niſi ſexta pars pẽſionis.& ratio quare hoc fit ponitur per gl.ſuper verbo[ſextam partem] in recompenſatione damni : quod emphyteuta poteſt ſuſtinere. quia ſibi non fit remiſsio mercedis propter ſterilitatem. quæ tamen fieret ſimplici cõductori.vt l.ſi merces.§. vis maior.ff.loca. Sed contra omnia prædicta op.de notatis in authen.qui rem.j.eo. vbi gloſſ. dicit quod poteſt dari pro penſione vnius nummi. Solu.& tenementi.quia iſtud declarat iſtas authenticas.nam debent intelligi quãdo ille ꝙ recipit nihil ſoluit pro pretio rei , ſeu pro intratura: vt vulgariter dicitur.ſed ſi ſolueret pretium,non dico integrum, priuſquã plenũ:ius in ipſum non transfertur. ſed cum aliqua diminutione.puta valebat lxx.& datur pro l. tunc poteſt dari pro quacunq; modica penſione.vt in glo. & ita cõmuniter fiunt iſti contractus.licet alij dixerint quod tales conceſsiones factæ cõtra formam iſtarum duarum authen. non valent.& ꝙ recipiens tenetur reddere rem cum pœna.& ita intelligitur authenti.præcedens qui res in fi.vt no.in ver.vij.præallega.in fi.per duas col. Alij dicunt ꝙ ſuſtinetur de conſuetudine quam Papa ſcit & tolerat.vt idem not.§.vj. Tu dic quod etiam de iure,ſi poteſt apparere quod ille ſoluit pro intratura, & pretio , ſummam iſtam & rationabilem.ſed ſi nõ poteſt apparere:tunc aut fuit conceſſa tãto tempore,tali modo ꝙ completa ſit legitima præſcriptio, puta per xl.ann.vel vni,vel diuerſis. & tunc non poteſt retractari. & ſi reuerteretur ad eccleſiam propter aliquã cauſam,poſſet prælatus eodẽ modo alteri cõcedere:tanquã ſit conſuetum dari per c. ſi de beneficio.de præben.lib.vj.iuncto c.ij.de feud. Sed ſi præſcriptio non eſſet completa,poſſet retractari talis conceſsio:tanquam indebitè facta. & per hoc omnes opin. ad concordiã ducuntur.
4]Remanet ſolumvnum dubiũ qualiter intelligatur iſtud verbum [perpetua.] & glo.ponit tres opi.& tenet primam.quæ vult in effectu quod intelligatur tam reſpectu temporis quouſq; ſoluatur penſio,etiam ſi per mille annos, quàm reſpectu ſucceſſorum.quia tranſeat ad quoſcunq; hæredes etiam extraneos.ſed hoc verum.niſi in eccleſia conſtantinopolitana,& ſibi ſubiectis. quæ non poteſt ſuccedere niſi vſq; in tertiam generationẽ recipientis.vt in authẽ. de non alie.§.emphyteuſim.& idem eſſet in alijs eccleſijs,ſi hoc haberent de conſuetudine.& intelligitur tertia generatio computato ſtipite.ſ.recipiente filijs eius & nepotibus.vt d.§.emphyteuſim. Sed Bar.conſuluit quod ſi fiat conceſſio hoc modo Titio vſq; ad tertiam ipſius generationem , venirent pronepotes: nec cõputaretur ſtipes propter verbũ ipſius, quia grauat ſeipſum.quod cõſuluit etiam Bal. & frater eius do. Pet.& allegauerunt.c.ſtatutum.de hæretic.lib.vj. ſed multæ eccleſiæ habent de conſuetudine concedere alicui, & ſuis deſcendentibus in infinitum.& ſic dicitur perpetua reſpectu temporis, non reſpectu ſucceſſorum. quia non tranſit in extraneos hæredes.hoc caſu poteſt intelligi glo.quæ eſt in l.etiam.in prin. ſolut. mat.quæ dicit in emphyteuſim eccleſiaſticam non tranſire ad liberos. ſed de iure cõmuniter contrarium tenetur circunſcripta conſuetudine.vt hic refert Bal.allegans Cy. in l.liberti libertéq;. j.de bo.lib.& do.Raph.licet dicat ſe cõſuluiſſe contrariũ ſequendo gl.in d.l.etiam.& etiam Bar.qui cum ea trãſit ibidem.qui videtur velle per hoc ꝙ etiam non præſuppoſita cõſuetudine idẽ ſit.& vide hic bonam glo.in authen.de non alie.§. quia verò leonis.& ſcias quod iſta authen locum habet quando facta diligenti inquiſitione nõ reperitur qui velit plus dare.quo caſu licet reperiatur poſt, non reſcinderetur contractus per regulam quod legitimè factum eſt, ex poſtfacto non retractatur. ſed ſi reperiatur ab initio qui vellet plus dare, & fuiſſet data pro penſionibus de quibus hic,poſſet eccleſia tanquam læſa reſtitui.& per c.j.de reſti.in integ.ſecundũ Bar.Item loquuntur quando reditus ſunt diminuti : tamen aliqui percipiuntur.ſi verò nulli omnino,poſſunt dari pro quacunq; penſione quæ reperitur. vt not. Spec. in loco prælegato. Sed in caſibus iſtarum authen.non debent dari pro minori penſione quàm hic ſtatuat:etiam ſi non reperiatur qui velit eam dãre.Sed potius eccleſia debet ſibi retinere.& hoc vult glo.in iſta authen. perpetua quæ incipit.ſcilicet.[ad plus.] in princip.

1 ☞ *Eccleſia poteſt permutare cum alio priuato , dummodo detur res æquiualens , uel melior.*

Fundus dotalis licet non poſsit alienari,an poterit permutari, ſi redditur melior conditio mulieris?

AVTHENTICA.

SEd & permutare.† In iſtis tribus authen. alienatur res eccleſiaſtica etiam quo ad directum dominium. & poſito quòd nulla ſubſit neceſsitas, nec vtilitas, dummodò non ſubſit damnum. Et ex iſtis authentica. not. illos caſus quos ponunt Canoniſtæ in quibus dicitur poſſe rem eccleſiaſticam alienari : ſcilicet ex cauſa neceſsitatis æris alieni.vt in authenti. hoc ius porrectum. Item ex cauſa minoris incommoditatis.vt in authentica, Item prædium. Additur quarta cauſa : ſcilicet pietatis in redemptione captiuorum. vt j.eodem. l.ſancimus. de quibus
2 per gloſſ. xij.q.ij. ſuper rubrica. †Sed an poſsit eccleſia permutare cum alio priuato, videtur quod non , poſtquàm ſpecialiter ſtatuitur hoc in principe , & in alia eccleſia tamen communiter vidi ſeruari contrarium , dummodo detur res æquiualens , vel melior. nam & fundus dotalis non poteſt alienari:tamen poteſt permutari : ſi redditur melior conditio mulieris. vt l.finali.ff. de iure dotium.ſed de rigore iuris prima pars videtur verior per argumen.à ſpeciali.

2 ☞ *Emphyteuta eccleſiæ uel priuati pro modica deterioratione non poteſt expelli, ſed tenetur intereſſe refundere.*

3 *Vſufru.deteriorans rem,ita poteſt expelli ſicut emphyt.& intereſſe infundit.*

Quid in feudatario deteriorante feudum,uel male tractante ſubditos : ſi habebat caſtrum in feudum,quòd ſi idem.

4 *Emphyteuta eccleſiæ ſi ceſſat in ſolutione per biennium,& priuati per triennium, iure ſuo priuatur,& poteſt expelli. & an propria authо. & an poſſit moram purgare.*

Quid in ſimplici colono priuati,qui conduxit ad plures annos?

5 *Eccleſia ſciens rem incidiſſe in commiſſum propter canonem non ſolutum uel deteriorationem,ſi acciperet penſionem pro tempore futuro , cenſetur remiſiſſe petitam expulſionis,ſecus ſi ignoranter.*

Quid in emphyteuta priuati,ſi ſoluat pro tempore præterito?

6 *Colonus uel emphyteuta priuati qui expellitur,poteſt repetere melioramenta.*

Si eccleſia conceſſit in emphyteuſim aliquam aream pro modica penſione : ut ibi ædificaretur ædificium, quod eſſet proprium ædificantis , & pro illo nihil ſolueret, & ille poſtea non ſolnat penſionem pro area,an redibit ad eccleſiam ipſa area cum ædificio?

Scire autem poterit ædificium tollere, & qualiter possit procedere concessio pro modica pensione?

7 *Si ecclesia consuevit concedere pro certa pensione, & postea concessit pro minori, vel consuevit concedere usque in tertiam generationem: & concessit in quartam, vel in masculos, & concessit in fœminam, an valeat concessio?*

AVTHENTICA.

1 QVi rem. †Emphyteuta deteriorans rem, vel non[n] soluens canonem per biēnium, quatuor[r] pœnis hic contentis punitur: quia potest expelli. & sic perdit vtile dominium. Item nihilominus soluit quod soluere debebat pro tempore præterito. Item damnum seu interesse refundit. Item melioramenta non rem petit. hoc dicit. nota.

2 Itē †text. ibi [deteriorem.] subaudi magna deterioratione: quia de modica non esset curandum, quantum ad hoc vt posset expelli secundùm Docto. ff. de in integr. restit. l. Scio. sed bene tenetur interesse refundere. sed quid in emphyteuta priuati? dicunt doct. idem. & sic non est hic speciale in ecclesia. nam cum recipiat ad meliorandum. & ista est causa finalis, si non meliorat: sed deteriorat cessante causa finali debet rescindi concessio secūdum Guli.

3 de Cu. per l. ij. §. fi. ff. de dona. †sed quid in vsufructuario deteriorante rem, an possit per hoc expelli? videtur quod non. sed dunta xat contra eum committitur stipulatio ad interesse. quia promisit vti frui arbitrio boni viri. vt l. j. §. habet autem. & ibi videt hic probari. ff. vsufru. quemadmodū ca. & ita ibi dicitur tenere Bal. licet hic nihil dicat de hoc. sed Guli. de cu. tenet contrariū. & allegat. ff. de dam. infec. l. hoc amplius. §. fi. & j. de mancipijs & colo. cognouimus lib. xj. & de aquæ ductu. l. eos. eo. ti. quod verius puto. quia ista sunt penitus diuersa, & fateor quod committitur stipulatio ad interesse. quia etiam illud est refundendum. vt hic. sed non propterea euitat pœnam repulsionis. Item vt in feudatario deteriorante feudū, vel malè tractante subditos, si habeat castrū

4 in feudum. arg. in l. ij. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. † In tex. ibi.

a [per biennium nō soluerit.] dicit in emphyteuta[a] priuati requiritur triennium. vt in l. ij. j. de iure emphy. sed in simplici colono priuati qui conduxit ad plures annos si interuenit pactū de non expellendo, requiritur biennium. vt ff. loca. l. quæro. §. inter locatorem. sed si nullum pactum interuenit, statim potest expelli eo quod non soluit. vt in l. ædem. j. loca. quod Iaco. bu. & Bal. intelligunt quantum ad præsentem conditionem potest tamen purgare morā, & debet recuperare rem quod est notandū. & adde q̄ de iure canonico etiā post biennium pōt purgare infra modicū tēpus: q̄ de consuetudine interpretatur vna dies. vt in c. potuit. de loca. in tex. ibi. [repelli potest.] & sic non est ipso iure expulsus vel priuatus iure suo: sed ita demum si ecclesia vult. secundū Docto. per istum tex. & idem in emphyteuta priuati, si cessauit per

b triēnium nec sufficit declarare[b] quod ita vult. sed requiritur sententia priuatoria secūdùm Specu. in ti. de loca. §. nunc verò aliqua. & no. in l. ij. j. de iure emphy. alij tenent quòd sufficit declarare se velle. & dicunt q̄ declaratiōe facta pōt expelli propria authoritate. alij cōtra, q̄ etiam si nō requiratur sententia priuatoria, nō pōt propria authoritate expelli. sed requiritur iussus iudicis: ne detur materia litis & iurgij. vt notat per Cyn. in l. ij. in ij. & iij. q. infrà de iure emphy. arg. in l. non est singulis. de reg. iur. & ad de quid iuris in re quæ tenetur à fisco. ff. de iure fisci l. in fraudē. §. penul. Item pōt expelli etiam interueniente pacto de non expellendo. quia habet in se conditionem si ex parte sua facit q̄ debet vt d. §. inter locatorē. Sed qui si expresse dicatur etiā si rē deteriorauerit, vel pensionē non soluerit? quidā dicunt non valere

5 pactū, quia datur materia delinquēdi. Cy. determinat contrariū. in d. l. ij. in iij. q. per l. si quis in conscribendo. j. de pact. † In tex. ibi. [totius tēporis.] dic scilicet præteriti: non aūt futuri. vt not. gl. ś. e. aut. qui res quæ incipit, & sic. & si ecclesia sciens rem incidisse in commissum propter canonē nō solutum vel deterioratum, acciperet pēsionem pro tempore futuro: cēseretur remisisse pœnam expulsiōis. arg. ff. de lege commis. l. post diem. Secus si ignorāter. sed an hoc habeat locum in emphyteuta priuati, vt cadat à iure suo, & etiam soluat pēsionem præteriti temporis? Cy. in antiqua lec. plenè disputādo tenuit q̄ sic in eadem. l. in. iiij. q. secundùm Pe. per l. penulti. vbi videtur casus. ff. loca. Sed Guli. de cu. tenuit hic contrarium. quia priuatus debet esse altero contentus: vel pœna expulsionis, vel pensione præteriti tēporis. arg. in l. apud Celsum. § Labeo. de doli excep. & dicit esse speciale hic in ecclesia.

Nec ob. l. pe. ff. loc. quę loquitur in simplici conductore qui nō habebat ius in re. vnde propter eius expulsionem dominus nullā ius consequitur vltra quòd habeat. sed quā do expellit emphyteutam, consequitur ius vtile dominij quod ille habebat: quia cōsolidatur cum directo. ideo debet esse illa pœna cōtentus. nec ob. q̄ ista est pœna legalis, quæ pōt peti vnà cum principali. vt l. si pro fure. §. j. ff. de condi. fur. quia hoc est verum quando oritur ius ad pœnam ab ipso initio quo oritur ad rem. Secus si ex postfacto. vt l. metum. §. licet. cū ibi not. ff quod met. cau. Et de ista op. Gul. Cy. facit add. ad antiquā lec. in d. l. iiij. q. & videtur inclinare in istam sententiā in fi. tex. ibi. [nō repetiturus.] dic

6 hic est speciale in ecclesia. † sed in colono priuato, vel etiam emphyteuta qui expellitur, aliud est: quia potest repetere melioramenta. vt est casus in d. l. pe. ff. loca. q̄ est sing. illa tamē loquit in simplici colono. Sed pone cōcessit ecclesia in emphyteusim aliquam areā pro modica pensione, vt ibi ædificaretur ædificium, quod esset proprium ædificantis. & pro illo nihil solueret, ille postea nō soluit pensionem pro area. an redhibit ipsa area ad ecclesiā cum ædificio? videtur quod non: cum in illo non fuit pactum quod nihil pro eo solueretur. Breuiter cum tale ædificium cedat solo. & sic quo ad directum dominium sit ecclesiæ sicut dominium, & dominium areæ est illius ædificantis solum. & vtile dominium, sicut erat in area, determinat Bal. ipsum ædificium ad ecclesiam redire per l. obligationum ferè. §. placet. cum ibi not. ff. de acti. & obli. vel dic secundum eum. Et istud videtur æquius. quod ædificans possit ædificium remouere: nisi ecclesia offerat sibi iustam æstimationem. arg. in l. sed addes in §. si colonus. ff. loca. & vide quod not. per eundem in authē. excipitur j. de bo. quæ lib. & quod habetur in feudo seu vasallo in tit. hic finitur lex. c. j. §. si vasallus. in vsibus feu. In gl. magna ibi. [videtur q̄ sic.] hanc tenēt oēs per istā aut. q̄ generaliter loquitur. facit q̄ no. ff. de cōtra. emp. l. si res bona fide in glo. & Bal. allegat in aut. de nō alienandis. §. Itaque. vbi ponit de cēsu trium solidorum, & hoc etiam tenet Spec. in tit. de locato. §. nūc verò aliqua. in ver. ciij. & vide q̄ not. per gl. in l. cōi diuidūdo. in prin. ff. cō. di. & quod habetur in l. ea. §. Cato. de ver. obl. vbi propter nummum nō solutū de forte cōmittitur tota pœna. facit l. q̄diu. j. de distrac. pign. Qualiter aūt possit procedere ista cōcessio propter tam modicam pensionem. dixi in aut. si quas.

7 †VItimò Barto. quærit. quid si ecclesia cōsueuit concedere pro

c certa pēsione, & postea cōcessit pro minori, vt si cōsueuit cōcedere vsq; in tertiā generationē, & cōcessit in quartam. vel in masculos, & cōcessit in fœminas: & tenet in omnibus licet dubitan do. non valere concessionem. sed in contrarium quòd valeat, & restituatur. vt in c. j. de in integrum restitu. Solu. secundùm eum quando concessio est facta contra formam consuetam, non valet: vt dictum est. sed quando non est contra formam, tamen ecclesia reperiebat plus, & cedit secundùm formam consuetam,

d tunc restituebatur in integrum. vt in contrario. Bald. in authentica si quas. tenet vitiari concessionem quatenus fuit facta vltra formam solitam. & sic quo ad quartam generationem, vel quo ad fœminas: & valere vsque ad consuetam, puta tertiam, vel masculos: quia ista bene possunt separari. Et sic vtile per inutile, non vitiatur. Sed si facta esset concessio pro minori, posset retractari, nisi ille offerat iustam pensionem: argumen. in l. ij. j. de rescind. vendi. Et ista est melior opinio & æquior quam etiam Bar. amplexus fuisset, si cogitasset.

¶ Emphyteuta. Adde Docto. in ca. potuit. de loc. & diffusè per Iasonem. in. l. de iur. emph.

¶ Declarare. Circa hoc vide quæ ponit Alex. de Imo. in cons. vj. col. pen. & fi. in iij. vo. vbi dicit q̄ requiritur sniā Cur.

¶ Bart. Adde q̄ contra Bar. tenet Imo. in c. j. de feu. char. fin. & Ro. in l. j. §. si stipulāti ff. de verb. obli. vide Barb. in d. c. j. de feud. & Ro. in suo cōs. lxxj. & in proposito. adde Alexan. de Imo. consil. cxxv. colū. j. in v. volu. Cur.

Quis dicatur tyrannus?

3 *Quæ fiunt contra ecclesiam, videntur fieri contra Deum: & quæ relinquuntur vel donantur ecclesijs, videntur relinqui vel donari Deo.*

Donatio facta ecclesiæ, an valeat si non est aliquis præsens, qui recipiat pro ecclesia, & pro pauperibus?

LEX XV.

1 DEcernimus. †Omnia quæ facta sunt tempore Tyrannidis, superueniente iusto domino debent rescindi. hoc dicit. tota lex quod intellige de his quæ facta sunt per modum

a ¶Quis dicatur tyrãnus. Adde Alb.de roſar. ĩ auẽ. decernim⁹. C.de epiſc.& cler.& Gre.in mora.lib.x).

b ¶Scripturæ factæ. Adde Doct. in c.ſcripturã.de fi.iuſtr.

c ¶ Ad pias cauſas. Adde Spec.in titu.de inſtru.edi. in §. nunc verò.

d ¶Cõſanguineo. Adde Bald.in c.de priore.de appel. & in l.ſi heres.ff.de condic.ob cauſ.in c. fi. de ſepul. & Panor.in rub.extra de teſta.& Alex. de imo.in cõſil.cv.in iiij.volu.& vide etiã in propoſito. Io.and. in addi.Spec.in tit.de inſtru.edi. §. nũc verò aliqua.in addi. incip.ad iſtum. Franc. cur.

legis,vel priuilegij. Si verò per viam iuſtitiæ per eius officiales, tunc aut fundantur in legibus & priuilegijs prædictis.& idem, aut in iure cõmuni,vel ſtatutis loci.& tunc debẽt firma permanere.arg.in l.Barbarius. ff.de offi. præto. quia dicti officiales magis dicũtur vti iuriſdictione cohærẽte loco vel territorio, quàm data à tyranno qui nullã habet.de quibus vide plenè per Bar.in tracta.quem fecit in tyranno.& Bal. hic reaſſumpſit aliquaverba ipſius.†Et adde quod not.Arch.xxiij.q.v. c.rerũ.quis dicatur tyrannus[a], vel iuſtus dñs.ſi autẽ haberet ius, ſed propter delictũ fuiſſet illo priuatus, nõ diceretur fuiſſe tyrannus: & eius geſta firma remanerẽt.vt not.in l.iuſiurandũ quod ex conuentione.§.j.ff.de iureiur.& patet in Federico Imperatore qui fuit priuatus. vt in c.ad apoſtolicæ.de re iud.lib.vj.tamẽ remanſerũt eius ll. ſcilicet authen.caſſa.§. eo. & authen. Item nulla cõmunitas.j.titu.j. & authen.ſacramenta puberũ.j.ſi aduer. ven.

3 †Not.hic poſt prin.quod illa quæ fiunt contra eccleſiam:videntur fieri contra Deum. & eadem ratione quæ relinquuntur vel donãtur eccleſijs,videẽt relinqui vel donari deo.q⁹ facit cõtra gl. q̃ eſt j.l.proxi.q̃ vult q⁹ non valeat donatio niſi ſit aliquis p̃ſens q recipiat pro eccleſia,vel pro pauperibus. Sed certè præſens eſt Deus:qui vbiq⁹ eſt.& cui videtur donari Ideo multi non tenent illam glo.in donatione facta ad piam cauſam. Item not.de iſto verbo tyranno.de quo etiam j.de diuer.reſcri.l. pen. circa fi. & l.Fulcinius.§.quid ſit latitare.ff.qui.ex cau.in poſ.eatur.

captiuorũ valet donatio cuiuſcũque maximæ ſummæ ſine inſinuatiõe propter hoc dicunt quidam hodieper illam.l.eodem modo valere donationem factam eccleſiæ vel pijs locis cuiuſcunq; ſummæ.& hanc opinionem tenet hic Bar.& Ioan. and.in addi. Specu.de inſtrumẽ.edi.§.porrò.in addi.quæ incipit illa l.ſed bal. tenet cõtrarium quod aliud quãdo in redemptione captiuorum de quibus eſt maius periculum quòd ibi nõ moriantur.argumẽ. in l.proxi.circa fi.Et aliud in his, quæ donantur eccleſijs in quibus ceſſat iſta ratio periculi,quia eccleſiæ ſolent abũdare in bonis.Et iſta magis placet.& ita videtur de mente illius.l.in fi.dum dicit in alijs aũt &c.quaſi dicat præter quàm in caſibus.§. expreſ
2 ſis.†Not.in ver.[actis.]& in verſi.[actorum].quod ſcripturæ fa
b ctæ[b] coram iudice vel magiſtratu etiam per modum voluntariæ iuriſdictionis dicuntur acta.& ſic debet omnibus fieri copia ipſarum.vt ſunt emãcipationes,& adoptiones, & creationes tutorũ vel curatorum:in quibus requiritur authoritas magiſtratus. de
3 quo vide quod no.Inn.in c.j.de proba.† Item no. quæ dicantur
c donationes factæ ad pias cauſas.[c] quia illæ quæ fiunt pijs locis, vel pauperibus. Idem in redemptione captiuorum.vt d.l.ſi quis pro redemptione.& dicit Bal.nõ ſolum ab hoſtibus,ſed à latrunculis,ſed etiam ſi ſunt in carceribus communis,pro maleficio.&
4 allegat quãdam gl.decreti quod no.†Hic eſt vna gl.ſi.quæ ſemper allegatur in pluribus primò in prin.iũcto fine huius l. quod lex vel ſtatutum fauorabile extenditur ad alios caſus ſimiles,etiã ſi in eis dicatur quòd nõ fiat extẽſio ad alios caſus.quia debet intelligi:ſcilicet diſſimiles.quod perpetuò tene mẽti. Et vide pro declaratione huius l.qualiter debet intelligi quod notat Bart. in l.ſi conſtãte.ſol.matrimonio.in j.q.prin.q.vltima.facit ff. de edẽ. l.argẽtarius.in prin.verſicu.ad ſimilem.dicitur autem caſus ſimilis ſecundum Bald.quando in eo eſt eadem ratio, vel maior vt ff.de excu.tut.l.non ſolum.§.qui pupillum. Item allegatur iſta
5 gloſ.poſt prin.†quod ſi quis donat vel legat alicui diuiti conſan
d guineo,[d] vel extraneo.qui non indiget eleemoſyna.licet dicat ſe relinquere amore Dei,nõ dicitur relictum ad piam cauſam: nec habet priuilegia piæ cauſæ,quia non ſtatur talibus verbis,poſitq̃ conditio perſonæ nõ patitur.argu.in l.ſi fortè.ff.de caſtren.pecu. quia videntur dicere in fraudem:vt l.qui teſtamentum.ff.de proba.& per hoc diceretur quod ſi pater donat filio in poteſtate: licet dicat ſe donare pro benemeritis & ſeruitijs. niſi de illis appareat, non dicitur donatio facta propter merita. & ſic tanquàm extraneo. ſed tanquàm filio. quoniam filiatio cenſetur fuiſſe cauſa donandi:& non merita. ideo non valet à principio: ſed indiget confirmatione per mortem.& ſic poſſet à patre reuocari. quod non eſſet ſi à principio valuiſſet. vt not. in l. ſi donatione.j.de colla.Sed ſi talis perſona cui relinquitur vel donatur eſſet pauper, tunc aut relictum vel donatio eſt magnæ quantitatis; & ſimiliter non videtur fieri cauſa pietatis, aut modicæ quantitatis.& tunc ſecus per l.cum hi.§.ſi in annos.ff.de tranſac. & l.ſi cui.de annu.lega.& vide in addi.Specu.de inſtrumẽ. edi. §.nunc verò aliqua.in addi.quæ incipit ad iſtum fi.& Barto.in l.
6 j.ſ.eodem.in ij.q. principali. †Vltimò allegatur gloſſ. in vltima q.quod valet donatio etiam facta ad piam cauſam nemine recipiente pro donatario: quia cùm donatio ſit contractus, requirit conſenſum donantis & donatarij.vt in.l.j.ff. de pact. & hic non adeſt niſi donantis.& ſic etiam ſi mille teſtes eſſent p̃ſentes, non ſufficerent: niſi aliquis ipſorum nomine donatarij recipiat. & tunc ſecuta ratihabitione perficitur. iuxta nota.in l. ſi ego.ff. de nego.geſtis. & vidi in ciuitate iſta iſtum caſum:quia in inſtrumento continebatur quòd talis donauit tali, & non dicebat præſenti & recipienti, nec de eius præſentia apparebat. ego dicebam quòd donatio non valebat per iſtam gloſſ.quia poſtquàm non apparebat de præſentia: non præſumebatur fuiſſe præſens, ſed abiens. cum iſtud conſiſtat in facto: & facta non præſumuntur.vt not.in l.quæcũque.§.j.de publicia. & per conſequens non potuit fieri non interueniente nuntio,vel epiſtola: quæ requiruntur vbicunque contractus geritur inter abſentes vt dicit gloſſ. ſingularis in l. conſenſu. de actio. & oblig.alij dicebãt quod valebat, quia præſumebatur præſentia per gloſſ. quæ eſt in l. j.j. de inuti.ſtipu. ſed reſpondebant quod loquitur quãdo inſtrumẽtum facit mẽtionem de actu qui nõ poteſt fieri niſi inter præſentes.vt ſi dicat q⁹ Titius fuit ſtipulatus,niſi enim dicat quòd fuerint præſentes:notarius diceret falſum:

a ☞ *Scripturæ factæ coram iudice uel magiſtratu,etiam per modum voluntariæ iuriſdictionis,dicuntur acta.& debet omnibus fieri copia ipſarum.*

3 *Quæ dicantur donationes factæ ad pias cauſas?*

4 *Lex uel ſtatutum fauorabile extenditur ad caſum ſimilem, etiam ſi in eis dicatur quòd non fiat extenſio ad alios caſus.quia debet intelligi ad diſſimiles.*
Caſus finalis dicitur quando in eo eſt eadem uel maior ratio.

5 *Si quis donat,uel legat alicui diuiti conſanguineo,uel extraneo,qui non indiget eleemoſyna.licet dicat ſe relinquere amore Dei: non dicitur relictum ad piam cauſam,nec habet priuilegia piæ cauſæ,& quid ſi relinquitur uel donatur pauperi?*
Si pater donat filio in poteſtate,licet dicat ſe donare pro benemeritis & ſeruitijs: niſi de illis appareat,non dicitur donatio facta propter benemerita.

6 *Donatio facta ad piam cauſam nemine recipiente pro donatario,an ualeat?*

7 *Donatio poteſt fieri inter abſentes,per nuntium,uel epiſtolam.*

8 *Pax quòd non poſſit fieri inter abſentes,uel abſenti nemine recipiente pro ipſo.*

9 *Quid in ceſſione actionum?*
Quilibet poteſt ſtipulari pauperibus abſentibus,& uerbis in eos directis.

LEX XVI.

1 ILlud. †Donatio facta eccleſiæ vel pijs locis, vel miſerabilibus perſonis, vel ciuitati, vſq; ad quingentos aureos,non indiget inſinuatione.h.d. præmitte quod propter fraudes quæ committebãtur olim. quia quidam faciebant ſecretè donationem bonorum ſuorum alicui conſanguineo, & amico.& poſtea contrahebat cum alijs. deinde poſt mortem cum creditores vellent capere bona,donatarij dicebant ad ſe pertinere ratione donationis factæ ante quã cum illis cõtraheretur.Ideo fuit prouiſum quod ſi donatio trãſcendebat cc.aureos, deberet fieri publicè coram magiſtratu ad hoc deputato.& ibi confici publica ſcriptura.ad hoc vt volentes cum alio contrahere,poſſent videre vtrum ille habeat bona ſufficientia,vel nõ. quia notarius qui conficit acta tenetur cuilibet oſtendere cum opus fuerit.vt j.de eden.l.ij. & hoc habetur in l. donatio,ſiue.j.de dona.poſteà fuit ſtatutum q⁹ de ccc. aureis. vt in l.ſancimus.eod.titul. & quod ſi fiebat ad piam cauſam, poſſet fieri vſq; ad quingentos aureos ſine tali inſinuatione. vt ibi. & in iſta l. & quatenus tranſcenderet,non valeret. poſtea fuit ſtatutum generaliter quo ad omnes quod poſſet fieri vſq; ad quingentos aureos ſine inſinuatione: vt l. ſi quis pro redemptione. & §.fin.j.de dona.& ſic illud quod fuerat conceſſum eccleſijs & pijs locis in priuilegium,redactum eſt ad ius commune:nõ ſunt ergo eccleſiæ melioris conditionis quàm alij in hoc. Sed contrà de dicta l.ſi quis pro redemptione. in prin. vbi pro redemptione

sum. vt l. prima in princip. de verborum obligationib. Sed † donatio potest fieri inter absentes dummodo interueniat nuntius, vel epistola. & posito quòd non interueniat, licet donatio sit nulla, notarius tamen non dicit falsum: & pro ista fuit consultum. & facit in argu. ista glo. † quòd pax non possit fieri inter absentes, vel absente inimine recipiente pro ipso. vide Bal. in l. ij. ante fin. infrà de lib. & eorum lib. & quod not. Bartol. in l. Labeo. ff. de pactis
5 † Quid autem in cessione actionum? vide Cal. in l. per diuersas. j. mo. in xiiij. q. Cætera circa istam gl. an dicat verũ in casu in quo loquitur. vide hic per Docto. & tetigi in l. præcedenti. & in ista l. Gul. de Cu. tractat de materia insinua. donatiõis. de qua per Bar. in l. Modestinus. ff. de dona. & in addi. Spec. de instru. edi. §. fi. & dicit hic Bal. quòd quilibet potest stipulari pauperibus absentibus, & verbis in eos directis per gl. quæ est j. q. vij. c. quoties coram dis oculus. & tene menti ista: quia sunt multum utilia.

1 ☞ Casus quo res quæ non est in alicuius dominio, ut est res sacra, uendicatur.
Omnes actiones quæ dantur in rem, & contra quemlibet possess. possunt dici uendicationes.
Ciuitas uendicat ciuem suum ratione superioritatis, quam habet in eum.
2 Episcopus potest agere non solum pro bonis Episcopatus, sed etiam pro bonis cuiuslibet ecclesiæ sibi subditæ: licet illæ habeant specialem rectorem: qui tamen præfertur episcopo.
Sacristæ quorum custodiæ sunt res commissæ possunt agere pro earum recuperatione, assentibus alijs: implorando officium iudicis idem in alijs: quibus commissa sit custodia rei.
4 Actio in factum quando competat? & quòd sit triplex, una specialis, alia generalis, & alia generalissima.
5 Animæ hominum seu uita hominum debent præferri quibuscunque rebus.
Res subiectæ restitutioni possunt alienari pro saluanda uita grauati, uel pro redimendo eum à carceribus, uel tempore famis, sicut in causam dotis, & quid in rebus ecclesiæ?
6 Lex noua potest extendi ad præterita pendentia, quando hoc in ea expresse cauetur, & quid in pertinentibus ad ordinem iudicij?

LEX XVII.

1 SAncimus nemini. † Nota. istam l. contra illos qui recipiunt pignori calices, vel cruces ecclesiarũ. vt perdant pecuniã & illa restituant: quia postquam semel sunt dedicata diuino cultui, non debent redire ad humanũ. q̃ intelligit Inno. etiam ex pacto apposito in contractu. vt ipse no. in c. verum. de foro cõpetent. † Item no. casum in quo res quæ non est in alicuius dominio, vt est res sacra, vendicatur. nã vendicatio cõpetit nõ solum ratione dominij: sed ratione iuris realis. omnes enim actiones q̃ dantur in rem & contra quemlibet possess. possunt dici vendicationes. vt in l. si fundus. §. in vendicatione. ff. de pig. sic & ciuitas vendicat ciuem suũ ratione superioritatis quã habet in eũ. vt l. j. §. per hanc. cum ibi not. ff. de rei vend. † Item not. tertiò in versic. [episcopos.] cum glos. quod Episcopus potest agere non solum pro bonis episcopatus, sed etiam pro bonis cuiuslibet ecclesiæ sibi subditæ: licet illæ habeant specialem rectorem: ille tamen rector præferetur episcopo. vt not. in c. cum deputati. de iudic. per Inno. & adde c. cum dilectus. de succes. ab intest. & de religios. do. cum venerabilis. & de rescrip. c. transmissa. Item no. in ver. [cu fuer.] bonum text. quod Sacristæ quorum custodiæ sunt res commissæ, possunt agere pro recuperatione ipsarum alijs cessantibus, intellige implorando officium iudicis: non per actionem. vt in l. non tantum. ff. de peti. hære. & idem videtur in quocunq; alio cui sit commissa custodia rei. ar. j. si per vim vel alio modo. l. j. & ff. si cer. pet. l. cum filius. & de lib. causa. l. igitur. §. si opera.
4 † Item not. quod ad hoc semper allegatur ista. l. de actio. in factum generali. quæ competit ex varijs figuris causarum. nec alibi melius habetur quàm hic. nam datur vbicunq; æquum est actionem dari, & non apparet aliquam specialem actionem proditam. vt contingit hic quando vasa sunt conflata. quia non datur vendicatio: sed actio in factum ad æstimationem quæ cõcurrit cum certi condictione generali: vt hic patet dum dicit [per cõdictionem.] de ista etiam loquitur. l. fin. j. de peti. hære. & de iure deli. l. fi. §. licentia. & ista actio in factum est triplex. vna specialis quæ competit vbi cessant verba. l. & tamen est eadem mens & ratio legis, vt est illa quæ competit loco actionis legis Aquiliæ, quando cessant eius verba. quòd dic. vt j. ad l. Aquil. l. de pecoribus. Item alia generalis. quæ competit loco omnium interdictorum. vt insti. de interdic. §. pe. Item generalissima. de qua hic. quę interdum concurrit cum actione præscrip. a. verb. vt quando competit ratione alicuius contractus in quo verba interuenerunt, & dubitatur quis contractus sit, vel quæ specialis actio detur. vt in l. quoties. & ibi plenè not. ff. de præscrip. verb. aliquando datur ex dispositione legali propter æquitatem. non ratione verborum. & tunc loquitur hic. nec tũc datur actio
5 præscrip. verb. † Item not. circa fi. illud ad quod allegatur quod animæ hominum. id est vita hominum debet præferri quibuscũque rebus. vnde pro saluando vitam alicuius res quantũcunque prohibitæ alienari, poterunt. & sic est arg. quod res subiectæ restitutioni sicut possunt alienari in causam dotis. & ita pro saluanda vita grauati, vel pro redimendo ipsum à carceribus, vel tempore famis. de hoc no. in authentica, res quæ. j. communia deleg. & res
6 ecclesiæ etiam immobiles possunt ex iusta causa. pietatis aliena ri. vt no. xij. q. ij. in glo. summæ. † Vltimò no. in fin. quod lex noua potest extendi ad præterita pendentia: quando hoc in ea expræssè cauetur sic in l. proxi. in fi. & in l. fi. in fi. Sed hoc dicit Bart. verum in l. imperiali. secus dicit in statutis & reformationibus ciuitatum per tex. in auth. in medio litis nõ fieri sacras iussiones. in prin. & ipse no. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Sed Bal. dicit hoc verum in pertinentibus ad decisionem causæ. Sed si pertinent ad ordinẽ, iudicij bene trahit ad p̃terita pendẽtia super lite futura. & ita dicit se consuluisse. pro hoc allego tex. licet ipse nõ alleget in l. fi. §. penul. j. de iura. calum.

3 ☞ Quando contra te allegatur aliqua lex quæ loquatur in ecclesia, si non occurrit alia congrua responsio: potes dicere speciale est in ecclesia.

LEX XVIII.

1 SAncimus res. † Not. hic arg. si sit statutũ q̃ de rebus quæ perueniunt ad aliquem ex causa lucratiua, puta donationis, vel vltimæ voluntatis, soluatur certa gabella maior quàm de alijs contractibus, vt est Bononiæ. non comprehenduntur ecclesiæ vel pia loca: posita etiam quòd de alijs contractibus ecclesię
2 soluerent gabellam. † Item not. arg. in fi. quando contra te allegatur aliqua l. quæ loquatur in ecclesia, si non occurrit alia cõgrua responsio, potes dicere speciale est in ecclesia: propter rationem quæ hic ponitur in tex.

2 ☞ Fideicommissum uniuersale dicitur hæreditas, & fideicommissarius hæres.
3 Verbum relinquo an importet institutionem directam. & numero. 10.
4 In fideicõmisso relicto ad pia cãm ecclesijs, uel pijs locis, seu pauperibus, non requiritur restitutio uerbalis ut transferantur iura hæreditaria, & an requiratur addatio hæredis?
Omnia priuilegia quæ dantur ecclesiæ, dantur etiam pauperibus.
An ualeat donatio facta in redemptionem captiuorum, si aliquis non recipiat nomine eorum absentium?
5 Si aliquis se absentauit à patria, & ignoratur an uiuat: quousque aliqua indicia sint de morte, præsumitur uiuere usque ad ætatem centum annorum: nisi probetur contrarium.
6 Statutum disponens bona immobilia non posse alienari in ecclesias: uel pia loca, an ualeat & si disponat quod non possint alie. in non subdi. an comprehendat ecclesias?
7 Contra ciuitatem uel fiscum quanto tempore præscribatur? & numero. 8.
8 Quid in fisco ecclesiæ?
9 Licet in aliquibus casibus reperiatur dominium acquiri sine apprehensione possessionis, uel sine traditione, quòd tamen etiam in eis casibus non possit possessio acquiri sine apprehensione corporali.
Potest fieri statutum quòd possessio quæ erat apud defunctum continuetur in hæredem ipso iure, absque corporali apprehensione.
Possess. translata per modum fictum dicitur uera possessio.
10 Si ille qui uendidit uni, iterũ uendat eandem rem alteri: an uterq; emptor habebit dñium.

LEX XIX.

1 VT inter diuiuum. † Ecclesiæ pia loca, & miserabiles psonæ, & etiã ciuitates, habẽt priuilegiũ circa p̃scriptionẽ: vt contra eas nõ p̃scribat minori ipatio. c. annorũ. in relictis inultima uolũtate, donatis & vẽditis, ac etiã circa dñij acqsitionẽ in casibus p̃dictis vt acqrat ipso iure ex solo cõtractu sine traditiõe, ac etiã tacita hypothecavt eã habeãt in dictis casibus. hoc. d. Et inquantũ loquitur de relictis in vltima voluntate, non est nisi in vno specialitas, scilicet circa præscriptionem, non autem circa acquisitionem dominij, vel tacitam hypothecam: quoniã illas habẽt etiã alij pro rebus legatis, & per fideicõmissum relictis. vt ĩ l. j. j. cõia de lega. Sed inquantũ loquit de donatis aut vẽditis: tũc in illis habẽt tria priuilegia scilicet tã circa præscriptionẽ, quã circa

a ¶Verbum relinquo. Adde tex.in l.ſi.ff.de tab.exhi.glo. in aut. de hære. & fal.in §.ſi verò.Doc. in c.Raynutius.de teſta.

b ¶Omnia priuilegia. Adde Bal.in l. pe. in §.cũ autẽ.in vltt. col. C.ad Turpil.Limita hoc eſſe verùm in re quæ ſit veri dñĩ eccleſiæ ſecus ſi res ſit quaſi dominĩ eccleſiæ.

c ¶Vitæ hominũ tempus. Adde Inno.in c. veniẽs.de fil.presby. Io.de anna. in rubri. de delictis puero.

d ¶Ad ætatẽ centũ annorũ. An elapſis centũ annis præſumatur mortuus.vide per Sa li.hic.& per gl. Bar. & Doc.in l.ĩj. in §. ſi dubitetur. ff. quẽad. teſta.aperi.

e ¶Contra libertatem eccleſiaſticam. Adde tex.in c. ĩj. de verbo. ſigni.lib.vj.Bal.in l. cunctos populos. C. de ſumma trin. Abb. conſi.lxxxiiij. incip. præſens dubium.

dominĩj acquiſitionẽ & hypothecam.quoniam illis nõ acquiritur dominium ex ſolo contractu: ſed requiritur traditio. ff. de rei ven.l.ſi ager.& j.de rei ven.l.pe. & de pac. l.traditionibus.nec etiam regulariter habẽt alĩj tacitã hypothecam: ſed dũtaxat in certis caſibus.de quibus in tit.in qui.cau. hyp. tab.contra.ff.& C.Extra caſus verò de quibus hic iſtæ perſonæ non habent iſta priuilegia.Et diuide. qa primò ponit procœmiũ. & etiam ſtatutum obſcurum.circa tempus præſcriptionis.vſq; ibi. [& nobis.] Secundò illud declarat ponendo ſpatiũ centum annorũ. vſq; ibi. [liue.] Tertiò concludit in præmiſsis. & etiam addit duo alia priuilegia de acquiſitione dominĩ, dãdo eis rei vendicationem. & circa tacitam hypothecam veniens ad caſum.†In tex.ibi.[aliquã reliquerit hæreditatem.] ſubaudi directò: inſtituẽdo: vt differat ab eo quod j.ſubĳcit à fideicommiſſo: nam etiam fideicommiſſum vniuerſale dicitur hæreditas, & fideicommiſſarius hæres. vt in l.ſi filiusfa.§. ſed ſi filio.ff. quod cum eo. & ſic nota hic diligenter quod verbum,relinquo adaptatur ad inſtitutionem directã. vt etiam apparet ante ſi. Si ergo aliquis dicat relinquo bona mea tali, videtur ipſum directò inſtituere hæredem.& ſic propria authoritate poteſt capere bona.ſed ſi importaret fideicommiſſum vniuerſale, tunc venientes ab inteſtato ſuccederẽt directò.& ille haberet petere ab eis reſtitutionem: & ante factam reſtitutionem verbalem non poſſet propria authoritate capere. & venientes ab inteſtato detraherent quartam Trebellianicam:quæ non detrahitur de directa inſtitutione.vt j. tit.j.l.ſi quis ad declinandam.†Sed an hoc ſit verum,q verbum relinquo importet inſtitutionem directam?vide per glo.& Docto.in l.his verbis.in prin.ff.de hæred.inſtituen. quia ſi non erat alius inſtitutus,importat inſtitutionem. aliàs importat fideicommiſſum.niſi qualitas perſonæ contrarium ſuadeat.vt ſi relinquere tur filio ſuo pro legitima:nam tunc debet relinquí iure inſtitutionis,ad hoc vt teſtamentum valeat. nam ſi relinquit ſibi certã quotam,videtur relinquere iure inſtitutiõis.ad quod vide quod notat Bald.in l.humanitatis.j.de impub.& ali.ſubſti. Si verò res ſingulares,ſecus. & ſic non valeret teſtamentum,niſi diceret relinquo pro legitima.per ea quæ not.per Bart.in authen. vnde ſi parens.j.de inoffi.teſtamen. †In tex.ibi. [vel fideicommiſſum] ſubaudi particulare vel vniuerſale ex iſto text.coniuncto ſi. vbi habetur q dominium acquiritur ſine traditione.Bar.diſputando in quæſtione quę incipit.Titius filium.determinauit notabiliter valde q in fideicommiſſo relicto ad piam cauſam, eccleſijs, & pijs locis,vel pauperibus,non requiratur reſtitutio verbalis: de qua loquitur titu. ad Trebel. quantum ad hoc vt transferantur iura hæreditaria actiuè & paſsiuè.imò ſtatim impleta conditione fideicommiſsi. & eo purificato transferuntur omnia iura. & hoc eſt quotidianum.quia teſtatores morientibus filijs ſine liberis relinquunt omnia bona pauperibus. Certè ſi filĩ decedunt relictis extraneis hæredibus,executores teſtamenti, vel Epiſcopus,qui eſt executor legalis.vt j.ti.j.l.nulli. nõ habent neceſſe petere ab illo hærede extraneo reſtitutionem fieri.Sed poſſunt capere propria authoritate, ac ſi eſſet facta.& mouere actionẽ contra hæreditarios debitores,vel poſſeſſores rerum.q perpetuò tenementi.& licet Bal.hic nitatur probare cõtrarium. plus placet determinatio Bart.nam etiam ſecundùm Bal. tale fideicommiſſum non requirit additionem hæreditatis,& cõſtat quod idem tribuit reſtitutio verbalis,fideicommiſſario vniuerſali,q tribuit additio,hæredi directo. Sed ſi in directo hærede non requiritur additio,ergo nec in fideicommiſ.requiritur reſtitutio. Bald.tamen ſe mouet per l.omnibus.ff.ad Treb. vbi in fideicommiſ. relicto ciuitati requiritur reſtitutio.& hic æquiparãtur ciuitas,& pia cauſa.Sed dic quod iure illo non erat introductũ priuilegiũ.de quo hic.vnde poſſet dici idem in ciuitate hodie per hanc legẽ.In tex. ibi,[ſed & ſi in redemptionem captiuorum.]dic idem ſi paupe-

b ribus in genere,quia omnia priuilegia[b] quæ dantur eccleſijs:dantur etiam pauperibus.vt in authentica.de eccle.titulo.& per Bal. j.ad Trebel.l.ſancimus.ad fin.& not.iſtum text.contra gloſſ.quę eſt in l.illud.§.eodem dum hic dicit donatæ.quòd valet donatio facta in redemptione captiuorum:licet tamen illi non ſint p̃ſentes.Sed poteſt reſponderi per text.dum dicit legitimo modo. qđ intelligitur quando aliquis eſt præſens,qui recipit nomine abſen
5 tium.† In tex.ibi.[longiſsimum vitę hominum tempus.][c] dic iſte
c text.ſemper allegatur.& per ipſum dicitur quòd ſi aliquis ſe abſentauit à patria,& ignoratur an viuat vel mortuus ſit, quouſcq; aliqua indicia ſint de morte præſumitur,viuere,quouſcq; peruenerit ad ætatẽ.c.annorũ.[d] & ille qui dicit eum mortuũ,habet ne-
6 ceſſe probare.de hoc vide per Bar.in l.ij.ff.quẽad.te.ape. †Vltimò per iſtum textum circa fin.dicit Bar.fuiſſe determinatũ per Oldra.in publica diſputatione.quòd ſi ſtatutũ dicat bona immobilia non poſſe alienari in eccleſias,vel pia loca,tale ſtatutum nõ valet:ſed dicitur eſſe contra libertatem eccleſiaſticam.quia contra priuilegium conceſſum eccleſijs per hanc l. Certè iſta l.non concedit priuilegium eccleſijs quod poſsint emere,vel donationem recipere.hoc eĩm competit eis de iure cõi:ſicut & in alijs:qa non debent eſſe deterioris cõditionis.Sed bene cõcedit eis priuilegiũ q ex ſolo tit.tranſferat in eas dominiũ. Iſtud aũt ſtatutũ aufert eccleſijs ius cõe nõ autem priuilegium vnde tenendo opin.
e Innoc.q dicat contra libertatem eccleſiaſticam,[e] niſi quando auferret priuilegiũ,iſtud ſtatutum nõ diceretur cõtra libertatem eccleſiaſticam:ſed tenendo aliam opinionem:de qua dixi in authẽtica caſſa.ſecus.Et per iſtum modum defendo Bar.Sed ſi tale ſtatutum nõ faceret expreſſam mentionẽ de eccleſijs.ſed ſolũ diceret quòd non poſſunt alienari in non ſubditos.tunc nõ comprehenderentur eccleſiæ vt not.per Ioan.and.in c.j.de immu.eccle. lib.vj.ſecus in l.imperiali generaliter loquente.quia comprehendit eccleſias.vt l.ſi.j.de exac.tribu.lib.x.& ibi per Bar.Itẽ iſta l.loquitur quando vẽdens vel donãs erat dominus,vt tranſferat dominiũ,quid ſi nõ erat dñs,an ex ſolo cõtractu trãſferat vſucapiẽ
7 di cõditio?vide in Spe.de loca.§.nũc verò ¶liqua.ver.lviij.†Pro declaratione gl.q̃ eſt ſuper verbo[cẽtũ.] & ad ſoluendũ omnia cõtraria gl.op.q cõtra ciuitatem nõ præſcribatur minori ſpacio c.annorũ.quia video q cõtra fiſcũ interdũ præſcribitur quadriẽnio.vt in l.intra quatuor.ff.de diuer.& tẽp.præſcri. Aliquãdo ſpatio xx.anno.vt in l.in omnibus.eo.tit. Aliquando ſpatio xxx.annorũ ſine titu.& bonafide.vt in l.ſicut.& l.omnes.j.de p̃ſcri.xxx. anno.vel longo.tẽpo.cum titu.& bona fid.vt in l.ſi.j. de præſcri. long.temp.& fiſcus eſt magis priuilegiatus quã ciuitas particularis.vt ff.ad muni.l.non debere propter hoc gl.dat multas ſolutiones.Sed aduerte quantum ad fiſcum aut loquimur de iure acquiſito fiſco perdendo.& in illo fiſcus vtitur iure priuati:vt præſcribatur cõtra ipſum aliquando longiſsimo:aliqñ longo tẽpore vt§.dictum eſt. Interdum quærimus de iure nondum quæſito, vel incorporato fiſco vt ſi aliqua bona ſunt fiſco delata:vel ratione delicti alicuius,vel quia deceſsit ſine hærede,& ſic ſunt bona vacantia:vel ex alijs cauſis,de quibus habetur in l.j.ff.de iu.fiſ.tamen fiſcus vel eius officiales nondùm acceperunt poſſeſsionem bonorum.Et tunc ſi talia bona ſic delata ipſo iure fuerunt fiſco denunciata,tunc ſi poſteanegligit per quadriennium capere poſſeſsionem,præſcribitur cõtra fiſcum.vt d.l.intra quatuor.& j.de quadri.præſcri.l.j.& ij.Si verò non erant adhuc denuntiata tunc præſcribitur contra fiſcum xx.annis.vt in l.omnibus.de diuer.& temp.præſcrip.allega.hic in gloſſ.pro contraria.niſi præſcribens haberet titu.& bonam fidem. quia tunc præſcriberet x.annis inter præſentes.ſicut contra priuatum.& prædicta in fiſco imperiali,vel temporali. †Sed in fiſco eccleſiæ diſtinguitur.aut inter
§ romanam eccleſiam, & requirũtur.c. anni etiam in talibus nondum incorporatis. aut in alia eccleſia. & ſufficiunt xl.vt eſt hodie caſus. in c.ij.de præſcrip.libro.vj. In ciuitatibus verò particularibus quæ non habent iura fiſcalia,in tribus caſibus,de quibus hic non præſcribitur minori ſpatio. c. annorum. & ſic ſunt melioris conditionis quam fiſcus in hoc: quia in alijs fiſcus eſt melioris, vt hic in prima ſolu.gloſſ.Extra iſtos caſus contra ciuitates præſcribitur; ſicut contra priuatos.quia inſtar priuatorum obtinent.vt in l.eum qui vectigal.de verborum ſignifi. & idem dicunt Docto.in caſtris ſubiectis ciuitati.quaſi ſint mẽbra eius. vt l.qui ex vico.ff.ad munici.licet glo.ſentiat cõtrarium in l. ſi finita

nita.§.si de vectigalibus.de damno infecto. Aliquandoverò etiã contra priuatos nunquam præscribitur.s.in facultate vtendi rebus adversum publicum destinatis.puta via publica,vel platea.nã etiam si per c.annos quis non iret,non perderet facultatem eundi.vt in l.via publica.ff.de via publica.& in fi.huius glos.quia illa via non est in patrimonio publico,sed in publico vsu.& ea q̃ supra dicti locum habent in his quæ sunt in patrimonio. In glos. quæ incipit [vtilem.] dic imò potest dici directum dominium: quia directum dominium est acquisitum:licet ex priuilegio huius legis secundum Bald. In glos.ibi.[soluto pretio.]dic hæc vera.nam ante pretium solutum obstat ecclesiæ exceptio.vt l.Iulia nam.§.offerri.ff.de acti.emp.& vbicunque obstat exceptio habẽ ti actus,ibi dominium non transfertur ipso iure: etiam vbi aliàs transferretur,si exceptio non obstaret. vt in l. Sempronius attalus.ff.de viufru.leg.secundùm Bald.†In ead.glos.prima.ibi, [respõdeo non.] nota.istam glossam.quia licet in aliquibus casibus reperiatur dominium acquiri sine apprehensione possessionis: vel sine traditione.vt patet in hærede adeunte.tamen nunquàm reperitur etiam in dictis casibus possessio acquiri,sine apprehensione corporali.& hoc etiam vult glos.clarius.in l.cum duobus. §.Item respondit.ff.pro socio.Ratio verò sumitur ex.l.j.§. Sceuola.ff.si quis te.liber.esse ius.fu. posset tamen hoc induci per consuetudinem.vt c.ex literis.de consue.vel propter statutum.vnde in pluribus locis vidi statuta quòd possessio quæ erat apud defunctum ipso iure continuatur in hæredem absque corporali apprehensione.& vide per Cyn.in l.ea lege.post princip.j. de condi.ob causam.†In ea glos.ibi. [prælata vtili actioni directæ.] &c. ista ratio est falsa . quia præsupponit quod vterque emptor habeat dominium,primus vtile:secundus directum.quòd nõ est verum.imò primus habet directum,licet translatum præter iuris regulas,scilicet sine traditione.nam possessio translata p modum actus,dicitur vera possessio.Et hoc præsuppositio secundus emptor nullum dominium potest habere.quia venditor nullum habebat:cum ipsum transtulisset in primum emptorem ex solo contractu.Vltimò ad id quod dixi in primo notabili de verbo relinquo.vide bonam glos.in authenti.de hæredi.& fal.quæ incipit no.verbum.

1 *Præscriptio lecem uel uigenti annorum quando & contra quem,& in quibus actionibus currat*

2 *Quid in præscriptione triginta annorum?*

3 *Præscriptio xxx.anno.est merè odiosa:& sic restringenda,sed usucapio est merè favorabilis,& quid de præscriptione x.uel xx.ann.*

4 *Romana ecclesia est illa cui præest Papa immediatè, & cuius ipse est specialis Episcopus.*

Ecclesia Lateranensis quæ dicitur sancti Saluatoris,fuit prima ecclesia totius orbis,& multa habet priuilegia.

5 *Priuilegiatus quando concurrit cum priuilegiato:priuilegia confunduntur,& habentur ambo pro non priuilegiatis, & quid si unus tractat de damno uitando, alter de lucro.*

Ecclesia quanto tempore præscribat contra alteram?

6 *Quando tempore præscribat contra priuatum?*

7 *Per identitatem uel maioritatem rationis non debet induci legum correctio. & quid in correctoribus,& quid si in ipsa lege exprimatur ratio motiua ipsius.*

8 *Concederetur alicui ecclesiæ quod contra eam non præscribatur nisi centum annis,an hoc talis concessio ualeat: licet in ea non contineatur clausula non obstante quacunque alia lege?*

9 *An talis concessio,quod nulla possit obijci præscriptio?*

10 *Contra præscriptiones quæ currunt contra ecclesiam,uel ciuitatem, an poterit ecclesia uel ciuitas restitui in integrum?*

11 *Ecclesiæ succedit ei contra quem cœperat currere præscriptio x.uel xx.uel xxx.annorum,tunc pro tempore præterito ecclesia utetur iure priuati sed pro futuro utetur priuilegio suo.*

AVTHENTICA.

1 QVas actiones. †Ista aut.tria facit.nam primò declarat quæ præscriptio curat contra priuatos in actionibus,de quibus in fi.l. præce.scilicet in personali & in reali rei ven.& hypotheca ria.vsque ibi,eæ si loco.Secundò corrigit legem codicis in eo q̃ dixerat cõtra ecclesias & pia loca non currere minorem præscri. c.annorũ.Et reducit eam ad annos.xl.Tertiò cõfirmat eam in sola ecclesia romana,vt contra eam nõ currat minor cẽtenaria . Et p̃dicta in p̃scriptionibus maioribus decẽnalibus . sed reperiunt̃ aliæ p̃scriptiones minores,vt vsucapio in rebus mobilibus. Item quadriẽnij cõtra fiscũ.de qua dixi in l.p̃cedenti.Et etiã vltra tex. reperiũtur p̃scriptiones annales,& sex mensiũ vt in redhibitoria. & quãto minoris,& in actione de dolo, in quibus currit p̃scriptiò biẽnij,& in alijs dicit nihil immutari nec per.l.codicis,nec p ista. quia oẽs sunt equales tã ecclesiæ quã ciuitates & etiã priuati.& vide circa hoc Dyn.in regula bonæ fi.de reg.iur.†In text.ibi, [decennalis.] dic ista currit contra rei ven. dũmodò præscribens habeat tit. & bonã fidẽ & etiam præscribat cõtra præsentẽ.Sequẽs verò vicennalis qñ cõtra absentẽ.vt j. de p̃scrip.lon.tẽ.per totũ.In actionibus verò personalibus nõ currũt . In hypothecaria verò similiter currũt si p̃scribẽs habeat tit.& bona fidẽ.vt j.si aduer.cri.p totũ.†Tertia verò scilicet tricẽnalis currit tã in personalibus actionibus,quam etiã in realibus qñ p̃scribens non habet titulũ vel bonã fidẽ.j.de p̃script.xxx.anno.per totũ.hoc tamẽ vltimũ de bona fide corrigitur per ius canonicum: quia sine ea nulla præscriptio currere põt. vt in c.fi.de præscrip.& in c.ij. de regu. iur. lib.vj. Bar.tamen in l.qui sequitur. §. si viã. de vsuca.dixit iura canonica debere intelligi solum in realibus actionibus quæ currũt ratione possessiõis: quia nisi quis possideat nõ præscribit in realibus : vt in regula,sine possess.Non aũt habẽt locũ in personalibus in quibus currit præscriptio nõ ratione possessionis,quia nõ est dare eã.†nam debitor meus non possidet actionem meã,nec rem aliquam meam, currit ergo solum ratione negligẽtiæ meæ. Ideo si negligo per xxx. annos.licet debitor sciat se debitorem meũ, præscribitur contra me.Cõmuniter tamen ista opinio reprobatur per Canonistas:& etiam Legistæ non tenent, vt not. Bald. in l.ij.infrà de serui. & aqua.& etiam idem Bart.videtur tenuisse contrariũ. in l. omnes populi.de iust.& iu.in ij.vel.iij.q.principali super quibus potsit fieri statuta.adde †q̃ præscrip.xxx.annorũ est merè odiosa:ideo restringenda.Sed præscriptio.x.vel xx.partim fauorabilis , scilicet respectu præscribentis qui habet titulum & bonam fidẽ. partim odiosa,scilicet respectu eius contra quem præscribitur . ideo non tantùm restringitur vsucapio,& ideo est merè fauorabilis, vt hæc habentur in l.edicto.circa finem.j.de edic.diui adri. tol. In tex.ibi.[xl.annis excludũtur.]scilicet indistinctẽ.siue præscribẽs habeat ti.siue nõ.etiã de iure canonico.nisi cõtra ipsum sit dispositio iuris cõis:quo casu etiã de iure canonico requiritur titulus tñ sufficit titulus etiã inualidus.vt hæc habentur in c.de quarta. de p̃scrip.& eodẽ tit.c.j.libro.vj.& in hoc ista authẽ. approbat̃ per iura canonica.†In tex.ibi.[sola romana ecclesia:] dic romana ecclesia est illa cui præest Papa immediatè.idest cuius ipse est specialis Epus & dicit archi.in c.j.de p̃scrip.lib.vj.q̃ est ecclesia Lateranensis:q̃ dicitur sancti Saluatoris:quæ illa fuit prima ecclesia totius orbis.& multa habet priuilegia vt habet in aut.vt ecclesia romana.& in glo.Et ad ipsam multæ prouinciæ ptinent,quæ sunt illi immediatè subiectæ etiã in tẽporalibus.vt in c. fundamẽta.de elec.lib.vj.& ibi vide.In prin.gl.magnæ ibi.[in quibus priuatus audiretur vsq; ad xxx.annos.]supple . & tamen fiscus vel ecclesia non auditur vltra annũ:vel quadriẽnũ:vt in iuribus infrà allegatis.sed hoc contingit:quia nituntur contra ius cõe. & quia loquuntur in bonis nondũ perfectè acquisitis, sed acquirẽdis.hodie verò illa iura corrigunt̃ in fisco ecclesiæ per.c.ij. de p̃scrip.lib.vj.& reducuntur ad præscriptiones de quibus ibi.In ea gl.j.ibi.[sed quid si ecclesiæ?]vide hic Io.an.in regula in iudicijs de regu.iur.in mercurialibus.& dubitatio in ista quæstione cõsistit.†quia quando priuilegiatus concurrit cum priuilegiato, priuilegia confunduntur.& habentur ambo pro nõ priuilegiatis.vt in l.sed & milites.de excu.tut.Sed hic ambæ ecclesiæ sunt priuilegiatæ,tam præscribens quàm illa contra quam præscribit̃.ergo præscribenti sufficit tẽpus:si habet titulum & bonam fidem. vel triginta anni,si non habet titulum:sicut sufficeret priuato contra priuatum.Sed dic q̃ ecclesia est priuilegiata:ne cõtra ipsam curat præscriptio:quia tunc tractat de damno vitãdo:non autem vt possit præscribere,quia tunc tractat de lucro captãdo.nõ est ergo

a ¶Sola rom.ecclesia. Adde c.cũ nobis . & c.si diligenti.de præscrip.gl.in c. cũ dilecta.de confir.vti.vel inuti.gl.j.in c.fi.eod. tit.lib.vj.

b ¶Est specialis Eps. Adde Archi.in c.ij.de p̃scri.lib.vj.in prima col.Feli. in c. in causis.de re iudi.Item appellatur Eps ciuitatis romæ secundum Car.Alex.in c. nunc autem.in ij.not.xxj. di. Item dicitur eps totius christianitatis scdm hosti . i summa ti.de autho .& vsu palij.in §.fi.

c ¶Quando priuilegiatus concur. Adde Cyn.in l.quicunque in vlti.colũ. C. de remil.lib.xij.Bart.in l. verũ in §.Item quæritur.ff.de mino. bal. l ij.C.de priui. fisci Ang.in l.fi.ff.ex qui. cau.ma.Ab.in c. auditis.in ix.no. de resti.in inte.Pau.de ca. consil. cccxij. incip. Viso puncto suprascripto.

verum ꝙ hic concurrat priuilegiatus cum priuilegiato, imò cũ non priuilegiato: quia illa eccleſia cuius eſt res quæ præſcribitur, eſt priuilegiata. Non autem eccleſia prę̃ſcribens. & hoc probat lex quam glo. alleg. ff. ex quib. cau. ma. l. fi. & vide c. illud. de præſcrip. & c. de quarta. in quibus eſt caſus ꝙ vna eccleſia non præſcribit contra alteram minori ſpatio xl. annorum: patet etiam quando priuilegiatus concurrit cum priuilegiato, præfertur ille qui tractat de damno vitando ei qui de lucro: vt habetur & not.
7 in l. verùm. §. fi. cùm l. ſeq. ff. de mino. † In ea. glo. ibi. [Item quid ſi eccleſia?] de hac quæſtione vide per Ioã. Andr. in regula qui ad agendum. de reg. iur. in mercuria. & conclude quod eccleſia præſcribit contra priuatum eo tempore quo alius priuatus præſcriberet. ſ. longo tempore, cũ tit. & bona fide, & longiſſimo ſine titu. cum bona tamen fide. vt etiam no. Hoſti. in ſum. de præſcri. §. quæ requirantur. verſi. ſed nunquid. quia non debet eſſe deterioris cõditionis eccleſia in p̃ſcribendo contra priuatum: nec cõtra eã põt retorqueri iſtud ius: quia non fuit ab ea impetratũ: ſed proprio motu principis conceſſum: ideo ceſſant verba edicti prætoris quod quiſq; iuris in alterũ ſtatuit: quia eccleſiæ nõ ſtatuerunt nec fuerunt cauſa ſtatuendi. hoc autẽ præſumitur, quãdo cõceditur priuilegium per viã l. cõmunis: ad quam faciendã princeps mouetur principaliter ad bonum publicum: nõ ad ſupplicationem alterius. Sed ſi per aliũ modum quàm per legẽ, ſtatuẽdo per priuilegiũ concedat nõ clauſum in corpore iuris, pręſumitur ad eius poſtulationẽ, niſi expreſsè in ea dicat contrariũ. vt in c. ſi motu proprio. de præbe. lib. vj. & j. de peti. bo. ſubla. l. j. lib. x. & de bo. vac. l. j. in fi. & per Bar. qui cõcludit hic quod ſi aliqua eccleſia impetraret hodie ne cõtra eam currat minor præſcriptio. c. annorum, vt eſt in eccleſia Nouantulana. de qua j. in verſi. [Item nunquid.] ſimiliter nec ipſa poſſet præſcribere cõtra alium minori tempore, quia poſſet fieri retorquutio per illũ tex. quod quiſq; iuris &c. Bal. contra. quia illud priuilegium eſt cõceſſum Deo. & contra Deum non debet fieri retorquutio. &
8 hoc tutius eſt. † In ea. gloſſ. ibi. [Item an idem in ciuitate.] dic iſta gl. in hoc ver. ſemper allegatur quod per idemtitatem rationis, vel maioritatẽ non debet induci legum correctio. Sed hoc verũ præter quàm in correlatiuis: in quibus facta correctione in vno, cenſetur facta in altero per l. ij. j. de indi. vidu. in fin. cum ibi nota. Item eſt verũ: niſi in ipſa l. exprimatur ratio motiua ipſius. nã tunc extenditur ad caſus in quibus habet locũ illa ratio: etiã ſi inducatur legũ correctio. hoc voluit gl. in cle. j. de elec. Glo. ergo iſta debet intelligi in ratione tacita. quæ tamen colligitur ex verbis legis. Et vide circa iſtum articulum quod plenè no. Bar. in l. ſi conſtante. ſol. mat. in j. q. principali. q. vltimę. & in l. omnes populi. de iuſti. & iu. in illo articulo. An ſtatutum recipiat inter-
9 pretationẽ extenſiuam. † In ea. gloſ. ibi. [Item nunquid poterit hodie.] dic iſta quæſtio videtur fatua. nã ſi olim potuit Imperator cõcedere. vt in l. inter diuinũ: quæ dubitatio poteſt eſſe: an hodie poſsit: cũ eadem fungatur hodie poteſtate. Breuiter ad hoc vt iſta quæſtio non ſit fatua, intellige hoc modo. An valeat talis conceſsio, poſito ꝙ in ea non contineatur clauſula nõ obſtante quancunq; alia l. in contrariũ diſponente. vt eſt iſta authentica. Glo. iſta ſentit quod ſic per rationes quas allegat. & vult dicere ꝙ ſi eccleſiæ nunquam habuiſſent iſtud priuilegium. per l. inter diuinum. talis cõceſsio ſine dicta clauſula non valeret. Sed quia ſemel habuerunt, licet per iſtã aut. fuerit ſublata cõceſsio, tamen per quã reducitur ad priſtinũ ſtatum nõ indiget dicta clauſula. Doct. tamen dicũt contrariũ: quia poſtquã fuit ſublatũ: perinde eſt ac ſi nunquã fuiſſet cõceſſum. & ſic nullæ reliquiæ remanſerunt: & per hoc nõ obſt. §. quod & in ſpecie: alle. in gloſ. quia ibi remanſerant reliquiæ. & ſic requiritur iſta clauſula, vel ꝙ dicat in priuilegio, quod cõcedit ex certa ſciẽtia: ꝙ tãtundẽ importat. vt in l. Idem Vlpianus. ff. de excu. tu. Item ratio gl. ꝙ pręſcriptiones ſint odioſæ, nõ eſt bona: quia nõ ſemper ſunt odioſæ. vt dici
10 tur ſuper tex. ſecundũ Bal. † In gl. ibi. [Item an hoc.] dic, iſta gl. videt determinare cõtra tex. l. inter diuinũ. in verſi. & nobis. vbi innuit ꝙ ſi voluiſſet hoc ſtatuere, potuiſſet: ſed nõ ſtatuit: qa mutauit propoſitũ: non ꝙ non potuerit. nec obſt. §. quæſitũ. quia ibi caſus fortuiti nõ erant determinati à iure. Sed infiniti poſſunt accidere. ſed præſcriptiones ſunt à iure determinatæ. & ſciuntur quæ ſint. vnde nõ ſubeſt tanta generalitas vel cõfuſio ſecũdum
11 Bal. † In glo. ibi. [Itẽ nunquid contrahas.] dic dubitatio in iſta q. erat quod quia poſtquàm iſta auth. concedit qđ contra eccleſiã currat præſcriptio xl. annorum deberet intelligi cum effectu: ita qđ nõ reſtituatur. nam ſi dicamus ipſam poſſe reſtitui, quia ęquiparetur minori: ſemper poterit reſtitui quia nunquam curret ſibi tempus reſtitutionis petẽdæ. ſicut non currit minori quia eccleſia nunquam efficitur maior. & ſic iſta l. erit ludibrio, quod eſſe non debet. vt j. de bo. quæ libe. l. fi. §. antepe. tamen determinatio gloſſæ eſt vera. & ad tollendum inconueniens: de quo ſuprà. tẽpus reſtitutionis tollendæ incipit currere ſtatim præſcriptione finita, quo elapſo eccleſia non auditur. & per hoc tollitur inconueniens de quo ſ. vt hæc habentur in cle. j. de reſtitu. in integ. q̃ fuit facta ad tollendum inconueniens de quo dixi. ſed minori q ſperatur effici maior non currit tempus reſtitutionis petendæ
12 quouſq; durat minor. in ſeq. glo. ſuper ver. [durantibus.] † In gl. ibi. [Item quid.] dic trahat quæſtionem qđ pro tempore præteri to eccleſia vtebatur iure priuati, ſed pro futuro poſtquàm ad eã peruenit, vtetur ſuo priuilegio. & ita vult. l. fiſcus allegata in gl. ſi ergo incœpiſti præſcribere rem Titij ſpatio. x. annorũ, quia erat præſens, & cõpleuiſti vſq; ad dimidiam pręſcriptionem: tenẽdo ipſam per quinquennium, deinde dominium peruenit ad eccleſiam, quia ille eam inſtituit: pro complendo aliam dimidiã, non ſufficit tenere per aliud quinquenniũ. ſed requiruntur. xx. anni, quia illi faciunt ad dimidiam præſcriptionem. xl. annorum currentium contra eccleſiam. & ſic in totũ pręſcribit per xxv. annos nam eccleſia de prima dimidia completa contra priuatum habebit acquieſcere illis v. annis. Et ad hæc vide quæ habentur & notantur in auth. hodie poſita ſuper l. j. j. de præſcrip. long. temp.

De epiſcopis & clericis. *Rubrica.*

1 §☞ *A quibus muneribus eccleſiaſticæ perſonæ ſint immunes? remißiuè.*
Statutum ſi faceret omnia prædia tributaria pro oneribus communis: an prædia quæ poſteà uenirent ad eccleſias, tranſirent cum oneribus quæ poſtea imponerentur?
2 *Quando familia poteſtatis, uel executoris, uadit per comitatum cauſa quærendi homines, uel malefactores, non poteſt hoſpitari in domibus eccleſiarum, uel clericorum illis inuitis.*
4 *Si princeps confirmat alicui tale priuilegium prout à ſuis anteceſſoribus conceſſum fuit: licet de illa conceſſione non appareat, ſi tamen in hac confirmatione exprimatur illud quod conceditur, valet. & habet uim nouæ conceſsionis: ſecus ſi non exprimeretur.*
Si iudex condemnat aliquem ad dandum mihi quolibet anno tale quid: ſicut meis anteceſſoribus dedit, licet non appareat de præterita datione, quod ualeat ſententia.
5 *Clerici non debent ſoluere gabellas ad portas pro fructibus beneficiorum ſuorum, uel propriarum poſſeßionum.*
Illa quæ clerici acquirunt de proprijs laboribus, pertinent ad pauperes (ſi aliter non diſponunt, & decedant ſine hæredibus ab inteſtato) aliàs pertinent ad eorum hæredes.
6 *Priuilegia alicui conceſſa tranſeunt ad familiam ipſius ſcilicet liberos: & uxorem, & qualiter intelligatur?*
7 *Officiales qui non poſſunt capere clericos pro impoſitionibus eis factis, non poterunt etiam capere eorum colonos, uel familiares.*
8 *Quid in alijs priuilegiatis: an eorum priuilegia extendantur ad familiares?*
Laicus propter delictum commiſſum in eccleſiam, uel in eccleſiaſticas perſonas, efficitur de foro eccleſiaſtico.
9 *Si ad eccleſiam peruenit aliqua res laici, quæ erat ſcripta in æſtimo communis ad onera publica, an poterunt de cætero onera imponi?*
10 *Cum eo qui eſt in ſacris conſtitutus quod committatur inceſtus ſicut cum conſanguineo.*

LEX I.

1 IVxta ſanctionem. † *Sicut per l. placet. §. tit. j.* priuilegiantur eccleſiæ, & eorum bona, vt non ſubiaceãt alicui oneri, præterquàm oneri tributorum: ita & per iſtam l. cum ſe. priuilegiantur miniſtri eccleſiarum ſ. Epiſcopi & clerici tam in perſonis eorum, quam etiam in bonis proprijs acquiſitis aliunde quam ab eccleſijs: vt non ſubijciantur alicui oneri perſonali vel reali. & poſteà in l. iij. quæ incipit de his. exceptuatur cauſa tributorũ, & etiam imponitur pœna confiſcationis prædiorum ſi non ſoluant. quod eſt intelligendum de prædijs proprijs clericorum. nam ſecus in bonis eccleſiarũ: quæ licet teneant ad tributa, non tamẽ cõfiſcantur propter ſolutionẽ non factam: vt d. l. placet. verũ quia cõmunitates terrarũ & etiã dñi temporales hoc nõ ſeruabãt: ſed imponebãt collectas & alia onera, dicentes fortè qđ iſtæ leges imperiales debeant intelligi

intelligi de oneribus quæ imponebantur pro imperio vniuersa-
liter non pro his quæ pro singularibus locis, quia Imperator bene
potuit tollere sine iniuria alicuius iura fiscalia: non autē singulo-
rum locorum pro eorum necessitatibus, idcirco emanauit auth.
2 †Item nulla cōmunitas. quæ prohibuit vel pro illis vexari tā ec-
clesias quā ecclesiasticas personas: & imponit pœnā. Et vide cir
ca materiam harū legum in Spe. de cleri. coniu. ver. ad huiusmo-
a di. à quibus muneribus[a] ecclesiasticæ personæ sint immunes. &
ista prima lex est canonizata. xvj. q. j. c. generaliter. §. nouarū. &
facit contra opinionē Bar. dum dicit q̄ si statutū faceret omnia
prædia tributaria pro oneribus cōis: q̄ prædia quæ postea veni-
rent ad ecclesias transirent cū oneribus quę postea imponerētur
per l. ij. vbi excipitur causa tributorū. Sed certè ibi loquitur de
tributis veteribus, quæ fuerant inuenta antequā essent ecclesiæ,
vel haberent aliqua bona: nam prædia erat tunc astricta. Sed ista
tributa quæ imponūtur per statuta sunt noua. & ista lex eximit
à nouis collationibus. maximè quia præsumitur illud statutū fa-
3 ctum in fraudem ecclesiarū: vt etiam dixi. in l. placet. † & not. hic
in fi. secūm Bal. q̄ qñ familia potestatis vel executoris vadit per
comitatū causa quærendi bannitos, vel malefactores, nō potest
hospitari in domibus ecclesiarum vel clericorum illis inuitis. Itē
ex primo verbo dum dicit. [luxta sanctionem.] q̄ glos. intelligit
de l. placet. s. ti. j. potius intelligitur de quadam sanctione quam
non habemus. nam ista fuit Constantini. sed l. placet. fuit alterius
4 posterioris: vnde non potest referri ad illam. † Et ex hoc sequit
notabile. q̄ si princeps confirmat alicui tale priuilegium prout à
suis antecessoribus concessum fuit, licet de illa concessione non
appareat, si tamē in hac confirmatione exprimitur illud q̄ cōce
ditur, valet: & talis confirmatio habet vim nouæ concessionis: se
cus si non exprimeretur. ar. l. si non designata. j. de fal. cau. ad. le.
Et eodem modo si iudex condemnat aliquem ad dandum mihi
quolibet anno tale q̄d, sicut meis antecessoribus dedit, vel sicut
ipse & sui antecessores dederunt: licet non appareat de prætérita
datione, valet sententia. & de hoc vide Cyn. j. de contrahen. stip.
l. ij. & Bar. post Guli. in l. eum qui. §. Iul. ff de consti. pecu. & q̄d
idem Bar. notat. in extrauagan. ad repri. super ver. prout &. c. Ab
bate. de verb. signi. vbi habetur q̄ illa dictio prout, non facit con
5 ditionem sed causam seu demonstrationem. † Item not. in l. ij. q̄
b clerici non debent soluere gabellas[b] ad portas pro fructibus be-
neficiorum sacrorum, vel propriarū possessionum. Item quòd illa
quæ acquirunt de proprijs laboribus pertinent ad pauperes. sed
hoc est verum si aliter non disponunt, & decedant sine hæredi-
bus ab intestato. aliàs pertinent ad eorum hæredes. vt no. Inn. de
6 testa. c. relatum. & c. cum in officis. † Item no. q̄ priuilegia, alicui
concessa tranſeunt ad familiā ipsius, videlicet ad liberos & vxo-
rem. q̄ qualiter intelligatur vide hic Cy. in ad. ditione. qui distin-
guit tres casus. Aut conceditur ~~ratione innatæ dignitatis~~. & per-
tinet ad filios etiam post mortem parentum. vt l. eos. qui. j. de ex-
cusa. mune. li. x. in l. fœminæ. ff. de iena. Aut ratione officij publi
ci. & tunc quousque viuunt parentes. ita debet intelligi hic. & in
l. semper. §. negotiatores. ff de iure immu. & ibi glo. ordinaria de
hoc. Aut conceditur ratione necessitatis. & tunc ad filios nō ex-
7 tenditur vt l. in filijs. j. de decur. li. x. † Item no. cōtra illos officia-
les qui nō possunt capere clericos, capiunt eorum colonos vel
familiares pro impositionibus factis clericis. nā non possunt hoc
facere. ar. in l. hæres meus. §. fi. de condi. & demon. ista tamen lex
vult q̄ homines clericorū etiā pro seipsis habeant priuilegia ne
8 verent, non solū pro hominibus clericorū. † Sed istud est specia
c le in clericis[c] non sic in alijs priuilegiatis, vt eorū priuilegia extē-
dantur ad familiares. nisi dicatur expressè. vt in c. sicut de verbo.
sign. li. vj. & ibi vide. in auth. Item nulla cōitas. no. specialiter tex.
cūgl. q̄ laicus propter delictum commissum in ecclesiam, vel ec
clesiasticas personas efficitur de foro ecclesiastico, vt hic patet.
dū dicit requisiti ab imperio vel ecclesia. & sic ecclesia pōt proce
dere contra eos, & similiter contra occupatores bonorum eccle-
9 siasticorum: q̄ dic vt in c. cū sit generale. de fo. compe. † Sed quid
si ad ecclesiā peruenit aliqua res laici, q̄ erat scripta in æstimo cō
munis ad onera publica? an poterūt de cetero onera imponi? dic
vt dixi in d. l. placet. q̄ nō: sed bene tenet ad onera iam imposita
antecq̄ ad ecclesiā peruenirent. qa pro illis erat iā affecta & obliga
ta, non pro futuris. licet esset in æstimo descripta. & ita determi-
nat Io. an. post Archi. in c. j. de immu. eccle. li. vj. & Bart. in cōsi-
lio q̄ incipit. Ex facto. & pro hoc est glo. a
ro in l. incola iam. ff. ad munici. † Nota etiam
gl. in l. ij. quę semper allegat q̄ cū eo qui est
in sacris constitutus cōmittitur incestus: si-
cut cū consanguineo. & fuit quæstio de fa- b
cto secūm Pet. cū statutū permitteret aliqd
super criminibus excepto crimine incestus
vel si aliquis haberet potestatē legitimandi c
exceptis incestuosis. Itē in l. ij. glos. dicit q̄
corrigitur per authē. Item nulla communi-
tas. Doc. tenent contrarium. quia est cano- d
nizata. in c. tributum. xij. q. ij.

1 ☞ *Si quis post delictum commissum factus est clericus, an iudex secularis hoc non obstante possit procedere contra eum, & punire?*

2 *Clericatus est honor, & dignitas, & an per acceptionem uxoris perdat quis priuilegia clericalia?*

LEX IIII.

1 OFficiales. † Oficiales publici ante finitū officiū si sunt debitores reip. non possunt promoueri ad clericatū: q̄ si contra faciant, non eximuntur à curia seculari Sed si non sunt debitores, possunt promoueri palā. & cū licentia administrato e
rū reipu. sed si clam faciant, puniuntur in certa parte bonorū hodie per auth. quæ sequitur. etiā si non sunt debitores, non pñt promoueri durante officio: & si aliquis non officialis clericatus fuerit, & posteà vxorem acceperit, priuatur honore & priuilegio clericatus. si verò fuerit finitum officium, possunt clericari: excepto eo qui habuit officiū primipilatus. & h. d. l. quisquis. j. eo. ti. la ij. quæ debet cōiungi cū istis. & ibi vide bonā glo. quæ recolligit oēs istos casus & ex istis iuribus emanauit in decre. ti. de obli. ad
2 ratiocinia. dic hodie vt ibi. † & allegatur iste tex. ad quæstionem
d de illo qui post delictum[d] cōmissum effectus est clericus. an iudex secularis (hoc nō obstante) possit procedere contra eum, & punire? de qua quæstione vide plenissimè per Io. an. in d. c. j. & q̄ Bar. in l. j. ff. de pœnis & Guli. de cu. tangit hic. & Bal. post eum.
3 † Not. etiam q̄d clericatus est honor & dignitas, [vt patet ibi. [ad
e clericatus honorem.] & vide in c. j. de cle. coniug. libr. vj. an per acceptionem vxoris perdat aliquis priuilegia clericalia.

LEX V.

1 SI quis non dicam. † Allegat semper ista q̄ in grauibus malefi-
cijs punit affectus & conatus cū opere subsecuto. licet nō sit secutus effectus, qa nō potuit: secus in nō grauibus. vt l. j. §. fi. quod quisque iur. Itē secus si non peruenit ad aliquem actum facti: sed stetit in solo cogitatu. vt in l. cogitationes. ff. de pœnis. Item secus si non perfecit quia noluit: sed pœnitētia ductus abstinuit vt l. qui falsam. ff. de fal. Cætera dic vt in gl. qa magistra. etiam plenius hic per Doct. videtur tamen quòd conatus minus puniatur[f] quàm effectus subsecutus, etiam vbi venit f
puniendus, vt l. j. §. fi. vbi dicit tex. quòd perfecto flagitio capite punitur. imperfecto verò deportatur. ff. de extraor. crimi. nisi quando exprimitur in l. eadem pœna. vt hic iūcta. l. raptores infrà eodem.

LEX VI.

1 PRæsbyteros. † Nota hic quòd priuilegia clericorum competunt etiam illis qui non sunt in sacris ordinibus, vnde etiam habentibus primam tonsuram, & sic verberans eos incidit in excommunicationem & sunt exempti ab oneribus personalibus & realibus. vt s. eo. l. j. & ij. Malè tamen seruatur. & nota.

LEX VII.

NEc honore. Ista lex † allegatur quòd episcopi nō debent vocari in forum ad testimonium.

2 ☞ *Episcopi cum testificantur sufficit quòd ponant manus ad pectus, absque eo, quòd tāgant uel uideant librum Euangeliorum.*

3 *Quando debeant tangi scripturæ, ad hoc ut ualeat iuramentum?*

a ¶ A quibus muneribus. Adde c. q̄q̄. de censibus. li. vj. cle. 5. senti. eo. tit. c. non minus. & ibi Doct. de immu. eccle.

b ¶ Gabellas add̄ diffusè per Bertha. I tra ctatu de gabellis.

c ¶ Speciale in clericis Adde Bal. in authen. habita. C. ne filius p patre.

d ¶ Qui post delictū. Adde extrauagantē Paul. ij. vbi vult q̄ ante delictū p duos menses debeāt deferre habitū clericalem.

e ¶ Et dignitas. Adde textū iuncta gl. j. & ibi Domi. in c. denique. iij di. c. reperiuntur. j. q. j. c. si officia. lix. di. glo. in c. sedes. de rese. glo. in c. vnico. de vita & ho. cle. lib. vj. Ant. de But. in c. recolentes, in vlti. col. de seruis non ordi. Ab. in cle. j. de priui.

f ¶ Conatus min⁹ punitur. Adde diffusè per Fel. in tractatu de conatu.

AVTHENTICA.

SEd iudex. †Ista authent. semper allegatur. nisi ad formā testificādi: quia testis debet dicere id ꝙ nouit de articulo: & sic pro vtraq; parte, vel contra non solum pro producēte de quo j. de edē. l.ij. in gl. & si interrogatus pro altera parte nollet respondere, deberet repelli secundū Bal. ibi tanquā suspectus. arg. de iur. fis. l.ij. §. diuus. †Gl. hic quærit, an Episcopus debeat tangere scripturā cum testificatur: & dicit ꝙ non. Practica est: & ita seruaui de facto cum examinarē Cardinales: quia ponunt manus ad pectus, absq; eo ꝙ tangant vel videant librum euangeliorū: & sufficit: †quando autem debeant tangi scripturæ, ad hoc vt valeat iuramentum. vide gloss. in cle. j. de hæreti. quæ incipit cùm nota.

1 ¶ Poterit cogi. Adde Doct. in c. dilectorū. de testi. cog. Spe. I tit. de teste in §. de testiū cōpulsione. versi. sed qualiter coguntur. Bartol. in l. j. ff. de fal. Floria. in l. j. ff. de testi. Maria. de senis in repe. c. qualiter & qñ el ij. in xj. q. princ. de accusa.

b ¶ Qui i notario. Adde Bal. in l. cū. j. ad l. cor. de fal. & in l. qui accusare. & in l. fin. j. de eden. Et eundem. Paul. de Ca. in l. non ideirco. C. de testam. Ange. Aret. in tract. malefi. in verbo falsario. & Alexand. de Imo. in consi. lxxiij. col. ij. in prin. in j. volu. Cur.

c ¶ Non puniret. Adde Salic. in l. ij. C. de exhi. reis. & in l. j. C. de his qui latron. & Par. de neap. in trac. synd. in verbo resistē tia. col. ij. ver. adde ꝙ si fami. Fatē. cur.

1 *Notarius negans se fuisse rogatum de instrumento, cū fuerit, an puniatur pœna falsi.*

Plus punitur si delinquat ille cui plus conceditur, tanquam magis ingratus.

Contra testem falsum datur parti lesæ actio in factum ad interesse.

LEX VIII.

PResbyteri. †Not. ꝙ ista lex allegatur circa finem ad duo. Primò in ver. [supresserint] ꝙ testis punitur de falso, si interrogatus non dicat veritatem. Sed dicat se nescire sicut si diceret falsum: & sic falsum cōmittitur in tacendo verum, sicut in exprimendo falsum. vt j. si contra ius vel vti. public. l. ij. & ibi per Bar. in fi. Adde ꝙ pōt cogi dicere verū. vt in c. j. de testi.

a 2 cog. †Quid in notario q negat se fuisse rogatū de instrumēto,

b cū fuerit: An puniatur pœna falsi? vide in addi. Spe. in tit. de instru. edi. §. instrumentū. Et vide hic glo. j. de la. lib. tol. l. j. §. sed & qui. Item allegatur in fi. ꝙ plus punit si delinquat ille cui plus cō

3 cedit, tāquā magis ingratus. facit c. cū quidā. de iureiur. †Nota etiā in versic. [salua.] quod contra testē falsum datur parti læsæ actio in factum ad interesse. facit l. qui nomine. ff. de fal.

LEX IX.

NVlla nisi. Ista lex cū duabus authen. corrigitur hodie p iura canonica nouissima sexti & clementinarum. †Nam abbatissa potest esse in trigesimo anno. vt in c. indēnitatibus. de elect. lib. vj. In presbytero sufficiunt vigintiquinq;. In diaconatu & subdiaconatu sufficiunt. xviij. vt in cle. fi. de æta. & quali. In episcopo requirūtur. xxx. vt in c. cùm in cunctis. de elect.

1

2 *Casus in quo iniuria est publicum crimen. quia cadit in priuilegium.*

Ad puniendum quem etiam pœna capitali, sufficit alterum de duobus quòd sit conuictus testibus (etiam si ad torturam positus nunquam voluerit confiteri) uel sola cōfessio ipsius sine testibus.

Casus in quo proceditur per inquisitionem de iure cōmuni, sed regulariter contrà.

3 *Quando possit iudex procedere contra suum subditum delinquentem extra territoriū?*

4 *Quando cognitio delicti pertinet ad duos iudices ordinarios habentes diuersa tribunalia, licet alter sit maior altero, ut ecclesiasticus (maior tamen temporali) potest præuenire ecclesiasticum: & idem in pluribus secularibus.*

5 *Quid si accusatus uel inquisitus coram primo esset contumax.*

Gloria & honor est episcopi remittere iniurias & delicta.

6 *Iniuria facta ecclesijs & sacerdotibus, censetur facta toti ciuitati. & populo.*

7 *Vnus iudex pro executione & defensione suæ iurisditionis potest implorare familiam alterius iudicis ordinarij, & est sibi exhibenda, quando subsunt uni superiori, & si non subsunt, potest: sed non compellitur.*

8 *Malefactor uel alius quem iudex mandat capi, si iustè se defenderet, & in defensione occideretur à familia, non puniretur occidens.*

LEX X.

SI quis in hoc. †Irruentes in ecclesiam, vt clericis & ministris iniuriā faciāt tanquam sacrilegi, per iudicem secularem capite puniuntur. ad quos capiendos si fuerit expediens, poterit auxilium alterius iudicis inuocari. hoc dicit. Hodie per authen. hic positam non imponitur pœna capitis, nisi quando per hoc turbatum fuerit diuinum officium. Et not. quia frequenter potest contingere. Et not. quia ista lex comprehendit plures casus. Primus, quando ~~ista tria concurrunt, quòd inferetur iniuria~~ cle-

1

ricis, & in ecclesia, & tempore quo celebratur diuinum officiū. Item quando nō celebratur, tamen in ecclesia & clericis iniuria infertur. Tertiò quando extra ecclesias, & sic personis: & non loco. Quartò quando loco, & nō personis, vt si qui frangerent portas ecclesiæ & violenter intrarent, nō vt offenderēt clericos omnibus istis puniunt per istam legē pœna capitali. & vide gl. in l. j.

2 j. de crimine sacri. †Item no. casum in quo iniuria est publicum crimen. quia cadit in sacrilegiū. Item no. ibi, [conuictos seu confessos.] ꝙ ad puniēdū quē etiā pœna capitali, sufficit alterū de duobus: ꝙ sit conuictus testibus posito ꝙ ad torturā positus nunq; voluerit cōfiteri. Item sufficit sola confessio ipsius sine testibus. facit de interdi. & releg. l. inter pœnas. & l. ij. §. si quis vltro. de q̄stio. Item not. casum in quo proceditur per inquisitionem de iure cōi. regulariter contra vt no. in l. ij. si publico. ff. de adul. †Item

3 no. casum in quo iudex procedit cōtra suū subditū delinquentē in loco sibi nō subdito. nā ecclesia nō est subdita iudici seculari: sed ecclesiastico. vt patet in l. ij. in fi. ff. de sum. tri. vbi mandat ecclesias restitui episcopis. Et pro hoc Cy. disputando determinauit generaliter iudicē posse per viā inquisitionis procedere, quādo inquisitio permittitur ex forma statuti contra subditū suū, nō solū pro delicto cōmisso intra territoriū, imò etiā extra. Sed alij dicūt ꝙ per viā accusationis bene potest procedere: tūc ratione originis vel domicilij. per j. j. vbi de cri. agi opor. Sed per viā inquisitionis, quæ extraordinaria est, non pōt procedere nisi ille iudex in cuius territorio delictū est commissum: quia illa tantum respublica est offensa. Nec obstat iste tex. quia ecclesia bene est j. vniuersitatem territorij, licet sit exempta, tamen nō est in bonis priuatorū. De ista q̄one vide per Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. †Item no. [nec expectet.] ꝙ qñ cognitio delicti pertinet

4 ad duos iudices ordinarios habētes diuersa tribunalia licet alter sit maior altero, vt ecclesiasticus maior tēporali. Attamē tēporalis pōt p̄uenire ecclesiasticū nec habet sibi deferre vel ipsum expectare. Et idē in pluribus secularibus, vt sit locus præuentioni. ar. in l. pluribus. ff. de p̄cur. & l. j. de off. cō. & l. si q̄s post ea. de iu-

5 di. †Si tamē accusatus vel inquisitus esset cōtumax, nō prohiberet alter etiā cū illo procedere, & personā capere. & punire. nec ille posset se defendere per exceptionē litis alibi pendētis: in qua ipse cōtumax est. ꝙ dic vt no. Bart. elegāter. in l. sepulchri violati. ff. de sepul. vio. Not. etiā ꝙ gloria & honor est Episcopis remitte

6 re iniurias & delicta. & hoc pertinet ad sanctos homines. † Item ꝙ iniuria facta ecclesijs, & sacerdotibus, cēsetur facta toti ciuitati, & toti populo, quia ius publicū cōsistit in sacris & sacerdotibus

7 vt in l. ius pluribus. ff. de iusti. & iur. †Vltimò not. ꝙ vnus iudex pro ~~executione & defensione~~ suæ iurisdictionis pōt implorare familiā alterius iudicis ordinarij. & sic est sibi exhibenda. & hoc quando subsunt vni superiori. facit in auth. vt nulli iudicū. §. si qs verò comprehensorū. aliàs puniretur à superiore. sed si non subsunt, potest: sed nō compellitur. De ista materia vide in c. j. de of-

8 or. per Inn. & facit. j. de his qui latro. l. j. † & scias ꝙ si malefactor vel alius quem iudex mandat capi, iustè se defenderet, & in de-

c fensione sui occideretur à familia, non puniretur occidens. vt j. de his qui ad eccle. confu. l. ij. in fi. &c.

1 *Iudex secularis potest capere clericum non habentem insignia clericalia.*

2 *Statutum si dicat ꝙ instrumentum publicum possit mitti executioni contra debitorem per capturam personæ quòd antequam procedatur ad capturam debeat citari, ut ueniat ad dicendam causam quare non debeat procedi ad executionem contra eū, alias captus sit relaxandus.*

4 *Quid si fieret propter suspicionem fugæ.*

Non prodest cessio bonorum, quando quis est obligatus ad aliquid personaliter faciendum.

5 *Statuta facta in fauorem clericorum an possint reuocari?*

6 *Priuilegia concessa subditis per modum gratiæ potest princeps reuocare, secus si per uiam contractus.*

LEX XII.

1 SI quis curialis, †Prohibitus clericari si contra facit, potest personaliter capi per iudicem secularem: & ad pristinum statū reduci: nec potest hoc euitare: licet vellet bonis cedere. h. d.

2 †Et sic no. ꝙ iudex secularis potest capere clericū non habentem

3 priuilegia clericalia. vt in c. si iudex laicus. de sen. excō. li. vj. †Item no. in ver. [conuentione.] ꝙ gl. exponit. i. citatione si statutum dicat quod instrumentum publicum possit mitti executioni cōtra debitorē

debitorẽ per capturã personæ: ꝙ antecꝫ ' procedatur ad capturã debet citari, vt veniat ad dicendũ causam quare nõ debeat procedi ad executionẽ cõtra eũ, & nisi præcederet citatio, captus veniret relaxãdus, quod perpetuò tene menti scdm Bal. † hoc verũ qñ fit captura pro executione. sed si fieret propter suspicionẽ fugæ, nõ deberet ad hoc citari, ne incitaret ad fugã. vt not. in l. cõsentaneũ. ff. qũo & qñ iu. † Itẽ not. quod non prodest cessio bonorũ quando quis est obligatus ad aliquid personaliter faciẽdum:
c & est magna limitatio ad titu. qui bo. ce. pos. † Item quod ille qui
b fecit legẽ ' in fauorem clericorum vel ecclesiarum, põt illã tollere, vel statuere quod non prosit: & sic videt valere statutũ dispones quod clerici declinantes iurisdictionem potestatis, nõ gaudeant bñficijs statutorum. Secus si auferret eis ius cõmune, qd' ab ipsis statuentibus non habet. nam eodem mõ nec tollere põt ar. ã l. si arrogator. §. sed an impuberi. ff. de adop. sed Bar. in l. priuilegia §. ti. j. i fi. videt sentire qd' nec ꝓpria priuilegia vl' statuta facta in fauorẽ clericorum possint reuocari. & pro hoc facit quod not. Inn. in c. nouit de iudi. super. ver. Theodosius. vbi videtur tenere quod imperator nõ possit auferre ecclesijs priuile. quæ eis concesit: cum sit eis acquisitum ius, quod auferre nõ põt, cum
6 non sint subditi † sed priuilegia concessa subditis, per modũ gre bene potest princeps reuocare. secus si per viam contractus. vt no. Bal. post Nico. de mata. de mutina. in l. qui se patris. C. vñ lib.

LEX XIII.

1 SI venerabilis. Ista lex est canonizata. xxv. q. ij. c. quęcunq;. §. ecclesiæ. † & glo. hic opp. de pluribus legibus, in quibus aliter punit violans priuilegia ecclesiæ. Sed non obstant quia in diuersis casibus loquuntur. nam interdũ violat indebitè ab eis exigendo. vt loquitur. l. placet. §. tit. j. interdum indebitè alienando. & loquitur. l. iubemus. §. sanè. Interdum iniquè impetrãdo. & loquitur. l. ij. de le. Interdũ alio modo & loquitur ista lex quæ imponit pœnam pecuniariam. & dic quòd applicatur illi ecclesiæ quæ lædit per l. fina. ff. de litigio.

1 ☞ Possessio excommunicationis per annum propter hæresim habetur pro confessio & conuicto. & quod in aliis criminibus.

AVTHENTICA.

1 ITem quæcunque. † Not. istam authenti. secũdùm Bal. dum dicit [communitas vel persona.] quod appellatione per-
c sonæ ' de proprio significato non comprehenditur cõmunitas, vel vniuersitas: & ideo notarij in instrumẽtis procurationum dicunt contra quancunq; personam, vel vniuersitatem. quia aliàs non veniret. pro hoc. j. de iur. cal. l. fin. § hoc etiam. ibi dum dicit siue pro nulla persona, siue pro aliquo corpore. Adde quod no. Bal. j. ad Treb. super rub. & quod no. in c. ij. de rescrip.
2 lib. vj. in nouella super glos. quinta. † Et adde hic quòd persistens
d in excommunicatione per annum d propter hæresim, habet pro confesso & conuicto. j. de hæreticis. authentica. gazaros. non sic in aliis criminibus. licet quidam dixerint contrà.

1 ☞ Non debet quis intercedere apud principem pro eo qui est in indignatiõe eius, quia eandem indignationem incurreret.

LEX. XIIII.

1 QVicunque. Nota istam legem contra patriarcham Aquilegiensem, qui fuit expulsus propter seditionem cõtra rem publicã venetorũ, vt nõ debeat audiri petens restitutionẽ: quia præsumitur adhuc deteriora debere moliri. & est casus huius legis ꝓ
1 quã etiã dicũt doctores † quod episcopus qui nõ est vtilis in ci-
e uitate, debet inde remoueri: & amplius ad illam non reponi: &
e etiam Inno. vult quod ille qui est suspectus ' in statu ciuitatis, nõ debeat promoueri ad episcopatum: vt ipse not. in c. super his de
2 accusa. & vide hic Gul. de Cu. † Item nota. quod non debet quis intercedere apud principem pro eo qui est in indignatione eius. quia eandem indignationem incurreret. Et adde hic authentica. quæ hic sequitur. quia clarius adhuc probat quod dixi.

2 ☞ Argumentum à contrario sensu non semper est ualidum in iure nostro, quando. s. resultaret absonus intellectus.
1 Multi modi arguendi in iure nostro remissiuè.

LEX XV.

1 CONuẽticula. † Ista lex allegatur propter vnam gl. qui est hic ad
f duo: primò de dictione etiam. f q̃ est implicatiua. Nam dicendo etiam extra ecclesiam implicat quod nec in ecclesia. de hoc etiam no. in l. imperium. ff. de iurisdict. om. iud. in gl. super ver. etiam & in glo. magna circa prin. & in l. iurisgentium. §. quinimò in prin. gl. mag. ff. de pac. & istud vidi allegari in arduissima quæstione cum Cardinales in Auinione elegissent in papã Petrum delimacum, hac promissione quod deberet vnire ecclesias per omnes vias cõmodas & possibiles, etiam vsq; ad cessionẽ inclusiuè. Et postea ipsi requirebant eum quod cederet papatui nondũ expertis alijs vijs cõmodis & possibilibus ipse se defen-
d debat quod non tenebatur cedere nisi primo alijs vijs probatis: propter illam dictionem etiam: quæ implicabat. & præsupponebat experientiam aliarum viarum. Et ad hoc principaliter allegabatur ista l. cũ gl. & etiam. l. cum pater. §. pe. quæ incipit à te. ff de leg. ij. quo probat debere ordinẽ seruari.
e
2 † Item allegatur gl. quod ar. à contrario sen-
g su 6 nõ semper est validũ in iure nostro per hanc l. scilicet qñ resultaret absonus intellectus. nam hic à contrario sensu sumitur. vñ dicitur extra ecclesiã q; in ecclesia possunt fieri talia conuenticula. Sed hoc esset absurdũ: imò multominus ꝓmissum, ideo istud
f argumentum non debet hic sumi. & eodẽ modo quando resultaret. l. correctio. vt in l. ij. & ibi notatur. j. de condi. insert. aliàs. ar. est bonum. vt l. j. §. huius rei. ff. de offic. eius cui man. est iur. & l. qui testamento. §. mulier. de testa. per quæ iura consuluit Cyn. super statuto Florentino: quo cauetur q; mulier non extante fratre masculo possit succede
g re matri, q; si extat masculus, à cõtrario sensu non poterit succedere. Sed contra: quia per hoc corrigitur ius commune per quod succedit vna cum masculo. ergo tale ar. nõ est bonum. Cyn. non respondet, nec Bal. Sed dic, q; hoc non contingit: ne statutum sit superfluum. Nam apparet intentionẽ statuentiũ ius cõmune velle corrigere. Aliàs procederet oppositio: & etiã clarius ꝓcederet qñ sequeret correctio alterius statuti. nã statuẽtes ne sibijpsis cõtradicãt nõ ꝓsumunt velle corrigere alia statuta. Et ad ꝓdicta facit qđ not. Bal. ĩ l. maximum vitiũ circa medium. j. de li. præte.
3 † Vltimò Bal. colligit hic multos modos arguẽdi in iure nostro, in quibus bona est argumentatio. & procedit etiam in testibus. Vide hic per eum, cum expedit videre an arg. sit bonum.

2 ☞ Quando quis seruit per substitutum. debet seruire suo periculo.

LEX. XVI.

1 QVisquis. † Ista lex allegat principaliter q; ille q tenet aliqd facere ꝓsonaliter, põt illud facere ꝓ substitutũ. hoc est verũ qñ ipse est ĩpeditus, et ita erat hic ꝓpter clericatũ: qa amodò nõ debeat vacare operi rurali. sed diuino offi. aĺs secus. qđ dic ꝓ car. ĩ l. cõtinuus.
2 §. si ab eo. ff. de ỹ. ob. & hic tãgit ꝓ Cy. † Et no. q; qñ quis seruit ꝓ substitutum: debet seruire suo periculo. vt j. eod. l. ad similitudinem. & j. de decurio. l. neminem. libr. x.

2 ☞ Clerici non possunt postulare, nec ad curias iudiciales accedere, nisi in propria causa uel tanquam syndici proprij collegij.
3 Statim quod quis est factus clericus in sacris, uel statim quod induit uestes clericales, licet non sit in sacris, non debet amplius uocari ad negotia reipub. nec ad consilia ciuitatis, nec potest esse officialis publicus.
4 Quod idem sit in medicis.
Illud quod cuidam permittitur facere pro se, permittitur etiam facere pro suo collegio, in quo est incorporatus.
5 Si prohibetur aliquid illis de collegio, puta doctoribus legentibus quod non possint aduocare in causis. si contra faciunt, debent remoueri de matricula collegij.

a ¶ Quod antequã. Add de circa hoc Ang. & Imol. in l. si sic. ff. de leg. j. qui dicũt quòd imò potest capi. & de veritate vide ibi per d. Alex. de Imol. ij. col. ver. & per istũ tex. & quæ ibi nota. Franc. Cur.
b ¶ Fecit legem Adde doc. in c. ecclesia sanctę mariæ. de consti.
c ¶ Appellatione personæ. Adde c. romana. & ibi doct. in §. in vniuersitatem de sent. excõ. lib. vj. Ioã. An. in c. cũ ĩ illis. de ꝓbẽ. Lu. ro. consi. ccccxxxvj. inci. quod indultum petri.
d ¶ In excõmunicatione per annum. Adde c. rursus. & in c. qcũque xj. q. iij. gl. i ver. hereticæ prauitatis. f c. fi. de ferijs. ab. in c. j. de iud. in xj. col. & in c. grauẽ. in iij. nota. de pœnis. Com. in c. j. in ij. col. de sen. ex. li. vj.
e ¶ Suspectus. Adde Ho. in sum. tit. de ele. in §. quis possit eligere ver. laicus. aũt. Abbas in c. j. & i iiij. col. de elec. & in c. cum terra. in ij. col. e. ti. do. in c. vt circa. in §. j. v. col. de ele. lib. vj.
f ¶ De dictione etiam. Adde Bar. in l. si tertius. in §. officiũ. ff. de aqua plu. ar. Bal in l. etiã C. si ru. vel cura. bar. Il. etiã. C. de fur. c. accusat. ĩ §. ĩ qõnibus. de hęre. libr. vj. cle. dispendiosam in fine. de iudi.
g ¶ Ar. à cõtrario sensu. Adde l. j. ĩ §. huius rei. ff. de offi. eius cui man. est iurisd. l. qui testamẽto. in §. mulier. ff. de test. c. sciendum. viij. q. j. Io. an. in c. publicato. de elec.

a ¶Nisi matrē. Adde 6 tex.I c.j.de coha.cler. & muli.
b ¶Vna ꝓsumptio.adde l.diu⁹.ff. d ritu.re. 1
c ¶Castitas dicit. add tex.in c. Nicena.xxxxj. distinct.
d ¶Nō pōt cōtrahere mīmoniū. Add.c.j. & ibi doc.de cle. cō.
e ¶Succedit ecclesia. adde doc.I c.ī ꝓsentia de ꝓba.& in aut.ingressi.de sacrosan.ec. 2

Semel remotus ab aliquo officio, quod non debeat amplius ad illud vocari.

LEX XVII.

PLacet nostræ. † Ista lex dicit ꝙ ille qui sumpsit habitum religionis nō debet ire in publicum per plateas: & per loca priuatorum. vnde etiā dicitur ꝙ Medici non debent assumi ad aliquē magistratū nec debent esse de consilio. nec secretarij. nec se impedire de statu: qm̄ debent vacare officio suo sanandi egrotos. † Not. ex ista lege ꝙ clerici non possunt postulare, nec ad curias iudiciales accedere, nisi in propria causa, vel tanq̄ syndici proprij collegij. h. d. De hoc habetur titulus extra de postu. per
3 totum. † Et nota ex ista lege ꝙ statim ꝙ quis est effectus clericus in sacris, ꝙ demum ad seculum redire non potest. vel statim ꝙ induit vestes clericales, posito ꝙ non sit in sacris, vt sunt isti protonotarij: qui non debent amplius vocari ad negotia reipublicæ: nec ad consilia ciuitatis nec possunt esse officiales publici. & ita potest intelligi dum dicit [ad curiam.] & sic non solum de iudi-
4 ciali. sed etiam de illa in qua negotia reipublicæ expediūtur. † Itē not. quod idem est in medicis. & hoc statuitur, cum magis attendant ad curam infirmorum. Item not. ibi [vel communes.] quod illud quod cuidam permittitur facere pro se, permittitur etiā facere pro suo collegio, in quo est incorporatus. vnde cùm in curia mercantiæ ciuitatis Senarum non debeat admitti aliquis ad allegandum pro alio, sed dūtaxat pro seipso, debebit admitti etiā pro suo collegio tanquam syndicus. Item no. circa fi. ibi. [& bre-
5 uibus parabolanis eximetur. ar. † ꝙ si prohibetur aliquid illis de collegio, puta doctoribus legentibus, ꝙ non possint aduocare in causis, vt est Perusij. si cōtra faciunt, debent remoueri de ma-
6 tricula. collegij secundùm Bald. Vltimò not. in fi. † ꝙ ad officiū de quo quis semel fuit remotus non debet amplius vocari, vt de hoc notatur in l. mancipia. de ser. fugi.

2 ☞ *Talis debet esse subrogandus, qui potuerit à principio eligi.*

LEX XVIII.

1 PArabolani. † No. in hac l. specialiter ꝙ collegium medicorum debet ordinari per episcopum loci. Sed ꝓpter hoc ista lex fuit posita in hoc tit. & hoc propter officium pietatis quod exer-
2 cent in curandis infirmis † Item nota. secundùm Bald. ibi. [exceptis. s. honoratis.] ꝙ talis debet esse subrogandus qui potuerit à principio eligi. quod facit contra iudices & assessores. qui recedentes de officio ante ipsum finitum subrogant loco ipsorum illos qui nō potuissent à principio eligi.

ꝓ *Vna præsumptio tollit alteram.*
Castitas dicitur cum propria uxore.
Si testator relinquat uxori aliquid quousq́ue caste uixerit, licet nubat, non perdit legatum: nisi etiam dixerit, & uitam uidualem seruauerit.
ꝑ *Ex bona conuersatione præsumitur quis bonus.*

LEX XIX.

1 2 EVm qui. † Clerici non debent apud se retinere mulierem: nisi matrem, filias, sororem vel vxorem quā ante sacerdotium habuerant. Nam in primitiua ecclesia omnes clerici etiam in sacris constituti habebant vxores, sed postea in sexta synodo fuit statutum quòd qui non habebant, postquam erant in sacris nō possent accipere. Sed si habebant, non debebant dimittere: sed eis alimen-
ꝛ ta præstare. & torum separare. † Not. ꝙ vna præsumptio tollit al-
b teram: vt hic in ver. [in his.] in text. facit l. cum de indebito. ff. de
1 LEges sacratissimæ.† Non est licitum ignorare leges: & si de ipsarũ intellectu dubitatur.recurrendũ est ad principẽ,si nõ fuerint per cõsuetudinẽ certo modo interpretate.h.d.cũ.l.se.Et primò ponit vnũ dictum,quod habet locũ quando lex est clara,& de ipsius intellectu non dubitat. vsq; ibi.[Si quid.]Secũdò ponit aliud dictũ.qñ est dubia, vt recurrat ad principẽ p interpretatione.vsq; ad l.cũ de nouo.Tertiò declaratur & limitat hoc dictũ secundũ,vt procedat qñ nõ fuit certo mõ intellecta p cõsuetudinẽ:qa tũc ille intellectus seruat vt ff. e.
2 l.si de interpretatiõe.†Primũ dictũ q nõ sit licitũ ignorare iura, fallit in quibusdã personis quas excusat iuris ignorantia.vt sunt minores.xxv. milites armatæ militiæ,mulieres, & rustici.vt ff. de proba.l.cũ de indebito.circa medium.& in l.si adulterium cũ incestu.§.Idẽ Pollioni.de adul.& j.de iuris & fac.igno.l.j.& l.fi. Iõ limita primum dictum vt habeat locum in legibus redactis in corpore iuris:quas omnes tenentẽ scire:qa possunt informari vel per se,vel querẽdo à peritioribus:sed si aliqua lex nõ sit redacta adhuc in corpore iuris,tũc post publicationẽ eius & post lapsum duorũ mensium à publicatione.idem in auth.vt factę nouæ cõstitutiões.Si tamẽ quis primò scribat qd' lapsi essent duo menses,tenetur facièdo cõtra ipsam per.l.si à contrario sensu.ff. de decre.ab or.fa.& est casus in c.j.de postu.præla.vbi etiã p batur q satis diceretur publica si in præsentia multorum condita fuisset.ita q communiter sciebatur,& per quosdam & per multos obseruabatur.notandum tamen q iuris & facti ignorantia non nocet in dãnis vitandis.vt in l.iuris ignorantia.ff.de reg.iu.
3 In statutis†verò si quidẽ sunt redacta in volumine statutorum, idem quantũ ad ciues & inhabitantes per omnia.vt §.dictũ est. sed si non sit redacta in volumine:sed sit quædam noua reformatio,non requiritur lapsus duorum mensium: sed requiritur arbitrium iudicis secundùm Doc.& vide not.per glo.super dicta.vj. li. & per Bar.in l.omnes populi.in iiij.q.principali.vbi tra-

crat à quo tẽpore ligẽt statuta. Circa secũdum & tertium dictũ glo.in l.seq.distinguitur.sed Doc. dicunt quod non procedit ordinatè: quia vult q ad principem recurrat antequã fiat interpretatio de similibus ad similia. quia dicunt quod vltimo loco princeps est adeundus qñ non reperitur simile: nec curãt an de facili possit adiri vel nõ.mihi videt quod glos.melius dicat.& quod si fuit certo mõ per cõsuetudinem intellecta, tunc non sit necesse ad principem recurrere.etiam si de facili possit recurri.qñ autem nõ fuit sic intellecta, tunc si de facili possit ad principem recurri, quia sit præsens, vel in loco propinquo,post positis omnibus sit ad ipsum recurrendum.ar.de his qui ad eccle.cõfu.l.præsenti.in prin.aliàs sit p̃cedendũ de similibus ad similia, si põt: sed si non põt,nec apparet certa p̃prietas verborũ, tunc sit recurrendũ ad principem:etiã si de facili nõ posset haberi.qñq; tñ cõcurrit cõis opi.Doc.in vnã sniam.vt in pluribus dubijs quæ mouent in aut thẽ.ex cã.quæ scd'm Doc.requirerẽt decisionẽ imperialẽ:sed qa hodie rarò vel nunquã fiunt,recurrit ad interpretationem magi
4 stralẽ.vt ibi no.sufficit.† Vltimò quæritur si aliquis faciat cõtra legẽ,an videatur in dubio scienter fecisse:& sic præsumatur esse in dolo,an autẽ ignoranter,& sic præsumatur esse in lata culpa. Iac.But.& Bal.hic post eum tenent hanc secundã partem, tanquã benigniorẽ.arg.in l.si præses.ff.de pœ.& q ignorare iura sit lata culpa,habetur in l.liberorũ.§.notanter.ff. de insa. & facit p ipsorũ dicto j.de his qui sibi ascribunt in testa.l.pe.in fi.& l. sena tusconsulto.& ff.de adulte.l.si adulterium cũ incestu.§.Idẽ pollioni.& quod no.Bal.in l.ij.j.de erro.aduo.istud tamen est verũ, nisi.l.sit fundata in iure naturali:vt si imponeret certam pœnam pro maleficijs.quia iure naturali maleficia sunt mitius punita. licet enim quis ignoret statutum quod imponat certam pœnam maiorem quam imponat ius commune: quia tamen sciebat vel scire debebat se facere rem illicitam de iure naturali,q ignorare non potest præsumeretur potius in dolo quàm in culpa secundùm Bal.facit l.dolus.ff.mand.& l.si procuratorem.§.dolus.sed quando actus nõ est de iure naturali illicitus, licet per statutum sit illicitus ex aliqua causa.puta quòd non portetur frumentum extra territorium,tunc haberet locum dictum primum, vt præsumatur lata culpa & non dolus.Non sunt alia.

2 ☞ Imperator solus etiam sine consilio procerum potest legem condere.
Senatus populi Romani,an hodie possit condere legem.

3 Sententia principis,uel Imperatoris,uel Papæ lata parte non citata non ualet, sicut sententia alterius iudicis.

4 Quod om.sio alterius ordinis iudiciarij qui non esset de iure naturali,nõ nitiet processum uel sententiam principis.

LEX XI.

1 SI imperialis.†Sententia diffinitiua principis lata causa cognita & partibus præsentibus in aliqua causa vim legis generalis habet in causis similibus etiam aliarum personarum:licet non sit redacta adhuc in corpore iuris:& similiter interpretatio declaratio quã faceret princeps de aliqua.l.dubia in aliqua speciali causa cõsultus.hoc dicit vsq; in finem.secus in interlocutoria.vt ŝ.eo.l.iij.§. fi. & etiam in specialibus concessionibus quę non fierent per modum declaratio nis,vt ŝ.eo.l.ij.quę videtur huic contraria.Et primò loquitur de sententia diffinitiua vsq; ibi. [eum igitur.] postea de interpretatione quam imperator faceret ad aliquam.l. dubiam vel obscuram. secundum ea quæ habentur in legibus præcedentibus. in quadam tamen speciali ad relationem vel suggestionem iudica
2 re debemus. † & no. quod Imperator solus etiam sine consilio procerum potest legem cõdere.& sic illud quod dicitur in l.humanum.ŝ.eo.non est necessitatis sed humanitatis, vt debeat adhibere consilium procerum. Quærit autem glos.vtrum senatus populi Roma.hodie possit condere legem.quæ quęstio satis est bona:cum hodie non sit penes populum Romanũ imperiũ, sed penes imperatorẽ:qa recognoscit ab ecclesia:vnde priuat & cõ
3 firmatur à summo pontifice.vt in cle.Romani.de iureiur.† Vltimò no.hic vnã glo.quæ est sup̃ j.parte.& incipit,i.[præsentialiter.]quod sententia principis, imperatoris, vel papæ * lata parte

a

¶ Vel Papæ. Adde Bal.in pœ. feudorũ, in ix.col. Abb.in c.j. in ij.col.de cã pos. & proprie. Frã.de Are. consil.clxv. Adde tu & vide plenissimè p Barb. in c.j.de cã pos. & pprie.per do.Ma. Soci.in suo cõsil.xij. & per do.Bar.eius filiũ in suo cõs. cxliij. colũ.vij. & ibi q est de iure diuino. & de materia vide etiã per Fel.late.in c.olim.de re; iudi.colũn.ix. & seq.Cur.

a ¶ Citatio est de iure naturali. Adde Ioan. Mo. in extrauaganti Bonifacij octaui. inci. rē nō nouā I gl. fi.

b ¶ In cardinali legato de Bar. in l. vnica. C. de supindi. li. x. Bal. in l. exēplo. C. de proba. gl. i c. sicut. de sentē. excō. Pe. de An. c. in clemē. j. de proba. Angel. consil. xxix.

c ¶ Notarij dicunt hīe dignitatē. Adde gl. et Bal. I l. gñali. C. de tabula. li. x. & Bar. in l. fi. C. de primi. li. xij. etvidē tex. et ibi Bar. in l. fi. in prin. C. qui mi. nō pos. li. xij. vbi q dicit quoddā munus & vide eundem Bar. & ibi Alexā. in apostil. I l. eadē. ff. ad l. Iul. repe. & Abb. in c. fraternitatis. co. iij. extra de hę. Frā. cur.

d ¶ Incipit à citatione. Adde Pau. de Ca. in l. libert⁹. de in ius vo.

e ¶ Sniæ. Vide Alexā. de Imo. in d. §. I vēditione. col. ix. ver. extra gl. & Feli. in c. ex ratione. colum. fi. de appella. Franci. Cur.

nō citata, nō valeret sicut nec snīa alterius iudicis. quia citatio est de iure naturali⁹ qd' princeps auferre non potest. † sed obmissio alterius ordinis iudiciarij qui nō esset de iure naturali non vitiaret processum vel sententiam principis. vt sentit Inno. in c. in causis. de re iudi. secundùm Bal. sufficit.

De mandatis principum. Rubrica.

☞ *Iudex delegatus debet bene custodire rescriptum: nec de ipso crederetur sibi si non ostenderet.*

Cardinali legato creditur de sua legatione, etiam si nō ostēderet literas papales. & quando?

Notarij an dicantur habere dignitatem.

LEX vnica.

SIquis. †No. hic q̄ commissio vel māda datū alicui factū à principe debet ꝓbari per scripturā: aliās nec creditur asserēti se habere: nisi doceat, & literas ostēdat. facit l. ꝓhibitū. j. de iure fis. & qd' ibi per Bar. li. x. de super. in d. l. per eundem. & qd' no. glo. in c. cū in iure. de offi. dele. † quę dicit qd' iudex delegatus, debet bene custodire rescriptū. quia de ipso nō credereť sibi si nō ostenderet: fallit hoc, in cardinali legato, ᵇ cui creditť de sua legatiōe: ꝓpter magnā dignitatē eius. etiā si nō ostēderet literas papales xcvij. di. c. nobilissimus. nisi super his quæ essent reseruata papæ. vt no. Io. An. in nouel. in c. j. de offic. leg. lib. vj. & in c. eos. de sen. excō. eo. lib. † Vltimò no. hic in verbo. [notarij.] q̄ notarij. dicuntur habere dignitatem' doc. dicunt hoc non esse verum nisi in prothonotarijs principis. & de illis loquitť ille tex. & adde quod no. Bar. in l. eadē lege. ff. ad le. Iul. rep.

De iuris & facti ignorantia. Rubrica.

2 ☞ *Quædam permittuntur ante factam executionem ad eam impediendam: quæ nō permittuntur post ad eam retractandam.*

Mora quòd possit purgari ante executionem factam à lege, uel ab homine.

3 *Miles si omittit peremptoriam scienter, ei non subuenitur.*

Militibus licitum est ignorare iura.

Quod ista l. non habeat locum in militibus nostri temporis.

Permissio facta in speciali causa certæ personæ habet uim legis generalis si clausa est in corpore iuris.

4 *Conuenire dicitur ille qui citatur.*

Quando in executione sententiæ sit pars citanda?

5 *Quæ exceptiones possint opponi post sententiam?*

6 *Sententia lata à iudice excommunicato publicè non valet: & idem in alijs actibus.*

7 *Exceptio excommunicationis potest opponi in curia seculari.*

LEX I.

1 OVanuis. † Miles potest exceptionem peremptoriam quam per errorē iuris omisit, opponere ante sententiā: opponere etiam post sententiā, quę transiuit in rem iudicatam, & impedire executionem eius si facta non est. sed postquam esset facta, non posset virtute priuilegij militaris propter hoc retractari. hoc dicit ista l. singularis. † sic no. quod quædam permittūtur ante factam executionē ad eam impediendam, quæ non permittuntur post ad eam retractandā. sic & mora potest purgari ante executionem factam à lege, vel ab homine. sed posteà non ad eam retractandam. vt in l. qui ob rem non defensam. ff. de condi. inde. & l. si is qui. ff. de leg. ij. quę loquitur de executione facta à lege. & intellige hanc legem, qd' etiā sine aliqua restitutione obtinēda à iudice posset miles ipso iure talem exceptionem omissam opponere: siue agatur ordinaria actione in factū oriente ex sentētia, siue petatur executio officio iudicis: cum loquatur generaliter. & sic non excluditur miles per lapsum quadriennij. non sic esset in minore, vel absente causa reipu. non opponentibus exceptionem peremptoriam ante sententiam, quia non possent posteà opponere nisi impetrata & obtenta restitutione in integrum. j. tempora debita. vt in l. minor. xxv. annis. omissam. ff. de mino. miles ergo melioris conditionis est in hoc quàm alij absentes causa reipu. nec mirum. Nā ad hoc ostendendū ponitur titu. specialis de restitutione militū. diuersus à generali titu. quibus ex cau. ma. vt patet. j. de testa. mi. & quibus ex causis ma. ad denotandum maiorem prærogatiuā in militibus. venio ad casum. † In tex. ibi. [ignorantia iuris.] dicit Bal. quod si apparet ipsum ex certa scientia iuris & facti omisisse talem exceptionē ꝓponere, non subueniretur sibi. ar. à cōtrario sensu. quia nō sufficit priuilegium militare nisi cū eo concurrat iuris ignorātia. & multòmagis ignorantia facti. No. ergo hic q̄ militibus licitum est ignorare iura. In tex. ibi. [allegationes.] exceptiones peremptorias secundū Doct. si ibi miles erat reus. vel replicatione, scilicet si erat actor. & sic potest habere locum vtroq; casu secundū eos. licet glo. videatur hic sentire quod habeat locum solū eo casu quo erat reus: dum dicit quod illud erat vnum de his quæ faciebāt pro reo. sed Doc. dicūt eandem ratio nē esse in actore: quia primò ad replicandū actor videtur reus. In tex. ibi. [armatæ militiæ.] non ergo haberet locū in militibus nostri temporis, qui non exercent militiam armatam. sed solūvadunt per plateas, & sedent in primis sedibus secundū Doc. quia cessat rō fauoris in eis. In tex. ibi. [permitto tibi.] No. quod illa permissio facta in certa & speciali causa. certæ personæ habet vim l. generalis, vt debeat obseruari quò ad alias personas & similes causas. quia ista lex fuit clausa in corpore iuris. aliās nō extēderetur ad alias personas, vel causas: quia nō pertinet ista permissio ad declarationem legis dubiæ: quo casu extenderetur ad alias: etiam si non esset clausa in corpore iuris. vt in l. fi. §. de legi. sed pertinet ad nouam cōcessionem factā fauore personæ. ergo
4 &c. in l. ij. eo. titu. & l. iij. circa fi. ff. de cōsti. prin. l. j. in fi. † In tex. ibi. [conueniri.] dicit Bal. per istum tex. quod cū ille dicať cōueniri qui citatur, quia omne iudicium incipit à citatione. ᵈ vt no. j. de in ius voc. super rubrica: quod hic videtur casus quod in exe
e cutione sententiæ' sit pars citanda. sed certè hoc non est semper verum. sed dic vt no. in c. de cætero. de re iudi. per Innoc. & per Bar. in l. à diuo pio. §. in venditione. ff. eo. titu. de re iudic. potest autem iste tex. intelligi quādo cōueniebatur actione in factum, in qua proceditur ordinariè. & tunc nō esset dubiū q̄ pars esset citanda, potest etiā intelligi quādo petitur executio officio iudicis. & tunc verbum conueniri exponeretur, id est molestari. sufficit. venio ad glo. magnam. † Vltima glo. enumerat aliquos casus, in quibus potest opponi exceptio peremptoria post sententiam. Præmitte ad euidentiam glo. mag. duas regulas. vnam qd' 1 2 3 4
exceptiones quæ oriuntur post sentētiam possunt similiter post sententiam opponi. quia per eam non est præclusa via his quæ oriuntur post eam. sed his quæ prius erant orta: sicut videmus in litis contesta. vt patet in l. ij. j. de cōfortibus eiusdem litis. iuncta. l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. de procura. facit quod no. in l. si maior. j. de transac. in purgatione moræ contractæ post litem conte. quia potest purgari vsq; ad sententiam: & tamē si esset cō missa prius, nō posset purgari nisi vsq; ad contestationē. vt in l. si insulā. ff. de ver. obli. Secunda regula est quod exceptiones quę 2 3
nō impugnant sententiā de iniquitate, imò præsupponunt eam bene & iustè latam, similiter possunt opponi post sententiā: quia se cōpatiuntur cum ea: tunc verò post sententiā non possint opponi regulariter, qñ erant ortæ ante & si opponerent' post, impugnarēt sniam de iniquitate: tanquā latam malè. & ita loquitur. l. peremptorias. C. sen. rescin. non pos. Fallit in casu huius legis fauore militis. Itē fallit vbicūq; vel ratione ætatis, vel absentię ratione causæ reipu. daret' restitutio aduersus sententiā. ex his possunt decidi oēs casus facti in gl. nā quædā sunt exceptiones quæ opponunt' cōtra validitatē sentētiæ, vel processus: quia dicitur q̄ 1
sentētia sit nulla. & ista pōt opponi post snīam. tū quia nō videť opponi post sententiā, ex quo est nulla. j. de procu. l. licet. iuncta l. iij. §. condemnatum. ff. de re iudic. tum quia incipit competere post latā sententiā de facto. nā antequā esset lata non posset dici quod competeret: nec etiā ista impugnat sententiam de iniquitate. quia ista possunt simul stare q̄ sententia in se sit iusta quò ad negotium principale, & tamen sit nulla, quia lata nō seruata forma: puta parte non citata. Item sequitur ex prædictis quod exceptiones quæ opponuntur ad moderandum executionem similiter possunt opponi post sententiam: eisdem rationibus. Pone exemplum in exceptione, ne quis exigat vltra quàm facere possit in casibus in quibus competit. vt in l. Neiennius. in fi. ff. de 2

ff. de re iudi. & l. ex diuerso. §. fi. so. ma. nam præsupponit condemnationē bene factā in tota quātitate, quia erat debita, sed gauisus facere pōt. & ex his dicunt Doc. qd' exceptio inuentarij cōfecti pōt opponi post sententiā si hæres esset cōdemnatus ad solvendum solida legata, & opponeretur qd' bona hæreditaria nō sufficiant, & qd' inuentariū fuit confectū: tamē in hoc ego semp dubitaui: quia ista exceptio videt impugnare sententiā de iniquitate si ēa bona nō sufficiūt ad soluendū integra legata, & inuēta sunt cōfecta, legata ipso iure nō debentur vltra vires hereditarias. si ergo hæres est cōdēnatus ad solida legata tanquā debita, malè condēnatus est. non sic in præcedēti exceptione. quia ibi bō condēnatus est. qd' patet. quia si posteà peruenīret ad pinguiorē fortunā, illa exceptio sibi nō prodesset: nō sic in ista, quia licet bona hæreditaria augerentur, nō propterea augerentur legata. vt in l. in quantitate. ff. ad leg. fal. breuiter pōt dici sustinendo dictū Doc. verū esse, quia illa exceptio impugnat sentētiā de iniquitate inspecta iuris dispositione, quæ resecat legata quatenus vltra vires hæreditarias cōfecto inuētario, nō autē inspecta voluntate defuncti, qui voluit ea solida præstari. vt in l. cū fidei. ff. de cōfes. Pone etiā exemplū in exceptione cedendarum. ff. de fideius. l. si fideius. in d. §. fi. alle. hic in glo. pro tertio casu. sed tendit ad idē cū præcedēti. nā illa nō impugnat sententiā de iniquitate, sed moderat executionē: ne fiat antequā actio cedatur vbi erat cedēda. Pone etiā exemplū in exceptione legitimarū impēsarum restituendarū, si egi contra te rei vēdicatione ad fundum meum, in quo fecisti expensas necessarias bona fide; & obtinui, nec opposuisti exceptionē impensarū, poteris opponere in executione sententiæ. l. planè. ff. de peti. hære. in Specu. de excepti. §. dicto. ver. sed pone ædificaui. Sed in exceptione pretij non soluti, vel rei non traditæ si emptor agat contra venditorem ad rem tradendam, & sit condemnatus non opposita exceptione pretij non soluti, an in executione poterit eam opponere. Spec. idē in seq. §. videt tenere qd' sic. sed in §. fi. de execu. sen. ver. Item pone exemptor. videt tenere contrariū. & etiam Bar. qui ipsum refert in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiu. quia ista exceptio peremptoria impugnat sententiam de iniquitate, quia si pretium non erat solutum, non poterat in effectu agere ad rem: nec debebat ad eam condemnari. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti. ergo fuit iniustè condemnatus. tradat ergo rem, ne sententiā impugnet ex iniquitate, & posteà petat pretium actione ex vendito. & ista est verior. & ita videtur dicendum vbicunq; illud q̄ poterat obiici per viam exceptionis, potest etiam peti per modū actionis: vt in exceptione compensationis: quia si non est opposita ante sententiam, non opponeretur post: sed soluat & agat actione quæ sibi competit. vt in l. si cum dos. ff. rerum amo. & qd' ibi no. Bar. Idem videtur in executione non numerate pecunię: nam potest opponi per modum excipiendi, & etiam per modū agendi. vt j. de non nu. pec. authen. hęc autem querela. tamen in hoc cogitādum est. quia fortè non est verū, cū etiam si opponat per modū agēdi impugnet sniam de iniqtate, qa faceret retractari executionem. sed in prędictis tibus nō retractaret executio: sed peteret alia res quā illa sup qua facta est executio. Ex prædictis etiā patet qd' exceptio trāiactiōis vel solutiōis factæ post sniam posset opponi cōtra executionē sniæ: qa nec eam impugnant de iniquitate, nec erāt ortæ añ sniam. vt in l. post rē. ff. de trās. qd' aut dici realiter nō posse opponi exceptionē perēptoriā post sententiā quæ habuisset originē añ, & eam impugnaret de iniqtate, ꝓcedit si agat ex ipsa snia actione in factū: vel si petat eius executio officio iudicis: sed si ageret actiōe prima, qd' facere pōt actor, licet fatuè faciat. vt no. in l. duobus. ff. de exe. rei iu. & no. in l. j. j. de iudi. quia post sniam nō fuit sublata, tūc oēs exceptiones quę poterāt opponi ante latā sniam, poterāt etiā nō opponi per ibi no. per doc. Vltimò ista gl. alle. dū dicit. [vel excōicatus.] † qa sniа lata à iudice excōicato nō valet. qd' est verū si erat publicè excōicatus, secus si occultè, & nesciebat. vt in c. ad ꝓbandū. extrà de re iu. & idē in alijs actibus & officijs pub. vt interpositiōe authoritatis, vel officio tabelliōatus: qa ista sunt īterdicta excōi. & sunt nulla ipo iure, si erat publicè excōicatus. secus in actibus priuatis. nā eius testm̄ vel cōtractus nō reddit nullū seu nullus, qd' plenè dic ꝓ Io. an. ī nou. ī c. pia. de exce. li. vj. Et adde qd' no. ī c. decernimus. de sen. excō. e. li. † Allegat etiā ista gl. q̄ exceptio

b excōicatiōis pōt opponi in curia seculari, sicut in ecclesiastica: puta q̄ nō debeat audiri actor, quia est excōicatus. Et si iudex secularis ad instantiam actoris exceptionē non admitteret, posset cōpelli per ecclesiasticū ad īstātiā rei opponētis, sicut si non admitteret exceptionē iuramēti. vt in. c. fi. de excep. li. vj. et c. licet mulieres. de iureiu. eo. li. Est etiā hic vna gl. quę reprobat. s. ꝑcedēs dū dicit idē esse in rustico qd' in milite. qnō est verū: qa licet rusticus excuset ab ignorātia iuris, sicut miles: nō tn̄ est privilegiatus eo mō quo miles, vt possit opponere exceptionem peremptoriam post sententiam.

2 ☞ *Suus si non repudiauit expresse potest adire perpetuo, scilicet usque ad xxx. annos: & quid si repudiauit, & quid in emancipato? & nu. 3.*

Quid in eo qui non est suus nec emancipatus, ut est filius matris?

LEX. II.

1 # Vm ignorantia.†

Maior xxv. annis qui hæreditatē repudiauit etiā maternam, nō potest propter ignorātiā iuris amplius ad eā redire. h. d. in effectu. sed si esset minor posset mediante bñficio restitutionis: vt. j. si minor se ab hęre. absti. l. j. & ij. cū ti. sequē. In text. ibi [ignorātia iuris.] quia fortè errās in iure credebat post renuntiationē posse ad eā redire si sibi placebat, cū esset hīditas materna, in qua putabat esse idē q̄ in paterna. vt in l. si qs suus. ff. de iure delib. sed nō est idē. vt hic in tex. iuncta gl. & ista iuris ignorātia sibi nō prodest in lucro captādo: si tn̄ potuit cōsulere peritiores. aliās secus. vt in l. proxi. in gl. In tex. ibi. [subueniri tibi.] qa repudiādo abdicauit à se potētiā adeundi: quā amplius recuperare nō pōt. vt. ff. de ædi. edic. l. Itē q̄rit. §. si vēditor & j. de remi. pig. l. fi. In glo. ibi [solutio ibi in paterna.] hic in materna. Istā tenēt Doc. qa magis debet filio hīditas pīna. quā materna insti. de hære. qua. & dif. §. cæterū. Nec ob. l. fi. §. j. ff. ad tertu. qa solue vt in gl. q̄ ibi nō repudiauit, sed dixit se nolle adire: quæ verba videt potius dicta causa differēdi additionē, vt nolit eā facere ꝓ nūc, sed deliberare: quā importēt repudiationem: cū lapsu tn̄ anni verba illa repudiationē importēt. vt per illā. l. singularē. q̄ declara plenè per Bart. in l. si quis suus. ff. de iure delib. qñ autē dicit repudio statim est exclusus, nec ex priuilegio illius. l. amplius ad eā pōt redire. Idem in paterna, si filius erat emancipatus. vt j. l. proxi. Sol. verò quam infrà subijcit gl. licet in se sit vera, cōtinet tamē diminutionem ad hanc. l. Pe. autem dicit non esse fiendam differētiam inter paternam & maternam hæreditatem, nec inter suum vel emancipatum, cum illæ differentiæ sint hodie sublatæ per authē. de hæredi. ab intest. sed certè verum est quātum ad successionem intestati, non quantū ad alios effectus no. in. l. si emācipati. j. de colle. & in l. gallus. §. & quid si tantū. ff. de lib. & posth. † Concludo omnia coniungendo. aut loquimur in suo, aut in emācipato. primo casu si non repudiauit expresè, pōt adire perpetuò: scilicet vsq; ad xxx. an. vt no. in l. licet. & in l. cum in antiquioribus. j. de iure deli. Si repudiauit, admitit vsq; ad trienniū. Si loquimur in emancipato qui repudiauit, nunquā audit. Adde tertiū casum in eo q̄ nec est suus, nec est emancipatus, vt est filius matris. & si repudiat expresè, nō auditur. ita potest intelligi iste tex. vt dicit glo. si nō repudiauit expresè, tunc si protulit verba quæ habeant vim repudiationis, puta nolo adire, vel nō esse hæres vsq; ad annū: tūc audit. de col. bo. l. nunquā. ita loquitur. l. filij mater. §. j. ff. ad tertu. si verò nulla verba protulit, nam de iure ciuili audiretur perpetuò. d. l. licet. de iure prætorio vsque ad annum tantum. l. ij. j. qui poss. admit. ad bono. possess. & ita Doct. c. declarant istam legem.

2 ☞ *Hæreditas paterna uel hodie legitima ad quam reducitur tota hæreditas, non est debita filio; sed quasi debita.*

3 *Ille qui perdit quasi debitum, nō dicitur recipere damnum, sed potius lucrum non acquirere? & quid habito respectu ad alia lucra?*

4 *Quinque capita in successione intestati per successorium edictum, quibus deficientibus quòd admitatur fiscus.*

a Si erat publicè excōicat⁹. adde Bal. in c. cōtingit. in ix. col. de dolo & cōtu. vid latè ꝑ Fel. in c. ad ꝓbādū. col. ij. ver. limita sed'o. & in col. se. extrà d re iud. et vid ꝑ eūdē in c. cū inter. co. ix. ver. dū dicit. e. ti. & ibi an ꝓcessus factus ab excōicato teneat. & vide eūdē Fe. in c. fi. col. iij. ver. no. etiā de exceptio. Fran. Cur

b Opponi ī curia seculari. Adde Bal. ī. c. intellexim⁹. de iudi. Et adde Are. in. c. postulasti. col. j. de homi. et Bal. in l. placet C. de sac. sanc. eccl. q̄ declara. vt ꝑ eūdem Bal. ī. l. quoties. in fi. C. de iud. et ꝑ Pet. & anch. in. c. pia. de excep. in vj. ad quę vide Feli. in c. fi. col. iij. ver. no. etiā. de exce. Fran. Cur.

LEX III.

1 SI emancipata. †Ignorantia iuris non excusat in lucro seu quasi lucro captādo. h. dicit. Barto. oppo. extra glos. quia ista erat mulier quam excusat iuris ignorantia. vt l. cum de indebito. ff. de proba. Solu. verum est in casibus de iure expressis. qui no. in l. fina. j. eo. per glo. inter quos iste non est. & extra illos paris conditionis est mulier cum masculo. & vide multos casus in quibus mulier est melioris conditionis quàm masculus. & econuerso in Spec. de procu. §. j. venio ad glo. aduertatis. In glo. ibi. [quæ est.] istam videntur tenere Doc. per l. si quis suus. ff. de iu. deli. tamē sequens solutio quā glo. sentit, videtur verior & æquior, q̄ ibi loquitur in hæreditate delata de iure ciuili, quam filius expressè repudiauit. & illa repudiatio potuit fieri inconsultè: & indeliberatè ideo l. subuenit sibi in hereditate paterna, vt ea non obstante possit eam adire si res est integra, id est per alios posteriores nō adita. hic loquitur in bonorum pos. delata de iure prætorio, quæ debebat peti iure isto infra annum. & non fuit petita, ideo tacitè videtur repudiata. ideo sibi non subuenitur, quia in maiori negligentia deprehēditur per lapsum anni. sed si eam expressè repudiasset infra annum, esset eadem ratio quæ in hæreditate. vnde videtur sibi subueniendū per istam l. quia emancipato non debet esse causa affe rendi beneficium illius l. cum attēta dispositione iuris prætorij, & esset hodie iuris ciuilis non minus sit debita hæreditas patris filio emancipato, quàm filio in potestate. quod patēt. quia pręteritio emancipati sine causa reddit hodie testamentum nullum, sicut præteritio filij in potestate. vt no. in auf. de hære. & falci. §. exhæredatos. per glo. & sic si exhęredetur, habet querelam sicut
2 filius in potestate. †In glo. ibi. [non est debita, sed quasi debita.] Ista glo. semper allegatur q̄ hæreditas paterna, vel hodie legitima ad quā reducitur tota hæreditas, non est debita filio, sed qua si debita: quoniam pro ea non competit aliqua actio filio contra patrem, quo casu diceretur debita. sed pater quodam vinculo naturali astringitur. vt in l. cum ratio. de bo. dam. & ex voto parentum. quia quicquid acquirunt liberis ex voto acquirunt. vt in l. nihil. §. facilior. ff. de bo. lib. glos. tamen in l. si quis legatum. ff. de fal. videtur dicere q̄ sit debita sed intellige illud respectu legitimæ quæ debetur patrono in bonis liberti. quia illa quæ debetur filio in bonis patris est magis debita: vnde respectu illius est verè debita. sed illa quasi debita: alio verò respectu de quo hic, non est propriè debita: sed quasi. facit. ff. pro soc. l. & quia. in prima
3 charta. Item no. ex glo. †q̄ ille qui perdit quasi debitum non dicitur recipere damnum: sed potius lucrum non acquirere: tamē habito respectu ad alia lucra quę non sunt debita nec quasi debita, diceretur recipere damnum. & ita loquitur l. fi. j. de codi. allegata in glo. †
4 In fi. glo. ibi. [ex alio capite.] nam in edicto prætoris circa successionem intestati erant. v. capita. scilicet caput liberorum, caput agnatorum, caput cognatorum, & caput vnde vir & vxor. & omnibus deficientibus fiscus. primum caput præfertur omnibus, quo excluso deuoluebatur bonorum possessio ad secundum caput per successorium edictum: & excluso secundo deuoluebatur ad tertium. & sic de singu. in filio autem erat considerare tres qualitates: scilicet filiationem. & illo respectu est de capite liberorum. Item agnationem, quia omnis filius est patri agnatus. Item cognationem, quia omnis agnatus est cognatus: licet non ecōuerso. si ergo filius excludatur à bonorum possessione per lapsum anni ex capite liberorū deuoluitur ad eundem, & bonorum possessio ex capite agnatorum, quibus omnibus ipse præfertur tanquam propinquior agnatus. & debet petere infra centum dies. quod si nō faciat, nec extant alij agnati, deuoluitur ad eundem, & ex capite cognatorum. & eodem modo debet infra centum dies petere. si autem extarent de primo capite alij liberi, vel de secundo alij agnati, deferebantur filio volenti redire ex alio capite. quia nisi excluso toto capite liberorum nō admittebatur sequēs caput agnatorum. & nisi ex toto capite agnatorū non admittebatur sequens caput cognatorum. & hæc habentur in titu. de succes. edi. vult ergo glos. hic q̄ licet ista filia fuerit exclusa per lapsum anni à capite liberorum, admittatur ex capite cognatorum per l. j. §. videndum. de succes. edi. quod est verum vt dixi, si in capite liberorum non erant alij sequentes in gradu, qui possent ex illo venire. Idem intellige in exclusione quæ sit per lapsum temporis. sed si fieret per expressam repudiationem, excluderetur repudians ab omni capite. vt ibi no. glo. singularis, quæ semper allegatur.

2 *Pro scriptura quæ habeat formam debitam præsumitur, nisi probetur contrarium. Error qualiter probetur?*

3 *Sententia lata super diuisione prætextu testamenti falsi potest rescindi per restitutionem in integrum: & quid si testamentum erat non solenne?*

4 *Licet ex testamento non solenni hæres institutus in eo qui obtinet hæreditatem ab intestato teneatur naturaliter ad soluendum legata & fideicommissa non autem ciuiliter, tamen cohæredi suo in eodem testamento instituto qui ab intestato non succedit nō tenetur naturaliter ad faciēdū q̄ habeat partē hæreditatis in qua institutus est.*

LEX IIII.

1 SI post diuisionem. †Diuisio facta perversū hæredem cum hærede putatiuo per ignorantiam iuris vel facti non præiudicat verò hæredi probata veritate. hoc dicit. & ponitur casus in testamento falso, vel non iure facto. reperiebatur institutus filius, & quidam extraneus: qui filius credens testamentū verum vel validum, diuisit hæreditatem cum extraneo, cū tota pertineret ad eum certè probata falsitate vel inualiditate poterit repetere partem quam tradidit extraneo. & qua actione. dic vt in fi. glo. ma. In glo. ibi. [per ignorantiam.] id est, errorem iuris vel facti. secus si scienter. quia videreris donasse: & ita loquitur l. non dubium. j. de testa. de qua glo. mag. opponit. & hoc quando peruenisti ad traditionem. li verò ad confessionem tantùm. quia fuisses cōfessus testamentum esse validum & verum etiam scienter, cū esset falsum & non validum. & non peruenisses ad traditionem, talis confessio non præiudicaret quominus posit probare cōtrariū. vt in l. proxi. In tex. ibi. [tibi.] scilicet filio testatoris, ad quem to-
2 ta hæreditas pertinebat ab intestato. † In tex. ibi. [ostēde igitur.] no. hic duo. Primò q̄ pro scriptura quæ habeat formam debitā pręsumitur: nisi probetur contrarium. sic. j. de proba. l. cum precibus. Item q̄ probato contrario quicquid factum est contra veritatem pręsumitur esse factum per errorem. & sic error probatur eoipso q̄ probatur rem aliter se habere. quem articulum declara plenè per Bar. in l. non fatetur. ff. de confes. An illud sit verū in-
3 distinctè. & tenet ibi q̄ non: sed cum longa distinctione. † In gl. mag. in prin. ibi. [cum iudice: hic sine iudice.] dic q̄ etiam hic si fuisset facta cum iudice eo casu quo testamentum erat falsum. de quo casu etiam loquitur iste tex. dum dicit. [vel fide veri defici.] posset rescindi diuisio, & etiam sententia lata super diuisione mediante beneficio restitutionis in integrum. vt in l. diuus. ff. de re iudi. & j. si ex fal. instru. per totum. non sic quando erat testamentum non solenne: quo casu procedit quod dixit glos. vt distinguatur an sit facta cum iudice vel sine. nec obstat q̄ testamentum nō solenne habetur pro falso. vt in l. iubemus. in fi. j. de testa. quia verum est quò ad puniendum notarium qui scienter omisit adhibere solennitatem: non quantum ad hoc vt sententia lata virtute ipsius tanquam lata ex falso instrumēto rescindatur
4 per restitutionem in integrum secundùm Bar. quod no. † In gl. ibi. [respondeo secundum quosdam.] dic isti dicunt veritatem. licet glo. dictum ipsorum non teneat. volunt enim & bene, q̄ licet ex testamento non solenni hæres institutus in eo qui obtinet hæreditatem ab intestato teneatur naturaliter ad soluendum legata & fideicommissa, non autem ciuiliter, cohæredi tamen suo in eodem testamento instituto qui ab intestato non succedit, nō tenetur naturaliter ad faciendum q̄ habeat partem hæreditatis in qua institutus est. & ratio est in promptu: quia si testamentū esset solenne, vnus hæres non tenetur alteri naturaliter & ciuiliter ad faciendum q̄ habeat partē suam à seipso. vt in l. sed si sub conditione. §. fi. ff. de hære. insti. si ergo ex testamento solenni nō nascitur ciuilis & naturalis inter cohæredes pro portione hæreditaria directò consequenda, similiter ex testamento non solenni non oritur naturalis tantùm. nam tunc oritur naturalis tantū ex non solenni. quando ex solenni oriretur ciuilis & naturalis. sed quātum ad legata & fideicommissa, cum ad illa sit grauatus, hæres, & ab eo habeantur, non autem habent legatarij à seipsis, si testamentum est solenne, oritur ciuilis & naturalis. & eodem modo si non est solenne, oritur naturalis tantùm secundùm opi. glo. quæ est vera, propter voluntatem defuncti. vt plenè no. j. e. l. cum quis. Ex quibus omnibus sequitur q̄ ista lex potest intelligi siue diuisio sit facta per errorem facti, siue iuris: & sic nō obstat oppositio facta in glo. q̄ error iuris impedit repetitionē debiti naturalis soluti: quia hoc non erat debitum naturale nec ciuile

ciuile inter istos cohæredes. glos. hic tamen tenet contrarium, q̃ ex testamẽto solẽni sicut hæres ciuiliter & naturaliter obligatur legatarijs & fideicõmissarijs, ita obligatur cohæredi vt patiatur ipsum habere partẽ suam: & sicut quando nõ est solenne obligatur naturaliter legatarijs, ita & cohæredi. & ideo intelligit istam l. in errore facti tantũ quod ab omnibus Docto. reprobatur: & etiam inquantum tenet q̃ ex stipulatione minus solenni oriatur naturalis obligatio: nam contrarium tenent Doct. per l. j. §. eum qui de consti. pec. & per l. j. §. qui ita. de verb. obl. quod dic vt ibi not. per Bar. sufficit. In fi. gl. ibi. [per condictionem indebiti vel sine causa.] vel dic q̃ potest agi condictione indebiti provtraq; portione quo ad possessionem inducendam. ff. de condi. indebi. l. indebiti. §. sed & si nummi. secundùm Cy.

2 ☞ Si confessio fuit facta extra iudicium, siue per ignorantiam iuris siue facti, siue etiã ex certa scientia, non immutat ueritatem: sed præiudicat quousque probetur contrarium. & quid si uirtute talis confessionis lata sit sententia?

Quid si confessio fiat super eo quod est in potestate confitentis facere, uel fiat ad liberandum? & nu. 4.

3 Obligatio rei uel hypotheca quòd possit fieri nudo pacto sine traditione si subsistat debitum cui coheret.

4 Si confiteris scirues quòd res tua sit mea, an talis confessio habeat uim donationis?

5 Confessio falsa facta in iudicio, an habeat uim dispositionis?

LEX V.

1 CVm falsa. †Falsa confessio non immutat veritatem: ideo probata veritate nõ præiudicat cõfitenti. h. d. & semper allegatur: & multa declarãtur per hanc l. potest autem intelligi duobus modis. primò q̃ ista confessio sit facta extra iudiciũ: secundo quòd in iudicio. Item quælibet earum potest adhuc intelligi duobus modis. primò q̃ fuerit facta per ignorantiam iuris, vel facti. & re vera hoc casu loquitur ista lex, vt conueniat titulo in quo situata est. Potest etiam intelligi q̃ facta fuerit ex certa scientia. de primo loquitur glos. ſ. de secundo loquitur. l. vltima. veniamus ad casum. †Dic ergo q̃ si confessio fuit facta extra iudiciũ 2
siue per ignorantiam iuris, siue facti. siue etiam ex certa scientia, non immutat veritatem: quoniam cõfessio nõ est dispositio, sed pronuntiatio. ideo inducit probationem, non dispositionem. vt in l. Publia §. fi. ff. depos. omnis autem probatio regulariter recipit aliam probationem in contrarium fortiorem se. vt in l. cũ de indebito. ff. de prob. præiudicat ergo dicta falsa cõfessio quousq; probetur contrariũ: quia præsumitur vera. vnde non potest quis contra suam confessionem venire, si contrarium non probat. vt in l. generaliter. j. de non nu. pecu. sed si vult cõtrarium probare, indistinctè admittitur: & tunc confessio sua etiam scienter facta nõ præiudicat. & iste est casus huius l. secundũ istum intellectũ. hoc tamen intellige si adhuc virtute istius cõfessionis nõ sit lata sententia. nã si transiuisset in rem iudicatã, nõ posset posteà probari cõtrarium: etiam si fuisset facta per errorẽ facti. vt j. eo. l. error. per quam limitatur ista lex. vt ibi habetur in prin. gl. mag. in prima oppos. quæ ibi fit de ista l. Sed cõtra istam lect. venit vna oppositio quam format gl. fi. in fi. de l. tale pactum. in princ. ff. de pac. eo casu quo cõfessio falsa fuisset facta ex certa scientia. nam ibi dicitur q̃ inducit dispositionem, id est, pactum de nõ petendo. quia si cõfiteris me nõ esse debitorem tuum, cũ sim: & hoc facis scienter videris mihi facere pactum de nõ petendo. & sic nõ admitteris posteà volẽdo probare q̃ sim debitor tuus: quia nihil prodesset probatio postquã habet vim pacti: sed ego supra dixi contrarium q̃ non inducit dispositionem, sed probationem tantum. ideo recipit probationẽ in cõtrarium. dicũt Doc. q̃ ibi fuit confessio facta super eo quod est in potestate confitentis facere. nam si ego sum debitor tuus, in potestate tua est me liberare: sed si fit super eo quod nõ est in potestate tua, tũc habet locũ. vt s. dixi in casu huius l. si cõfiteris rem quæ nõ fuit matris fuisse, vel si cõfiteris rẽ quæ est tua esse meam. nam nõ est in potestate tua in me trãsferre dñium nuda voluntate: sed demum subsistẽte iusta causa, & interueniẽte traditione vera vel ficta: quorũ neutrũ hic fit. per hoc infert Bar. j. eo. l. cũ testamẽtum. in fi. q̃ si in casu huius l. quãdo agebatur hypothecaria, si tu cõfiteris rem quam peto vel petere volo mihi esse obligatam tãquam maternã, cum nõ esset: & hoc faceres scienter, talis confessio induceret dispositionem: quia †obligatio rei vel hypotheca potest fieri nudo pacto 3
sine traditione, si subsistat debitũ cui cohæret. vt in l. j. & ibi not. ff. de pig. act. Breuiter ista quæ dicũt Doc. nõ placent. vt distinguatur an fiat super eo quod est in potestate confitẽtis facere vel non, quia sequeretur scẽdm hoc q̃ si cõfitereris te esse debitorem meũ in centũ ex aliqua causa, cũ sit in potestate tua te mihi obligare si volo, induceretur obligatio. q̃ est falsum. imò solũ inducitur probatio. vt in d. l. Publia. §. fi. Dic ergo q̃ in l. tale pactum in prin. illa confessio falsa & scienter emissa emanauit ad liberandũ ideò fauore liberationis inducit dispositionẽ. sed quãdo emanauit ad agendum vel obligandũ, etiã si sit in potestate facientis se obligare, dispositionẽ nõ inducit. & hoc de mente Doc. in l. generaliter. j. de nõ nu. pec. & l. j. j. de cõfes. sed si esset facta per errorẽ, dispositionem nõ induceret: etiã quando tenderet ad liberandũ. bene tamen faceret probationẽ quousq; probaretur cõtrariũ. Plus dico q̃ etiam quando tẽdit ad liberandũ, si fiat super dominio etiam scienter, non inducit liberationẽ: puta possideo rẽ tuã, tu confiteris scienter me præsente rem non esse tuã, sed meam, an videris mihi facere pactũ de nõ petẽdo? dic q̃ nõ. in l. trẽs fratres in prin. & ibi expresè per Bar. ff. de pac. q̃ cũ fiat principaliter super dñio transferendo, & illud nõ transferatur ex simplici falsa confessione, quia non præcedit causa habilis ad translationẽ dominij. vt in l. nunquã nuda. ff. de acqui. re. do. similiter nec producit pactum de non petendo: ideo admitteris ad probandũ cõtrariũ. interim tamen pro ea præsumitur. Aduertendũ q̃ ex verbis Bar. videtur hic colligi contrariũ. nam ipse videtur sentire q̃ ta-
4 lis †confessio q̃ res tua fit mea sciẽter facta habeat vim donationis. tamen si fiat priuato, nõn ideo transfertur dominiũ: quia non sufficit titulus sine traditione. Et si interueniret traditio ficta, adhuc non sufficeret: quia non possunt occurrere duæ fictiones circa idem. vnde dicunt Doct. quòd fictus titulus & ficta traditio non sufficiunt ad translationem dominij. vt no. per Cy. j. loca. l. si ad probationem. & per Bart. in l. si aliquam. ff. de acqui. pos. sed si fiat ecclesiæ, quia in ea transfertur dominium ex solo tit. donationis sine traditione. vt in l. fi. de sac. sanct. eccle. sufficeret dicta cõfessio ad translationem dominij: cum contineat fictum titulũ. & sic non sunt duæ fictiones, vna in tit. alia in traditione. Breuiter istud procederet si tu rem quam scis tuam tanquam meam vel ecclesiæ, à me vel ab ecclesia cõduceres: vel recognosceres in feudũ. talis em̃ cõductio & recognitio est dispositio. ideo continere põt aliã tacitã dispositionẽ. i. tacitã donationẽ. & tũc esset distinguẽdũ inter priuatũ & ecclesiã. ita loquit illa lex. si aliquã cũ sua materia, sed quando dũtaxat confiteris rem illã non esse tuã, sed meã, vel ecclesiæ. talis confessio nõ habet vim tacitæ donationis sed dũtaxat probationis, quæ recipit probationẽ in cõtrariũ indistinctè. & illud videt hic de mẽte Bal. & semper mihi visum fuit q̃ Bar. malè loquereť. & q̃ ista materia nihil habeat cõe cum illa de qua in l. si aliquã. siue ergo eras in possessiõe illius rei tuæ quã confiteris meam. siue ego erã, nõ trãsfers in me dominiũ ex ficta donatiõe: sed an trãsferas possessionẽ gl. fi. vť sentire q̃ sic. tu dic q̃ facta fuit cõcessio super dominio: cum illud nihil habeat cõe cũ possessione. vt in l. naturaliter. §. nihil cõe. ff. de ac. po. nihil operatur circa possessionem: sed si fuisset facta circa possessionẽ: qa confiteris te non possidere, sed me. cũ tamen reuera tu possideas tunc si per errorẽ iuris vel facti, nõ amittis possessionẽ. quia sine animo non amittitur. si aũt ex certa sciẽtia. tũc amittis possessionẽ, q̃ solo aĩo remittit. l. iij. §. in amittẽda. ff. de acqui. pos. & l. si q̃s vi. §. dria. sed si quæriť an in me trãsferatur, tũc si non erat penes me, nõ transfertur nisi apprehẽdam. l. iij. in princ. eo. tit. sed si erat penes me, puta ex locato, deposito, vel cõmodato, quo casu possessio est apud te, & detẽtio apud me, tunc cõfitendo me esse possessorem ex certa scientia tu amitteres, & ego acquirerẽ ratione
5 detentionis. l. qua ratione. §. interdum. de acqui. re. do. & q̃ in simili no. in l. j. in fi. mag. gl. j. de ser. fu. †Qñ verò cõfessio falsa facta esset in iudicio, tũc si sciẽter, vel per ignorantiã iuris, haberet vim dispositionis: quia faceret confitentem haberi pro condẽnato. vt in l. j. j. de confes. ideo posteà non posset reuocari: etiã si contrarium vellet probare. sed si per errorem facti, posset contrariũ probare vsq; ad sententiã excluſiuè. vt j. e. l. error. & not. j. de om. agro. deser. l. rura. lib. xj. & ibi vide omnino per Bar. Ex qbus ista l. remanet declarata melius quàm declaretur per doc.

LEX VI.

1 SI non transactionis. †Promittẽs plus quã debeat per errorẽ, potest liberationem condicere. h. d.

a ¶ Confessio erronea. quando confessio doc.de errore posſit reuocari. adde & dic vt per Alexā. de Imol.in cōſi. xxxiij. colū.j.& in conſi.cij. col.pen.verſic. circa aliud.& in cōſi.lxxxiij.col.iij.in j. vol. & ibi quādo dicatur reuocari incontinenti. in cōſi.xlvij.col. vij. ver.ſecundò reſpondeo.& in cōſi.xc.co. ij.verſi.hoc probo.c. vol.& quādo eſt accepcata per partē. in cōſi. cxij. colū.iij. in prin.& in cōſi.cxix. quaſi per totum. in iij.vo.Fran.Cur.

b ¶ Cōtineat cauſam. Et qū confeſsio dicatur cōtinere cauſam, vide per Alexan. de Imo.in cōſi. lxxxiij. co.ij.verſi. pondero. in j.volu.Cur.

2 ☞ *Confeßio transfert onus probandi contrarium in confitentem.*

3 *Confeßio extra iudicium facta non ualet, niſi contineat cauſam, ſed in iudicio etiam ſine cauſa ualet. & uide aliam differentiam.*

Contra confeßionem quando non poßit confitens probare contrarium?

4 *Poteſtas reuocandi confeßionem erroneam & probandi contrarium, uſque ad quantum tempus duret?*

5 *Error iuris quando noceat erranti nō ſolum confitenti, ſed delinquenti, uel omittenti facere quod facere debeat, & quid in errore facti?*

An poßint reuocari iſti errores ante litem finitā, uel poſt?

6 *Poſtquam lis eſt terminata per ſententiam, uel factum ſit præceptum de ſoluendo, an poßit allegari error facti, ſi allegans uult illud probare? nu. 9.*

7 *Intentans unam actionem per errorem, ſi in ea ſuccumbat, an poterit ad aliam redire, & an requiratur reſtitutio in integrum. & nu. 9.*

Erranti ſuaſionibus & aſſertionibus aduerſarij qualiter parcitur quo ad aduerſarium qui ſuaſit, & an requiratur reſtitio in integrum ut admittatur errans ad probandum contrarium?

8 *Confeßio in iudicio poteſt fieri tribus modis: & quando cōfeßus in iudicio habeatur pro condemnato?*

LEX VII.

Error facti. Lex iſta habet difficilem materiā: quam Bar.ponit in l.nō fatetur. ff. de confeſ. Sed Bal. hoc plenius & pulchrius videtur explicare. † Et tria colliguntur ex ea. Primum eſt q̄ error facti etiam in iudicio commiſſus per reum vel actorem in cōfitendo aliquod falſum contra ſe, vel in omittendo aliquid facere quod ſibi incumbebat, non nocet: ſed poteſt reuocari. Secūdū eſt q̄ illud eſt verū quouſq; cauſa ſit deciſa. Tertium eſt q̄ poſtquam eſt deciſa ſecus. quia noceret. & non poteſt reuocari. Primū dictū, ꝓcedit in errore facti. vt dixi ſecus in errore iuris cōmiſſo in iudicio. quia nocet ſicut certa ſcientia. & non pōt reuocari quando eſt commiſſus in iudicio vt in d.l. non fatetur in fi. ſecus ſi extra iudicium. vt ſ. eo. l. cum falſa. Secundū dictum debet intelligi quando eſt deciſa per ſententiam, vel tranſactionē. Et idē ſi adhuc non eſſet deciſa per ſententiā tamen eſſet concluſum in cauſa ſcdm Bal. qui allegat ad hoc determinationē. Io. an. in c. fi. de reſt. in inte. lib. vj. in nouella. facit l. ſi rem. ſ. fi. cum ibi no. ff. de eui. Tertium dictū procedit vt non poſsit poſteà reuocari. ſ. ipſo iure. ſed per beneficium reſtitutionis in integrum. in caſibus in quibus poteſt competere etiā poſt cauſam deciſam reuocari pōt vt ff. de confeſ. l. cum fi. dei cōmiſſum. & ibi per Bart. in fin. & per eundē in d.l non fatetur. & in iſta. l. ſunt duæ glo. quarū prima eſt gl. noua. & non fuit ac. ex qua colliguntur octo oppoſitiones, q̄ reſpiciunt primum & ſcdm dictum. Secūda fuit regula antiqua accurſij quæ concernit vltimum dictū. veniamus ad caſum. ponamus caſum in nube. Sed quia oppoſitiones primæ gl. diuerſimodè debent ſignari ad hoc vt bene intelligant. q̄ tamen gl. non facit, ideo redditur obſcura. & Bar. etiam infraſcat, vt videatur ad quid tendūt, recita eam ſic. Primò em̄ opponitur de. l. cum falſa. ſ. eo. vbi dicitur indiſtinctè falſam cōfeſsionē non nocere. hic aūt diſtinguitur an ſit lis deciſa, vel nō. Sol. lex illa licet ſimpliciter loquatur, ſiue intelligatur in cōfeſsione falſa facta in iudicio ſiue extra iudiciū, debet limitari per hāc. l. niſi cauſa ſit deciſa vir tute talis confeſsionis erroneæ, quia tunc nō poſſet poſteà reuocari, etiā volēdo probare cōtrariū. Scdò opponitur in ver. [eſt tamen differentia.] q̄ imò falſa confeſsio præiudicet ſtatim, quia trāſfert onus probādi cōtrarium in confitentē: & niſi probet cōtrariū, ſtatur confeſsioni. vt j. de erro. aduo. l. ij. & ad idem tendit aliud cōtrarium infrà formatū in gloſ. in ver. [ad hoc.] de l. iubemus. j. de libe. cau. Glo. reſpondet quod illud eſſet verum ſi talis confeſsio facta fuit in iudicio: ſi autem extra iudicium, non præſumitur pro confeſsione. ideo poteſt reuocari abſque eo qđ probetur contrarium. † Tu dic melius ſecundum Io. quod ſiue fit facta in iudicio, ſiue extra iudicium, bene præiudicat in hoc vt pręſumatur pro ea, vt tranſferat onus probandi contrarium in confitentem vt l. cōtrarijs. & l. generaliter. j. de non nu. pec. Sed poſtquam fuerit probatum contrarium, talis confeſsio erronea * non nocet. vt hic. in hoc ergo non eſt differentia inter factum in iudicio & extra iudicium: ſed in tribus alijs bene eſt differentia: quia facta extra iudicium nō inducit obligationē, ſed probationē. vt in l. Publia. ſ. fi. ff. depoſi. facta verò in iudicio inducit obligationē & actionē in factū, ſicut ſentētia cōdemnatoria: cum cōfeſſus habeatur pro cōdemnato: vt j. de cōfeſ. l. vnica. † Item extra iudiciū nō valet, niſi contineat cauſam[b]. vt in l. cum de indebito in fi. ff. de proba. ſed in iudicio etiā ſine cauſa valet vt ſi cōfiteris te mihi teneri in cētum, & nō diceres ex qua cauſa, habereris pro cōdemnato. vt no. in d. l. vnica. de cōfeſ. Item extra iudicium falſa cōfeſsio etiam ſi emanauit ex certa ſciētia, vel per errorem iuris. nō nocet probato cōtrario. vt in l. cum falſa. & ibi dixi. ſecus in facta in iudicio. quia nō poſſet probari cōtrariū, niſi eſſet facta per errorem facti. vt in hac l. & dixi in l. cum falſa. Tertiò opponitur. q̄ nō ſit neceſſe probare cōtrarium: ſed ſufficiat pœnitere reſpōſi, ſeu confeſsionis. vt in l. de ætate. ſ. fi. ff. de interro. ac. glo. neſcit quid dicat. dic ergo q̄ ibi loquitur in cōfeſsione facta circa præparatoria iudiciorum. & quando lis nō erat conteſtata: nec ex reuocatiōe reſultabat captio ſeu deceptio aduerſarijs. his tribus cōcurrentibus locū habet q̄ dixi. ſed ſi facta eſt circa ea quæ cōcernūt deciſionē cauſæ, nō ſufficit reuocare: niſi probetur cōtrariū. & idē ſi circa præparatoria, ſi lis eſſet cōteſtata: vel reſultaret captio aduerſarij: vt ff. de rei vēd. l. is q̄ ſe obtulit. cū l. ſequēti & ſequēti in prin. & hoc credo voluiſſe gl. dū infrà ſubdit. [& ſi eſt captio pœnitet ante lit. cōte. &c.] Sed quartò opponit q̄ etiā ſi velit probare cōtrariū nō audiatur vt in l. ſi is cū quo. ff. de cōfeſ. Sol. ſpālis eſt eo caſu quo facta eſt ſup actiōe. l. aquiliæ in qua cōtra negātē probato cōtrario creſcit cōdemnatio in duplū. nā ſi timore ne incidat in hāc pœnā cōfitetur, licet falſum, nō pōt venire cōtra etiā ꝓbādo cōtrariū: cum videatur quodāmodo trālegiſſe cū aduerſario. & ſatis eſt q̄ in dubio euaſit pœnā dupli. potuiſſet em̄ ſi negaſſet probari cōtrariū: licet falſò, & fuiſſet in duplū condēnatus. Quintò ad idē opponitur. q̄ etiā ſi velit probare contrariū nō audiatur quia video q̄ eſt falſum in muliere, vt aduerſus falſam cōfeſsionē iuuetur Velleiano: ꝓpter fragilitatē ſexus. vt ff. ad l. velleia. l. ſi mulier. in iure ergo cōtrariū erit in maſculo gl. dicit q̄ mulier iuuatur priuilegio ſpeciali mulieris. vt ibi. & etiā iure cōi ſicut maſculus. vt hic. hoc nihil eſt dicere. dic ergo q̄ mulier iuuatur cōtra ſuā cōfeſsionem, etiam eo caſu quo maſculus nō iuuaretur: nā ſi maſculus nō probaret cōtrariū, nō iuuaretur. ſed mulier ſic. vt ibi. Itē ſi cauſa eſſet deciſa, maſculus nō iuuaretur. vt hic ſed mulier ſic. vt ibi. Itē ſi error maſculi caderet in latā culpā, non iuuaretur. vt in l. de ętate. ſ. penul. ff. de interro. ac. ſed mulier ſic. vt in l. cōtraria. Et hoc fortè voluit gl. in vltima ſo. dū dicit. [vel dic quòd iam erat contra ipſam lata ſentētia &c.] Sextò ad idē opponitur. q̄ nō admittat ꝓbatio in cōtrariū de l. fi. j. arbi. tu. Sol. ſpeciale eſt ibi in tutore conficiente inuentariū, & per errorem apponente aliquā rem tanquā pupilli, cum nō eſſet. † Vltimò opponit. q̄ poteſtas reuocādi & probandi cōtrariū nō duret vſque ad ſententiam incluſiuè. ſed ſolū per triduū. vt infrà de erro. aduo. l. fi. Sol. ibi quando quis volebat reuocare errorē alienum: vt ſui aduocati, vel ꝓcuratoris commiſſum ipſo clientulo præſente & tacente. hic q̄ volebat corrigere & reuocare errorē propriū ſecundū Pla. qui aſsignat rationē: quia de primo faciliùs perpendit quā de ſecūdo. vt in eo qui ſtat ad vidēdum ludū ſcachorū, qui facilius perpendit de errore ludi quam ipſe ludēs: & ideo minus temporis datur ſibi ad reuocādū. Gl. nō approbat, ſed remittit ab ibi no. & ibi gl. dicit q̄ ibi cauſa non erat duratura vltra triduū. aliàs haberet locū quod hic dicitur. Et Doct. videnter hoc ſequi q̄ videt ridiculū. ideo dicit melius q̄ clientulus vſq; ad triduū pōt reuocare erroneā cōfeſsionē ſui aduocati, vel procuratoris factam eo præſente & tacēte, abſq; eo q̄ probet cōtrariū. & ita loquit illa lex. poſt triduū verò cōfeſsio illa haberetur pro ſua cōfeſsione, vt ſibi noceret. vt in l. j. eiuſdem tituli. niſi probaret cōtrariū: quia tūc ſicut ſibi non noceret propria cōfeſsio, vt in hac l. ita nec cōfeſsio procuratoris vel aduocati. vt ibi dixi. & hoc voluit gl. in c. olim. extrà de cēſi. quæ melius declarat. Et ex eis ſint expeditæ oēs op. gl. vnde duo articuli eſſent examinādi. primus quando cōfeſsio falſa facta fuit circa præparatoria iudiciorū. alius q̄n circa deciſoria in quibus duobus articulis diſtingue plenius per Bar. in d. l. non fatetur. ſed Bal. altius exordiendo examinat generaliter alios: ſcilicet ſi † & q̄n error iuris noceat errāti nō ſolū confitenti, ſed delinquenti, vel omittēti facere qđ facere debeat. & eodē modo qđ iuris in errore facti: & an poſsit reuoca

ti iſti errores ante litem finitã, vel poſt. & loquitur multùm ſciẽ-
tiſice, & ad plenum, declarando totum iſtum tit. Circa vltimum
4 dictum l. † q etiam poſt quã lis eſt terminata per ſententiam, po
teſt allegari error facti, ſi allegans vult probare illud. Glo. ſi. op-
ponit multis modis. primo de l. j. j. de erro. calcu. melius diceret
de no. ibidem per l. j. ff. quæ ſentẽtiæ ſine app. reſcin. Et reſponde
q iſta l. debet intelligi de ſentẽtia valida, ſed ſi eſſet inualida vel
propter errorem iuris, aut calculi expreſſum vt ibi. vel propter
aliã cauſam, nõ impediret allegari errorẽ poſt ſententiam. & ad
idem tendit l. ſi prętor. §. Marcellus. ff. de iudi. allegata in gl. quia
ibi erat nulla. quia lata parte abſente per falſas allegationes ſcien
ter factas. Secundò opponitur de l. fi. j. de re. cre. vbi cauſa erat
terminata per iuramentum. & tamen poterat allegari error facti.
Sol. ſpeciale eſt in his quæ dependent ex vltima voluntate, q ſi
cauſa terminetur per tranſactionẽ, vel per iuramẽtum, nõ inſpe-
ctis vel cognitis verbis vltimæ volũtatis, non valeat tranſactio, 9
nec iuramentũ. & ſic poſsit poſtea allegari error: tanquam cauſa
nõ ſit deciſa. vt ibi. & l. de his. ff. de tranſact. non ſic ſi eſſet termi-
nata per ſententiam, quia nõ reuocaretur ex dicta cauſa. Tertiò
oppo. toto tit. j. ſi ex fal. inſtr. & ff. de re iud. l. Diuus. & de iureiur.
Ladmonendi. & j. ſi aduer. rem iud. per totũ. Sol. vt dixi in princ.
q hic dicitur procedi mero iure, ſed mediante beneficio reſtitu-
tionis in integrũ, in caſibus in quibus deberet cõcedi bene poſ-
ſit allegari error facti poſt ſententiã. cõcedi autem debet ex plu-
ribus cauſis, veluti ſi lata ſit per falſos teſtes, aut inſtrumẽta. vt
in d. l. diuus. & in tit. ſi ex fal. inſtru. vel ex falſo inſtrumẽto & ne-
ceſſario inſtramenta fuerũt poſtea de nouo reperta. vt in d. l. ad-
monendi. vel ratione minoris ætatis. vt j. ſi aduer. rẽ iud. vel ex a-
lia iuſta cauſa. vt l. pe. ff. de cõfeſ.. Quartò oppon. de l. fi. §. ſi autẽ
neſcius. j. dẽtur. Sol. vt in glo. quia ibi poteſt allegari reſpectiu di
uerſæ perſonæ. Quintò opp. de l. habebat. in prin. ff. de inſti. vbi
ſi actor egit ex vna cauſa, & nõ probauit, poteſt eandẽ actionẽ
iterũ intẽtare propter errorẽ in prima cauſa cõmiſſum. Gl. dicit
q ibi agebat ex alia cauſa diuerſa. ſed ſi ita eſſet deberet ibi ſub-
uidiri mero iure. vt in l. cũ quærit. de exce. rei iud. & tñ nõ ſub-
ditur ibi niſi de æquitate, & per beneficiũ reſtitutiõis. ſed dic q
ibi nõ variabat cauſa ex qua agebat, nã fuit actũ i primo iudicio
ex mutuo pecuniæ: & eodẽ mõ agitur in ſecũdo. & ſic nõ variat
cauſa ex qua agit. ſed variabat cauſa propter quã agebat: nã ex
mutuo facta ſeruo primo fuit actũ cõtra dñm ratione vnius mã
dati q dederat ſeruo. & illud non fuit probatũ. poſtea agebat ex
eodẽ mutuo ratiõe alterius mandati. illa variatio cauſæ propter
quã agebat cõtra dñm ex facto ſerui nõ facit ipſum agentẽ ad-
mitti ipſo iure de rigore. ſed per beneficiũ reſtitutionis de æqui-
7 tate. & ſic eſt caſus valde ſingularis illius l. † Vltimò extra gloſ.
op. de l. j. j. fi. ff. qñ act. de pec. eſt anna. aliàs incipit. l. quæſitũ. vbi
per errorẽ primo fuit actũ actione peculio tẽporali. & ſuccubuit
actor. & ibi dicit q poſtea propter errorẽ auditur intẽtata actio-
ne peculij perpetua, vel ecõuerſio. Gl. ibi ſoluit pluribus modis.
inter alia ponit vnã ſolutionẽ quæ ſemper allegat, & eſt ſingula
ris. q ibi errãs fuit inductus ad errandũ ſuaſione aduerſarij: quó
casu põt allegari error etiã poſt ſententiã. quia parcit errãti quó
ad aduerſariũ q ſuaſit, & fuit cauſa erroris, propter quod dicunt
doct. q ſi feciſti poſitiones, & iuraſti eas eſſe veras, & ego credã
tuę aſſertioi cũ iuramẽto. cõfiteor eas eſſe veras, ſi poſtea poſſum
probare cõtrariũ etiã poſt ſentẽtiã admittor ad probãdũ mediã-
te beneficio reſtitutiõis: nõ ſic ſi nõ iuraſſes eas eſſe veras. qa tũc
nõ videor inductus ſuaſiõe tua. Tene mẽti ꝓpetuò. Bal. verò di-
cit q ibi intẽtabat actio diuerſa, qm̃ ex diuerſis edictis orit actio
de peculio perpetua. de qua in tit. de peculio. & annalis, de qua
in tit. qñ actio de pec. eſt anna. ſed tũc nõ eſſet neceſſariũ benefi-
ciũ reſtitutiõis. ſed dic q licet ibi variaret actio nõ variabat cau
ſa: qa tũc procedit cõtrariũ. vt dixi in præcedẽti cõtrario de l. ha
bebat. de inſti. Vltimò adhuc extra gl. opp. nã ſi verũ eſt q error
facti cõmiſſus in iudicio nõ põt allegari poſt ſententiã, ſequeret
illud nunquã poterit allegari: eo quia cõfeſſus in iudicio pro cõ
demnato habet: nec eſt neceſſaria alia cõdẽnatio. vt j. de cõfeſ. l.
vnica. qa in cõfeſſum nullæ ſunt partes iudicis niſi in exequen-
do. l. proinde. in fi. ad l. aq. l. ff. & tamẽ iſte tex. innuit cõtrariũ. Sol.
confeſsio in iudicio põt fieri tribus modis. primo rñdendo poſi
tionibus, in quibus nõ cõſiſtit tota intẽtio actoris, ſed circũferen
tiæ ad eã: q tũc nõ eſt verũ q cõfeſſus habeatur pro condẽnato.

vnde nõ obſtat contrariũ. Secũdò põt fieri a
reſpondẽdo ad libellũ animo litẽ cõteſtãdi:
& ſic nõ declinando iudiciũ, ſed ſubeundo
& tunc idẽ. vel nõ habeatur pro condẽna-
to, ſed expectetur ſententia poſtquã lis eſt
conteſtata, & tunc idem: nã poterit probari contrarium vſq; ad
ſententiam. Tertiò poteſt fieri reſpondẽdo libello nõ animo litẽ
conteſtandi & iudiciũ ſubeundi, ſed potius declinãdi: & tunc ve
rum eſt q habetur pro cõdemnato, & non expectatur alia ſentẽ
tia: ſed fit ſibi præceptũ de ſoluẽdo. vt in l. ſi debitori. ff. de iudi. &
tunc obſtat contrariũ. nam videt q poſt talẽ confeſsionem non
audiat volens allegare errorẽ facti. doct. tamen tenent contrariũ
nã tunc eſt verũ q cõfeſſus in iudicio tali modo habetur pro cõ
demnato, quãdo non allegat ſe cõfeſſum per errorẽ: aliàs ſi offe-
ret ſe paratũ probare errorẽ, nõ habetur pro condẽnato ſecundũ
Iac. bu. & alios, & ſic adhuc habet locũ iſta lex. † Sed quid ſi iam
præceptũ fuerit factũ de ſoluendo. Bar. adhuc tenet idẽ: qa illud
præceptũ non habet vim ſententiæ diffinitiuæ. & ſic poteſt alle-
gari error poſt illud præceptum. Bal. hic videtur tenere contra-
rium. dicens q ſicut non poteſt allegari poſt concluſionẽ in cau-
ſa, ita nec poſt tale præceptum. quia tranſit in rem iudicatã, ſi non
fuit appellatum: ergo antequã tranſeat in rem iudicatam & ſic in
frà decem dies à die facti præcepti, bene poteſt allegari error. Cæ
terum materiam huius l. vide hic plenè per Bal. nam quantũ ad
intellectum tex. & gl. tantum dictum eſt quòd ſufficit.

¶ Vel alius prælatꝰ. Adde Doct. in c. potuit. de loca. & per Doc. in l. ñ. de iure emphy.

2 *Quis dicatur libertus orcinus?*

3 *Si Abbas uel alius prælatus recipit penſionem ab aliquo tanquam emphyteuta rei eccleſiaſticæ cum non ſit, non prohibetur poſtea dicere quòd non ſit emphyteuta, & quid ſi erat conſueta dari in emphyteuſim?*

LEX VIII.

1 CVm teſtamentum. †Verba enuntiatiua per errorẽ emiſſa, ſi-
ue principaliter propter ſe, ſiue propter aliud, diſpoſi-
tionem non inducũt etiã fauore libertatis. h. d. iſta lex
cum ſequenti. & iſta loquitur quãdo fuerũt emiſſa principaliter
propter ſe. lex verò ſequẽs quãdo propter aliud, & propter ſolu-
tionẽ quã recipiebat ab aliquo tãq; liberto, cũ eſſet ſeruus. nã nõ
videtur ſibi per hoc dare libertatẽ: videbatur cõtrariũ fauore li-
bertatis & liberationis. ar. in l. tale pactũ. in prin. ff. de pact. ſed ibi
qñ ſciẽter fuerũt emiſſa, quo caſu ſufficit fauore liberatiõis abſq;
fauore libertatis ad inducendũ diſpoſitionẽ. i. pactum de non pe
tendo. hic verò per errorẽ facti vel iuris, qui excludit cõſenſum:
vnde nec fauor liberationis nec fauor libertatis ſufficit vt habeat
vim liberationis. quid autẽ ſi ſciẽter eſſent emiſſa in caſu harũ. ll.
an inducerẽt diſpoſitionẽ. i. dationẽ libertatis? gl. hic recitat quã-
dam gl. Irnerij factã ſuper hoc. quæ cõtrarijs modis intelligitur.
& quidã intelligunt qñ voluerit dicere q ſic. quidã intelligũt q
voluerit dicere q nõ. primã partẽ tenet gl. & etiã Bart. ſecũdam
partẽ tenuit Pla. & etiã Pe. quinimò etiã gl. in l. ſeq. videtur eã te-
nere. ſed Bar. dicit q in caſu l. ſeq. procedit illa glo. quia ibi ꝓpter
aliud fuerũt emiſſa: ſed in caſu iſtius l. procedit gl. hic poſita. nam
verba enuctiatiua tunc inducũt diſpoſitionẽ quãdo fuerũt emiſ-
ſa principaliter per ſe. nõ autẽ propter aliud: niſi fauore militis,
2 vt j. de teſt. milita. l. ex his verbis. ſufficit. veniamus ad caſum. † In
tex. ibi [orcini.] dicitur libertus orcinus ille cui relinquit libertas
directò. Nã ſtatim adita hæreditate ſi teſtm̃ valet, efficitur liber
ſine manumiſsione hæredis: vñ cũ habeat libertatẽ à ſolo teſtato
re, dicit libertus teſtatoris, & non hæredis: tanq; manumiſſus ab
eo q tendebat ad ortũ, i. mortẽ: vt in gl. ſed ſi fuiſſet relicta per fi-
deicõmiſſum: & ſic foret neceſſaria manumiſsio, diceret libertus
hæredis à quo libertatẽ cõſequit: nõ à teſtatore. In fi. tex. ibi, [cũ
errãtis volũtas nulla ſit,] ergò ſi nõ errauit à contrario ſenſu, qm̃
eſt volũtas cõfitẽtis, cẽſeret ſibi data libertas ab illo hærede ſecũ
dũ Bar. † In l. nõ idcirco. no. ſecũdũ Bal. q ſi abbas vel alius præ-
3 a latus recipit penſionẽ ab aliquo tanquã emphyteuta rei eccleſia
ſticæ cũ nõ ſit nõ prohibet poſtea dicere q emphyteuta nõ ſit:
quinimò etiã ſi ex certa ſciẽtia hoc feciſſet nõ potuiſſet præiudi
care eccleſiæ ſi res nõ fuiſſet conſueta dari in emphyteuſim vel
feudũ. quia nõ eſt in poteſtate prælati ſolius dare de nouo in em
phyteuſim vel feudũ rẽ quæ eſt de mẽſa. Sed ſi fuiſſet cõſueta da
ri: et ſic eſſet ĩ poteſtate abbatis cõcedere cui vellet, in c. ij. de feu.
videt diſtinguẽdũ an hoc fecerit ex certa ſciẽtia, vel ꝑ errorẽ. tñ

a ¶Ne paſsim. De materia iſtius l. vide per Alex. de Imo. in l. ſi quis id. ff. de iuriſdiom. iud. & per eundem Alex. in l. iuris ignorantia. C. qui ad mi. & Abb. in c. ſ. de constitutionibus.

gl. hic ſentit idē qñ ex certa ſcīctia: quia non principaliter propter ſe: ſed ꝓpter aliud videt cōfiteri illū eſſe emphyteutā, i. ꝓpter ſolutionem quam recipit. tene menti. ſufficit.

L E X XI.

QVamuis. † Mulieribus non ſuccurrīt propter ignorātiā iuris in lucris captādis, ſicut nec maſculis: niſi ratione minoris ætatis. quo caſu tam mulieribus q̄ maſculis ſuccurrīt per beneficiū reſtitutionis. h. d. cōcordat cum primo. l. ſi emancipata. ſ. eod. Intellige tamen quando potuit conſulere peritiores. vt ibi nota.

L E X XIII.

a 1 NE paſsim. † Mulieribus nō ſuccurrīt ꝓpter iuris ignorantiā vltra quā maſculis: niſi in caſibus à iure expreſsis. h. d. notabiliter. & declarat plures ll. & glo. quæ eſt hic enumerat illos caſus. tñ ponit quoſdā qui nō faciūt ad propoſitū. nā ſunt multi caſus in quibus iura prouidēt mulieribus ꝓpter fragilitatē ſexus, nō propter iuris errorē: quia etiā ſi nō errarēt eis prouideret. vt patet in Velleiano. nā etiā ſi ſciat ſe non poſſe intercedere, nihilominus ſi intercedat iuuat: niſi renuntiet Velleiano in caſibus in quibus permittitur renūciatio. aliquādo autē ſuccurrīt eis propter errorē iuris q magis excuſat in eis q̄ in maſculis. vt in l. cū de indebito. ff. de proba. & tunc habet locū iſta l. qa regulariter vbi iuuant maſculi, iuuant mulieres propter iuris errorē & vbi nō iuuant maſculi, nec etiā mulieres: vt in lucris captādis, vt ſ. e. l. quāuis. Falsit in qbuſdā caſibus in qbus iuuant mulieres, & tñ nō maſculi, qui ponunt in glo. vt in l. ſi adulterium cum inceſtu. ff. de adulte. & l. cùm de indebito. ſupra allegata.

2 ¶ *Indebitum ſolutum per errorem iuris. quando poſsit repeti, & quāſi per errorem facti. & nume. 5.*

3 *Tutus exceptione Macedoniani ſoluens per errorem iuris, non repetit. & numero 5. Quid in indebito ratione exceptionis temporalis ſoluto per errorem?*

4 *Naturalis obligatio quæ nunquam fuit iuncta cum ciuili: nec unquam peperit actionem, non eſt ita efficax ut impediat repetitionem ſoluti per errorem facti, ſicut illa quæ ſemel fuit iuncta cum ciuili, & produxit actionem. & poſtea fuit ſublata ciuilis per ſententiam.*

5 *Tutus exceptione inducta ad iuris rigorem conſeruandum, ſcilicet exceptione litis pendentis. uel ea quæ habet filiusſor ex epiſtola diui Adria, uel ea quam habent plures rei debendi ex noua conſtitutione ut diuidatur actio inter eos. ſoluens etiam per errorem facti, non repetit.*

Quid in debito quod creſceret per inficiationem.

L E X X.

1 QVm quis. † Lex iſta duas ponit regulas, vnā negatiuā, qa indebitū ſolutū ꝓ errorē iuris nō repetīt, alterā affirmatiuā, q̄ ſolutū per errorē facti bene repetīt, & eſt lex repetibilis. quoniā habet materiā valde ſubtilē diſputatiuā: & leges præcedētes loquunt qñ error fuit cōmiſſus in omittēdo, vel in cōfitēdo falſum. lex iſta loquīt qñ in ſoluēdo indebitū. Cōtra primā regulā negatiuā opponīt primò de tex. l. j. ff. de cōdi. inde. vbi dicīt indiſtinctè q̄ indebitū ſolutū per ignorātiā repetīt. & illud verbū, ignorātiā, pōt intellīgi, tā de ignorātia iuris q̄ facti, & poſtea ſubiūcīt q̄ tūc demū denegat repetitio qñ fuit ſolutū ex certa ſcīctia iuris & facti. hic aūt denega
2 tur etiā qñ ꝓ ignorātiā iuris. † Itē opponīt de ratione. nā cōmuniter tradīt q̄ ignorātia iuris nō nocet in dānis vitādis. vt in l. iuris ignorantia. ff. eo. ſed ille qui ſoluit indebitū, cū vult repetere tractat de dāno euitādo: ergo non debet impediri repetere propter iuris ignorantiā. timore huius gl. intrat vnā diſtinctionē quadrimembrem. vſq̄ ibi. [ſi autē eſt vtroq̄ iure debitum.] & poſtea vltimum mēbrū ſubdiſtinguit in alia quatuor membra. Item ſecūdum membrū dictæ ſubdiſtinctionis ſubdiſtinguit in alia duo. & ſic in effectu ſunt decem mēbra. Quatuor in prima principali diſtinctione. Item alia quatuor in ſecunda ſubdiſtinctione. Item duo in alia ſubdiſtinctione. & hoc vſq̄ ibi. [Item opponīt.] vbi autem opponit contra dicta per ſe in primo membro primæ diſtinctionis de dictis etiam per ſe quarto mēbro eiuſdem diſtinctionis, & ſoluit. reſpondendo autem ad contrarium primo loco formatum & etiam ad rationem dicit gloſ. q̄ illa lex quæ generaliter loquitur de indebito, debet reſtringi ad illud. quod erat indebitum ciuiliter. naturaliter tamen erat debitum: quo caſu qa non poterat peti efficaciter. dicebatur indebitum; ſed propter naturalem obligationem quæ ſubſiſtebat non poterat dici indebitum: ideo ſoluens ſi vult repetere non dicitur tractare de damno vitādo: ſed potius de lucro. quia nollet ſoluere quod naturaliter debet, ſed illud potius lucrari. cùm tamen ius naturale & etiā gētiū arctat ipſum ad ſoluendū. ideo non obſtat ratio. ſ. facta in cōtrariū. quia iuris ignorantia nō prodeſt in lucris captandis. vt j. l. proxi. & ſ. e. l. ſi emancipata. l. aūt cōtraria. & etiā ratio in contrarium facta pōt habere locum in alijs ſpeciebus indebiti, ſ. econuerſo quādo erat indebitū naturaliter. licet ciuiliter debitū. Item quādo vtroq̄ iure erat indebitū. Itē quādo erat indebitū ope exceptionis ꝓpetuæ & fauorabilis. licet quo ad obligationē vtroq̄ iure eſſet debitū. vt in muliere intercedente: quæ ciuiliter & naturaliter obligat. & etiā oriat actio cōtra eā. ſed habet exceptionē Velleiani. in his tribus ſpeciebus indebiti locū habet cōtrariū, vt impediat repetitio demū qñ ſoluit ſcienter, ſecus ſi qñ per errorē iuris vel facti. quia in iſtis bñ tractat de dāno vitando. nā in primo licet ſit ciuiliter indebitū, ex quo tñ eſt naturaliter indebitū, ius gentiū vel naturale ipſum nō arctat ad ſoluendū, nec etiā ius ciuile. quia rarò reperīt tale debitū ciuiliter tñ, quin ſit eliſum ꝓ exceptionem. Pone exemplū in eo qui eſt tutus exceptione pacti vel iuriſiurādi, quæ tollunt naturalem obligationē, et elidunt ciuilem. vt in l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pact. multò magis in ſecundo caſu quādo erat indebitum vtroq̄ iure. quia tunc nullū ius arctat ipſum ad ſoluendū. vnde volens repetere tractat de damno euitando. idem in tertio. quia mulier licet ſit ciuiliter & naturaliter obligata. & etiā contra eam cōpetat actio, attamē per ſenatuſconſultū tam actio q̄ obligatio elidīt. & ſic perinde eſt ac ſi non eſſet in rerū natura quātū ad hoc. ſed in primo caſu qñ eſt indebitū ciuiliter & naturaliter debitū, præſupponamus q̄ illa naturalis obligatio non ſit eliſa in aliquo, licet non ſit efficax ad agēdum. nec vnquā fuit cōiuncta cū ciuili. Gl. ponit duo exempla, ſ. in eo quod venit detrahendū per falcidiā. nam attenta diſpoſitione. l. falcidiæ nō debetur legatario ciuiliter. ſed attenta voluntate defuncti, cōtra quam falcidia detrahitur. vt in l. Titia. ff. ad l. falci. dicitur debitū legatario naturaliter. Itē ponit exemplū in legato relicto in minus ſolēni teſtamēto vel vltima volūtate. qa habito reſpectu ad defectū ſolēnitatis, quæ eſt de iure ciuili, nō debetur ciuiliter: ſed habito reſpectu ad volūtatē defuncti: quæ ita adeſt in voluntate nō ſolenni, ſicut in ſolenni. vt in l. fin. ff. de rebus eorum. debetur naturaliter. Vltramōtani reprehendunt iſta exempla. Bar. verò ſuſtinet Bal. cum diſtinctione. dic vt hic per eos. quia in his conſiſtit tota ſubtilitas huius materiæ quia Vltramontani in omnibus exemplis reprobant glo. ſed Bart. conatur eam tuſtinere. ſed pone exēplum indubitatū in eo q̄ eſt promiſſum per pactum nudū. nā illud debeī naturaliter tantum. & illa naturalis non eſt eliſa per aliquam. l. quia licet lex non alsiſtat tali promiſsioni vt faciat eam producere actionē. nō tamē reſiſtit: ideo talis obligatio naturalis dicitur ſubſiſtere in ſuis viribus. ideo meritò arctat debitorē ad ſoluendū. licet inefficaciter. quia ſola per ſe non ſufficit ad agendum, ſed bene ſufficit ad ſolutum retinendum. ſi ergo eſſet talis naturalis quę eſſet eliſa, non haberet locum quod hic dicitur. Pone exemplum in debitore liberato per præcriptionem: quæ tollit ciuilem, & elidit naturalem. nā ſolutum quocunq̄ errore repeteretur. vt no. in l. fi. ff. rem rat. ha.

ſic ergo diſtinctio huius l. habet locum in illo indebito ciuiliter,
3 ſed naturaliter debito. vt diſtinguatur, † an ſit ſolutum per errorem iuris, vel facti: habet etiam locum in indebito per exceptionem perpetuam & peremptoriam & odioſam. vt Macedo. nam tutus illa exceptio ſoluens per errorem iuris non repetit. vt in l. qui exceptionem. ff. de condi. indebi. ſecus ſi facti. vt ff. ad Macedo. l. fina. aliquando verò quocunq̄ errore ſolutum non repetitur, ſcilicet quando eſſet indebitum ratione exceptionis tēporalis. vt in l. in diem. ff. de condi. inde. ſecundū opi. Azo. quam hic refert glo. & communiter per Docto. licet quidam dixerint contrariū. Itē quādo eſſet indebitū ratione exceptionis inductæ gratia rigoris iuris conſeruandi. gloſ. ponit exēplum per l. Iulianus. de condi. inde. in exceptione reſiudi. tamen aduertendum q̄ illa videtur cadere ſub primo mēbro de indebito ciuiliter. ſed naturaliter debito. quia ſententia abſolutoria tollit ciuilem, & non naturalem. vnde in ea videtur diſtinguendum prout hic. aut fuit ſolutum per errorem iuris vel facti. & ſecundam partem tenet hic Barto. ſed in d. l. Iulianus. tenet illam quam tenet gloſ. q̄

quocunq̄

quocunq; errore solutum nõ repetatur. dicens quod sentẽtia absolutoria tollit ciuilem, & naturalem eo modo tangit. & si dicatur licet nõ tangat. & sic non elidat, videtur adhibẽda distinctio de qua hic. ipse respondet †q; ista distinctio procedit in naturali obligatione, quæ nunquã fuit iuncta cum ciuili. vt in exemplis supra positis nec vnquam peperit actionem. illa enim nõ est ita efficax vt impediat repetitionem soluti per errorẽ facti. sed quãdo semel fuit iuncta cum ciuili. & produxit actionem. & postea per sententiam tollitur ciuilis, non propterea tollitur actio, sed remanet in virtute naturalis solius. quòd patet ex eo quoniam exceptio rei iudi. est propriè exceptio: & sic præsupponit actionem. quia igitur naturalis non est elisa, nec in aliquo tacta per sententiam & habet actionem secum. licet illa sit elisa, est fortior quam illa quæ nõ habet actionẽ secũ, vt impediat repetitionem. soluti etiam per errorem facti, & est subtilis imaginatio sua, & plus placet quam illud quod ipse notat hic: quia concordat cum ista gl.

5 †Docto. autem ponunt alia exempla de exceptione inducta ad iuris rigorem conseruandum, scilicet in exceptione litis pendentis. Item in exceptione quam habet fideiussor ex epistola diui Adria. vt diuidatur actio. Itẽ in exceptione quam habent plures rei debendi ex noua constitutione, vt diuidatur similiter actio inter eos. & dicunt q; tutus tali exceptione soluens etiam per errorem facti non repetit: est etiam tertius casus, quando esset debitum quod crescent per inficiationem: vt l. aquiliæ: nam solutum quocunq; errore non repeteretur. quia videretur solui ratione cuiusdam tacitæ transactionis: vt ſ. e. in j. glo. mag. in quarto contrario de l. si is cum quo. ff. de confes. & j. de condi. inde. l. ea quę. & sic collige quòd interdum indebitum quocunq; errore solutum repetitur, & solum denegatur repetitio, quando sciẽter. vt in primis casibus: interdum quocunq; errore solutum nõ repetitur: vt multominus si scienter, vt in vltimis casibus. interdum distinguitur an sit solutũ per errorẽ iuris & ex certa sciẽtia & nõ repetitur. An per errorẽ facti. & tunc repetitur in casu huius legis, cui addidit etiam alium. distinctiones autem gl. reducuntur ad hoc. quod quoddam est indebitum ciuiliter, & naturaliter debitum. quoddam econuerso indebitum naturaliter, sed ciuiliter. debitum quoddam vtroq; iure indebitum: quoddam verò indebitum per exceptionem. licet debitum vtroq; iure inspecta obligatione. & ista est principalis distinctio. Secũda subdistinctio est, quia vltimum membrum de eo quod est indebitum ope exceptionis. subdistingue in alia quatuor. quia illa exceptio vel est temporalis, vel est perpetua, vel est dubia. an sit tẽporalis seu perpetua. quod vltimum in dubio præsumitur. vt in l. ſufficit. ff. de condi. indebi. vel est inducta ad iuris rigorem conseruandum. Item vltima subdistinctio. quia secundum membrũ prædictis scilicet quando exceptio est perpetua, subdistingui tus in duo. quia vel est fauorabilis, vel est odiosa. Sed quicquid boni ex prædictis sumi potest superius dixi: quia omnia prædicta verba reducũtur ad illa de quibus dixi, & ad illos casus. Postremò glosſ. opponit contra primum membrum primæ distinctionis, quando est indebitum ciuiliter, sed naturaliter debitum: & etiam contra tertium, quando nullo iure est debitum. constat enim quod in dictis casibus datur exceptio, & illa est perpetua fauorabilis. ergo quocunque errore solutum deberet posse repeti per id quod dicit glosſ. in ver. [si autem est vtroque iure debitum.] & respondet glo. q; propriè loquendo non dicitur exceptio, quia exceptio est actionis exclusio. ergo vbi non competit actio, propriè non est exceptio. sed impropriè. scilicet intẽtionis. Tale igitur non dicitur indebitum ope exceptionis. quando autem competit actio mero iure. tunc dicitur exceptio. vt in macedoniano & velleia & tunc dicitur adhiberi distinctio de qua in illo ver. [si autem.] an sit fauorabilis vel odiosa. & in primo casu non habet locum ista lex, imò indistinctè repetitur quocunq; errore solutum. sed in secundo sic. Cætera vide hic per Docto. quia nõ sufficerent sex lectiones ad recitandum ea quæ hic tanguntur.

De precibus imperatori offerendis. & de quibus rebus supplicare liceat: & ubi. *Rubrica.*

1 vt Casus in quibus seruus habet legitimam personam.
Laudabilis fides serui inducentis necem domini sui.

LEX I.

1  Icet seruilis. †Rescripta impetratum à seruo super nece domini sui valet. quia licet realiter fit inhabilis ad impetrandum, quantum tamen ad hoc est habilis: & etiam ad accusandum de
2 nece domini. hoc dicit. †Et sic not. casum in quo seruus habet legitimam personam. & sic alibi infrà si per vim vel alio modo. l. j. Item not. laudabilem fidem serui vindicãtis necem domini sui.

a ¶ Non obstante. De hac clausula non obstante. vide latissimè per Fel. in c. nõnulli. de rescrip. & per eun dẽ Pau. de cast. in cõsil. cclxxv. in ij. parte consiliorum antiquorum. inci. passus iste Cur.

b ¶ Vt est papa. Adde vt in c. cũcta p mundũ. ix. q. iij. c. si Papa. xl. dist. & c. nunc autem. xxj. distin.

2 ☞ *In clausula non obstante. an debeat fieri expressa mentio de lege disponente contrarium an autem sufficiat generaliter dicere non obstante quacunque lege contrariũ disponente?*

Tollere totum ius alterius non pertinet nisi ad suppremum principem, qui non recognoscit superiorem.

3 *Dilatio si conceditur debitori meo per principem, an interim teneatur mihi ad usuras? An interim præscribat contra me? An ista concessio facta debitori prosit fideiussoribus suis?*

4 *De quanto tempore possit peti dilatio, & si excedat quinquennium, quòd rescriptum reddatur in totum nullum.*

LEX II.

1  Voties. †Rescriptũ per quod conceditur vel tollitur dilatio temporis permittitur impetrari. & impetratum tenet: non sic in illo per quod totũ ius alterius absorbetur. h. d. & semper allegatur. In tex. ibi, [moratoria præscriptio]. i. dilatoria exceptio. In tex. ibi, [mandatur.]. i. permittitur supplicari per hoc. & per consequens confessio facta. ad talem supplicationem valet secus in casu sequenti: vbi prohibetur postulari, ergo confessio facta ad talem postulationem prohibitam non valet: quia cuius prohibetur petitio, eiusdem facta confessio nõ valet ipso iure. vt j. de peti. bo. subla. l. j. lib. x. Et ideo hoc no. in gl. j. Circa primam partem quando tollitur vel conceditur dilatio temporalis, valet: intellige etiã si in re
a scripto nõ contineatur clausula non obstante quacũq; l. qui nulla. l. obstat, cum illa permittat hic impetrari: secundum verò dcim q; non valet. debet intelligi nisi in rescripto cõtineatur dicta clausula non obstante. quo tamen casu distinguitur an princeps tollat id quod est de iure ciuili, vt actionem: & valet: quia potest hoc facere an id quod de iure gentium, vt dominium, & tunc non valet: quia non potest hoc auferre. nisi ex causa, & pro bono rei publicæ. & tunc etiam debet prouidere illi de pretio. vt in l. Item si verberatum. §. j. ff. de rei vend. & hoc vult glosſ. mag. in vlt. q. quę concernit istam secundam partem: & non primam sed aduerte. quia ista distinctio videtur contra istum text. qui prohibet tolli exceptionem peremptoriam. nam illa videtur de iure gentium si oritur expacto de non petendo: vel ex solutione facta. & glosſ. videtur sentire quod si continetur clausula non obstante, valeat rescriptum dum specialiter loquitur de dominio. dicens quod nõ valeret si illud tollerentur. Præterea licet actio sit de iure ciuili, oritur tamen ex contractu. qui est de iure gentium. vnde videtur quod non possit tolli sicut nec ipse contractus. Innocen. tamen videtur stare cum ista distinctione in c. quæ in ecclesiarum. de consti. de ista materia tractatur per Cyn. j. eod. l. rescripta. & per
2 Bart. in l. fina. j. si contra ius vel vti. publi. dic vt ibi. †& etiam an requiratur quod in clausula non obstante fiat expressa mẽtio de l. disponente contrarium, puta non obstante. l. quoties. C. de preci. impe. offe. An sufficiat generaliter dicere non obstante quacũque. l. contrarium disponente. & ista pars vltima communiter ibi tenetur. per ea quæ habentur in. l. si quis in princip. testamenti ff. de leg. iij. Adde vnum quod est notandum. nam dicit hic Alberi. quòd tollere totum ius alterius nõ pertinet nisi ad supremum
b principem qui non habet superiorem: vt est Papa, b vel Imperator. Inferior verò qui superiorem recognoscit, vt sunt Comites, & Marchiones, qui recognoscunt ecclesiam, vt Marchio ferrariæ & similes, non possent: etiam si in eorum rescripto contineretur clausula non obstante. & etiam si esset casus in quo Imperator posset tollere. & allegat Archi. hoc tenentem. xxv. q. ij. in summa glosſ. & ego habui consulere isto anno in ciuitate Pergami. quia dominus Pandulphus tempore quo ibi dominabatur per suum rescriptum liberauit quendam partialem suum ab eo in quo tenebatur alteri pergamensi. dixi quod non valebat rescri-

a ¶Duce Mediol. & quod dux Mediolani in terris suis exerceat vices imperij adde eundem. Pau. de cast. in cõsi. cxcvi. per totũ. & maxime in sing. inci. consi. super primo dubio videtur dicendũ. & ibi q̃ põt auferre ius tertij. & per Alexan. de Imo. in cõsi. ij. co. iiij. in j. volu. Cur. & tu adde cõsi. Pau. de ca. ẽ. in prima parte cõ. nouorũ. Et prædictis adde quæ pulchrè dicit d. meus do. Bart. Sozi. in suo consilio. clviij. col. ij. & Aret. in c. at si clerici. §. de adulterijs. de iudi. S.

b ¶De quanto tẽpore. Adde Bal. in l. fin. C. qui admit.

c ¶Sine septẽ testib⁹. An valeat testamentum cum duobus testibus & notario parochiano vide per Io. in addi. Spec. titu. de instru. edi. in §. compendiosè. Doct. in c. cum esses. de testa.

ptum, etiam si ipse fuisset iustus dominus, & cũ iusto titulo habito ab impetratore, cũ ipse recognoscat imperatorem in superiorẽ & omnia faciat tanquã eius vicarius. & idẽ a esset dicendũ de duce Mediolani' qui facit vt dux. & sic nomine imperij. quia hoc nõ pertinet nisi ad supremũ principem. secus in illis comitatibus q̃ de facto nõ recognoscũt superiorẽ, sed regunt semetipsos absq; vicariatu imperatoris, sed proprio quia ille obtineret principatum supremũ in eorum territorio, & loco principis habẽtur. vt not. Cyn. in l. ea lege. ante fi. j. de cõdi. ob cau. & Bar. in l. hostes. ff. de captiuis: Tene menti. quia est quotidianũ: vt dixi. † Circa primã verò partẽ. Cy. mouet hic aliquas q̃stiones. videlicet si per principẽ cõceditur dilatio debitori meo. an interim teneatur mihi ad vsuras. Itẽ an interim præscribat cõtra me. Item an ista cõcessio prosit fideiussoribus suis: vt possit cõtra me obijcere exceptionẽ dilatoriam tempori. de quibus dic vt plenè per eũ notabiliter loquitur secundùm Pet. & semper remittitur ad eius dicta. Extra Cy. quæro de quanto tẽpore b possit peti dilatio. breuiter puto modico tẽpore. per rationem positam hic in prin. gl. quia in mora modici temporis nõ est magnũ periculũ vel damnũ. vt in l. si debitori. ff. de iudi. & in illa ratiõe fundatur iste tex. vt patet ex ratione posita in secũda parte. dum dicit [sine graui partis alterius dispendio.] à contrario sensu. puto aũt modicũ tẽpus debere determinari prout habetur in simili in l. fi. j. qui bonce. pos. scilicet in dilatione quinquẽnalf. & quando excederet, diceretur afferre graue præiudicium. sed an tũc redderet rescriptũ in totum inutile. an verò esset vtile, vsque ad quinquennium. puto primam partem esse veram quia petitur vtum tempus indiuisibile. ar. eorum quæ no. in l. si sponsus. §. generaliter. ff. de dona. inter vir. & vxo. iuncta. l. scire debemus. de verbo. oblig.

2 *¶ Quando per legem expressè prohibetur impetratio, in quo differat iste casus ab alio quando non prohibetur, expressè tamen impetratio est contra tenorem legis, ad hoc ut rescriptum videatur nullum.*

LEX III.

1 NEc damnosa. †Primũ dictũ huius l. vr̃ posse intelligi etiã si rescriptũ in modicum esset damnosum fisco. vt si cõcederet modicã dilationẽ in præiudiciũ fisci debitori fiscalis. vt differat à priuato. vt §. l. proxi. Item procedit nisi cõcederet indulgentiam pœnę delicti antequam pœna esset exacta per fiscũ. nam in hoc non censetur rescriptũ esse fisco damnosum. vt j. e. l. rescripta in fi. secus si pœna esset exacta, vel bona cõfiscata. vt est casus in l. j. j. de peti. bo. subla. gl. aũt hic ponit exemplũ q̃ contineret graue præiudiciũ fisci. & vult tũc etiam si cõtineret clausulã, nõ obstante quacũque. l. cõtrariũ disponente. non valeret rescriptũ. nisi sequeretur secunda iussio. i. secundũ rescriptũ idẽ cõtinens. Et idẽ dicũt quidã vbicũque impetratio expressè per l. pro hibet. vt in casu l. p̃ced. q̃ tollit ex toto ius alterius. & in l. ij. §. de sum. tri. vt requiratur secunda iussio. & non sufficiat clausula non obstãte secundùm Iac. de Raue. vt no. Cy. in l. fi. j. si contra ius, vel vti. pu. Pet. contra. q̃ sufficiat clausula: nec requiritur secũda iussio:
2 nisi quãdo tẽdit in p̃iudiciũ fisci. & hoc magis placet. † & si quæratur in quo ergo differt iste casus q̃ per l. expressè prohibet impetratio, ab alio q̃ nõ prohibetur expressè, tamẽ impetratio est cõtra tenorẽ. l. puta q̃ Pupillus possit testari. nã etiam dicto casu videtur esse rescriptũ nullũ. vt in isto tex. dũ dicit [iuri cõtraria.] vt in d. l. rescripta. quod est intelligẽdũ nisi cõtineat clausulã nõ obstante. Rñdeo quia q̃ non prohibet expressè impetratio. licet rescriptũ esset cõtra tenorẽ iuris, si tamẽ neminẽ offenderet, & p. desset impetranti, valeret etiã sine clausula p̃dicta. vt in d. l. rescripta. ver. nisi fortè per quẽ etiã iste tex. limitatur. dũ dicit. [nec iuri cõtraria.] vt intelligatur scilicet q̃ aliũ lædent. quia tũc nõ valẽt nisi cũ clausula. sed si expressè prohibetur impetratio, tũc etiã si aliũ nõ læderet nõ valeret rescriptũ sine dicta clausula. vt not. in d. l. rescripta. sic ergo recollige. aut rescriptũ est dãnosum fisco. & rũc nõ valet etiã cũ clausula. sed expectat secũda iussio. & etiã si modicũ esset dãnosum: licet secus in priuato. autnõ est dãnosum fisco. sed priuato. & tunc aut parum, & valeat etiam sine clausula. aut multũ. & tũc non valeat nisi cum clausula. & hoc si est casus in quo non prohibetur expressè impetratio. aut nulli est damnosum. & valet, etiã si sit contra tenorẽ iuris. vt in d. l. rescripta. ver. nisi vtsi quis impetrauit q̃ posset facere testamentum sine septẽ
c testibus, & cũ quinq; hoc eẽ nulli nocet. & tamẽ est cõtra dispositionẽ iuris. valet etiã sine clausula. vt in l. si qñ. j. de inoffi. test. si verò ,phibet impetratio expressè, tũc nõ valet sine clausula: etiã si nulli noceat, quia præsumitur per fraudẽ impetratum. vt §. de sum. tri. l. ij. & ibi no. in glo. super verbo per fraudem.

2 *¶ Habens dilationẽ soluendi à principe, non potest ea uti, nisi satisfiet cum fideiussoribus de soluendo adueniente termino. & idem si habet à testatore: & an possint præstari fideiussores post rescriptum? & nu. 5.*

3 *Quid si habeat dilationem à leget*

4 *Quid in eo qui habet dilationem à parte contrahente, quòd non teneatur dare fideiussores nisi superueniat nous causa suspicionis?*

5 *In dilationibus in quibus tenetur præstare fideiussores, si non potest præstare, exigitur debitum deducta utilitate medij temporis. & quid si non uult præstare?*

6 *Quando lex uel statutum mandat fideiussores præstari, aliàs annullat actum. intelligitur si petatur.*

7 *Quid in iuramento calumniæ, quod nisi præstetur non ualet processus. quod hoc intelligatur si fuerit petitum.*

LEX IIII.

1 VNiuersa. †Obtinẽs dilationẽ à principe per rescriptum, non potest ipso gaudere vel vti. nisi ipse satisfdet cũ fideiussoribus de soluendo adueniente termino. h. d. nota. si ergo per concilium ciuitatis fiat reformatio quòd mercatores habentes pecunias alienas in depositum non possint grauari vel compelli ad soluendum. prout fecit cõitas Florentiæ durante guerra. poterunt tamẽ creditores petere dari eis fideiussores. per hanc l. vbi est casus. nisi etiam in reformatione cõtineat cõtrariũ. ideo sint cauti dicta tores reformationum. vt faciant hoc reformari & apponi. & venit ista. l. ad limitationem. l. quoties. in primo casu. §. e. vbi debitor po
2 test à principe impetrare dilationem ad soluendum. † Not. ergo ex ista. l. primò quod habens dilationem soluendi à principe nõ potest ea vti: nisi satisfdet cum fideiussoribus de soluẽdo aduenientẽ termino. Idem si habeat à testatore: vt in legatis relictis in diẽ, vel sub conditione. l. inter omnes. ff. qui satisd. cogan. & in toto ti. vt lega. no. ca. ff. & C. Idem si à iudice: vt in l. ij. §. sed & si dubite-
3 tur. ff. de iud. in ver. competenti cautela. † Quid autem si à lege. dicit Cy. & Bal. q̃ tunc sufficit q̃ caueat nuda cautela sine fideiussoribus. vt in §. sed & si dubitetur. Certè ipsi videntur loqui contra tex. in l. si constante. §. quoties. ff. so. ma. vbi maritus habens dilationẽ legalẽ ad restituendam dotẽ debet interim cum fideiussoribus cauere. Fallit in casu. d. §. sed & si dubitetur, per rationẽ ibi positam. quia ibi petebatur cautio à forense, cui erat difficile re-
4 perire fideiussores. Nos loquimur quãdo à ciue vel incola. † Itẽ quid in eo qui habet dilationem à parte cõtrahente vt si promisisti mihi soluere hinc ad annũ, vel purè: & postea feci tibi pactum de non petendo hinc ad annum, an interim possum petere q̃ des fideiussores, hic est distinguendum. aut superuenit noua causa suspicionis, & possum: aut non superuenit, & tunc secus: qa mihi debeo imputare cur dilationem feci. & iste est casus in l. in omnibus. ff. de iud. & in l. si creditores. de priui. cre. & prout in prin. l. si is à quo. §. fi. cum. l. seq. in præcedentibus casibus non requiri
5 tur quod causa de nouo superueniat. † Quid aũt si in illis in q̃bus tenetur p̃stare fideiussores, nõ põt præstare. Dic q̃ exigit debitũ deducta vtilitate medij tẽporis: sed si præstare non vult, exigitur nulla facta deductione. vt in d. l. si constante. §. quoties. vbi est tex. no. secundùm Cy. Sed opponitur contra tex. dũ dicit. [nõ aliter valeant.] nã aut rescriptum à prin. fuit ipso iure nullum: quia nõ erãt præstiti fideiussores, & tũc licet postea præstarent, nõ reconualescerent. vt in l. q̃ ab initio. de re. iur. cuius contrariũ videtur esse de mẽte huius. l. quæ vult q̃ possint p̃stari post rescriptũ impetratum: aut rescriptum à principio valuit. & tum licet post ea nõ p̃staretur, nõ deberet irritari. vt in c. factũ legitimè. de re. iur. lib. vj. & sic iste text. videtur implicare contradictionem. timore cuius Pla. dixit quod erant præstandi ante impetrationem & nisi fuerint præstiti, non valebit rescriptum ab ipso initio:

nec

nec reconualescet ex post facto: sed hoc est cõtra mentem huius l. quæ sentit ꝙ debeant præstari post. ideo gl. sentit ꝙ rescriptum ab ipso principio fuit validũ: tamen nõ potest eo vti nisi pręstet fideiussores. & si nõ præstat, nõ est nullum ipso iure. sed per exceptionem. quæ glo. semper allegatur ꝙ qñ l. vel statutũ mandat aliquid fieri post actũ celebratum. & nisi fiat dicit actũ nõ vale- re ꝙ debet intelligi nõ ipso iure sed ope exceptionis. vt si dicat testamentũ vel contractũ aut instrumentũ debere insinuari. & nisi fuerit insinuatum non valeat: quia illa insinuatio venit fienda post actum celebratum. licet per multũ tempus steterit ꝙ nõ fuerit insinuatũ, non est nullum: sed semper poterit insinuari, & insinuatione facta poterit quis vti: nisi apponatur in statuto certum tempus intra quod debeat fieri. nã eo elapso irritabat ac si dicat ꝙ sit nullum. & ista faciunt ad quæstionẽ de vsurario manifesto, cuius testamentũ nõ valet nisi præstiterit cautionẽ de restituendis vsuris. vt in c. quãquam. de vsu. lib. vj. nam illa cautio non est de forma testamenti. quod patet: quia ea quæ sunt de forma debent interuenire in ipso actu obligati. §. tutor. instit. de autho. tut. sed illa cautio potest pręstari ante factum testamentum. & tunc valeret sine dubio. in d. c. ergo & eodẽ modo potest pręstari, post factũ testamentũ ex interuallo. licet illud c. dicat testamentum nõ valere si quouscp dixit cautionem nõ præstiterit. & sic est in præcedenti quouscp viuit. & ita determinatur per Doc. ibidẽ. & per Bar. in l. filio præterito. in fi. de iniust. test. post mortem verò si præstaretur per hæredem, non faceret recõualescere testamentũ: sed prodesset hic dũtaxat ad sepulturã. vt not. per gl.
6 in cle. j. de vsu. †Vltimò not. glo. dum dicit [si aduersarius postulet.] quã perpetuò tenementi. ꝙ qñ l. vel statutum mãdat fideiussiones præstari, aliàs annullat actum. puta ꝙ qñ forensis agit contra ciuem teneatur præstare fideiussores, de expẽsis soluendis. aliàs non valet processus. vt dicit statutũ huius ciuitatis forẽ sis egit, & nõ præstitit, quia non fuerunt petiti. opponebatur ꝙ
a processus erat nullus. ego dicebam' nõ esse verum si non fuerint petenti. pars aduersa dicebat contrarium quod illi incumbebat hoc onus. & quod debebat offerre si volebat admitti. certè hic est gl. iuncto text. pro eo quod ego dicebam. bene facit l. peto. §.
7 fratre. de lega. ij. vbi dum dicit si cautio non fuerit postulata. †Et quòd habetur in iuramẽto calumniæ. ꝙ nisi præstetur nõ valet processus. nam est verum si fuerit petitum. aliàs secus. vt not. in l. ij. §. sed quia veremur. j. de iura. cal. & co. ti. c. j. lib. vj. & vide hic ad ea quæ dixi in præcedenti articulo no. per Bar. in l. si ita quis. §. ea lege. de ver. obli.

a ☞ Differentia inter appellationem & supplicationem. & nu. 3.
b Quando non potest appellari, non supplicatur nisi semel. & quando etiã non possit supplicari
Per supplicationẽ non rescinditur sententia, sed potest mandari executioni ea pendẽte.

LEX V.

1 Si quis. †A sententia præfecti prætorio nõ supplicatur nisi semel. h. d. Pręmitte ꝙ à sententia
2 principis, †vel senatus, vel præfecti prætorio propter excellentiam dignitatis non appellatur. vt ff. à quibus appel. non lic. l. j. nec à sententia cõcilij generalis. vt §. de summa trini. l. nemo clericus. & ibi not. in gl. quę incipit primũ dubium. Potest tamen à sententia prædictorũ supplicari. vt j. de sen. præfec. præto. l. vnica. & differt appellatio à supplicatione, quia per appellationem conqueritur appellans non tolum de sua simplicitate seu negligentia. vel de dolo aduersarij. sed etiam potest cõqri de iniquitate iudicis. sed quãdo supplicatur, nõ conqueritur de iniquitate iudicis, sed de primis duobus, sicut quãdo petitur in integrum restitutio. vt in l. præfecti. ff. de mino. & not. in Spe-
1 PRæſcriptione. †Lex iſta legit duobus modis in glo. licet glo. quæ incipit [quatuor.] videatur ponere quinque lec. ſed reuera reducuntur ad duas. vna fuit lectu. Pla. altera fuit lect. Io. & Azo. quę ſunt de directo contrariæ. nam iſta l. hoc dicit quòd ſi reſcriptum impetrationis iudicis delegati eſt ſubreptitium propter aliquam falſitatem expreſſam, vel propter aliquam tacitam. ex tali reſcripto nulla tribuitur iuriſditio delegato. ideo de cauſa debet cognoſci per iudicem competentem, qui debet ſequi veritatem. h.d. ſed ſecũdùm Ioan. & Azo. die quòd imò ex tali reſcripto tribuitur iuriſditio delegato: tñ ipſe debebit procedere in cauſa, non ſecũdùm narrata vel tacita, ſeu expreſſa, ſed ſecundũ q͛ eſt rei veritas. pro qualibet harum lect. faciũt iura & rationes. Pro lect. enim Pla. facit tex. imò videtur ibi caſus. & ex illa l. fuit motus in l. & ſi legibus. j. eod. q͛ mendax Imperatori carere debet penitus impetratis: ſed non careret penitus, ſi per tale reſcriptũ tribueretur iuriſditio delegato. nam ſaltẽ obtineret iudicem ſibi propitium. Pro lec. Azo. facit. l. pręcedẽs. nam illa lex æquiparat ſurreptionẽ quæ fit in tacendo, ei quæ fit in exprimendo falſum. & tamen in primo taciturnitas non reddit legationem nullam: ergo nec ſecunda. multæ etiã rationes & iura introducuntur pro vtraq; parte. propter quas diſſentiones tollendas emanauit c. ſuper literis. extra de reſcri. † in quo diſtinguitur. aut impetrans doloſè expreſiſit mendaciũ, vel tacuit veritatem: & tunc reſcriptum lit ipſo iure nullũ, & non tribuet ex eo iuriſditio. & illo caſu locũ habet opi. Pla. aut non per dolum: & tunc aut fuit expreſſum vel tacitũ, tale quid, quod ſi non fuiſſet expreſſum vel tacitũ, impetrans reſcriptum nihilominus obtinuiſſet, & tunc reſcriptum valet: & tribuetur ex eo iuriſditio cũ effectu: quia iudex delegatus poterit procedere in cauſa: ſecundũ tñ veritatẽ, & non ſecundũ expreſſa vel tacita. & ita locũ habeat opi. Io. & Azo. quæ videt de mente huius. l. nolendo tex. cauillare, dum dicit [datũ iudicẽ:] vt intelligat de illo iudice qui fuit datus per illud reſcriptũ. nam tenẽdo lectu. Pla. oportet tex. impropriare, quod intelligat de alio iudice: puta ordinario. & dum dicit [datum.] intelligatur. ſ. à lege. vel ſi intelligat de illo eodẽ iudice delegato. debet intelligi quod etiã ipſe erat ordinarius: & quod non cognoſcet vt delegatus, ſed vt ordinarius, & illa eſt magna impropriatio. ſi verò fuit expreſſum tale mendacium: vel tacita talis veritas, quòd vel quæ ſi non fuiſſet expreſſa vel tacita, reſcriptum non obtinuiſſet: tũc ſeruatur media via: quia reſcriptum mero iure valet, & in hoc applaudet lec. Azo. non tñ in effectu: quia poterit elidi ope exceptionis, & in hoc applaudet lec. Pla. & ſi non obijceretur exceptio, poſſet iudex cum effectu procedere. ita intelligitur illud. c. licet hoc non bene exprimat ibi, ſed no. eo. tit. c. cæterũ. Pe. autem dicit primũ membrum illius. c. eſſe cõtra iſtum tex. expreſsè, q͛ hic loquitur qñ impetrans fuit in dolo. dum dicit [in tacendi fraude.] & tamen tenendo in hoc. c. lec. Io. & Azo. quæ eſt de mente literę. reſcriptum nõ eſt nullũ ipſo iure: nec in effectu, imò valet, & ſine obiectu exceptionis poteſt iudex procedere ſecundũ veritatẽ. Bar. tñ ſuſtinet, dicens illã. l. procedere qñ cõmittitur cauſæ cognitio, & diffinitio: ſed ſi cognitio inciperet ab executione: quia mandaret princeps quod rem quã tenes, quã ego expreſſi eſſe meam. reſtituas mihi, quo caſu videt cõmiſiſſe etiam cognitionem, vt eſt in l. & ſi non cognitio. tunc habet locum q͛ in illo capitulo in primo mẽbro, quæ verba Bar. traxit de capite ſuo non quòd text. ibi hoc probet, vel velit. vnde puto quòd Pet. verius dixit. † Qualiter autem intelligatur alia diſtinctio, an ſint talia, quæ ſi non fuiſſent expreſſa vel tacita, impetrãs reſcriptum obtinuiſſet, vel non. hoc non declaratur ibi in text. ſed Docto. noſtri videntur dicere, & de illa eſt veritas, quòd aut ſunt talia quę reſpiciunt negotium principale, non autem iuriſditionem: vt ſi narraui quòd poſsidebas rem meam, cum reuera non eſſet mea: vel quòd eras debitor, cũ nõ eſſes. tunc habeat locum opi. Azo. qui ſaltẽ erat dubium, & princeps non fuit motus ad dandum iudicem, propter hoc quòd aſſerui rem meã, ſed vt litem & dubium decideret: ſed ſi ſit tale quid quòd non concernat negotiũ principale: ſed iuriſditionem: vt quia non narraui quòd ſuper illa cauſa lis penderet corã alio iudice, quod ſi narraſſet, princeps alteri non commiſiſſet: vt ſ. tit. proxi. l. ñ. vel narraui me appellaſſe, cum eſſet falſum: & ſit idem. vt ſ. titu. proxi. l. fina. tunc habet locum tertium membrum illius diſtinctionis: quia reſcriptũ valet mero iure: ſed poteſt elidi per exceptionem: quæ debet opponi ante lit. conteſta. & tunc iudex delegatus pronuntiabit ſe non eſſe iudicem: ſed ſi opponeretur poſt, non deberet admitti: quia eſt exceptio dilatoria. & idem ſi eſſent exceptiones litis finitæ per tranſactiones, vel iuſiurandum. illæ enim poſſunt appo-

3 ni non

tl non ſolum in vim peremptoriæ:& tũc reſpicerẽt negotũ prin cipale,& nõ haberent vitiare reſcriptum: ſed etiã poſſunt obijci in vim dilatoriæ cõtra reſcriptum & iuriſdictionẽ: quia ſi princeps ſciuiſſet cauſam finitam, per reſcriptum eam noluiſſet reſu ſcitari per l.cauſas.j.de tranſac.& ita no.in c.j.de lit.conte. lib.vj. in gl.Et eſt notãdũ q in caſibus in quibus procedit lec. Azo. vt quo mendacium ſeu expreſsio falſitatis, vel taciturnitas veritatis cõcernunt negotium:ſeu expreſsio falſitatis vel ſubreptionis nõ poſſunt opponi contra reſcriptum: quia non intrat delegationem,nec impedit iuriſdictionem cõferri:non enim principem creditur fuiſſe motum ad dãdum iudicem delegatum propter ea quæ narraui impetrãs,ſed quia ſuper eis erat lis inter partes.vndevoluit quod decideretur.& ſic delegatio dicitur eſſe pura.ſed debet opponi.in vim peremptoriæ, poſt lit.conteſt. vnde ſi narraui q occupas rem meam,vel q me expoliaſti poſſeſsione eius.q eras debitor meus.& petij dari iudicem delegatum vt cognoſcat de prædictis,& te cõdemnet.& tu opponis de reſcripto.quod eſt ſubreptitium.& offers te paratum probare rem nõ eſſe meam.& q me nõ expoliaſti quo probato petis pronuntiari reſcriptum eſſe ſubreptitium.& illũ nõ eſſe iudicem cõpetentem,& te abſolui ab obſeruatione iudicij:quæ abſolutio non eſt interlocutoria.& me cõdemnari in expẽſis.ego autem dico iudicẽ debere procedere in negotio principali.& facere te reſpõdere libello meo,& litem conteſtari.& ſi probabo quæ narraui,dabit ſentẽtiam diffinitiuam pro me.& ſi nõ probabo,vel tu probabis me dixiſſe falſum,dabit ſentẽtiam diffinitiuã pro te. tu verò opponis q primò & ante omnia oportet cõſtare de iuriſditione iudicis:vt j.de excep.l.fi.quæ ergo erũt partes iudicis?certè nõ admittet exceptiones tuas cõtra reſcriptum & cõtra iuriſdictionẽ: quia poſito q eſſent vera nõ reddunt reſcriptum nullum:nã eodem modo princeps cõceſsiſſet,propter dubium litis. quod erat inter te & me ſuper prædictis,ſecundũ q ego peto,quare faciat te reſpõdere libello meo,& litẽ conteſtari:nõ autem feret ſententiam ſecundũ narrata per me:niſi probẽ illa eſſe vera, ſed ſequetur veritatẽ.& ſi apparebit q ego nõ dixi verum,dabit ſententiã
4 pro te diffinitiuã.†Hæc eſt lec. Azo.quæ eſt vera in iſtis terminis.cui lec.ob.l.& ſi legibus.j.eo.vbi dicitur q mendax precator penitus caret impetratis: ſed nunc non carebo penitus,quia ſaltem habebo iudicem delegatum ad voluntatem meam, nõ plures dantur ſolutiones.ſed iſta cõmuniter tenetur,q illa loquitur in reſcriptis de gratia, quæ propter ſurreptionẽ redduntur ipſo iure nulla etiã quó ad cõferendũ iuriſdictionẽ executori ſuper hoc delegato.vt in c.ad audientiam.el ij.& ibi gloſ.mag. circa fi. extra de reſcrip. nos loquimur de reſcripto de iuſtitia. quæ proprie reſcripta dicuntur.nulla enim gratia vel priuilegium cõceditur, ſed ſolus iudex delegatus ad obſeruãtiam iuris cõmunis, vt faciat iuſtitiam inter partes, quæ nõ redduntur ipſo iure nulle propter ſurreptionẽ:nec etiam in effectu ſi ſurreptio non con
5 cernit delegationẽ:ſed negotium principale. † Item ob.huic lec. quia in omni reſcripto etiam de iuſtitia apponitur vel ſubintel
a ligatur clauſula ſi preces veritate nitantur[a]. vt j.titu.j.l.fin.& illa conditio videtur concernere omnia in reſcripto contenta tã delegationem vel commiſsionẽ iuriſdictionis:quam etiã diffinitionem cauſæ.vnde ſi reperiãtur falſa quæ narrata ſunt, videtur omnis conceſsio reddi nulla:quia conditio de præſenti falſa non ſuſpendit actum, ſed ſtatim reddit ipſum nullum: vt l. cùm ad præſens.ff.ſi cer.pet.Dicunt Doc.q imò illa cõditio nõ refertur ad delegationẽ:ſeu collationẽ iuriſditionis. ſed ſolum ad diffinitionẽ cauſę,q diffiniatur ſecundũ quod petitur,ſi vera ſunt quę in precibus narrãtur:& nõ aliter:ipſa verò delegatio cenſetur facta purè,nõ ſub aliqua cõditio. Bald.ſubtiliter & melius dicit.q falſa conditio etiam diffinitionẽ non reddit cõditionalem:quia ſi redderet:ſequeretur q ſi iudex pronũtiaret pro me impetrãte: cũ tamen narrata pro me fuerint reperta falſa,nõ valeret pronũtiatio:quia nõ eſt ſeruata forma reſcripti.vt in c.cũ dilecta .de reſcri.cuius tamẽ cõtrarium eſt veritas.nã Inn.in c.ſuper literis. dicit q ſi Papa mãdet iudici q cõdemnet te mihi:ſi probabo te debitorem meũ,& iudex hoc nõ probato condẽnet: q valet condemnatio.& eſt ratio: quia illa cõditio ineſt à iure, etiã ſi nõ exprimatur.ideò nõ reddit actũ cõditionalẽ. vt l.conditiones quæ extrinſecus.de cõdi.& demõ. ſed potius facit admonitionẽ quã conditionẽ.vt eſt tex.notab.in ſimili in l.muto.§.ſub cõditione.

ff.de tute.valebit ergo ſentẽtia lata pro impetrante.etiã ſi preces veritate nõ nitãtur, § illa cõcernebant negotium principale. & inerãt etiã ſi nõ fuiſſent expreſſa.& ſic non
6 obſt.dicta oppoſitio.†Tertiò & vltimò obſtat huic lecẽ.l.cùm verò.§. ſubuentũ. ff.de fideicõ.lib.& l.j.§.hæc verba. ne vis fiat eicum ſimil.in quibus habetur q decretum interpoſitum ex falſa cauſa eſt nullum ipſo iure.ergo & delegatio:ſed dic q contrariũ loquitẽ in decreto deciſiuo negotijs,quod fundatur in cauſa.vnde ſi illa reperitẽ falſa ruit:ſicut & reſcriptũ gratioſum. vt in l. & ſi legibus.j.eo.nos loquimur in reſcripto nõ deciſino:ſed tẽdente ad deciſionẽ dubij,quod erat inter partes : vnde nõ fundatẽ in expreſsione narratorũ,ſed in dubio litis,quæ erat inter partes.& iſta cauſa nõ erat falſa,imò vera. Cõcluditur ergo q tales exceptiones nõ ſunt admittendæ cõtra reſcriptum.& ita determinat expreſsè Io.and.in regula exceptionẽ obijciẽs.de reg.iu.li.vj. in mercur.in quæſtione ibi diſputata.ſi narraui te me ſpoliaſſe, & impetraui iudicẽ vt te cõpellat ad reſtituendũ, & tu opponis q reſcriptũ eſt ſurreptitiũ,& proteſtaris q nõ vis litẽ cõteſtari. ſed cognoſcatur de illa ſurreptione, & pronũtietur ſuper reſcripto, & q ille nõ ſit iudex cõpetẽs,q iſta exceptio non debet admitti: ſed debet te cõpellere ad rñdendũ libello meo,& ad procedẽdũ ſuper principali negotio:& feret ſentẽtiã pro eo qui probabit.& ſecundũ veritatẽ, nõ ſecundũ aſſertionẽ meã. tenendo autẽ opi. Pla.in caſibus in quibus eſt vera:quia narrata cõcernũt delegationẽ,quã princeps nõ feciſſet ſi ſciuiſſet narrata nõ eſſe vera:tũc procedũt ea quæ ś. dixi in cõtrariũ. quia talis exceptio opponetur cõtra reſcriptũ, & non cõpelletur obijciens procedere in negotio principali:niſi prius diſcuſſo & pronũtiato ſuper exceptionibus. & ſi apparebit eas obſtare,pronũtiabit reſcriptũ eſſe ſubreptitiũ,& ſe nõ eſſe iudicẽ competentẽ:& abſoluet ipſum obijcientẽ ab obſeruatione iudicij.& condemnabit impetrantem ad expenſas. Huic lec. obſt.iſte tex.in fi.dum dicit q talis iudex ferret ſentẽtiam. & ſic innuit q poſsit cognoſcere de negotio principali,& ſentẽtiam diffinitiuã ferre. Plac.dicit q nõ loquitur de diffinitiua:ſed de interlocutoria ſuper reſcripto. & ſuper ineõpetentia iuriſditionis : vel ſi vis intelligere q loquatur de diffinitiua:& q poſsit cognoſcere de negotio principali:tunc dic q non cognoſcetvt delegatus,ſed vt ordinarius,ſi erat alius ordinarius inter partes & ſi dicas hoc eſt cõtra tex. qui loquitur de ipſo delegato,dum dicit [datum iudicẽ.] Rñdet ipſe [datum.] ſ.à l.& eſt ſenſus q alius ordinarius à l.datus cognoſcet:vel ſi vis intelligere de eodẽ delegato.dic q cognoſcet de cõſenſu partium,non aliter:certè ſi ſua opi.eſt vera,q reſcriptũ reddatur ipſo iure nullum,& nulla cõferatur iuriſdictio, tunc etiam de conſenſu partium nõ poſſet procedere.vt d.l.priuatorum.j.de iur.om.iud.ſed in hoc ſua opin.non eſt vera, q reſcriptũ reddatur ipſo iure nullum,& nulla cõferatur iuriſdictio:tunc etiam de cõſenſu partiũ nõ poſſet procedere.vt d.l.priuatorũ.ſed in hoc ſua opi. non eſt vera.imò valet mero iure,licet poſsit elidi per exceptionẽ eo caſu quo fuerunt talia narrata,quæ ſi nõ fuiſſent, princeps nõ conceſsiſſet.& tenent omnes Doct.maximè Cano.ideo poteſt procedere q idem iudex poterit cognoſcere de negotio principali. ponit autẽ gloſſ.exemplum circa iſtam lect.quam vt plurimùm videtur ſequi in iudice delegato.in cauſa appellationis,& exemplificat gloſ.tribus modis id quod hic dicitur,quod fuit mendacium in narratione iuris. Tu potes breuiter exemplificare ſecundum.Bal. quia dixit ſe legitimè appellaſſe:cũ tamen appellauit, & non legitimè infra decem dies in narratione facti : quia dixit ſe appellaſſe, & non appellauit in taciturnitate veri : quia dixit ſe appellaſſe,& erat verum:tamen tacuit quod erat caſus in quo nõ poterat appellari. poteſt etiam poni exemplum in iudice delegato in cauſa principa.non expreſſo in ſupplicatione quod lis pendebat ſuper illo negotio coram alio iudice. vt ś.titu.j.l.ij. vel quod ordinarius interpellatus negligebat reddere ius. & tamen hoc nõ erat verũ:vt no.in l.j.eo.ti.in omnibus enim iſtis caſibus ſi illa nõ fuiſſent narrata principi:vel ſi ſciuiſſet ea non eſſe vera, reſcriptum delegationis non conceſsiſſet:quia non eſt veriſimile & lites ſopitas velit per ſuũ reſcriptũ reſuſcitare.ideo in omnibus illis procedit opi.Pla. †Vltimò ex prima expoſitione gloſſ.
7 magn.no.& collige quòd ſi narrõ principi me fuiſſe inſtitutũ in

a Nitãtur. Adde Bal. in l.ff.C.de diuer. reſcri. Doc.in c.ex parte.de reſcrip. Spec.in tit.de reſcr.præſenta. in §.viij.Io.and. in c. j.de lit. conteſta. lib. vj.in nouella.

a ¶Notitiã. Adde Bal. in rub.de consue. recti feu.& in l.ñ. C. q sit longa consue. & Abb.in c.j. de re iud.

b ¶De iure. Nunquid appellatiõe iuris simpliciter veniat ius municipale.vide per Abb.in proœ. clem. Abb in c.j. vt lit. pen den. Abb.in c.cumana.in pe.col.de elect. Lu.ro.cõsi.cclxj. incip. clarissimè videt & de hoc adde tu & vide vt per d.meum. d.Bar.foz.in suo con sil.cclxxj.col.ñ.vers. quinto confirmatur. & per do.Maria.eius genitorẽ in suo consil. ix.colum.vj.ver.non obst.secundũ Sera.

c ¶Cognoscere. Adde doct.in c. si eo tẽpore. de rescri. libr. vj. Cal.in tit.de rescrip. consil.ñ.

testamento condito à pupillo, & quod iure cauetur tale testm̃ esse validũ:cum contrariũ sit, & petij iudicem delegatũ super executione talis testamẽti: & princeps dedit:quod talis delegatio non est nulla propter hoc mendacium:quia princeps in hoc non decipitur:cũ habeat omnia iura in scrinio pectoris:vt l.omniũ.j.de testa. tunc ergo est rescriptũ surreptitiũ qñ narrantur illa quæ princeps verisimiliter ignorat: non qñ princeps verisimiliter scit, sed licet tale præsumatur,potest tñ probari contrarium quod princeps errauit in iure. tex. est xxv. dist.c.præterea.† Ex secunda expositione 8
glo.not.plura. Primò quod princeps non præsumitur habere notitiam de consuetudine specialiũ locorũ,sicut nec de statu: vt in c.j.de cõsti.lib.vj.ideo nõ videtur in dubio velle ei derogare, nisi de ipsis sit facta expressa mentio. Item q̃ licet iura scripta non sint producenda nec probãda:ga sunt notoria,consuetudo tñ bene est probanda: & super ea põt fieri articulus secũdũ Bart. & no.in l.ij.§.q̃ obseruari j.de iura cal.† & 9
idem de statutis alterius loci,vt sint producenda in termino dato ad producendum iura,& etiam probanda:non sic de statutis eiusdem loci clausis in volumine statutorũ:quia ista etiam sunt notoria: nõ sic in reformationibus nõ clausis in volumine statutorum.nam in eis idẽ est quod de statutis alterius loci.iuxta not. per Bar.in l.cũ prælatis.ff.de re iudi.Sed tertiò principaliter no. in glo.secundũ Bald.& dicit q̃ alibi vix reperies,quia ista gloss. 10
sentit.†q̃ per consuetudinem vel statuta locorũ potest tempus decem dierũ datum ad appellandũ prorogari,& etiã abbreuiari: licet non posset tolli appellatio ad superiorẽ:vt in c.venientes.de iureiu. Et ego addo quartũ notabile quod colligitur ex glo.iuncto tex.dum dicit gloss.[dic ergo iuris. s.consuetudinarij,] quia appellatio iuris scripti facta ita concludit ius cõsuetudinarium, sicut ius commune scriptum.nam tex.dicit in iuris narratiõe, & 11
glo.intelligit.s.consuetudinarij.†& per hoc videtur determinari quæstio.si facimus compromissum in arbitros & arbitratores vt in procedendo possit procedere de iure & de facto.i.seruato ordine iudiciario,vel non seruato: sed debeant pronuntiare de iure tantum:vt quotidie fit:& reperiatur contrarietas inter ius cõmune scriptum quod dicit vnum , & consuetudinem vel statutum quod dicit contrarium,& in illo loco corrigit ius commune:quia secundũ ius habebunt arbitri pronuntiare.constat enim quod partes potuerunt à statuto & consuetudine recedere, & velle stare iuri communi.Doct.alibi videntur sentire q̃ debeãt pronuntiare secundũ ius commune:quia quando fit mẽtio de iure
b simpliciter. intelligitur in potiori significato de iure Romanorum scripto:vt l.penul.ff.de iusti.& iur.& instit.de iure naturali gen.& ciui.§.sed quoties.tanquam de excellẽtiori.& ita sentit Io.and.in addi.Spe.tit.de arbi.§.exigere,dicens q̃ ille qui habet ius secundũ consuetudinẽ vel statuta,& non de iure cõmuni,periculosum facit cõpromissum tali modo:quia videt à consuetudine vel statuto recessisse.Idẽ videtur sentire Bart.in l.quicunque.j.de ser.fugi.sed in contrariũ facit ista gl.quia illud verbum ius,põt cõprehendere ius consuetudinariũ. & ad hoc facit quod no.Inn.in c.significauit.de rescrip.vbi dicit q̃ petẽs quartã quæ sibi debet de iure,videt intelligere de illa quę sibi debet de cõsuetudine.& ista videt tutior pars.quia nõ est credendum q̃ compromittẽs velit renũtiare iuri suo in dubio, qñ verba possunt aliter intelligi.& sic dicẽdo q̃ pronũtiãs de iure, videt sensisse qd̃ pronũtiet illo iure quod prędualet ius cõsuetudinariũ, & statutariũ iure cõi.ergo &c.& no.q̃ illa l.& oẽs sequẽtes istius ti. & etiã sequẽtis.& ti.præcedentiũ sunt canonizatę in decre.xxv. q.ij.per totũ.& ibi vide glos.in summa.& fuit illa.l. Diocletiani 12
maximiani.vt ibi habet.†Quęro circa lectu. Azo.pone qd̃ narraui principi q̃ tenebas librũ meũ ex causa depositi, & nolebas restituere,& obtinui iudicẽ delegatũ:postea vidẽs q̃ nõ fuit depositũ sed cõmodatũ formo libellã super actione cõmodati. Tu opponis q̃ super illo nõ potes ꝓcedere:& qd̃ ego expreisi mendatium:vnde petis pronũtiari rescriptũ subreptitiũ.ego tñ oppono q̃ non põt opponi illa exceptio ad reicriptũ , cũ istud tangat negotiũ principale:vnde dico q̃ procedat secundũ rei veritatẽ. vt hic secundũ lec. Azo.quęrit quid iuris? Rñdeo nõ poterit ꝓcedere quia sup illa actiõe nõ est delegatus.quod hic dicit secũdum naturã actionis.ꝓcedit qñ cã vel forma secundũ quã volo procedere,põt claudi in rescripto.al's secus secundũ Cy. & Bal. sed si exprimit vna cã,non includit alia diuersa, sicut in libello cõuentionali:quia si peterẽ ex cã depositi,& postea probarẽ de cõmodato,nõ possum obtinere sententiã.vt no.Inn.in c.j. de lit. cõtest.eodẽ mõ si impetrarẽ iudicẽ sup proprietate.& postea videns me nõ posse probare dñiũ quod narraui principi,volo agere ꝓ possessorio restituẽdæ.nõ poterit iudex cognoscere,quia non claudit in rescripto,cũ diuersa sit cã possessionis & ꝓprietatis. l. naturaliter.§.nihil commune.ff de acqui.pos.de hoc tñ dic.j. si à nõ cõpe.iudi.l.si de proprietate.& in c.j.de sequest.pos. An de- 13
legatus super proprietate possit cognoscere de possessione.† Itẽ quæro narraui principi quod eras debitor meus,impetraui iudicem delegatũ:tempore impetrationis postea effectus es debitor meus,an possim agere corã illo delegato? dicit Bald. in distinctiõ q̃ non per c.fi.de rescri.vbi rescriptũ ad lites nõ extẽditur ad lites futuras,quę tempore impetratiõis nõ erãt.Cyn.distinguit,& melius,aut efficitur debitor ex cã præcedẽte rescriptũ,& poterit cognoscere,aut ex cã subsequente.& tunc secus:sicut in libello conuentionali.vt in l.si rem.§.fi.ff.de pig.acti. iuncta l.non põt videri.ff.de iudi.Sed pone ecõuerso tempore impetrati rescripti eras debitor,postea liberaui te per pactũ,vel alio modo,tu petis coram illo delegato te absolui diffinitiuè.ego dico quod delegatus à modo nõ habet iurisdictionẽ : quia liberando te videor renuntiasse rescripto.quid iuris.Bald.tenet hanc partem.ego dico contrariũ:quia licet ego renuntiauerim,tu tñ cũ quo rescriptum illud erat effectũ cõe,si fuerit iudici prẽsentatũ.vt no. Inno.in c. ex cõquæstione.de restit.spo.non renuntiasti: nec mea renũtiatio sibi nocet,quominus possis petere te absolui diffinitiuè : vt est glo.in l.vlti.ff.de rei ven.in vers.quid si actor.& per Inno. in dicto c.ex conquæstione, sicut renuntiatio appellationis facta per appellantem nõ nocet appellato:qui poterat eam prosequi. l.ampliorem.& ibi not.j.de appel.per Doct.& l. omnem honorem.qñ prouo.non est necel.j.per Cy.in fi.& sicut actor nõ põt renũtiare instantiæ inuito reo.vt in auth.qui semel.j.quomodo & 14
quando iu.† Item quæro,quid si dicitur rescriptum esse falsum, quia nunquã emanauit à principe,vel eius cancellaria: an delec gatus in eo expressus possit super hoc cognoscere,' & pronũtiare se esse iudicẽ competentem? Inno. multum dubitat de hoc in c.super literis.de rescript. quia si verum est quod sit falsum, etiã de voluntate partium non potest vti iurisditione:vt in l.priuatorum.j.de iurisd.om.iud.sed hoc est verum super negotio principali: sed super hoc articulo an sua sit iurisditio est dubium. nam in iudice ordinario clarum est,quia cum ipse iurisditionem habeat inter suos subditos, potes cognoscere & pronuntiare an sua sit iurisditio etiam quo ad illum qui non est sibi subditus : & pronuntiatio facit ius,si ab ea non appellatur.& facit eum iudicem,licet non esset.vt l.si quis ex aliena.ff.de iudi.sed in delegato qui non habet iurisditionem nisi virtute rescripti , si rescriptũ daretur subreptitium:tum quia non est nullum ipso iure , posito quòd subreptitium esset. & sic iurisditionem habet, licet posset elidi,adhuc idem,vt possit pronuntiare se,esse competentem iudicem,& pronuntiatio facit ius,& si dicitur esse falsum,tunc est magis dubium: quia si poterit pronuntiare , in potestate cuiuscunque erit acquirere sibi iudicem delegatum propitium,faciẽdo fabricari falsum rescriptum.& postea per eum pronũtiari rescriptum esse validum & verum,& se habere iurisditionem,non immeritò Innocent.dubitat Bartol. hic dicit q̃ si falsitas est notoria ex forma rescripti,non poterit ex ea cognoscere: sed si non est notoria,sed dubia.tunc per tale rescriptum licet falsum constituitur in quasi possessione iurisditionis : ratione cuius poterit cognoscere,& iudicare,& iste est casus in quo ratione dubitationis põt quis habere iurisditionẽ,quã aliàs nõ habet:vt in glo. mag.ff.super verbo [sententiã.]circa prin.& quod no.in l.si putas.j.de pet.hæredi.potissimè hoc procederet si talis commissarius haberet aliàs iurisditionem:vt in casu quem habui de facto: 15
†quia dominatio Venetorum scripsit potestati pergami , quod in quadam

in quadam causa quæ vertebatur inter pergamẽses procederet, & iustitiã faceret. ipse pronũciauit se esse iudicẽ delegatum in illa causa virtute dictarũ literarũ: & tanquam delegatus processit, & nullit sententiã. opponabat quod sentẽtia erat nulla: quia illæ literæ nõ faciebant illum delegatũ, cum nihil adderẽt ad formam procedẽdi vltra formã statutorũ, & emanauerãt inter subditos: vnde videbatur potius excitata iurisditio ordinaria. vt in c. licet. de offi. ordi. & pronũciatio illa quod erat delegatus, nõ valebat: quia facta virtute literarum quæ sibi nullam iurisdictionem dabant ego dixi cõtrarium: quia saltem habebat iurisdictionem ordinariam, in qua poterat fundari illa pronuntiatio. & sic faciebat ipsum iudicem delegatũ. postquã non fuerat appellatum: & per cõsequens processus & sententia in causa principali factus & lata tanquã à delegato valebãt per not. per Inno. in d.c. super literis. & per Bart. in l. ex quacunq;. ff. si quis in ius voc. non ierit. & etiam hic per istam glo. & id quod not. in d.l. si putas.

1 ☞ *Si contra rescriptum opponitur exceptio subreptionis, an excipiens debeat hoc probare: an verò impetrans habeat necesse probare veritatẽ narratorũ & expressorũ?*

2 *An semper stetur narratis in literis principis, seu narratis in literis impetrantis rescripti?*

LEX III.

1 PVniri iubemus. †Opp. contra hanc legem de l. ij. s. de legi. in fi. vbi puniũtur iudices admittẽtes exceptiones cõtra rescriptũ principis. & hic puniuntur si nõ admittũt. dicit ibi Alber. quod illa loquitur quãdo opponeretur cõtra potestatẽ principis, ꝙ illud nõ potuerit cõcedere. hic verò contra voluntatem: quia dicitur ꝙ à principe nunquã emanauit, vel si emanauerit, nõ secundùm suam intẽtionem: quia sibi fuerit narratũ falsum. & sic opponebatur exceptio falsitatis, vel surreptionis: ibi verò exceptio impotentiæ: vel dic ꝙ etiam si exceptio surreptionis: si erat talis surreptio quæ nõ habeat vitiare: quia eodem modo rescriptum obtinuisset, si surreptio nõ fuisset. & sic erit temeraria exceptio. & sic adhuc locum habet l. contra. hic nõ erat temeraria, sed cõcludens: vel dic ꝙ ibi loquitur etiam quãdo erat cõclu-
2 dens tamen apparebat manifestè falsa exceptio. hic non. †Item adhuc opponitur: quia ille text. innuit ꝙ ille qui opponit exceptionem surreptionis, habeat necesse surreptionẽ probare. cõtra imò impetrãs habet necesse probare veritatẽ narratorum & expressorũ in rescripto: vt in l. ij. j. de his qui ve. æta. impe. Iste articulus est dubius: cui incumbat onus probãdi, an impetrãti, ꝙ narrata per eum sint vera: an excipienti, ꝙ sint falsa. quæ tangit Cy. super l. proxi. in vlti. vel antepe. q. & obscurè loquitur Io. and. in addi. Spec. de clande. despon. super rubri. vbi allegat hanc legẽ, dicens ꝙ quãdo princeps aliquid concedit per seipsum ad supplicationem alterius, & alius opponit ꝙ cõcessio nõ valet: quia narrata per illum sunt falsa, ipse habet necesse probare falsitatẽ: quia præsumatur pro impetrante & pro rescripto: quia illa sint vera: nisi probetur cõtrarium, si rescriptũ habet debitã formam. & ita intelligit hanc legẽ: sed si mãdat alteri quod faciat, vt quotidie videmus fieri per summos pontifices, qui cõmittunt alijs, tanquam ipsi nõ sint plenè informati de veritate, ꝙ si vera sunt quæ narratur, faciãt id quod à petente postulatur, & tunc impetrans habet necesse probare veritatem narratorum, & ita loquit l. ij. de his qui ve. ætat. impe. nam illa probatio de qua ibi fit corã iudice corã quo insinuatur rescriptum veniæ, ad quem pertinet ipsum executioni mãdare: vt l. ea quæ. de tempo. in integr. Sed idẽ Io. and. plenius resumens hunc articulum. in c. j. de lit. cõtest. lib. vj. narrat diuersas opi. & finaliter videtur tenere ꝙ veritatem expressorũ necesse habeat probare impetrãs. & nisi ꝙbet succũbat. etiam si princeps per seipsum cõcedit: sed veritatẽ suppressorum necesse habeat probare oppositiones, qui dicit impetrãtem aliqua tacuisse, quæ sunt in facto quæ si fuissent expressa, rescriptum nõ obtinuisset. hanc opi. videtur tenere Inn. ꝙ impetrans habeat necesse probare veritatẽ narratorum indistinctè: cum super eis fundetur intentio principis; sicut in libello conuentionali, in quo fundatur sua intẽtio, habet necesse illud probare. l. ij. ff. de proba. ita tenet ipse in c. ex parte abbatissę. de priui. & Spe. in tit. de excep. §. nunc videndũ. ver. licet autẽ. Breuiter in rescripto ad lites tenenda est distinctio Cy. in l. præcedenti. ꝙ autem sunt talia quæ cõcernunt negotium principale. & ille habet necesse probare, cui de natura negotij incumbit onus probãdi, vel actor vel reus: sed si cõcernunt rescriptum & intentionem principis cõcedentis, multum placet mihi distinctio prima quàm facit lo. and. in ti. de clande. despõ. in addi. Spec. & Bar. in l. præcedenti videtur sentire ꝙ incumbat opponẽti probare falsitatem, sicut in alijs exceptiõibus. vt in l. exceptionibus. ff. de prob. quia
3 excipiendo quis efficitur actor. †Vltimò cõtra prædicta opponitur: quia videtur ꝙ semper stetur narratis in literis imperatoris, vel papæ: vt in cle. j. de appel. Sol. quæ dicta sunt suprà locũ habent in his quæ primò fuerunt narrata per supplicationem & princeps postea ea referret, tãquã narrata. per partẽ. vt videmus in literis papalibus. cum autẽ tua petitio: postea subiũgebat &c. & si nõ fuit facta per partem: sed per ipsum principalem, tũc distinguitur. aut narrabat aliquid ꝙ consistebat in facto suo: puta cõtulit alicui beneficium spectãs ad collationẽ Episcopi, quod beneficiũ Episcopus cõtulerat alteri. & narrat Papa se illud beneficium reseruasse ad suam collationẽ, ꝙ si est Episcopus, non poterit cõferre, certè statur tali narrationi: nec potest Episcopus vel ille cui cõtulit contrarium probare: aut non cõsistebat in facto papæ. sed alterius, & tunc statur narrationi: tamẽ potest probari contrarium: vt ibi not. in glo. & in c. si Papa. de priuil. lib. vj. Non sunt alia.

2 ☞ *Literæ conquestus quæ ueniunt de curia romana, licet incipiant ab executione, si tamen pars contradicat: poterit executor cognoscere de ueritate.*

3 *Quis possit executionem delegare?*

4 *Executor quando non possit audire exceptiones.*

LEX IIII.

1 ITem si non cognitio. †Ille cui committitur executio super negotio nondum discusso, nec determinato per sentẽtiam, si coram eo opponatur quod executio fieri non deberet, quia principi fuit narratum aliquod falsum, potest de his exceptionibus cognoscere. & secundùm veritatem pronuntiare: licet cognitio non fuerit expressè mandata: quia censetur mandata tacitè h. d. & pone exemplum ꝙ narrauí principi quaeliter iniustè tenes & occupas rem meam: quare petij mihi dari iudicem, qui te compellat ad restitutionem eius. vel narrauí ꝙ me expoliasti. & idem obtinuí: debes scire ꝙ practica est ista ꝙ debeo præsentare literas illi commissario, & ille debet te citare missa tibi copia literarum, & mandare quod mihi restituas postquam fuit delegatus super restitutione, & sic super executione. vnde debet incipere à via executiua, sicut sibi mandatum est: tamen debet iustificare præceptum quòd si senseris te grauatum, compareas coram eo recepturus iustitiæ complementum: iuxta not. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de ope. noui nunci. si compares, & dicis te non teneri obedire præcepto: quia res nõ est sua, vel tua: vel me non spoliasti, ideò petis per me debere dari libellum super rei vendicatione, vel interdicto, offerens te paratum respondere. & ordinariè litigare coram dicto delegato. Sed ego dico quod nolo dare libellum, nec ordinariè procedere. quia hoc nõ est sibi commissum sed quod procedat via executiua, certè postquam contradicis, talis deputatus super executione poterit ordinariè procedere. & non debet ad vlteriora super illo mandato procedere, sed mandare quòd dem tibi libellum: quia illud præceptum resoluitur in vim simplicis citationis: vt not. in dicto §. meminisse. & sic ingrediemur iudicium ordinarium: vt in simili. j. de edi. diui Adria. tol. l. fin. versi. si autem contradictor &c. in quo necesse habeo probare narrata per
2 me. †quia ille est casus. & istud videmus quotidie fieri in istis literis conquestus quæ veniunt de curia romana. nam incipiunt ab executione: dicunt enim. Conquestus est nobis talis, quòd talis iniuriatur eidem occupando rem suam, quapropter mandamus tibi vt vocatis qui fuerint vocandi, si ita tibi constiterit, restitui facias eidem. videtur ergo mandata cognitio veritatis. sufficit. In gloss. quæ incipit. [cum hoc.] ibi, [sed respondeo princeps mandat, vt hic: non alius.] dic istam tenet Bartol. sequens autem solutio est contra hunc tex. Item vlterius est falsa: quia etiam missio ex primo decreto non potest demandari: licet cognitio an sit fienda vel non bene demandetur: vt l. cognitio. §. vt poss. de offi. eius cui mand. est iurisd. & not. in d.l. iubere. †Sed
3 contra istam sol. quam Bar. tenet opp. quia etiã alius inferior à principe, mandat executionem. vt videmus in arbitris proferẽti-

a ¶ Exceptiones. Adde Ant. de but. & Abb. in c. decætero. de re iud. & per Lap. alle. ñ.

b ¶ Alicui. Adde Paul. de ca. consi. ccxvj. in ci. præsuppositio sine dubio. & per Car. zaba. cõsi. lxxxvj. in cip. d. Nicolaus. & Abb. consi. xlj. inci. saluatoris. in vlti. co. in j. volu.

bus sententiam, vel in iudice delegato, vel in episcopo inter laicos, vel in doctore seu rectore scholarium dantibus sententiã inter scholares. nam cõmittunt executionem potestati: vt in l. episcopales. in fi. & ibi nõ. §. de epis. audi. & in iudice vnius territorij qui cõmittit iudici alterius territorij: vt no. in l. properãdũ. §. sinautẽ reus. j. de iudi. & in. l. cũ vnus. §. is qui. ff. de bo. autho. iu. pos. Sol. cõtraria loquunt qñ talis cõmissio fit propter defectum iurisdictionis illius qui sententiã tulit: quia vel functus est iurisdictione: & sic nõ potest exequi: vel est talis qui nõ habet familiã, nec imperium, cum executio requirat vtrunq; : vel quando fit in auxilium iurisditionis: vt quia iudex qui tulit sententiam nõ potest in suo territorio executioni mandare: quia ibi non reperiuntur bona condemnati. si autem ille qui tulit sententiã, vel ad quẽ pertinet executio posset eam facere de per se: tunc non potest eã alteri delegare: cum sit de imperio. nam tunc procederet ille vt delegatus, sed in primis casibus nõ ꝓcedit vt delegatus: sed suo iure vt ordinarius. licet ad requisitionẽ & iussum illius qui sententiam tulit, vt in simili habetur in text. & glo. in l. nec mandante. ff. de tuto. & cura. da. ab his. † Vltimò oppo. in glo. fi. quòd ex-
4 a ecutor non possit audire exceptiones. * vt j. de execut. rei iudi. l. si (vt proponis) glo. soluit. sed non bene: licet fortè bonum intellectum habuit. dum dicit[vel ibi de nuntio hic de iudice.] dic ergo clarius ꝙ si fuit commissa executio super negotio nondum discusso nec terminato per sententiam, quo casu non est intẽtio principis facere contra quem committit, nisi narrata sint vera. ideo si narrata sunt vera, vult ꝙ talis cõmissarius de hoc cognoscat, & pronuntiet diffinitiuè: ibi verò quando fuit commissa executio super negotio discusso & terminato per sententiam, quæ executio potest fieri per illum iudicem qui sententiam tulit. quo casu aut committit mero executori vt nuntio: & nullam exceptionem debet admittere, sed facere executionẽ vt sibi iussum est: vt in l. contraria. aut promittit alteri iudici, quo casu cõmis. dicitur executor mixtus. & procedit vt ordinarius, non vt delegatus. vt §. dixi. & tunc quid iuris sit plenè tangitur per glo. in l. pastoralis. de offi. dele. sed plenius & vtilius per Bar. in l. à duo pio. in prin. ff. de re iud. vbi omnino vide prædicta, qñ executio venit in præiudiciũ alterius: sed si posset fieri sine prejudicio: tunc etiã qñ committitur super negotio nondum discusso, est in electione ipsius commissarij, procedere per viam executiuam, nulla facta citatione, vel per viam iudiciariã citatis his qui possunt lædi: vt si papa mandat mihi conferri beneficium vacans, pertinens ad collationẽ ordinarij. nam potest executor ipsum cõferre ordinario non citato: quia ista collatio non tendit in præiudicium ordinarij: quia postea disputabitur an fuerit bene facta, vel non: prout in simili not. in bonorum pos. petita & decreta. ff. de bono. pos. l. iij. §. bonorum. & §. si causa cognita. & põt eligere viam iuris, & facere citari ordinarium, & tunc declaratio quam postea faciet, ei prejudicabit, & hæc habentur plenè per Inno. in c. dudum. de præsum. & per glo. in cle. j. de offic. delega.

2 ☞ *Accusans aliquem puta Titium tanquam bannitum in persona seu capite, cum non esset ille Titius. & accusator hoc sciebat, debet puniri similitudine supplicij.*

LEX V.

1 ET si legibus. †Rescriptum impetratum per mendacium, etiam si non sit iuri contrarium non valet, & mendax punitur, si in eo reperitur improbitas. i. dolus. h. d. Intellige per mendacium in exprimendo falsum, vel in tacendo verum, quod potuit mouere principem ad concedendum: secus si sit tale ꝙ verisimiliter non potuit mouere, vt in expressione confinium falsorum, vt si narretur aliquid fuisset gestum in tali castro comitatus Boñ. vel diœce. & nulla subest ratio ꝙ propter hoc magis cõcesserit, quã si esset de alio comitatu vel diœcesi. aliàs secus. vt not. Bar. in l. præscriptione. §. eo. & intelligunt cõmuniter hanc l. in priuilegijs, vt not. Archi. xxv. q. ij. c. dicenti. §. & si legibus. vbi lex ista est canonizata, sed hoc non videtur conuenire litteræ: quia priuilegia sunt contra ius cõmune: vt no. in c. j. de rescript. & hic dicitur ꝙ rescriptum erat consentaneum legibus. ergo nõ concedebat priuilegium. dic ergo melius quod loquitur in rescripto gratioso, siue contineat priuilegium quod est contra ius cõmune, siue beneficium quod est secundùm ius commune, vel non contrà, vt concessio alicuius castri in feudum, vel beneficij ecclesiastici, talis tanquam gratia fundatur in expressione narratorum, si sunt talia quæ potuerunt inducere principem ad concedendum: ideo ruit si illa non reperiũtur vera. Sed rescriptum de iustitia per quod conceditur iudex delegatus, vt faciat iustitiam inter partes, quod dicitur emanare ad iuris communis obseruantiam. secundùm quod dicunt glo. iuris canonici. & probatur in l. ij. j. tit. j. ibi cum ea quæ ad ius rescribuntur &c. fundantur principaliter in lite, quæ est vel esse speratur inter partes. nõ in expressione narratorum concernentium negotium principale. ideo licet illa sint falsa. rescriptum non est nullum, nec annullandũ: quia sufficit ꝙ sit lex de prẽsenti, vel de futuro. quod dic,
2 vt plenè dixi in l. præscriptione. §. eod. † Ex secundo dicto dicit Bald. se vidisse decapitari quendam, qui ex nimia improbitate & dolo impetrauit à iudice: vt caperetur quidam Titius, tanquã bannitus in persona seu capite: prout continetur in libris communis: cum tamen nõ esset ille Titius: nec illud idem corpus, & ipse impetrans bene hoc sciebat: sed captus cum magno labore hoc ostendit, & sic impetrans fuit repertus in tanta improbitate: quia fortè inimicitias habebat cũ illo, certè quod impetrauerat aduersus illũ falsò, necesse habuit sustinere in ꝓpria persona cũ accusator calũniosus puniat similitudine supplicij: vt j. de accu. l. fi. debet ergo hoc intelligi qñ mendaciũ tendebat in læsionẽ alienam, vel contra publicam vtilitatem non sunt alia.

3 ☞ *Princeps an possit tollere ius disponens?*
Non potest Imperator facere legem generalem, quod spurij possint succedere sicut legitimi.
Rescriptum quando est contra aliquam legem derogantem legi præcedenti, an valeat sine clausula derogatoria?
3 *Qualiter debeat concipi clausula non obstante?*
4 *Lex noua tollit & corrigit præcedentem cui contrariatur, licet in ipsa noua non contineatur clausula non obstante exceptis duobus casibus.*
5 *Quid in rescriptis?*

LEX VI.

OMnes cuiuscunque. Lex ista in effectu dicit idem quod l. nec damnosa. & l. rescripta. §. de preci. impe. offe. & debet restringi & limitari secundùm illam legem rescripta. Item ista lex habet locum quando rescriptum quod est contra ius commune, non continet clausulam non obstante. Si autem continet tunc per eam apparet quòd princeps voluit illud ius quod contrariatur rescripto tollere, sed an possit, est dubium, & ad hoc tendit glo. magna hic posita, quæ considerat in effectu quatuor iura, scilicet diuinum, naturale: gẽtium, & ciuile. Prima tria non potest tollere: quia inuenta sunt à maiori potestate. Quartum ius bene potest tollere. hæc est fi. intentio glo. & sic illa clausula nihil operaretur circa illa tria prima iura, sed operatur circa quartum. similis gloss. habetur in l. j. ff. de constit. prin. quæ glo. implicant multa quæ sunt inter se diuersa: ideo nõ
1 explicant bene materiam. † vnde alius exordiendo, debes scire quòd duo sunt puncta vel articuli, primus: an princeps possit
b tollere ius quæsitum alicui [b] priuato, & sic ius dispositum. alius articulus, an possit tollere ius disponens, id est, ipsam legem sic disponentem, vel aliud ius. circa primum dico sic: quòd si priuatus habet aliquod ius quæsitum sibi ex suo cõtractu vel quasi siue illud sit ius de iure gẽtium: vt est dominium, siue de iure ciuili, vt actio per rescriptum, non potest illud auferre sibi: nisi ex causa publicæ vtilitatis contrarium suadentis: & tunc debet illum reinstaurare de pretio: vel alio præmio vt in l. Item si verberatum. §. j. ff. de rei vendic. & hoc esse verum probatur. Nam & sic ex contractu celebrato per principem priuatus acquisiuisset dominium, vel actionem, non posset princeps sibi tollere: vt dixi in l. digna vox. §. de legi. & probatur in c. j. de probat. multo minus si ex contractu celebrato cum alio: legem verò condẽdo vel iurisditionem exercendo bene posset princeps auferre exalijs causis: vt patet in tit. de bo. dam. & j. de iure dominij impetran. l. fin. & non solum princeps: sed etiam iudex ex l. principis hoc facere potest, vt dictis iuribus. Si verò quæsitum est sibi, nõ ex suo contractu vel quasi: sed ex alio de prædictis iuribus: tunc si de iure diuino naturali vel gentium est quesitum, similiter per rescriptum non potest sibi auferre quod ipse non dedit: vt

iura

ira ſanguinis, vel libertatis: vt in l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. & l. ius agnatiõis. ff. de pac. ſed ſi de iure ciuili poſitiuo vt eſt ius patriæ poteſtatis: vt in l. iij. ff. de his q ſunt ſui vel alie. iur. vel ius agnatiõis, bñ poſſet ſibi auferre: cũ ſit ſupra ius ciuile: ſicut papa ſupra ius canonicũ: vt in c. ꝓpoſuit. de cõceſ. ꝓb. & patet in l. tutelã. de capi. dimi. vbi põt tollere ius agnationis ſicut etiam conſtat eſſe: vt in l. lex. xij. tab. j. de legi. hære. & in caſibus no. per glo. in l. noñ põt. ff. de adop. in quibus pater cogit̃ emancipare filiũ ex diſpoſitione principis, vel iuris cõmunis. Idem ſi illud ius quęſitum eſſet ex priuilegio conceſſo ſibi à principe. nã põt reuocari quãdo cõceſſum eſt ſubdito: vt dixi in l. reſcripta. in dubio autẽ nunquam princeps cenſetur velle derogare alterius, etiam ſi illud ſit tale quod poſſit ꝓ ipſum auferri: vt in l. ij. §. ſi quis à principe. & §. meritò. ff. ne quid in loco publi. & de offic. dele. c. ſuper eo. de verbo. ſigni. c. dilecto. & de vſu pal. c. ex tuarum. An autem aliqua communitas poſsit per ſuum ſtatutum auferre ius alicui? vide Bart. in l. quoties. ff. de pollici. & l. Antiochenſium. de priui. credi. qui diſtinguit inter ſtatutum ſpecialiter factum contra certam perſonam. & dicit ipſum non valere: aut generaliter, & tunc ſecus per dicta iura. & dictum Barto. in l. quoties. §. de preci. impe. offe. O dof. multum inſiſtit ſuper iſto articulo, & multa iura allegat pro & contra. & non facit ad ꝑ dictã deciſionem. quid aũt in alio inferiore à principe, vt in comite, vel alio magiſtratu, & in legato de latere, vel ꝑ ſide alicuius prouinciæ. dic quòd quantũcunq; ſit magnus, non poteſt auferre ius alterius. vt j. de offi. præto. ori. l. ij. & not. glo. in c. ſtatutum. de hæreti. lib. vj. dicens: quòd tales non poſſunt apponere in reſcriptis eorum clauſulã non obſtante aliquo iure &c. quia non poſſunt iura tollere. Ex quibus etiam ſequitur ꝙ comes Palatinus q habet

a poteſtatẽ legitimandi, * etiam poſt mortem patris non poſsit ſpurium legitimare poſt aditam hæreditatem, propter venientem, ab inteſtato quoniam auferret dominium adeunti quod acquiſiuit per additionẽ: in qua quaſi cõtrahitur: vt in l. hoc aũt. in fi. quibus ex cau. in poſ. ea. Sed ante additionem hæreditatis: qa non eſt quæſitũ dominium, licet ſit quęſitũ ius adeũdi: qa illud eſt de iure ci. poſitiuo, bene poſſet legitimare: & illi auferre. ita videntur ſentire Bal. in l. reſcripta. §. de preci. imper. offe. ante fi. & hoc de

2 primo articulo. † De ſecundo, videlicet an poſsit tollere ius diſponens, clarum eſt ꝙ ius diuinũ naturale vel gentiũ nõ põt tollere, etiam legẽ condẽdo: licet poſsit diſtinguere vt in illo iure,

b ꝙ in ore duorum vel trium ſtat omne verbum. quòd licet ſit de iure diuino & naturali: tñ limitatur per ius ciuile præter quã in teſtamentis. & in quibuſdã caſibus in quibus requiritur maior numerus. Ex quibus patet ꝙ nõ poſſet Imperator facere legem generalẽ, q ſpuriũ poſsint ſuccedere ſicut legitimi: quia tolleret ius diuinum: quo cauetur ꝙ non erit hæres filius ancillæ cum filio liberę, & induceret homines ad peccandum: quia diſponit in futurum, licet ſpecialiter poſſet aliquem ſpurium legitimare: qa diſponit de pręterito. & non dat materiam peccandi ita determinat Hoſti. in ſum. qui filij ſint legiti. in pen. colũ. & tangitur per Bartol. in l. iij. ff. teſta. Ius autẽ ciuile tollere poteſt etiam per reſcriptum. & hoc ſi apparet de eius volũtate nec videtur appare re li reſcriptum impetratum contra ius non continet clauſulam derogatoriam, ideo nõ debet recipi: vt in hac lege. niſi appareat ex eo ꝙ ſit conceſſum motu proprio, vel ex certa ſcięntia: vt dixi in l. reſcripta. Eſt etiam alius caſus. ſ. quãdo reſcriptum eſſet contra aliquam legem derogantem l. præcedenti. nam tũc quia per reſcriptum redditur ad legem derogatam, videtur quod valet etiã ſine clauſula. ita ſentit gl. in auẽ. quas actiones. §. de ſacroſan. eccle. in iij. q. iã illa gl. cõſter non teneẽ. ſi aũt apparet ex tenore reſcripti ꝙ fuerit conceſſum ex motu proprio vel ex certa ſcientia, & tñ eſt contra ius. aut nõ cõtinet clauſula nõ obſtante, aut cõtinet. Primo caſu dic vt dixi in l. reſcripta. §. de ꝑci. impe. offe. nam aliquãdo nõ valent, etiã ſi neminẽ lædãt. vt qñ per l. ſpecialiter prohibeẽ impetrari: quia ꝑſumit̃ falſum, vel per fraudẽ elicitum: vt in l. j. j. ſi nup. ex reſcri. pe. & in l. ij. §. de ſum. tri. ſpecialiter vt dixi quia generaliter omnis lex videtur habere clauſulã derogatoriam, nec reſcriptum impetretur cõtra eã: vt in l. nec damnoſa. in fi. tamen illa gñalis derogatoria, nõ tantum operatur quantum ſpecialis in certo caſu: vt patet in d. l. reſcripta. quando. valet quando nemínem lædit, vel parum lædit. niſi in caſu l. authoritatẽ. j. vnde vi. & iam propter præteritam improbitatem ſuppli

cantis: quia aliũ ſpoliauit, nõ valet reſcriptũ ſuper retentione ſpoliationis: vt ibi not. per Bar. Item valet qñ indulget pœnã criminis vt d. l. reſcripta. in fi. Si verò iſert alteri graue præiudiciũ, nõ valet etiã ſi ſpecialiter nõ prohibeaẽ impetrari: vbicunq; autẽ dixi ibi ſi cõtinetur clauſula nõ obſtante, valet: qm̃ apparet de intentione principis ꝙ vult legi derogare: & poteſt: cùm ſit ſupra ꝑ.

3 † Sed vertitur magnũ dubiũ: qualiter debeat concipi illa clauſula non obſtante: an debeat facere ſpecialẽ & expreſſam mentionẽ de illa lege, cui cõtrariaẽ reſcriptum; an verò ſufficiat ꝙ generaliter nõ obſtãte quacũq; lege. Glo. ſentiunt primã partẽ in l. cauſas vel lites. j. de tranſac. & in auẽ. hoc inter liberos. j. de teſta. Cyn. examinat hic iſtum paſſum principaliter. & Ioan. An. recitando ſeptem opi. examinatas in c. j. de exceſ. præla. lib. vj. Bar. hic dicit nõ ſufficere ꝙ dicat nõ obſtãte quacũq; lege: quia iſta eſt generalis non obſtante: & tamen requiritur ſpecialis, propter derogatoriã quã quælibet l. habet: vt §. dixi per l. nec damnoſa. in fin. & l. ſi quis in principio teſtamenti. de leg. iij. vbi quando prędecedens teſtamẽtũ habet clauſulã derogatoriã, non tollitur per ſecundũ: niſi ſpecialiter de eo fiat mentio, nec requiritur ſecundũ Bar. ꝙ fiat ſingu-

c laris mentio de lege quæ cõtrariatur: puta nõ obſtante tali lege * poſita in tali titu. quia iſta eſſet ſingularis mentio quæ non requiritur ſed ſufficit ꝙ dicatur non obſtante quacunq; lege cõtrariũ diſponente. nam per hæc verba contrarium diſponẽte: redditur illa clauſula ſpecialis: quæ ſi non eſſet, eſſet generalis. Ego autem approbo hoc, nam etiam ſi dicatur non obſtante quacunq; lege: tacitè ſubintelligitur ſcilicet contrarium diſponente: non enim intendit tollere ll. non contrariantes: ſed ſolùm contradicentes: vnde non plus operatur expreſsio, poſtquam ſi facta non eſſet, ſubintelligitur. dico ergo in iſto paſſu, ꝙ aliquando illa l. nominetur: vt quando in aliquo caſu ſpeciali prohibet reſcriptum impetrari: vt in caſu d. l. ij. §. de ſumma trini. & in l. j. j. ſi nup. ex reſcr. pe. vnde debet dicere non obſtante. d. l. ij. & d. l. j. quia illæ habẽt clauſulam derogatoriam ſpecialem, & tunc facit ratio d. l. ſi quis in principio. Generalis autem derogatoria quam habet quælibet, non facit vt reperiatur clauſula ſpecialis non obſtante, quia eſſet quaſi impoſsibilis: cùm multæ ll. ſint quæ dicunt vnũ & idem, ſi expedit de omnibus facere mentionem, Eſt & alius caſus, quando reſcriptum Papæ eſſet contra aliquod concilium generale: vt Lateranenſe factum tali anno: vel Conſtantiæ: nam oporteret de tali concilio facere ſpecialem & expreſſam mentionem: hoc tenet Ioan. Andr. in dicto capitu. j. quod eſt ſingulare: & Bald. in l. humanum. ſuprà de legibus allegans Archidiac. in loco vbi hoc non dixit. vt ibi dixi, & iſta ſummi pontifices habent de more in eorum literis: ideo etiam in eorum decretis: quando contradicerent alicui concilio, dicunt non obſtante cõcilio Lateranenſi &c. Sunt etiam alij caſus quos ibi ponit Ioan. And. extra illos puto ſufficere clauſulam generalem non obſtãte quacunque l. etiam ſi non dicat contrarium diſponente: per rationem quam dixi: quia ſubintelligitur: nec obſtat l. ſi quis in princip. nam alia ratio eſt in teſtatore, quia apponendo clauſulã derogatoriam in primo teſtamen. ſe artauit. nam & idem eſſet in principe ſi in lege ſpecialiter apponeret dictam derogatoriam: vt ſupra dixi: ſed in omnibus appoſita eſt: licet tacita ſubintelligatur: & hoc non facit vt requiratur ſpecialis non obſtante per l. fina. in princip. de lega. ij. ita quòd ſi bene conſideretur, idem vi-

1 PActum quod dotali. † Pactũ quod quis alteri succedat, factum cum illo, nõ valet: quia aufert sibi liberam testamẽti factionem. & sic est contra bonos mores: nec aliquam obligationem inducit. h. d. Et sic etiam naturalem nõ inducit. vt l. stipulatio hoc modo. de ver. ob. Nec firmatur iuramento, etiam de iure canonico. vt in c. nõ est obligatorium. de re. iu. in vj. Licet secus in pactis de nõ succedendo. vt in c. ij. de pac. eo. li. Ergo illud non est cõtra bonos mores. In tex. ibi. [pactum.] subaudi etiam stipulatione vallatum. In tex. ibi. [patri suo.] subaudi non obstãte hoc pacto solùm masculum hæredem instituit vniuersalẽ. & illam filiam in x. solidis. vt moris est. & certè valet testamentum. nec ista filia potest plus petere, si dos sufficit ad legitimam. quia computatur in eam. & valet testamentum, postquam in aliquo ipsam hæredem instituit. vt no. in l. iij. §. sed vtrum. ff. de mino. in glo. ordinaria. Et idem si instituisset eam in sola dote. vt ibi nota. secus si in nullo: & sic esset præterita. nam succederet ab intesta-

to vna cũ fratre equaliter de iure communi. Sed pone quod iste pater decesit intestatus. & in loco erat statutum quod fœmina non succedat cum masculo ab intestato. ista verò vult succedere virtute pacti: dicens quod illud pactum habet vim vltimę voluntatis postquam non apparet de contraria voluntate patris: & sic videtur pater sibi reliquisse dimidiam, saltem iure fideicommissi, vel legati: & statutum eam nõ excludit ab eo quod sibi relinqueretur à patre: quid iuris? Dico quod non potest succedere per casum. l. sing. j. eo. & l. licet. quę determinat istud dubium: qd istud pactum sicut non habet vim contractus, vt obliget patrem & ipsum nec esset: ita non habet vim vltimæ voluntatis. nisi in milite, etiam si fuisset factum coram. vij. testibus. Et hoc singu. tene menti. quia per illam. l. ista glossatur & suppletur.

2 ☞ *Bona subiecta restitutioni sub condition: si alienentur præsente illo cui debent restitui: & non contradicente, quòd valeat alienatio, & quando possit rescindi*

LEX XVI.

1 QVm proponas. † Fideicommissum cõditionale potest per pactum remitti. h. d. dic vt §. e. l. j. & † hic est vna glo. quæ allegatur. j. ꝙ bona subiecta sub cõditione restitutionis, si alienentur præsente illo cui debent restitui, & non contradicente, valet alienatio, quia ille videtur remisisse ius suũ: quod facere potuit. vt hic. quod per etiò tene menti. Sed in contrarium facit fortiter. quia non potuit impedire alienationem per suam contradictionem, quominus valeat cõditione pendẽte. licet postea rescindatur. iuxta no. in l. seruo legato. §. j. ff. de lega. j. ergo tacendo non videtur cõsentire. per ea quę plenè no. in l. Gaius. ff. de pig. actio. & hoc magis placet. licet Bal. in l. quoties. post prin. j. de fidei. videatur tenere istam gl. eo casu quo tacet malitiosè. per l. j. j. ad vellei. & l. si fine. cũ ibi no. sed nõ cõsiderauit id quod §. dicit. Tene mẽti. & differt l. j. quia hic ambo fuerũt rogati inuicem: ibi nullus fuit rogatus.

LEX XVII.

1 ACtum quod bona. † Tantùm valet pactũ cum scriptura, quantùm sine scriptura. h. d. Et sic scriptura non est de substantia cõtractus: sed fit ad proba. vt in l. contrahitur. ff. de pig. fallit tamẽ in quibusdam casibus ibi notatis.

2 ☞ *Creditor quando recipit partem ab uno ex pluribus obligatis insolidum, sit cautus, ut dicat recipio, saluo iure solidi.*

3 *Si unus ex pluribus reis debendi obligatis insolidum soluit partem, quando inducatur diuisio: & quando non? & nume. 4.*

LEX XVIII.

1 SI creditores. † Ex receptione partis debiti soluti ab vno ex correis debendi, inducit diuisio debiti, ex quo resultat taciti pacti exceptio. h. d. secundũ Bar. In tex. ibi, [quenquam.] Antiqui habent quemq;: & illa est dictio vniuersalis comprehendens omnes in l. hoc articulo. ff. de hęre. instit. alij habent quemquam. & illa est particularis comprehendens tantùm vnum. & ista est vera litera. In tex. ibi, [pro sua persona:] istud verbum pondera. nam cum tenerentur ad centũ quilibet insolidum, vnus soluit quinquaginta, dicens ꝙ pro sua persona & pro parte sibi cõtingẽte soluebat. creditor postea volebat ipsum conuenire pro alia parte: quia fortè correus nõ erat soluendo, videbatur ꝙ posset. quia cum ille esset obligatus ad solida centum, soluendo partem liberatus fuit ab illa parte tantũ, & pro alia remansit obligatus. in l. si stipulatus. ff. de sol. in j. charta. sed istud procederet si simpliciter soluisset. vt etiam probatur in l. inter eos. §. j. ff. de fide. Sed quia dixit soluo pro persona mea, vel pro parte mihi cõtingenti: creditor sponte recipiens videtur sibi fecisse pactum de non petendo alteram partem, & est pactũ tacitum, vt hic dicit glo. Et est aduertendum. quia si nõ erant nisi duo debitores, non potest dici ꝙ hic fuit inducta diuisio actionis. nam tunc actio dicitur diuidi inter plures, quando primò tenebatur quilibet insolidũ. & tunc incipit quilibet teneri pro parte tantùm d. l. inter eos. §. pe. sed hic primus qui soluit, liberatur in totum statim ipso iure. quatenus ipse soluit partẽ in virtute taciti pacti. vt & §. eo. l. creditori. alter verò qui non soluit, fuit liberatus similiter ipso iure à parte soluta. & remansit efficaciter obligatus in parte non soluta. vnde non est propriè diuisio actionis, per quam quis remanet obligatus in parte efficaciter: & in alia parte pleno iure, sed non efficaciter. Vnde hoc casu non placet summarium Bar. qui dicit ꝙ inducitur diuisio, sed si essent plu-

res,puta quatuor qui tenebantur ad c.quilibet insolidũ,& vnus solueret xxv.pro parte sua,quantum ad eum dicendum est.vt ſ. dixi.sed quãtum ad alios tres bene fuit inducta dicta diuisio: vt sic postquam creditor recœpit ista ab illo:non possit aliquem de alijs tribus conuenire nisi pro xxv. Nec ob. q̃ non fuerint præsentes in illa receptione.quia hoc est tacitum pactum legale, qd̃ prodest etiam absentibus.vt ſ.eo.l. ij. cum ibi no. Et ibi saluo & intelligo id quod no.Bar.circa finem, quod non potest intelligi nisi in casu prædicto.& istum intellectum perpetuò tene menti: quia quilibet diceret contrarium prima facie,quod quilibet aliorum posset conuenire ad totum residuum,postquam cum eis nihil fuit actum.Sed intentio Bar.& aliorum, qui dicunt hic inducí diuisionem,non potest saluari nisi modo quo dixi.& etiam in quantum ipse dicit q̃ ista diuisio prodest absenti,si bene cogitabis,& hoc male declaratur per ipsum,& alios postea scribentes.

2 & per eos tamen non tangitur & est necessarium.† Sit ergo cautus creditor quando recipit partem abvno ex pluribus obligatis insolidum.vt dicat recipio saluo iure solidi.nã ista verba important vt alteram partem possit ab eodem petere,& etiam à quolibet:aliorum insolidum.& ita dicit Albe.se vidisse fieri. & etiam ego vidi. Sed quidam dubitabant quid est dicere iure solidi, & non intelligebant.Glos.hic magna format tria contraria.& sunt difficilia informatione. quia illæ leges loquuntur diuersis terminis.Primum contrarium est de l.reos.j.de fideiuſ.vbi dicitur qd̃ si vnum de fideiussoribus mihi obligatis insolidum conueniam, vel insolidum,vel pro parte. & contingat ipsum mihi condemnari,& postea reperiatur non soluendo,non prohibeor illud idẽ petere à fideiussore.ergo per petitionem primam non fuit inducta diuisio:quia si fuisset inducta pro rata quæ tangebat illũ primum conuentum,non posset confideiussorem conuenire. sicut nec hic pro rata quæ contingit non soluentem,non possum conuenire soluentem.Est enim perinde ac si à principio quilibet se obligasset pro parte, quo casu licet alter eorum sit non soluẽdo, possum pro parte illius alterum conuenire:vt in l.legatorum. in principio.ff.de leg.ij.Glo. soluit istud contrarium tribus modis. Primo.quòd hic interuenit expressum pactum quòd quilibet illorum haberet soluere partem tantùm,& sic habet tex. quemq;. Ista solutio, non est bona. quia tunc ista lex non haberet dubiũ. Præterea communiter habetur in textu quenquam.Secunda solutio est quod ibi creditor conuenit vnum insolidum, quo casu non inducitur diuisio. Si autem conueniſſet pro parte: tunc induceretur, sicut quando reciperet solutionem pro parte. vt in hac l. Ista solutio confunditur per illum textum, quia etiam ibi loquitur quando conuenit pro parte. Tertia solutio est quòd ista intelligatur secundùm illam. Nam illa vult, quòd si primò conuentus reperiatur non soluendo, possit alter conueniri pro eo pro quo primò fuit conuentus. Et eadem ratione hic si alter non est soluendo, posset ille soluens conueniri pro altera parte. Inducitur ergo diuisio quando ambo sunt soluendo. Et tunc alter pro altero conuenitur: nec hic nec etiam ibi conueniretur. sed eo non existente soluendo cessat diuisio. Hæc solutio est truffa. quia postquam est inducta diuisio, non curatur an alter efficiatur soluendo vel non facit l.inter eos. §. primo. ff. de fideiussoribus. † Dic ergo quòd isti casus sunt diuersi. quia ista lex

3 loquitur quando vnus soluit partem.Et tunc inducitur diuisio. quod tamen intellige vt suprà dixi.& sic iste soluens non posset conueniri pro altera parte, etiam si correus esset non soluendo. secundùm verum intellectum. Sed lex contraria loquitur quando vnus tantùm fuit conuentus:quo casu aut insolidum.& tunc constat quòd non inducitur diuisio, sed electio & clarum est quod electio non præiudicat, nisi sequatur solutio.vt in l.finali. eodem titulo. Aut fuit conuentus pro parte,& tunc similiter diuisio non inducitur, nec etiam resultat pactum de non petendo alteram partem, nec illi, nec correcto. vt ibi patet. Sed contra vtrunque opponitur primò contra primum. quòd nec inducatur per solutionem partis.dicta l.inter eos.§.primo.ff. de fideiuſ. allegat in glo. Dicunt Docto.quòd hic loquitur in pluribus reis debendi, qui non habebant inter se beneficium diuisionis, hoc iure, & sic creditor non tenebatur recipere partem, si nolebat. vt lege, tutor. §. Lucius. ff. de vsuris. Recipiendo ergo sponte videtur vti liberalitate: & sic pactum fecisse, & actionem diuisisse. Ibi loquitur in pluribus fideiussoribus: q̃ habebãt hoc iure bñficiũ diuisiõis ex epistola diui Adriani,si erãt soluẽdo:& sic creditor cogebat recipere partẽ.si ergo partẽ recepit ab vno ex eis:cũ hoc faciat de necessitate,nõ videt vti liberalitate,nec fecisse pactũ,nec actionẽ diuisisse,qa in necessitatibus nemo &c.vt in l.rẽ legatã ff.de adi.le.& iõ si postea añ diuisionẽ factã per iudicẽ alter reperiatur nõ soluendo, posset ille idẽ cõueniri,et etiã si sint soluẽdo & perueniat ad diuisionẽ fiẽdam per iudicem:residuum qd̃ restat debet diuidi inter omnes, etiam in non soluente.vt ibi. Ista distinctio est bona, & procedit eo casu quo soluens non dicit soluo pro persona mea, vel pro mea parte:sed si hoc dixit,inducitur diuisio per pactum non solum in pluribus reis debendi non habentibus beneficium diuisionis:vel olim, vt hic,vel hodie si ei renuntiasset.sed etiam in fideiussoribus,vel in habentibus tale beneficium.cum sit eadem ratio.quia creditor sic recipiendo videtur sibi fecisse præiudicium.& ita intelligit.Ang.illum tex.limitando secundùm istam l.q̃ ibi loquatur quando ista verba in solutione non fuerunt apposita:aliàs esset idem ibi quod hic.& hoc.& hoc etiam videtur de mente Bar.in l.ex duobus.de duobus reis.Contra secundùm opp.q̃ etiam agendo pro parte inducatur diuisio.vt in l.liberum j.de fideiuſſ.Sol.si creditor agit pro parte contra omnes simul.i. cõueniẽdo quẽlibet pro pte,tũc inducit diuisio facta cõtestatione.& sic altero effecto nõ soluẽdo alter nõ condẽnabit nisi pro parte.& ita loquitur.l.liberum,sed si agat contra vnum tantum pro parte,tunc non inducitur diuisio.nec pactum.vt in d.l.reos. Ratio secundũ quosdam est.quia ad iudicium venit quis quodãmodo inuitus.sed solutionem recipit volens.& hęc est differẽtia inter casum huius.l.& illius.l.reos. quæ tamen non videtur bona.quia non cogitur petere partem si non vult,cum possit petere totum.vnde sponte videtur petere:potest ergo dici q̃ ibi loquitur quando petijt partem simpliciter.sed si dixisset in libello pro tua persona,vel pro parte quæ te contingit,induceretur diuisio facta contest.lit.& etiam pactum de non petendo alteram partem.sicut inducitur hic ex receptione partis.& sic non fit differentia an pars soluatur,an pars petatur:sed si quemadmodum soluatur vel petatur,an cum appositione istorum verborum vel sine.& secundũ hoc potest saluari gl.quę est hic in secunda sol. vbi non facit differentiam an petatur,an soluatur pars: sed solũ an petatur pars,vel totum.sed tunc oppo.q̃ per petitionem partis non inducatur diuisio.vt in l.si ex toto.§.j.ff.de leg.j. Gl. soluit tribus modis.Doc.tenẽt illã.q̃ ibi sit speciale in vltimis voluntatibus.sed certè non apparet ratio specialitatis,& regula est in contrariũ.q̃ de contractibus ad vltimas voluntates bona est argumentatio. vt in l.seruũ filij.§.cum qui.de lega.j.dic ergo illum.§.intelligendum sc̃d'm prædicta q̃ in petendo partem non

4 apposuit ibi illa verba.† & ex prædictis collige distinctionẽ per teipsum.quando sunt plures obligati insolidũ,et vnus soluit partem,an inducatur diuisio?quia vel cum appositione istorũ verborum.& inducitur.vt hic,aut sine.& tunc aut habebat beneficium diuisionis.vel non:aut conueniuntur in totũ:& non inducitur diuisio,etiam si vnus tantum.sed electio:quæ non præiudicat.aut pro parte.& tunc aut omnes conueniuntur quilibet pro parte,& inducitur.vt in d.l.liberum. aut vnus tantum: & tunc aut cum appositione dictorum verborum.& idem ita intelligatur glo.hic posita. Aut sine.& tunc secus.& ideò alter potest cõueniri pro eadem parte pro qua primus fuit conuentus,si ille reperiatur non soluendo.& iste est casus in.d.l.reos. & econuerso primus conuentus pro parte poterit conueniri pro altera parte si reperiatur non soluendo : & iste est casus in l.si ex toto.§.fi.de de leg.j. Vltimò glo.format contrarium de l.tale pactũ.§. si post diuisionem.ff.eo.tamen isti casus sunt diuersi:quia hic loquitur quando plures erant obligati in solidum,& vnus soluit partem. Ibi econuerso plures erant obligati quilibet pro parte, & vnus soluit totum.non dico sortem principalem,sed totas vsuras, ac sibipse solus deberet.& quæritur an creditor præiudicauerit sibi in sortem:quominus ab omnibus petere possit pro rata,& dicit q̃ non.sed tunc magis ob.l.ij.ſ.eo.Sed solue vt ibi dixi.quia l.ij. loquitur quando creditor conuenit procuratorem in rem suam quem tamen conuenire non poterat,ille tamẽ sponte suscipit iudiciũ.Et tunc videtur fecisse pactũ de non petendo à principali debitore.sed ille.§.quando non conuenit vnũ pro tota sorte, sed recepit solutionem totarum vsurarũ ab vno:& tunc nõ prę̃iudicat sibi

cat sibi in sortem. quod est singulariter notandum: quia non sic successorium debet facere præiudicium in principali. arg. l. si pa-
tio quo pœnam. 5. eod.

1 *Quibus possint facere testamentum in eadem scriptura.*
2 *Quantum importet uerbum rebus, quantum uerbum bonis?*
3 *Verbum pertinere quòd possit importare directam institutionem.*
4 *Hæreditas sicut non potest dari per codicillos: ita nec per donationem causa mortis.*
5 *Si quis dicat dono tibi hæreditatem meam, an ualeat donatio?*

LEX XIX.

1 Licet inter. † Pactum de succedendo nõ habet vim vltimæ voluntatis, nisi inter milites. hoc dicit ista singu. l. q̃ non est alibi secundũ Bar. Et vide quod no. pro ipsius declaratione Io. and. in ad Spec. de instr. edi. §. porrò. Et vt intelligas, pone casum quòd tres quatuor fratres. & tu & quidã alius, & eratis milites, & fecistis pactũ. de quo hic. Postea ille mortuus est in prœlio. Alij volebant vnà tecũ succedere illi, dicentes hanc conuentionẽ non valere, vt tu solus succedas. vt suprà eodẽ l. pactũ. Tu autẽ dicebas q̃ licet non valeat iure pacti, vt illum astringeret quominus ponaillet alterũ instituere si voluisset, quo casu loquitur illa l. sal tem valet iure vltimæ voluntatis: post quã hoc non fecit. quia videtur in illa perseuerasse. Imperator dicit q̃ si non fuissent milites, cũ sit facta per modũ contractus, non haberet vim vltimæ volũtatis. vt l. verba contraxerunt. de ver. sig. quia cõtractus tendit ad obligandũ contrahentẽ. & vltima voluntas non tendit ad obligandum testatorẽ, nec etiam valeret iure do. cau. mor. licet illa partim teneat vim contractus, partim vltimæ voluntatis: quia contractus inter viuos tendunt ad præcisè obligandũ, illa verò ad nõ præcisè sed quia eratis milites, & milites sunt priuilegiati vt eorum dispositiones vltimæ voluntatis non vitientur, ex defectu solemnitatis omissæ. similiter hoc casu non vitiabitur ex ineptitudine verborũ: quia cũ debuistis per viã contractus: & ideò determinat Imperator ad te pertinere omnia bona virtutæ vltimæ voluntatis. nõ aut emintelligas q̃ etiam inter milites possit valere iure contractus vt obligetur: cũ sit contra bonos mores.
2 & sic non esset priuilegiũ militis, sed potius damnũ. † In tex. ibi. [scriptũ.] per hũc tex. dicit Bal. q̃ duo possunt facere testamentum in eadẽ scriptura. & ita dicit se vidisse, & etiã ego vidi q̃ vir & vxor in eadẽ scriptura vniformiter per omnia testati sunt. Fa
3 cit Leo. q̃ si licet. pe. In tex. ibi. [rebus.] iste tex. semp allegat. † q̃ tantũ importat verbum rebus, quantũ verbum bonis. & ideò sicut si aliquis diceret relinquo tali omnia bona mea. videret ipsam instituere, si aliũ vniuersaliter non instituit. vt not. in l. in his verbis in prin. ff. de hæredi. instit. ita si dicat. relinquo tibi omnes res meas. vt hic. & sicut appellatione omniũ bonorum continen
a tur iura & actiones, & nomina debitorum. a ita appellatione om
4 nium rerum. vt no. Cy. in l. j. ff. de stat. ho. † Vltimò allegatur iste
b tex. in fi. vt in ver. [pertinere.] b q̃ istud verbũ potest importare directam institutionem, & tamen non est verbũ commune. vt no. Bar. in l. Centurio. de vulg. & pup. & nota glo. quę est hic. q̃ sicut hæreditas non põt dari per codicillos: ita nec per donationem causa mortis. quod nõ est alibi secundũ Bal. vnde videtur q̃ si quis dicat, dono tibi hæreditatẽ meam, non valet donatio: cũ hæreditas non sit in vita donantis. In contrarium videtur q̃ idẽ in hoc dicere dono omnia bona mea, quæ nunc sunt bona. sed post mortem meam erunt hæreditas. vt in l. quæsitum. §. fi. ff. de lega. j. & ibi omnino vide per Bar.

1 *Dominium in quibus casibus transferatur sine traditione?*

LEX XX.

1 Traditionibus. † Dominium nõ acquiritur ex solo consensu vel contractu. sed demũ traditione secuta si tradẽs est dominus. & si non est dominus, secuta etiam vsucapione. h. d.
2 † Gl. enumerat aliquos casus fallẽtiæ. tu adde aliũ casum, in quo transfertur dominiũ sine traditione, scilicet in societate omniũ bonorum. vt l. j. in fi. cũ l. seq. ff. pro socio. non sic in alijs contractibus licet factis super omnibus bonis. vt in l. j. §. fi. ff. ꝑ dote. & ibi nota. Item in diuisione. vt not. gl. ff. de cõdi. furtiua. l. & ideò. in fi. gl. mag. & vide per Bar. pro ratione. Et adde quòd sufficit traditio etiam possessionis non vacuæ. vnde si fundus tuus possidetur, perderetur per tertium. & si tu mihi vendas potes in me transferre dominium: immutando me ad illum fundum, & indu
cendo me in eum: licet nõ transferas in me a possessionem l. si fundum. & ibi not. ff. de fun. do.
2 ☞ *Licet ille qui promisit non petere, uel non molestare, non uideatur implere contractum transactionis perfectè quousque uiuit, ut possit agere ex contractu transa b ctionis factæ pacto nudo, tanquam ex contractu innominato, bene tamen potest agere si interuenit stipulatio: quæ est contractus uestitus & qualiter, & ad quid?*
5 *Ex contractu quem quis impugnat, uel non seruat, se iuuare nõ põt, quatenus durat impugnatio, sed ea finita sic.*
4 *Si duo fecerunt pacem inuicem, & promiserunt se non offendere sub certa pœna, & alter eorum incipit offendere, & alter poterit offendere etiam ex interuallo: nec incidit in pœnam appositam in contractu pacis.*
5 *Si ille qui primò rumpit pacem fuit conuentus ad pœnam appositam in contractu pacis: & eam soluit, quod non poterit deinceps rumpi ab altero, & si rumpatur, incidit ille in pœnam pacis ruptæ.*

LEX XXI.

1 Cum proponas. † Ex pacto nudo transfac. datur possidenti exceptio: sed non possidenti non datur actio si perfectè nõ impleuit, nec implere potest trãsac. pro parte sua. sed cõtra non seruantem tranſactionem licitum est sibi redire ad pristinam actionem. quia non seruanti fidem non est fides seruanda. h. d. Et not. hic tex. in ver. [sit tibi.] vbi probatur expressè id qd'
2 dixi in l. j. q̃ † licet ille qui promisit non petere, vel non molesta re, non videatur implere contractum transac. perfectè quousq; viuit. vt possit agere ex contractu transactionis factæ pacto nudo, tanquam ex contractu innominato, bene tamen potest agere si interuenit stipulatio, quæ est contractus vestitus: quia sufficit ad agendum ex eo q̃ quis impleat quatenus implere potest. licet non impleat perfectè: sed si nullo modo impleret, agere nõ posset etiam ex contractu vestito, vt in l. quæro. §. inter locatorẽ. ff. loca. & ad hoc vt possit agi ex contractu innominato celebrato per pactum nudum, sicut est tranſactio: non sufficit implere quatenus potest, si non impleuit perfectè. vt in ver. prœced. nam hic promisisti amplius non molestare aduersarium tuum super fundo: & ipse promisit tibi per pactum nudum diuidere æqualiter tecum hæreditatem fratrum suorum prædefunctorũ. & nũc diuidere nolebat, nec tu agere potes vt diuidat: quia nõ impleuisti perfectè. contractus enim innominatus celebratus pacto nudo non videt nisi rei interuentu. i. ex perfecto implemento eius tantum qui impleuit, non eius qui non impleuit. In tex. ibi. [nec aduersario tuo trãsactione vti. &c.] subaudi si agas ac prima ad fundum: & ipse excipiat de pacto: quo promisisti eum amplius nõ molestare super dicto fundo. nam replicare potes, quia non seruat transac. diuidendo hæreditates: & sic recurras hic ad glo.
3 magnam in fi. in l. j. §. eo. per quam datur intelligi ista l. † Et adde q̃ ex contractu quem quis impugnat, vel non seruat, se iuuare non potest. vt hic probatur. scilicet quatenus durat impugnatio sed ea finita sic ff. de ver. obli. l. qui Romæ. §. Seia. & ibi not. per
4 Barto. quod tene bene menti. † Et allegatur ista l. quòd si duo fecerunt inuicem pacem, & promiserunt se non offendere sub certa pœna, & alter eorum incepit offendere: quòd alter etiam ex interuallo poterit offendere. nec incidet in pœnam. quod intelligo, s. appositam in contractu pacis: quia nõ videtur rumpere pacem ille cui primò rupta fuit. vt no. in addi. Specu. super rubrica de treu. & pa. & etiam no. in l. qui fidem. ff. de trãsac. & in l. cum pater. §. libertis in fi. de leg. ij. Sed bene incidet in pœnam malefi cij statutam à iure communi, vel municipali, quia nõ licuit sibi ex interuallo vindictam sumere. vt in l. scientiam. §. cum aliter. ff. ad l. aquil. & ita videtur determinare Ioã. and. in mercu. super
5 regula frustra. de regu. iur. lib. vj. Tene menti. † Dicit etiam Bal. no. quod si ille qui primò rumpit pacem: fuit conuentus ad pœnam appositam in contractu pacis: & eam soluit, quòd non poterit amodo rumpi ab altero: & si rumpatur, incidit in pœnã pacis ruptæ quia illa solutio pœnæ succedit loco rei. i. obseruantiæ pacis arg. in l. apud Celsum. §. Labeo. de doli excep. Et hoc etiã expressè voluit Pet. j. eo. l. petens.

2 ☞ *An tutor uel curator possit facere pacem de iniuria illata patri pupilli, uel aduli, & remittere pœnam?*

1 Debitorum. Adde gl. in aut. de nõ alie, in §. j. col. ij. Bart. in l. pupillus. ff. de auth. tu. Doct. in l. à diuo pio. ff. de re iudi.

Pertinere. De hoc verbo pertinere vide per Alexan. de imol. in consi. xxxv. colũ. iij. circa fi. & in cõsil. xlij. in iij. vol. tex. in l. si quis ex argentarijs. §. pertinere. ff. de eden. Inn. in c. cũ ecclesia. de causa. pos. & proprie. & in c. cõstitut⁹. de reli. domi. & ibi per doc. Franc. cur.

a ¶Curator. Add Cy. & Bal. in l. j. C. de in inte. resti. Ant. d bu. in c. j. de tren. & pa. Bal. in addi. Spe. tit. de treu. & pa. & per Abb. in cõs. xxxix. in j. vol. et vid Ang. in l. tutor. et ibi eũdẽ Pau. de ca. g legit illã l. l. l. reſcriptũ. §. ff. Ang. j. l. ſi nõ cõuitꝝ ff. de iur. Bal. i ru. de treu. et pac. et in l. turiſiurãdi. ff. d iureiu. Franc. cur.

b ¶Pactũ. addẽ Spe. in ti. de pac. i §. pe. verſ. quid ſi filiꝰ dõi. in c. quãuis. de pac. li. vj.

c ¶Plures fratres. Ad de Bal. l. l. pactũ qđ dotali. i. viij. et ix. q. C. de colla.

LEX. XXII.

Pactum curatoris.

†Legitimus adminiſtrator non poteſt facere pactum de non pe tendo: ſed bene poteſt recipere ſolutionem & per hoc liberare debitorem illius cuius negotia adminiſtrat. h. d. Ratio primi dicti eſt. quia licet tutor & curator habeant legi timam adminiſtrationem, & per cõſequẽs habeant etiam liberam, & ſic poſsint alie nare. vt in l. procurator cui libera. ff. de pro cu. propter quod videbatur quod poſſent facere pactũ de nõ petendo, quia continet alienationem actionis, tamen contrarium eſt: quia non poſſunt donare, licet aliã alie nationem vtilem pupillo vel adulto facere poſsint. quia donatio non eſt vtilis: cum ſit dilapidatio. & intelligitur excepta de gene rali adminiſtratione cum libera vt in l. contra. §. ſi filius. ff. eo. & de manu. l. ſeruus furioſi. & hoc quando debitum erat liquidum vel de facili poterat liquidari: aliàs ſecus: quia non tranſigere & remittere aliquo dato vel retẽto, hoc magis expedit pupillo vel adulto, quam ponere ſe in dubio lit. vt in. ll. alleg. hic in gloſ. pro
2 contrarijs. †Et hoc inducitur ad q. an tutor vel curatorª poſsit fa
a cere pacem de iniuria illata patri pupilli vel adulti, & remittere pœnam. Nam dicunt quidam quòd ſi iniuria erat notoria, non poſſunt, aliàs ſecus. alij debent & melius, quod etiam ſi ſit liqui da & notoria, & ſi expedit pupillo vel adulto potius remittere, quam vindictam expetere, poſſunt pacem facere. & ipſe pupil lus vel adultus tenebitur eam obſeruare. & ita no. per Gand. in opere ſuo maleficiorum. & per Bal. hic. & etiam per Alb. qui no minat antiquos doc. qui fuerunt huius opi.

2 *¶ Si filius poſtea ſucceſſit patri, an tenebitur obſeruare pactum de non petendo quod ipſe fecit debitori paterno, & an poſsit retractare venditionem?*

LEX. XXIII.

1 Filius. †Filius non poteſt tollere actionem compe tentem patri per pactum de non petẽdo. vel etiam debitum recipiendo. h. d. Et hoc eſt verum ſine dubio, ſi illa actio competebat patri ex contractu cele brato per ipſum patrem, vel alio modo: non tñ ex contractu fi lij. Si autem ex contractu filij, non poteſt tollere paciſcendo: ſed bene poteſt tollere ſolutionem accipiendo per. l. ſi vnus. poſt principium. ff. eo. & per l. qꝫ ſeruus ff. de ſolu. & quod dixi. §. eo l.
2 ſeruus. Sed quid † ſi filius poſtea ſucceſsit patri, an tenebitur ob
b ſeruare pactumᵇ de non petendo qꝫ ipſe fecit debitori paterno? videtur qꝫ ſic, poſtquam poteſt & res deuenit ad caſum quo de bitum pertinet ad eum. nam ius ſuperueniens actori meo, confir mat ius meum. vt in l. cũ vir prædium. ff. de vſuca. pro quo facit. l. ſi non ſortem. §. filius. ff. de condi. indebi. In contrarium qꝫ ipſe poſsit venire contra tanquam hæres patris. ſicut ipſe pater poſ ſet ſi veniret. vt hic, iſta quæſtio formatur in fine. per doc. quan do filius vendidit rem patris. & poſtea patri ſucceſsit. an poſsit retractare venditionem. de qua. q. per Bar. poſt Dy. in l. filius. j. de ſolu. & quod no. per eum in l. ſtichus. ff. de pecu. & adde. l. & hæredi. §. filia. ff. de pac.

3 *¶ Si ſunt plures fratres, quorum unus uel duo maritant ſororem, & illa renuntiauit hæreditati paternæ, ad quam vocabatur ſimul cum maſculis, an iſta renuntiatio proſit etiam alijs fratribus? & nu. 5.*

5 *Pactum factum pro tuo hæredi contemplatione ipſius: non prodeſt uerò hæredi Si uxor teſtatoris credens hæreditatem mariti pertinere ad fratres mariti propter affe ctionem quam habet ad eos remittat eis legata à marito facta, & poſtea apparet quod hæreditas pertinet ad alium, talis remiſſio ſibi non nocet.*

4 *Si es debitor meus: & ego facio alteri pactum de non petendo à te, non prodeſt tibi, ut ex eo quæratur exceptio pacti uel doli,*

LEX. XXIIII.

Factionem.

1 Lex iſta legitur tribus modis in gloſſ. ſecundum primam lec. hoc dicit. † Pactum de non petendo factum vni vel qui buſdam, non prodeſt aliꝭ, nec nocet paciſcenti con tra alios. hoc dicit. concor. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. eodẽ. Et ſe
2 cundùm iſtam lectu. facit. [. ad quæſtionem. quod ſi ſunt plu
c res fratres, ' quorum vnus vel duo maritant ſororem. & illa re nuntiat hæreditati paternæ ad quam vocabatur ſimul cum maſculis, quòd iſta renuntiatio non profit alijs fratribus. & ſic por tio quæ tangeret ipſam ſororem applicabitur illis tantum qui dotauerunt, & quibus eſt facta renuntiatio. Tu aduerte hic ſub tiliter. quòd aut iſta adiuerat hæreditatem: & tunc poteſt proce dere quod dixi quia videtur partem ſuam illis donaſſe: aut non dum adiuerat, & tunc iſta repudiatio facit haberi perinde ac ſi hereditas non fuiſſet ſibi delata. & ſic eius portio accreſcit omni bus pro rata: & omnibus prodeſt iſta renuntiatio. & ita voluit Dy. in quodam conſilio: vt etiam refert Ioan. andre. in addi. Spe. cu. in titu. de teſta. in §. in primis. in magna addi. Tene menti quia quotidianum eſt hoc. Et idem in legato. vt diſtinguatur an renuntiet poſt acceptationẽ, vel ante quia hoc vltimò caſu re maneret totum legatum penes omnes, tanquam non factum, cum repudiatio faciat haberi pro non facto. vt in l. proinde. ff. ſi
3 cert. peta. †Secundùm aliam lec. dicit quod pactum factum pu tatiuo hæredi, contemplatione ipſius non prodeſt vero hæredi. Et ſecundùm hoc dicit Bald. quod ſi vxor teſtatoris credens hę reditatem mariti pertinere ad fratres mariti propter affectionem quam habet ad eum, remittat eis legata à marito facta, & poſtea apparet quod hæreditas pertinet ad alium ad quem talem affe ctionem non habet: talis remiſsio ſibi non nocet quominus ab il lo repetere poſsit. Tene menti. Gloſſ. contra lec. opp. de l. ſi poſt. ff. de conſti. pe. vbi pactum factum poſſeſſori hæreditatis; pro deſt voro hæredi. Solu. ſecundum Doc. ibi ille poſſeſſor erat ve rus hæres, licet rogatus reſtituere alteri, vnde pactum factum ſibi prodeſt fideicommiſſario. ſecus ſi eſſet nudus poſſeſſor ſine iure. vt in l. ſi tibi. §. cum poſſeſſor. ff. eod. tit. ſecundum. Bart. do. Raph. reprehendit. quia illa. l. loquitur etiam in nudo poſſeſſore & ſoluit aliter. quod ibi pactum ideſt conſtitutum ſuper debito hæreditario, fuit factum ei qui poſsidebat hæreditatem credito ris vt hæres, cum non eſſet: vnde cum apud eum non eſſet actio principalis, non cenſetur factum contemplatione ſui. ſed con templatione illius apud quem erat. & ſic veri hæredis: cum con ſtitutus ſequatur primum debitum: ideó prodeſt vero hæredi. ſed pactum de non petendo factum poſſeſſori hæredi non pro deſt vero hæredi. vt in d. §. cùm poſſeſſor. quia debitum & actio perſonalis pro Ipſo competens non erat in hæreditate debitoris paſsiuè. ſed apud creditorem actiuè. Et ſic ceſſat dicta ratio. quę
4 verba ſatis placent. & ſubtiliter mouẽtur. † Secundum tertiam lec. dicit quòd ſi eſt debitor meus, & ego facio alteri pactum de non petendo à te, non prodeſt tibi, vt ex eo quæratur exceptio pacti vel doli. Et hoc etiam not. glo. in perſonam. ff. eo. licet con trarium tenuerit glo. ſed non bene. in l. non ſolum. §. ſi liberatio nis ff. de libe. lega. Iſtud tamen intellige ſanè. niſi ille haberet mandatum à te vt in. l. reſcriptum. §. fi. ff. eo. Nam acquireret ſibi exceptionem doli, non directam exceptionem pacti, etiam nul la interueniente ceſsione. Idem ſi non habebat mandatum tamẽ accepit nomine tuo, & tu ratum habuiſti. quia retrotrahitur. & mandato comparatur. facit quod no. in l. ſi ego ff. de nego. geſt. Idem ſi neutrum iſtorum fuit: tamen iſte erat particeps obliga tionis. & ſua intererat tibi acquiri. vt in. l. & hæredi. §. fi. ff. eod. de bet ergo intelligi hæc lex quando omnia iſta ceſſabant; & ſic pa
5 ctum extranei tibi nihil prodeſt. Tene menti. † Et vide Bald. pro his quæ. §. dixi. de dona. l. pactum. in. vij. quæſtio. vbi allegat conſilium Dyn. de quo. §. feci mentionem. & facit illa diſtinctio quàm. §. feci in ſorore renuntiante vni ex fratribus, an ſua portio accreſcat omnibus, an illum non pertineat cui renuntia uit, per hoc remanet declarata gloſſ. quæ videtur obſcura, & ſine vtilitate.

2 *¶ Quare ex pacto debitoris non poteſt fieri procurator in rem ſuam inuito creditore?*

3 *Subditi non poſſunt paciſci inter ſe, in præiudicium domini, ſed in præiudicium eorũ ſic. An dominus poſsit eos inuitos alienare?*
Debitor ſi ſibi non nocet, tenetur alteri promittere ad inſtantiam creditoris.

LEX. XXV.

Debitorum

1 †Pactum inter debitores ſeu hæ redes debitorum factum, quo d alt ter ipſorum ſoluat omnia debita hæreditaria, non no et creditoribus, quominus agere poſsint cõtra quẽ libet pro debita ſua hæreditaria portiõe. h. d. iſta. l. cũ. ſeq. Nã iſta ponit

ponit regulam in nube. & sequens l. ponit exemplũ. sed quæro hic creditores non tenentur sequi pactum istorum hæredum, si
1 nolunt. † Sed quid si volunt, an possint? puta volunt conuenire illũ de quo fuit actũ vt omnibus solueret? Respondeo non posse illum inuitum conuenire, qa illud pactũ non obligauit ipsum sed bene obligauit alijs creditori bus sed ũ sponte ille suscipiat iudiciũ, potest: & tũc videntur facere pactũ alijs de non petendo ab eis. vt ſ. eo. l. ij. Nam ille põt dici procurator in rem suã, sed si alij soluunt, possunt ab alio pe-
re propter pactũ. sic venditor hæreditatis ab emptore. In vno tamen casu singulariter posset creditor conuenire illũ ad quem pertinet solutio, etiam inuitum: qui habetur in l. cũ ab vno. ff. de le. ij. quæ non est alibi. & istud est ibi speciale fauore dotis. Item ex istis ll. dicit Bal. patere rationem, quare ex pacto debitoris nõ potest fieri procurator in rem suam inuito creditore: quia pactio debitoris non potest præiudicare creditori: cum nõ sit in sua libertate posse se ab obligatione eximere, & loco sui alium ponere in præiudicium alterius, & ponitur hoc in l. si mandato meo. ij. ff. man. vbi creditor non cogitur mutare actionẽ suã, & aliam pro alia recipere & ecõuerso ex parte creditoris bene potest fieri procurator in rem suam inuito debitore: qa potest cedere suã actionem cui vult cum per hoc non fiat præiudicium debitori, quia non refert sibi cui soluat an creditori, vel alteri pro eo: per eundum tñ delegationis, in qua requiritur promissio debitoris: non posset fieri sine illius voluntate. vt in l. j. j. de noua. Et pro his
3 vide quod not. in l. planè. ff. fami. ercis. † Dicit etiã Bal. per istas
2 ll. quod subditi non possunt * inter se pacisci in præiudicium domini: sed in præiudicium eorum & sic. vt l. inter creditores. ff. eo tit. sed ecõuerso an dominus possit eos inuitos alienare. vide glo. in l. iuuinas. ff. de fideicom. liber. Et aliquando debitor si sibi nihil noceat tenetur alteri promittere ad instantiam creditoris. quod dic vt in l. ij. ff. sol. mat. in prin. & quod not. in l. si non sortem. §. liberas in fi. de condi. inde.

2 * Quatenus iubeatur in stipulationem id quod deuenit in pacto, & qualiter possit ex pacto sequi stipulationem, vt possit agi ex illa stipulatione ad id quod pactum est in pacto?
3 An iste petitum iubeat statim sequi post stipulationem? & vide nu. 5.
4 Qualiter intelligatur illa dictio statim?
5 Secunda lectura huius legis. & nu. 1.
6 Pactum inconuenti oppositum iuxta stipulationem, continens aliquid diuersum à stipulatione, informat actionem ex stipulatione, vt detur etiam ad id quod deuenit in pacto, & quando eam non informet? & nu. 8.
7 Duo inconuenta pactorum?
8 Pactum nudum oppositum inconuenti iuxta contractum uestitum: siue sit contractus bonæ fidei, siue stricti iuris, inest contractui, & uestitur ab eo vt ueterem actionem informet, & non aliam pariat præscriptis uer. & vide sallentias.
9 Si stipulatio interposita pro me uestit pactum simulater pro me interpositum: an etiam uestiat pactum pro te debitore interpositum?
10 Si conuentio nuda erat, & conuentio principalis, quia conuenimus de permutando libru tuum cum meo, & conuentio uestita seu stipulatio erat accessoria, quia promisisti prius si uoluisses permutare, an ista stipulatio pœnalis uestiat principalẽ nudũ?
11 Conuentio principalis uestita, an uestiat pactum pœnale, si fuit promissa pœna nudo pacto?
12 Conuentio principalis si non erat uestita à principio, sed uestitur ex post facto, an illud adnexum nouiter acquisitum uestiat etiam pactum?
13 Si primum contractus erat conditionalis, & sic conditione pendẽte nulla erat nata obligatio ad actio, sed nescitur ex post facto condutione existente: an tunc pactũ iuxta illum oppositum uestiatur ab eo?

LEX XXVII.

PEtens. Lex ista legitur tribus modis in glo. Et in primo & secũdo loquitur de vno tantum pacto: sed secundũ tertium modum fuerũt duo pacta & vna stipulatio est valde profunda ista lex: primò in intellectu sui, postea adhuc plus in materia secundùm primam
1 lecturam. h. d. † Si id quod venit in pacto deductum sit in stipulationem, agitur ex stipulatione ad id quod deuenit in pacto. h. d. & pone casum per l. Titia. §. fi. ff. de verbo. obliga. & per l. duo
1 socieratem. ff. pro socio. & per id quod cõmuniter seruatur. † & quotidie videmus fieri: quia notarius narrat plura in instrumento de quibus partes conuenerunt, & sunt in cõcordia, & postea in fi. dicit quæ omnia & singula prædicta partes per solennem stipulationem inuicem promiserunt. Si ergo volo agere ad obseruantiam conuentorum, debeo agere ex ipsa stipulatione apposita gratia seruandi placiti. & cõuentorũ & ad ipsorum robur & confirmationem, & sic ex confirmante, non ex confirmato, & hoc ante placitum seu pactum præcessit, potest etiã esse quòd sequatur, vt si partes adhuc nõ deliberarũt plenè de his quæ volunt fieri. tamen habẽt notarium, coram quo inuicem stipulantur de obseruando omnia quæ postea inter eos agentur: prout cõstabit ex scriptura manu talis nam tunc si postea concordant, & conficiunt scripturam de placitis, debebit agi ex instrumento continente stipulationem ad eorũ obseruantiam: & hoc dicit ista lex secundum primam lecturam, quæ multum congruit literæ, quæ dicit. [placiti seruandi causa.] & nihil obstat huic lecturæ. nisi verbum [statim.] quod infra ponitur in fine. quia ponendo isto modo illud verbum est superfluũ. nam etiam si ante per longum interuallum, vel post stipula. partes conuenerint, agi posset ex illa stipulatione cuius contrarium innuit ista litera. & propter hoc glo. reprobat istam lecturã non quòd in se non sit vera, sed quia ista non videtur mens istius literæ: propter illud verbum statim. b † Quòd autem non referat
3 tunc an statim, vel ex interuallo pactum apponatur iuxta stipulationem glo. voluit sic probare. nam tunc refert an statim vel ex interuallo quando esset agendum ex pacto, quia tunc si statim, bene potest agi ex pacto vestito, & ex stipulatione, sicut ab alio contractu bonæfid. vt ſ. eodem l. in bonæfidei. secus si ex interuallo, sed in casu istius l. nõ agitur ex pacto, sed ex stipulatione ergo non debet referre an pactum factum fuerit statim: an ex interuallo, & hoc voluit dicere glo. post prin. in versi. [præterea non ageretur ex pacto &c.] & sic non somniauit glo. in illo ver. secundùm quosdam quia in tex. non dicitur quod agatur ex pacto quare ergo dicit glo. [præterea non ageretur ex pacto &c.] cum tex. hoc non dicat. sed intelligendo (vt dixi) non vult glos. dicere quod hoc agatur ex pacto. sed vult dicere id quod ſ. dixi. Quidam volẽtes sustinere hanc lec. dicunt quod illud verbum statim, bene stat eo casu quo pactum sequatur post stipulationem. & ad illum casum dicunt illud verbum referri: non ad casum quo pactum præcessit. & hoc tenet dominus Rapha. quia illud verbum non est ante vel post, vel inter conuenta sed inter vnum capitulum, dum dicit seu statim, & sic refertur duntaxat ad verbum post. & dicunt quòd quando pactum præcessit stipulationem, non refert an præcesserit statim, vel post longum interuallum. sed quando sequitur post stipulationem, bene refert. quia si statim post, tunc illa conuentio implet stipulationẽ, quæ censetur esse illa de qua partes cogitarunt: sed si ex longo interuallo, secus: quia partes censentur recessisse ab illa stipulatione: & sic conuentio postea facta per pactum nudum nõ implet stipulationem. si enim promisisti mihi per stipulationẽ illa de quibus postea conueniemus adinuicem, viderer sensisse solùm de illis de quibus conueniemus statim, vel post modicum interuallum, non de illis de quibus per longum. arg. eius quod not. in l. per retentionem. j. de vsur. & in l. cùm plures. §. locator horrei. ff. loca. Nec obst. l. cum apud. & l. iudicatum solui. ff. iud. sol. vbi ex interuallo potest impleri: quia ibi imple. nentum non dependebat ex volũtate partium, sed ex facto iudicis. cum verò à voluntate partium, tunc cum stipulatio sit incerta de se, si partes non certificant eam statim cum possint, remanet incerta & inualida l. cum post. §. gener. ff. de iure dot. iuncta l. quia ratio. de condi. insti. Barto. reprehendit hunc intellectum. per l. qui pecuniam. ff. si certum peta. & l. quidam cum filium. de verbo. obli. vbi dependebat à voluntate partium. puta fui stipulatus à te pecuniã quam tibi mutuabo. & in illis probatur quòd si mutuo etiam ex interuallo. stipulationẽ impleo: vt ex ea agere possim. & vt censeatur illud mutuum de quo sensimus tempore stipulationis: & sic istam lec. dicit non congruere isti l. dominus Raph. qui dicit q credit istam esse mẽtem huius l. & verisimam. lex dicit quòd hic debet intelligi quando fuit actum inter partes, vt statim deberet pactum interponi. sed ista est diuinatio. Breuiter vnum
4 aliud facit me recedere ab ista lec. quia † istud verbum [statim] secundũ oẽs intelligitur. i. antequã diuertãt ad extraneos actus. Sed secũdũ qd illi intelligunt, volendo sustinere etiam si diuertissent ad alios actus. si tñ j. modicum spaciũ: qñ iudicis arbitrio

a ¶ Nõ possunt. Adde Doct. in c. cũ tẽpore. de arbi. Doct. in c. cũ dilecti. de maiori. & obed.

b ¶ Verbũ statim. Ad de l. cum quidam. ff. de leg. iij. Là diuo pio in §. si post addictũ. ff. de re iudi. archi. in c. constat. j. q. j. Doct. in c. cũ hoïes. de deci.

committeretur,ſequeretur cõuentio,impleret ſtipulationem: & cenſeretur illa conuentio de qua partes ſenſerunt tempore ſtipulationis.ſi verò per longum interuallum,ſecus:niſi fuiſſet dictũ quandocunq;.puta promittis mihi illa de quibus conueniemus adinuicem quandocunq; prout in ſimili :not.ſ.eo.l.pacta nouiſſima.per Bar.poſt la.but.Vltimò præſupoſita iſta lect.pro vera in ſe.quia eſt limitanda:vt ſ.dixi.Quæritur.text.vult qđ agatur ex ſtipulatione ad conuenta,ſed an poſsit agi ex ipſa conuentione?Dic quod nõ,ſi eſt nuda: ſed ſi eſt veſtita, licet non verbis, ſed conſenſu,vel alio modo.tunc an poſsit agi ex ea.dic vt ſubtiliter & pulchrè examinat Bar.in l.ſingularia.ff.ſi cer.pet.& vt colligitur ex d.l.duo ſocietatem.ff.pro ſocio.& dico quod ſecũdum iſtam lec.non eſt curandum an placitum de quo tex.loquitur,fuerit pactum nudum,ſeu nuda conuentio: vel veſtita alio veſtimento quàm verborum:vt patet in venditione cui ſubijcit ſtipulatio ſecundũ ſtilum notariorum,nam poteſt agi eſt ſtipulatione:& etiam ex empto & vendito,quãdo ſtipulatio fuit facta incontinenti quia non preſumitur facta animo nouandi,ſed corroborandi contractum.vt d.l.duo ſocietatem.& per Bart.in d.l.ſingularia.Videbatur autẽ hîc agendum ex conuentione tãquam principali.ad cuius confirmationem veniebat ſtipulatio: cuius contrarium hîc dicit:& de iſto artic.in agatur ex cõfirmato,vel ex confirmante dic vt per Bar.in l.& quia.ff.de iuriſ. om.

5 iud.†Secũdo mode legitur,vt intelligatur de pacto appoſito cã declarandæ ſtipulationis,quia ſi promiſiſti mihi decẽ libras ſimpliciter,cũ poſsit intelligi de decem libr.paruis.vel de x. lib. imperialibus,quæ ſunt groſsiores:debes ſcire q̃ in dubio videretur actũ de paruis.vt in d.l.numis.de lega.iij.& in l.apud Iu. §.ſcio. de leg.j. Iſta l.dicit q̃ ſi per pactum antecedens vel ſequens,fuit actũ inter nos q̃ intelligatur de imperiali,poſſum ex ſtipulatione petere imperiales. Iſta lec.non congruit literæ quia litera iſta dicit q̃ ſtipulatio fuit interpoſita cauſa ſeruandi placiti. & tunc non eſſet ita:ſed contra placitũ eſſet appoſitum cauſa declarandæ ſtipulationis.Præterea tunc non eſſet vis an placitũ ſeu pactũ iſtud,foret appoſitum incontinenti,vel ex interuallo,q̃ hoc ſit verum:probat Barto.hoc modo.Nam iſtud pactum fuit appoſitum ad inducendam replicationem: quia ſi peto decem libras imperiales ex ſtipulatione:& tu excipias q̃ ſtipulatio fuit interpoſita ſimpliciter:& ſic intelligitur de minoribus nummis. vt d.l.poſſum replicare ex illo pacto, dicendo quod iſtud eſſet verum.niſi inter nos cõueniſſemus q̃ intelligatur de maioribus. conſtat autem q̃ pacta etiam ex interuallo appoſita ad inducendum exceptionem vel replicationẽ,eã inducũt:licet.ſi eſſent appoſita ad inducendã actionẽ,eam non inducerent.& ff.eo.l.iuriſgentium.§.igitur nuda.& §.quinimò. dñs Rapha. reprehendit Bart.de inepto modo loquendi.dum dicit q̃ eſt appoſitũ ad inducendã replicationem,quia non eſt locus replicationi. niſi vbi eſt dare actionem.vt.j.tit.j.l.ſub prætextu.la prima.ſed hîc non eſt dare actionem ad imperiales,ſed ad minores.dicit q̃ debuit dicere q̃ eſt appoſitũ ad confeſsionẽ.breuiter truffa eſt.Bar.bñ loquitur.& dico q̃ iſta litera poteſt congruere quantũ ad verbũ ſtatim.nam ſi incõtinẽti antequã diuerterẽt ad extraneos actus vel ante vel poſt ſtipulationẽ paciſcunt̃,q̃ intelliguntur de imperialibus.tale pactum videt̃ ineſſe ſtipulationi.ideſt eſſe perinde ac ſi in ſtipulatione fuit facta expreſſa mentio de imperialibus.vt probat̃ in l.lecta.§.dicebã.ff.ſi cer pet.Et ſic orta eſt actio ex ſtipulation · ad imperiales.& tunc iſtud pactum faceret prę-iudicium non ſolùm inter partes.ſed etiã reſpectu tertij.cui poſſet prę-iudicare ſtipulatio imperalium.Sed ſi ex poſtfacto,vel ex interuallo,tunc pactũ nõ ineſſet:cum actio eſſet orta ad minores nũmos.nec poſſet fieri per pactũ ſubſequens.quod mutaret ſtatum ſuũ ad imperiales:vt l.inſulam j.bienniũ.ff.de verborũ obli. vnde non poſſem petere imperiales.argumẽ.eorũ quæ not.in d. l.lecta.& poſſet procedere dictũ dñi Raph.q̃ haberet vim cõfeſſionis,non q̃ mutaretur veritas.nã in veritate non poſſum petere imperiales.Sed de facto potero petere.& ſi excipies q̃ intelligit̃ de minori ſumma replicabo q̃ ſemel confeſſus fuiſti q̃ intẽtio noſtra fuit intelligere de imperiali.& iſta confeſsio facit tibi

3 Quando actor non implenit perfectè ex parte sua, nec potest implere, facit tamen quod potest, licet non habeat actionem præscriptis uerbis contra reum nullo modo obseruantem, si non interuenit stipulatio, si tamen reus obseruauit quatenus in eo fuit rē tradendo licet non perfectè, potest actor agere,

4 Ille qui renuntiauit liti & causæ motæ super rei uendicatione, non tamen transfert dominium in ipsum reum, sed solùm à lite recedit, nec dominium abdicat à se,

LEX XXXIII.

SI pro fundo. †Si res data ex causa trāsactiōis euincatur, de euictione agitur; sed si non erat tradita, sed dimissa ex causa trāsact. tūc de euictione non agit. h. d. ista l. sing. de toto isto articulo secundū Bart. Et primò loquit actor cui res data fuit à reo, vt sibi alia res remaneret, super qua erat litigiū. vsq; ibi. [si tñ.] & actori fuit illa res euicta super qua litigium nō erat, sed erat tradita vt actor à litigio inchoato super alia re desisteret. postea loquitur reus cui fuit res dimissa ex causa transactionis. & postea fuit illa res euicta: quia non agit de euictiōe contra actorem, nec ab eo petit quod dedit: quia censetur voluisse se ad hoc obligare; sed duntaxat à lite discedere. Et hoc fecit, nec amplius litigium restat, si ergo res illa per alium euincat sine culpa vel facto actoris, damnum debet esse ipsius rei qui posuit se in dubio; vt sibi remaneret sine controuersia actoris. In text. ibi. [liberum dari.] Et sic transferri dominium, taliter q; euocari nō possit: vt ī l. fi. ff. de condi. ob causam. & in l. si rem. ff. de sol. Si ergo fuit euictus iste fundus à tertione donationis; quia non erat tradentis: sed alterius, apparet q; non dedit; quia nō transtulit dominium, & si fuit euictus p hypothecam; & apparet q; ipse dedit, non tamen bene dederit: quia nō liberum, nec taliter q; euocari nō posset: ideo potest agere de euictione per stipulationem, si interuenit, vel præ. versi. ad interesse si non interuenit. vt j. sequitur. nō autem potest agere act. prima, & sic trāsact. rescindere. † In text. ibi. [instaurari denique litem prohibent iura.] Sed cōtra hoc fortiter oppo. quia si reus non seruat quod p̄misit vt dictum est, videt q; agere posse act. primaq; non est sublata. vt §. eo. l. siue apud acta. in fine. & posito quod esset sublata, adhuc videt q; possis agere ad rescī dendū transactionem cōdictione ob causam, vt se reponat in pristinum obligationem: vt ī l. sī quis accepto. ff. de cōd. ob cau. Gl. quæ licet hic, nec declarat istud contrarium. dicit enim gl. quæ incipit. [sic & in contractu.] q; ex quo tradere promiserat. hoc seruauit quoquomodo tradēdo. & sic fecit quod in eo erat: licet traditio non habuerit effectum. Et adde simile in l. j. §. j. de re. p̄mu. Sed quid ad propositum? cum paria sint non tradidisse vel tradidisse sine effectu. vt in l. fi. ff. de condi. ob cau. vnde videt ista solutio reprobari. Solutio. illud est verū in alio contractu innominato quàm trāsactionis; sed in cōtractu transactionis odio litium ne lis sopita restauretur, permittitur ad litem pristinā redire: quā do reus ex parte sua fecit quod potuit. vt hic. Secus si nihil fecit: vt in l. siue apud acta. Nam in primo casu potuit agere ad ipsam retinendam: & hoc vult ista l. singu. Sed in secundo casu non potest agere, si ipse actor nō p̄fectè impleuit ex parte sua. vt ibi. ideo succurritur ei vt trāsactionem rescindat. Sed cōtra fortiter opponi. Aut enim in ista l. actor impleuerat trāsactionem perfectè quia fuit actum, vt promitteret de nō petendo, & p̄misit, & sic perfectè impleuit: & tunc possit agere, vt si seruetur trāsactio siue reus nihil fecit, siue fecit, & nō p̄fectè, nō debet agi ad rescindendum, si attendatur ratio prædicta. ergo ista differentia an aliquid fecerit vel nihil fecerit, non est attendenda. Aut non impleuit ex parte sua: quia fuit actum, vt non peteret, aut promitteret de non petendo: & tunc non potest agere vt sibi seruentur promissa: siue reus nihil fecerit, vel fecerit id quod in eo erat. Ergo deberet posse agere ad rescindendum vtroq; casu. Hæc est difficilis oppositio. Sed dic quòd hoc modo impleuit actor perfectè ex parte sua: quia fuit actum quòd non peteret; & tamen potest agere act. præ. ver. etiam si interuenit stipulatio, vt sibi seruentur promissa, quando reus tradidit. quoniam tradendo videtur voluisse quòd habeatur actor pro perfecto implemento: eoipso qd' tacet, non molestat: & sic præsentem taciturnitatem habet pro p̄

fecto implemēto. & iste est casus singu. in ista l. sed si nihil fecit, non potest dici præsentem taciturnitatem haberi p̄ perfecto implemento. Ideo actori non datur actio præ. ver. ideo permittitur sibi transactionem rescindere. vt in l. contraria. hic non quia post quàm perfectè impleuerit reo hoc acceptante, poterit agere, vt sibi perfectè impleat. & hoc tangit do. Bart. hic singulariter, sed Bal. non intellexit. & dominus Raph. non ponderauit. & nullo alio modo potest dissolui ista contrarietas. & est valde subtilis ratio. †Vltimò collige quod dixi, in l. siue apud acta. ad quod semp̄ allegatur ista lex, quòd titulus transactionis super re dimissa nō est sufficiens ad vsucap. nec ad dominium transferendum super illa re; quia si esset sufficiens illa euictio, ageretur de euictione: qa dimittens videretur se obligasse ad dominium transferendum, vel vsucap. conditione & quòd poterit vsucapere. Item si euincatur antequàm impleat vsucap. tenetur de euictione, cuius cōtrarium hic dicitur. & secus in re tradita ex causa transact. Et de hoc est tex. cum gl. in l. pe. j. de vsucap. pro empto. † Recollige ergo ex ista l. singulari quatuor, quibus singulariter allegatur. Primò quòd vbicunq; actor potest agere ad obseruantiam trāsactionis, vel ex stipulatiōe, p̄s. ver. licet nō obseruauerit p̄fectè ex parte sua, non potest actor agere ad rescindendum transactionē, vel actione prima, si non erat extincta. vel condi. ob causam, vt se reponat in pristinam obligationem, si erat extincta. sed debet agere ad obseruantiam transactionis. & hoc dixit antiquus doctor. Gul. de Suza. vt refert Cy. j. c. l. si maior. vnde videtur esse casus secundùm lect. suam, licet istam non allegauerit odio litium. †Et est casus in quo ille qui impugnat actum, vt reus, non obseruando potest se ex illo iuuare. hoc etiam videtur probari rectè inspiciendo. in l. siue apud acta. in ver. nec huius rei causa, à contrario sensu: nam innuit ibi quòd si interuenisset stipulatio. quia si posset agere ad obseruantiam transactionis. non deberet agere actione prima ad rescindendum, de hoc etiam videtur casus, si gl. non destrueret text. in l. ob eam causam. ff. de præsc. verb. Et videtur hoc esse verum quando reus fecit quod potuit tradēdo, licet nō perfectè, quòd etiam si nihil fecit: vt in dictis iuribus. Sed si non potest agere, & reus transactionē non obseruat. tunc si actio prima durat, bene potest ad eam redire. Et isto mō transactio rescinditur. in dicta l. siue apud acta. sed si non durat, non potest agere conditione ob causam: vt illam apud se reponat: sed debet agere de dolo, si non perfectè impleuit ex parte sua. vt l. actione. §. eo. sed quid in eo qui tutus est exceptione, & sic potest semp̄ facere, vt transactio seruetur repellendo actorem: an si actor veniat contra, possit transactionem rescindere petendo data per conditionem ob causam? Et clarum est, quòd in casibus in quibus in rem & pœnam potest consequi. vt in l. vbi pactum. cum sequenti. j. eo. & quando est apposita clausula rato manente pacto, tunc potest repetere data: & exceptionem opponere: & sic transactionem non rescindit. & facit sibi eam seruari: sed dubium est quando non potest repetere rem & pœnam, an duntaxat debeat vti exceptione, & sic facere transactionem seruari: an autem repetere data, & sic eam impugnare. videtur quòd sic. eadē ratiōe qua & actor. & videtur esse casus in dicta l. cum proponas. in fi. §. eo. non destruendo literam. tamen ibi Docto. sentiunt contra. vt ibi dixi supplendo literam. & etiam glossa. mag. in princi. l. siue apud acta. quæ videtur facere differentiam inter reum, & actorem, do. Raph. hic dicit se valde dubitare: & finaliter tenet hac secundam partem, propter authoritatem gl. & Docto. nec potest reddi alia ratio diuersitatis: nisi quia fauorabiliores sunt rei quàm actores. †Secundò recollige, quòd quando actor non impleuit perfectè ex parte sua, nec potest implere: quia promisit factum negatiuū, vt non petere, vel molestare. facit tamen quod potest, quia non molestat, licet non habeat actio. præ. ver. contra reum nullo modo obseruantem, si non interuenit stipulatio. si tamen reus obseruauit quatenus in eo fuit rem tradendo, licet nō perfectè, potest actor agere. secundùm intellectum Bald. & istud facit pro eo quod dixi in l. siue apud acta. quòd licet actor qui promisit non petere nō possit implere promissum, offerēdo cautionem de nō agendo: si tamen reus rem recipit sponte, videtur habere ipsam pro perfecto implemento; & sic poterit agere. Tertiò, Bartol. in l. naturaliter. in §. nihil. commune. ff. de acquirend possess. in prima vel in secunda lect. allegat istum text. in fi. † quòd ille qui renuntiauit liti & causæ motę super rei vendi. non propterea trāsi-

fert dominium in ipſum reum,ſed ſolùm à lite recedit.nec domi nium à ſe abdicat:quia ſi ſua intentio foret in illum transferre do minium,tunc illo non translato,quia non erat ſua, teneretur de euictione.Cuius contrariū hic dicitur.quod etiam probatur cla rius.vt in l.ſiue apud.in fi. ſed illa ad hoc principalius allegatur, & iſta eſt magna declaratio ad l.poſtquā liti.ſ.eo.titu.Quartò & vltimò recollige illud quod ſ. dixi. q̄ titulus tranſactionis in re quę eſt tradita,eſt ſufficiens ad translationem dominij,vel quaſi vt poſsit res prę ſcribi.vt hic patet.quia ſi res euincatur,agitur de euictione.ſecus in re quæ dimittitur.ſed contra dictam l.ſi dona tæ.ff.de do.inter vi.& vxo.allegata in glo.fi.pro contraria. & in ſti.de re.diui.§.venditæ.alias in §.interdum.vbi transfertur domi nium & vſucapiendi conditio in re quæ dimittit,ſicut in re quæ traditur.Solu.ibi in re quæ dimittitur ex aliqua cauſa vel titulo habili ad transferendum dominium, nam tunc ille penes quem dimittitur,retinet eam vt dimittentis.nō vt ſuam.& ſic habet ani mum acquirendi dominium quod prius non habebat. ideo ac quirit,ſi dimittens eſt dominus:vel ſi non eſt dominus, acquirit vſucapiendi conditionē,ſed ſi dimittit ex cauſa tranſactionis eā vt ſuam,cum intentione continuandi dominium quod prius ha bebat,ideo ſi non habebat,nec acquirendi dominium: quia non habet animum acquirendi, nec vſucapiendi conditionem per l.iij.§.ſubtilius.ff.de condi.ob cau.Ideo non debetur ſibi euictio. Et hoc etiam modo ſoluitur aliud contrarium quod poſſet fieri: quia hic traditur res pro re,& ſic videtur permutatio: & per con ſequens vt pro euicta re dimiſſa poſsit agi actione prima, Cuius contrarium vult iſta lex.nam non eſt verum quòd ſit permuta tio,quia ille penes quem dimittitur non habet animum recipien di nouum dominium:ſecus in permutatione: & per hæc reſpon detur ad l.j.ff.de re.permut.& ad l.ſi quis aliam.ff.de ſolu. Et ibi vide Bar.in oppo.quam facit de iſta l.Nam dicit eſſe ſpeciale in tranſactione gratia minuendarum litium,vt quacunq; re euicta, ſiue tradita, ſiue dimiſſa,non poſsit agi actione prima ad re ſcindendam tranſactio. non ſic in permutatione. Et iſta ſunt ſubtilia, & ſingularia. Nec iſto titulo videtur ſubtilior lex, quàm iſta.

1 ☞ *Liberatio facta ex eo quòd reus ſubtraxit inſtrumenta vel teſtes actori,an ſit nulla?*
2 *Conditio ſi me feceris hæredem,apposita in liberatione,an vitiet liberationem? & num.* 4.☞ 5.
4 *Inſtitutio poteſt fieri ſub conditione præmij futuri.*
5 *Conditio plus inficit quàm modus.*

LEX XXXIIII

1 CVm donationis. †Liberatio facta ex cau ſa trāſactionis ſub ſpe fu turæ ſucceſsionis etiā pollicitę vel expreſſæ.licet ſpes deficiat,non poteſt reſcindi,tanc̄ remittēs dolo fuerit inductus:nec ex eo quod cauſa ob quam facta eſt,non ſit ſecu ta.Nec etiam poteſt agi ex pollicitatione vel promiſsione: quia non valet nec obligat tāquam cōtra bonos mores.h.d.iſta.l.not. ☞ & differt à l.ſi maiores.§.e.quia ibi à neutra parte fuit facta mē tio de futura ſucceſsiōe,licet remittētes hoc habuerint in animo: & ſub iſta intentione remiſerint. ſed hic ille qui liberatus fuit pollicitus & remittens, ſub illa pollicitatione remiſit vel libera uit.& poſtea nō ſeruauit promiſſa; vnde maior erat dubitatio: quia remittens vel liberās tanquam dolo inductus poſſet libera tionem reſcindere, vel ſaltem;quia cauſa ob quam promiſit,nō eſt impleta: etiam contrarium hic dicitur. quod nō poteſt dici dolo inductus, cum ſciret vel ſcire deberet pollicitationem vel promiſsionem nō obligare promittentem, tanquàm contra bo nos mores, & per cōſequens liberationem haberi p puro, nō p conditionali vel modali. vnde ex defectu modi non poteſt reſcindi.hæc eſt intentio huius.l.in qua eſt in vlti.q. gloſ.in verſ. [ſi verò remittat & dicat &c.] licet enim remittens non fuerit vſus verbis.glo.tamen quia aduerſarius pollicitus erat, iſta pol licitatio videtur habere vim modi; quia ſi p̄mittis vel polliceris mihi aliquid,& ego ſtatim aliqd facio tibi,videor facere ſub mo do,vt ſerues p̄miſſa.licet nō dicā,per id quod no.per Pe.& alios in l.cū mota.§.e.& ſic videtur remiſsio modalis.ſed non quia ille modus non erat obligatiuus, tanquàm contra bonos mores, nō ſic erat obligatus:quia tūc deficiēte modo poſſet reſcindi libera tio ex defectu modi extra cauſam trāſactionis.ſed in tranſactiōe

2 ageretur ad implementum modi.vt in l.præcedenti.† In glo.j.ibi [tranſactioni non nocere.] quia non reddit eam nullā, vel an nullandam.vt hic patet in l.ij.§.eo.& hoc in ſimplici ſcientia, q̄ habebat ius licet ſi in illa eſſet mixtum delictum.vt quia ſubtra xit inſtrumenta vel teſtes actori, licet non redderet liberationē nullam ipſo iure,facit tamen eā retractari vel per actionem de dolo,vel vt agatur actione prima ſi non eſt perempta.vt in l.ſub prætextu.§.eod.& l.nec intentio. In gl.ſeq.poſt prin.ibi.[impu tatur ergo ei qui tali pollicitationi credidit.]cum ſciret vel ſcire deberet eam non eſſe obligatoriam.& ſic nō poteſt dici dolo in ductus.vt in tex.nec poteſt dicere cauſam ob quam remiſsionē fecit,non eſſe ſecutam:& ſic liberationem debere reſcindi: quia liberatio potius dicit̄ pura quàm modalis,vel facta ob cauſam. ſed ſecundū hoc videtur quod ſi libero minorē vt mihi det rem ſuam immobilem,cum adhuc non poſſet ſe obligare ſine autho ritate tutoris,& decreto iudicis.vt in l.ſi ad reſoluendā.j. de p̄ di.mino.quia iſta liberatio dicetur pura:& imputetur mihi quia ſibi credidi:nec potero eam facere reſcindi propter defectū cau ſæ non impletæ eſt ne hoc verum videtur quod ſic arg. huius.l. cum glo.niſi hic dicamus quòd non erat obligatoria, quia con
3 tra bonos mores.ſecus ſi alio modo cogitur ſuper hoc. † In gloſ. ibi.[Pla.dixit.] in hoc eſt differentia inter iſtam opp.& præce dentem:quia in præcedenti conditio illa ſi me feceris hæredem, tanquam turpis & impoſsibilis reiicitur. & de iure vitiat libera tionem,ſicut vitiat obligationem inter viuos.vt in l.non ſolum. ff.de act.& oblig.licet non vitiet vltimam volun.ſed vitiatur. vt in l.obtinuit.ff.de condi.& demon.ſed ſecundū illam oppoſitio nem Pla.talis conditio non vitiat liberationem,ſed facit eā ſtare in pendenti,ſicut quælibet alia conditio.& ſi ſequatur inſtitutio, habet effectum:ſi non ſequatur,deficit liberatio:propter defectū conditionis.& hanc rationem ponit Pet.dicens non eſſe verum quod illa conditio eſt turpis, vel impoſsibilis de iure. nam non eſt turpe me hæredem inſtituere,ſed bene eſt turpe & contra bo nos mores quem obligari ad hoc faciendum.non autem eſt tur pe quem induci ſub ſpe præmij ad me inſtituendum.arg.in l.Ti tio centum.§.j.ff.de condi.q demon.& illa liberatio facta ſub ille conditione,eſt inductio:non compulſio,vel obligatio. Barto. tenet primam opi.quia eſt compulſio per indirectum,& ſicut re probatur præcipua compulſio & cauſatiua.nec eſt verum ſecūdū eum quod quis poſsit induci ſub ſpe p̄mij ad inſtituēdum. vt in l.illæ autem inſtitutiones.ff.de hære.inſtit.vnde redditur inſti tutio captatoria.& hoc non obſt.d.l.Titio.§.j. quia in matrimo nio:ad quod quis metu nō poteſt aſtringi,ſed ſub ſpe præmij,ſic: quia in matrimonio poteſt interuenire præmium pecuniarium, ſed ad quem inſtituendum non poteſt quis arctari metu pœnæ. vt in l.ſtipulatio hoc modo.ff.de verb.obl.nec ſub ſpe præmij.vt in d.l.illæ autem.Bald.reprobat iſtam opi. & tenet præcedentē; quia ſecundum Bart.ſequeretur quod ſi me inſtitueret ſub con ditione ſi te alimentauero,non valeret inſtitutio.quod eſt abſur dum.vt in l.quidam cum filius.de verb.oblig.ſed non pependit
4 Bal.quia ipſe non loquitur ad propoſitū.† Nam ipſe vult quod inſtitutio poſsit fieri ſub conditione p̄mij futuri,& hoc fateor, ſed Bar.vult quod præmium non poteſt dari alicui ſub ſpe futu ræ inſtitutionis,vt promitto tibi aliquid dare vel facere ſi me in ſtitues:quia non valet mea promiſsio, vt ſub ſpe alterius induca ris ad me inſtituendum,quia per hoc tollitur libertas teſtādi per indirectum,& ſic non valet,licut quando directò.iuxta no.in l. fin.ſ.de pac.in q.illa.an valeat donatio præſentium & futurorū.
5 † In fine gloſ.ibi.[dico quod non poſſet petere debitum.]& de hoc eſt caſus in hac l.rectè intelligēdo.vt §.dixi.& ſic collige ex gloſſ.quod licet conditio ſit turpis vel impoſsibilis vitiet actum inter viuos ſcilicet obligationem vel liberationem: vt in præce denti.q.in prima opp.modalis tamen impoſsibilis vel turpis nō vitiat,ſed vitiatur.& ſic plus inficit conditio quàm modus:& hoc probatur in l.demonſtratio.§.quod autem iure.ff. de condi. & demon.vbi falſa cauſa cōditionaliter prolata vitiat legatum. ſecus autem ſi per modum cauſæ vel modi apponatur. Bal. au tem fatetur hanc glo.deciſionem,ſi conditio non fuit fundata in illo modo turpi.ſed in alio,puta libero te pro decem. vt me hæ redem inſtituas.nā liberatio habetur pro pura.vt hic patet: quia illa pollicitatio habebit vim modi. Tene menti quia iſta ſunt ſubtilia.

Qui

† Qui dolum allegat, eum probare debet.
Interuentus amicorum facit cessare præsumptionem metus & doli.
Quo cautela uti debeat aduocatus, quando contra suum clientem allegatur dolus uel metus.
Ratio statutorum dicentium quod mulier uel minor non possit contrahere, sine præsentia duorum uel trium consanguineorum.
Quæ mulier uel minor uolens contrahere habeat consanguineos, qui non sunt præsentes, poterit adhiberi authoritas iudicis loco istorũ, ne actio eorum impediatur.

LEX XXXV.

TRansactionem. †Interuentus amicorum facit cessare præsumptionem metus, & facit præsumi quod non interuenerit dolus vel metus. ista enim sunt diuersa. nam interdum subest alia præsumptio quod interuenit, & tunc præsentia amicorum [a] illam excludit, & sic non proderit ista præsumptio cum vno teste ad probationem metus. interdũ nulla est præsumptio. & tunc facit præsumi qđ nõ interuenerit. & effectus huiusmodi est † quia qui dolum allegat, eum probare debet: vt in l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. sed illa præsentia amicorum aggrauabit probationem: & sic non sufficit probare per duos testes, sed requirantur tres ad probandum præsumptionem quæ est contra. ita colligitur ex dictis Barto. pro quo facit quod not. in l. si duo. in princ. ff. de iureiuran. Idem in decreto iudicis, vt faciat cessare præsumptionem metus & doli, vt infrà de prædi. curia. l. j. & ibi not. per Barto. lib. xj. Et dicit Bart. † quòd tu aduocate debes esse cautus quãdo contra tuum clientem allegatur metus vel dolus, vt facias articulum de præsentia amicorum, & probes, si vxor ad instantiam mariti aliquid faciat: vel in alio contractu cõsentiat, vel filia ad instantiam patris forte renuntiat hæreditati cum iuramento, & apponatur quod hoc fecerũt propter nimiam reuerentiam mariti vel patris, non audentes contradicere. & per hoc petatur rescindi per l. j. §. quæ onerandæ. ff. quar. rer. act. non de. & per not. in l. interpositas. §. eo. quòd probes interuentum amicorum vel consanguineorum, & grauabit aduersarium in onere probandi, & non sufficiunt duo testes. † Ex his etiam dicit apparere rationem statutorum dicentium quod mulier vel minor [b] non possit contrahere sine præsentia duorum vel trium [b] cõsanguineorum. scilicet ad excludendum præsumptionem doli, vel metus, quia tales propter fragilitatem sexus & ętatis solẽt induci per dolum. † Et no. hic vnum verbum quod dicit Bald. quòd in illo casu si mulier vel minor habeat consanguineos, qui nõ sunt præsentes, ne actio eorum impediatur, poterit adhiberi authoritas iudicis loco istorum. & sufficit argu. in l. bonorum. infrà qui admit. ad bono. pos. poss. & istam causam vidi de facto.

† Quod dolus allegatur, eum probare debet.
Interuentus amicorum facit cessare præsumptionem metus & doli.
Quo cautela uti debeat aduocatus, quando contra suum clientem allegatur dolus uel metus.
Ratio statutorum dicentium quod mulier uel minor non possit contrahere, sine præsentia duorum uel trium consanguineorum.
Quæ mulier uel minor uolens contrahere habeat consanguineos, qui non sunt præsentes, poterit adhiberi authoritas iudicis loco istorũ, ne actio eorum impediatur.

LEX XXXVI.

SI maior annis. Intellectus huius legis est dubius. nam videtur de directo contrariari. l. siue apud. suprà eodem. † dicit enim quod transegi tecum pro quinquaginta, quæ promisisti mihi dare, & ego promisi te amplius non molestare, si hoc non obstarus, ago actione prima. quia non soluis quinquaginta. licet nec cõtras in lite. attamen habes contra me exceptionem transactionis ex æquitate, vt possis me repellere ab agendo, & à te nõ consequar nisi illa quinquaginta. cui contrarium de directo dicitur tibi, quod non habes exceptionem, nisi soluas, vel offeras. & tunc per indirectum consequar quod de directo cõsequi non poteram propter hoc: quia ista lex videtur cõtinere iniquitatem apud laicos, id est idiotas, vt ille qui nõ obseruauit transactionẽ, nec offert se paratum seruare, possit se ex ea iuuare, & obijcere exceptionem contra actorem agentem actione prima. contra l. cum proponas. suprà titu. j. quanquam text. dicat [exceptionis proficit æquitas.] imò est iniquitas. Glos. ponit casum duobus modis subaudiendo ad text. primo quia reus non soluit, nec obtulit terminum infra quem soluere debeat. & ita loquitur tex. si postea conuentus act. prima obtulit, certè tunc purgat moram: & parat sibi exceptionem efficacem. † Et illud quod ofera † post, non dicitur in text. sed gloss. vult [a] quod debeat subaudiri: ne cõtineat iniquitatem. iste intellectus est verus in se, sed cõtinet diuinationem ad hanc legẽ inquantũ ponit de termino & de obligatione facta post terminum tantum. debet tamen limitari vt possit purgari mora offerẽdo, quãdo non fuit apposita dies & pœna. postea fuit actum quod solueres intra certũ terminũ. quod si nõ feceris, licitum esset mihi redire ad actionem primam sine obstaculo exceptionis: certè illud vltimum loco pœnę apponitur. ideò si non solueris intra terminũ, non posses moram purgare: nec exceptionẽ tibi parere: vt suprà eo. l. si super possessione. licet illa loquatur in actore. Sed eadem ratio est in reo, per regulam generalẽ: quod vbi est dies & pœna non habet locum purgatio moræ: vt infrà de contrahen. stipul. l. magnam. sed occurrit dubitatio contra istã lect. quanto tempore durabit facultas offe- [b] rendi, vt possis me repellere. de hoc tetigi in l. siue apud. in vltima glos. suprà eod. & Doct. tangũt hic. & dicũt quod si trãsactio fuit facta post litem contestatam in primo iudicio, durabit facultas vsque ad sententiã fiendam super iudicio reassumpto per me super actione prima. sed si ante litem contesta. in primo iudicio, tunc durat vsque ad contestationem fiendam super iudicio reas- [3] sumpto per l. si insulam. de verb. obliga. † Et ad hoc semper allegatur ista lex, quòd mora commissa ante lit. contesta. potest purgari vsque ad contesta. sed commissa post, potest purgari vsque ad sententiam: non quod ista lex hoc dicat secundùm Docto. & est glos. in dicta l. siue apud. Bald. valde subtiliter & melius, vult quod etiam si sit commissa ante lit. contesta. puta dedi libellum contra te super. c. comparuisti, & ante lit. contest. transegimus vt dares quinquaginta, & ego promisi vlterius non prosequi, non dedisti, ego prosequor litẽ super eodẽ libello & actione prima, & facta est contesta. vult Bal. hic in fi. quod possis adhuc offerre post lit. contest. vsque ad sententiam exclusiuè. & si hoc feceris, non condemnaberis in prima actione ad totam sententiam, imò cogor accipere, & absolueris ab illa. nec obst. l. si insulã. de verb. oblig. nam tunc lit. contest. præcludit materiam purgandi morã, quãdo facta est super interesse, vel pœna, ad quam vel ad quod orta est mihi actio propter moram tuam: sed dudum ante ex cõtractu celebrato tecũ. quod est subtile & singulare. sed do. Raph. videtur sentire idem. & assignat vnam rationem: quia quãdo fit contestatio super actione vel pœna, tunc fit super actione valida & efficaci orta propter morã: sed quando fit super actione prima quæ nõ fuit orta ꝓpter morã: fit super actione reddita inefficaci tũc ratione trãsactionis. & etiã fit ad conseruandã exceptionem sibi ortã ex illa transactione, sed redditã inefficacem ꝓpter morã in nõ seruãdo trãsactionẽ. ideo durat illa facultas quousq; durat illa exceptio, id est vsq; ad sententiam, vt in l. peremptorias. j. sen. rescin. nõ pos. & ista ratio est pulchra: & declarat intentionẽ Bal. licet ipse nõ referat Bal. à quo ista opi. habet originẽ. sed si mora esset cõmissa post lit. contest. & ageret ad pœnã, vel interesse ratione moræ, nõ duraret facultas vsq; ad sniam, sed vsq; ad primũ actũ qui gereret inter partes, qui haberet vim contestationis. per ea quæ no. in l. nihil. j. de procu. cũ si. alio modo legit gl. quod hic reus nõ soluit, nec obtulit intrà terminũ, q nõ erat adhuc lapsus, & actor agit actione prima intra terminũ, dicẽs qđ reus nõ indiget illo termino: cũ posset de facili soluere de præsenti: ideo non debet gaudere illo termino. sed certè hoc nõ nocet reo: quia posito quod nõ egeat termino, tamen non deberet sibi auferri, quẽ habet ex intentione partium: vt in l. si tibi mandauero. in prin. ff. mãda. poterit ergo reus vti except. transactionis. quia ipse adhuc non est in mora, licet ipse non soluerit vel obtulerit: ideo non potest actor redire ad actionem primam. Ista lectu. est vera in se, & nõ habet dubitationem. tamen tex. dum dicit [si maior annis] esset superfluus. quia idem esset si actor esset minor, vt nõ possit agere ante terminum: nec reum in mora constituere. † Ideo ex- [4]

Præsentia amicorum. Adde Bart. in l. fi. ff. quod met. cau. Cano. in causãm matrimonij. extra de of. deleg. Alex. de Imo. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solu. mat & Frãc. de Are. in suo consil. xiiij. & Angel. in suo consi. ccxv. & ibi an talis præsentia amicorum faciat cessare præsumptionẽ metus in cõtractu celebrato cum Tyrãno. & etiam adde quod idẽ operatur quó ad cessationem præsumptionis metus præsentia honestorũ virorum. ita Ange. in l. quæro. §. seruum. ff. ff. de ędi. edi. Fr. Cur
Not. cautela.

Sine ꝓsentia duorum vel triũ. Adde Bald. in l. pactum. in vlti. col. in xxj. q. C. de coll. Bal. in l. si furiosi. C. de nupt. & adde hic quæ notaui ad Alexan. Frã. Cur.

a ¶Clausula rato manente pacto. Adde q̄ ista clausula operat̄ etiã in fauorẽ conuenientis. cõtrarium tenet gl. in c. potuit. de loca. & in l. ij. C. de iur. emphy.

tra gl. Guid. de suza. legit alio modo. & magis vtili, & sine subauditiõe. quod hic reus fuit in mora, quia non soluit: nec obtulit in termino. sed quia actor habebat actionem ad petendum sibi dari promissa, vel ex stipulatione, quia interuenit act. præseri. ver. quia impleuit ex parte sua, non põt redire ad actionẽ primã: & petere trãsactionẽ rescindi. imo reus põt ad huc sibi obiicere exceptionẽ trãsactiõis, & dicere agas ad obseruãtiã transactionis postq̃ potes. & non actione prima. & sic nõ obstant ll. in cõtrariũ allegatæ: qa in illis nõ poterat actor agere ad obseruantiã transactionis. & ista lec. videt̄ esse ipsa veritas, & congruere huic literę: pro qua etiã est casus in l. si p̄ fundo. vt dixi in l. siue apud acta. circa mediũ. & est singularis intellectus. & sic est casus hic in quo fallit regula. quæ est quod quis ex eo q̄ impugnat. se iuuare non potest. vt in regula iuris. nam fallit in transactione quam quis impugnat. nam non seruando, qa actor potest agere ad obseruãtiam. & hoc odio litium: ne redeatur ad litem semel sopitam. Tene menti.

LEX XXXVII.

PRomissis. Ista l. potest intelligi tam in reo quã in actore q promisit in transactione aliquid dare, vel facere sub pœna. & debet intelligi qñ non promisit dare pecuniã, sed speciem, vel aliquid facere. si verò pecuniã, tũc videndum est an pœna fuerit apposita in fraudem vsurarum, quia odio earum non possit peti. an non quo casu. an & quando præsumatur. dic vt no. Bar. in l. cum stipulati sumus. de verb. obl. & Cy. in l. cum allegas. j. de vsuris.

1 ☞ *Ille in quem factum est compromissum de iure & de facto, non potest uti arbitrio in re clara & lucida.*

LEX XXXVIII.

1 TRansactio nullo. †Per istã l. videtur q̄ si petebam à te cẽtum, & compromisimus de iure & de facto in Titiũ, vt possit de iure vnius p̄is auferre, et alteri dare, sicut et arbitra-
↩ tor. vt in l. si de meis ✱ al's incipit idẽ Põpo ✱. §. recepisse. de arb. ff. & per cõsequẽs dicebat̄ q̄dã trãsactio. vt in auc. si verò. j. de iudi. iple aũt arbitrator te in totũ absoluit, vel in totũ condẽnauit, quod non valet absolutio vel condemnatio: qa nõ est facta per modũ trãsactionis aliquo dato vel retẽto, id est auferẽdo de iure vnius, & dando alteri. & sic nõ processit vt arbitrator, sed vt arbiter. sed veritas est in contrariũ per l. quod si epheſi. & de eo qđ
2 cer. loco. †Et ibi vide per Bar. qui respondet ad talem oppositionem. quia si vidit clarè vnius partis ius, nõ debet sibi aliquid auferre. imò peccaret si hoc faceret. sed tunc videtur sibi data licentia auferendi, quando res videtur sibi dubia pro bono pacis & concordiæ. Tene menti. quia si reciperes tale arbitramentum, vt non vtaris arbitrio in re clara & lucida. facit quod notatur in l. si filius. ff. de dona. per Barto.

3 ☞ *Contractus innominatus si ordinatur ad nominatum, uel est mixtus cum nominato. non habet locum pœnitentia.*

LEX XXXIX.

1 QVamuis eum. †In cõtractu transactionis nõ habet locum pœnitentia: licet sit cõtractus innominatus. & ad hoc semper allegatur. & hoc odio litium: licet in aliis cõtractibus innominatis re integra ex parte eius qui vult pœnitere, locũ habeat vt in l. qui pecuniã. ff. de condi. ob cau. tũc autẽ dicitur integra quando non est adhuc sibi impletus contractus, posito etiam quod ipse impleuerit. vt si dedi tibi decem vt vadas pro me Romã. nã possum pœnitere, & repetere si nondũ iuisti, nec præparamenta fecisti ad eundũ, ex quibus remaneres in dãno si restitueres x. vt
2 ibi patet †dicit aũt Bal. notabiliter. qd' si cõtractus innominatus ordinatur ad nominatũ, vel est mixtus cũ nominato, non habet locũ pœnitẽtia. & de primo dicit esse casum in l. Labeo scribit si mihi bibliothecã. ff. de contrah. emp. de secũdo dicit esse casum in l. fundi partẽ. & in l. si sterilis. §. si tibi. de act. emp. sed cũ labore & subtiliter extrahes hoc de illis ll. tñ dictũ eius est pulchrum quidã etiam dicunt non habere locum pœnitẽtiam in alio casu quã transactionis. quando scilicet cõtractus innominatus continet liberationẽ. puta libero te ab eo quod mihi teneris, vt vadas pro me Romã, quia etiam re integra nõ possum pœnitere fauore liberationis. & illa dicat esse rationẽ huius l. Bart. cõtra per l. si qs accepto tulerit. ff. de cõdi. ob cau. & dicit hoc esse spãle odio litiũ, non fauore liberationis: quod dictũ placet: licet Bal. videat ipsum impugnare dicẽs quod d. l. si quis accepto. nõ loquitur in pœnitentia, nec in capitæ pœnitẽtię: vbi repetebat liberationẽ. s. ꝓpter causam nõ impletã: sed nõ video quare magis si dedi pro te decem vt vadas pro me Romam, possim repetere decẽ ex capite pœnitentiæ: & si te deliberaui à decem, non possum repetere liberationẽ: quæ liberatio pro datione habetur: vt l. si quis obligatione. de reg. iur.

1 ☞ *Vbi actio prima fuit ipso iure sublata, si tamen reus opponit exceptionem transactionis: deducet potius ad notitiam iudicis carentiam actionis, ut illum ex officio suo repellat, qui im ipsemet repellat.*

2 *Si actio prima fuit ipso iure sublata: quare actor ueniens contra transactionẽ si soluat pœnam, teneatur eam restituere data?*

4 *Reus contra actorem agentem de facto, potest obijcere exceptionem transactionis dupliciter.*

5 *Verba enunciatiua de præsenti, interdum habent uim pacti.*

6 *Si reus consecutus est pœnam & restitutionem datorum ex forma huius legis, an aliter admittatur ad agendum de facto.*

7 *Quando constat iudici actorem nullam actionem habere, uel accusatorem non habere ius accusandi, potest eos ex officio suo repellere, etiam reo non opponente: & si iudex non repellit, an teneatur reo in syndicatu?*

8 *Statutum q̄ bannito non reddatur ius, nec agendo nec excipiendo: & ego contra bannitum, poterit bannitus deducere notiam in iudicio, q̄ actor nullam habet actionem, nec dicitur excipere.*

9 *In causa criminali ubi imponitur pœna personalis: licet non admittatur procurator: tamen admittitur tertius qui ostendit ius inquirendi uel accusandi non competere, nec uenit ut procurator, sed tanquam defensor innocentiæ.*
Qualiter dicatur res deduci in notorium?

10 *An in casu huius l. quando actor incepit uenire contra & sic incidit in pœnam, habet locum pœnitentia, ut possit & pœnam euadere, & etiam restitutionem datorũ desistendo ab agendo?*

11 *An quis aliquid faciendo de facto consequi possit actionem, uel incidat in pœnam.*

LEX XL.

1 VBi pactum. †Si actio prima fuit ipso iure sublata, actor veniens cõtra trãsactionem, & ipsam intẽtans, repellit̄ à limine iudicij ꝓpter carentiã actionis: & etiam soluet pœnam promissam si venerit contrà, & restituetur data. h. d. secundũ lect. Azo. quæ tenetur per Bar. & Bal. & tunc illa alternatiua bis posita in text. ponitur pro & licet loquatur ista l. quando prima actio fuit extincta per aqui. sti pul. & acceptilationem secutam. Idem puto si alio modo, vt si sit actio ex maleficio, quę per pactũ tollitur ipso iure: vt l. si tibi. §. quædam. ff. de pac. & l. si vnus. §. pactus. versic. sed si pactum conuentũ. nõ subsit eadẽ ratio, & etiã maior. quia tunc potest restaurari per nouum pactum, vt in dicto ver. sed si pactum. sed quando per acqui. sti pul. potest restaurari expresse & tacitè secundũ quosdã. sed secundũ lect. aliquorum glossatorum antiquorum nõ potest consequi reus omnia ista tria: sed est in electione sua: an repellat actorem ab agendo, & tunc non põt petere pœnam & restitutionem datorum. potest tamen petere vt differatur iudicium primũ reassumptũ per actorẽ, quouscq; habuerit pœnam & restitutionem datorum. quibus habitis procedetur in illo iudicio. & sic fallit hic illa regula qui prior appellat. ff. de iudic. quia regulariter deberet procedi super iudicio prius inchoato, & etiã ad finem deduci. & si actor in illo succumbat, reduci potest ad transactionem, vt in l. qui Romæ. §. Scia. ff. de verb. oblig. tamen supersedetur in illo quousq; pœnam & data rehabuerit reus, & tunc actor non potest succumbere in primo iudicio: sed procedetur in eo, & vincet secundum intellectum istorum. quoniam prima facie videtur litera pati: nec impropriabitur litera, vt ponatur vel pro &. sed do. Azo fatetur quod si reus vult possit ita fieri. & nõ impropriabitur litera: sed si omnia ista vult, potest per vnam rationem. de qua dic vt in glos. & in hoc stat tota difficultas huius legis. Pet. tenet opin. aliorum, & non Azo. & etiam Rapha. dicens quod nunquam potuit sibi cadere in capite lect. Azo. per l. cum proponas. suprà eodem. & l. qui fidem. ff. eod. cum simil. qui indistinctè dicunt quòd nisi
a sit apposita clausula rato manente pacto' non potest reus actorẽ repellere, & pœnam petere: sed debet esse altero contentus: vt
2 etiam habet in l. rescriptum. §. si pacto. ff. de pact. † Sed volentes sustinere lectu. Azo. dicunt illam legem debere intelligi quando actio prima non erat ipso iure extincta, sed dabatur contra

n eam exceptio:quo caſu ſi reus vtitur exceptione,ipſe eſt qui
epellit actorem:quia ſi eam non opponeret actor vinceret:cum
abeat actionem:ergo non poteſt petere pœnam,nec reſtitutio-
non datorum: ſed quando actor nullam actionem habet, & ſic
egit de facto:licet reus obijciat exceptionem intentionis,ipſe nō
ſt ille qui repellat actorem, ſed carentia actionis. nā & ſi non
objceret,ſed taceret,iudex ex officio cum videat actorem age-
relinæ actione, repellet ipſum ab agendo : vt in l.ſi pupilli.§.vi-
decimus.ff.de negotijs geſtis.igitur ſi opponit reus exceptionem
intentionis,deducit potius ad notitiam iudicis carentiam actio-
nis,vt illum ex officio ſuo repellat,quàm ipſemet repellat:& hoc
voluit dicere glo.magna poſt medium &c.ibi.[Tertia quia cùm
iudex &c.] quæ ſemper allegat:vt ff.de pac.l. ſi vnus.§.pactus.
in glo.in opponendo:cum igitur reus nō ſit ille qui repellat acto
rem,ſed carentia actionis,non prohibetur petere pœnam & re-
ſtitutionem datorum:& ſic opi.Azo.remanet viua:& tunc fun-
datur,poſito quòd non fundaretur ſuper hac l.hoc probat: ſed
prima facie innuit contra.per illam alternatiuam: ſed ipſe dicit
hoc procedere ex voluntate rei:propter illa verba poſita.in fi.ibi:
[ſi aduerſarius hoc maluerit &c.] In tex.ibi: [pactum.] gl.in-
telligit,ſ.gratuitum:vt differat à tranſactione quæ eſt pactū non
gratuitum.Doct.dicunt quod hæc l.non loquitur de pacto gra-
tuito per id quod ſequitur de reſtitutione datorum:ſed dūtaxat
de tranſactione:& ideo ipſi exponunt pactum vel tranſactionē:
a vtilla dictio vel * exponatur pro id eſt : quia omnis actio eſt pa-
ctum:& ſic alternatiua poſita inter genus & ſpeciem reſoluitur
in identionem,id eſt de hoc dic vt per Bart.in l.ſi is qui.§.vtrum.
ff.de reb.dub.& in l.j.eo.ti.Bal.exponit melius:vt dum dicit[pa
ctum.] intelligatur de pacto non gratuito, quod tamen non eſt
tranſactio.quia factum fuit ſuper liquido.Et dum ſubdit[vel trā-
ſactio.] loquatur de non gratuito,quod factum fuit ſuper debi-
to non liquido:& ſic vocatur trāſactio.Sed neſcio quare fiat iſta
difficultas,cū poſſit intelligi ſicut gl.dicit.nec ob.verbum quod
infrà ſequit.de reſti.datorū.quia debet referri ad id quod poteſt
reſem ſciscere ad tranſactionē,non ad pactum gratuitū: non ex-
pedit ire per illas ambages.facit quod no.infra l.proxi.in glo.in
ver.actor.dū dicit in his pœnis quæ poſſunt ei aptari &c.qa illa
pœna eſt reſtitutio datorum &c.non adaptatur ad pactū gratui-
3 tum ſed ad tranſactionem. †In tex.ibi: [vna cum his quę data
probantur:] contra hoc opp.quod ſi actor ſoluat pœnā videtur
quòd non teneatur reſtituere data:quia ſoluendo pœnā loco rei
habetur:vt not.ſ.titu.j.l.petens.& ſic perinde videtur ac ſi tranſ-
actionem ſeruaret.ergo deberet retinere data.Sol.ſecundū Bar.
ſalit quādo eſt ſublata actio ipſo iure,quia tunc pœna cenſetur
apposita loco cōtractus,vel loco rei:& eo modo ſolue aliud cō-
tractū quod potuit fieri:quia ſi actor venit cōtra tranſactionē, &
ſuccūbat,potest tranſactionem redire:& facere eam ſeruari ſibi:
vt in l.qui Romæ.§.Seia.de verb.ob.Si ergo actor ſecundū lect.
Azo.repellitur ab agendo,& ſic ſuccumbat,quare nō poteſt ad
trāſactionē redire,& facere eam ſibi ſeruari,& non reſtituat da-
ta?quia hoc eſt de ſubſtātia trāſactionis:ſed ſolue eo modo: quia
illud qū actor ſuccūberet facto rei obijcientis exceptionē contra
actionē nō extinctā:ſed hic nō ſuccumbit facto rei , ſed propter
4 defectū iuris ſui. †In text.ibi: [ante cognitionem cauſæ.] dic
quod tenēdo lect.Azo.pōt ſic intelligi ſecundū Bal.quod reus
contra actorē agentem de facto pōt obijci exceptionē tranſactio-
nis duplicater ſcilicet per modum dilatoriæ ad impediendū con-
teſtat.& ad faciendū ſe abſolui ab obſeruatione iudicij. Secun-
do modo per modū peremptoriæ poſt lit.conteſ.& ad faciendū
ſe abſolui diffinitiuè:vt in l.eleganter.§.ſi quis poſt.ff.de condi.
indeb.& hic eſt intellectus ipſius:ſi ergo eligat primum modum,
repellat à limine iudicij,& abſoluatur ab obſeruantia iudicij, vt
vltra hoc petat pœnam,& reſtitutionē datorum:& ſimiliter obti
nebit:ſed ſi nō opponeret ad impediendū conteſtationem,quod
eſt facere poteſt:procederet in vtroque iudicio,& intentato per
actorē & intentato per reū cōtra actorem ſuper pœna:& ſimili-
ter invtroq; obtinebit reus abſolui diffinitiuè.In ſcdo cōdēnabit
actor.ſed ſcdm lec.aliorū ꝓcedunt opi.gl.& ille intellectus Bal.
magis placet.In gl.quæ inci.obligatus.in fi.ibi cū hoc [pactū nu-
dum etiam faciat:ſed ibi nō eſt bona cōparatio: quia pactum nu
dum cōtinet promiſsionē de futuro,quæ eſt apta parere obliga-
tionē naturalē:vt plenè no.in l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pac.Sed ac
ceptilatio non cōtinet promiſsionē de futu b
ro,ſed diſpoſitionē vel enunciationem per
verba de præſenti:quæ ſunt apta parere ob
ligationē.iuxta no.in l.vlti.§.ſtipu.de verb.
obli.& l.j.in prin.ff.de pac.& videtur caſus
in l.fi.§.j.ff.de iur.do.cum glo.ibi poſita:ſed
alij dicunt plus quàm gl.quòd imò oriatur
ciuilis & naturalis propter ſolennitatē ver- b
borum:quia cum pactū nudū pariat natura
lem acceptilationē,quę eſt veſtita:debet pa
rere etiā ciuilē. quibus obſtat quod ſ. dixi
ſed pro eis facit:quia acceptilatio videt cō-
tinere tacitū pactū de nō petendo:quod pa
tet:quia interdū ſi nō valet tanquā acceptī-
latio,valet vt pactū:vt l.ſi vnus.§.peñ.ff.de c
5 pact.†Et interdū verba enūciatiua de præ-
ſenti habent vim pacti:vt l.tale pactum. in
prin.ff.de pac.Bar.reduxit ad concordiam:
quod aut quærimus,an ex ipſa acceptilatio
ne oriat alia obligatio,& dicendū eſt quod
nō:qa verba eius non ſunt apta ad hoc:niſi
ex interpretatione iuris,qñ nō valeret vt ac
ceptilatio : aut vtrū ꝓpter acceptilationem
oriatur naturalis obligatio ex æquitate na-
turali:quæ dictat vt amplius nō petatur,&
dicendū quod ſic per l.Mæuia.§.j.ff.lo.ma.
nō autē ciuilis:quia illa æquitas non produ
cit ciuilem:vt in l.hoc amplius.§.his natura
debet.de reg.iur.& illa iunt diuerſa.nam ſi
ex acceptilatione,vel ꝓpter acceptilationē:
b quia dictio ex ᵇ ſignificat cauſam remotā:vt l.eo tēpore.in fin.ff.
6 de pecu. †In glo.magna ibi: [reſpondeo quinque ſunt opi.]
ſecundū primam quæ fuit Azo.ſi reus conſecutus eſt pœnam,
& reſtitutionem datorum,actor admittitur ad agendum de fa-
cto:cum nullam habeat actionem . reo hoc patiente: non aliter :
quia ſi vult,poteſt ipſum repellere:& ſic conſequi omnia tria:&
ꝓbat Azo quod repellatur tribus rationibus.ſecundū Vltra. in
verſi.[alij.vt Al.dicunt.]admittitur actor ad agendum de facto
etiam reo inuito:quia cogitur pati,poſtquam conſecutus eſt pœ
nam & reſtitutionem datorū:& illam tenuit Pe.per l.Iul.§.quæ-
ſitum.ff.ad exhibend.Bartol.dicit quod ille §.nihil facit:quia ibi
non compellitur inuitus:ſed volens ad admittendum quem age
re de facto.nam quod rogatur inuitus,nullo iure cauetur domi.
Rapha.hanc opi.iuſtinet : quia verum eſt quod ibi nolens pati-
tur à principio,ſi vult abſolui ab actione ad exhibendum,vt di-
cat cotētor quod agat de facto:poterat enim hoc nō dicere ſi no
lebat : ſed poſtquam conſecutus eſt illud quod intendebat con-
ſequi: quia fuit abſolutus ab actione ad agendum:vt dicat con-
tentor quod agat de facto,cōpellitur inuitus pati quod ille agat
de facto.aliàs actor deciperetur authoritate illius l.quod non eſt
dicendum.l.in commodato.§.ſicut.in fi.ff.commoda. ita in caſu
noſtro : quia ſi reus vult conſequi pœnam & reſtitutionem da-
torum,poterit dicere contentor quod agat de facto: nec poterit
intentioni exceptiones obijcere:quia videtur actum tacitè quod
non obijciat:quaſi de communi conſenſu ſit à tranſactione re-
ceſſum in lege,qui habebat.in fine.cum ibi nota. per gloſſam.ff.
de manumiſ.teſta.& nota.in lege,lecta.ff.ſi certum petatur.in gl.
ſuper ver.menſium.facit l.cum putarem.ff.famil.ercīſcun. verſi.
nam videtur &c.vbi valet iudicium,& ſententia:licet actor nul
lam habuerit actionem,ſi reus non oppoſuit:vel quia noluit:vel
quia non potuit : & illa eſt tolerabilis : licet ipſe non alleget di-
ctas leges,nec ita clarè loquatur ſecundùm alias tres opiniones
quæ ſunt in iudicio,actor admittitur ad agendum de iure, quia
actionem recuperat,directam, vel vtilem, propter hoc quod
reus conſecutus eſt pactum:ſed omnes reprobauerunt quod dic
vt hic per Bartolum qui tenet opinio.Azo.per rationes de qui-
7 busſuprà per l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pactis. †Et iſta gloſſa in
verſic.[Tertia.] ſemper allegatur:quod quando conſtat iudici
actorem nullam actionem habere vel accuſatorem non habere
ius accuſandi,poteſt eos ex officio ſuo repellere: etiam reo non
opponente. Sed quid ſi iudex non repellit,an tenebitur reo in
c ſyndicatu? Doct.hoc non tāgunt,puto dicendū * quod ſi reus nil

¶ Dictio vel. Adde gl.ñ.in l.ſi mater.ff.de impen.Car.in c.cumana.in v. oppo.de ele.idem Car.in c.fi. in fi.primæ q.de tempo.ordi.& in c.tertio loco in j.not.de probat.& in c.j.in j.op. de purg.cano.

¶ Dictio ex. Adde Bar.in l.j.in §.ex incendio.ff.de incendi. rui.naufra.Bart.in l. non dubium.C.de legib.idem in l. ex placito.C. de rerū permu.idem in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur.

¶ Puto dicendum. Adde Spe.in titu. de offi.iud.§.impendit. ver.quid ſi iudex.& Ang.in d.l.non quic quid.& ibi ponit notabile verbum, allegando gl.in auth.de teſti.§.quoniam vbi gloſ.vult q; licet iudex ex officio poſt concluſum in cauſa poſsit repetere teſtes vt declarent dictum ſuum : tamen ſi non facit , pars aduerſa conqueri non poteſt quod tene mētu. Curtius.

a ¶ Si quis maior. Ad de Bal. consil. ccccxi. incipiē. Super primo puncto. in ij. volu. & ad materiam hui⁹ l. vide Alex. d imo. in cōsi. xxxiij. & in cōsil. lxxxij. col. ij. ver. ij. fortifico. & in cōsi. lxxxv. in j. vol. & in cōsi. xlix. colū. iiij. & seq. in iiij. lib. Franc. Cur.

b ¶ Supplicando. Ad hoc dictū pau. de ca. adde Car. in suo cōs. xxvij. & hoc dictū Pau. hic refert & sequitur Alex. de imo. in cōsi. xxxiij. colū. ij. circa prin. in j. vol. Fran. Cur.

dixit, non tenetur: quia licet possit repellere. vt in hac gl. nō tamen cōpellitur reo nō postulante. vt in l. non quicquid. ff. de iudi. secus si reus postulauit hic. vt in l. iiij. §. hoc autē iudiciū. ff. de dam. infec. † Et allegatur ista gl. ad duas q. primò secundū Ia. bu. si dicat statutū quod bannito non reddatur ius nec agendo, nec excipiendo, & ego ago cōtra bānitum. ipse aūt excipit quod nullam habeo actionem, replico q̄ nō debet audiri propter statutū ipse replicat quod nō est ipse ille qui me repellit. sed defectus actionis sine qua agere non possum. & sic licet. ego repellar, non propterea redditur sibi ius. & sic nihil fit contra statutum, licet mihi denegetur, vt ꝓpter defectū iuris rei: quia actor nō metitur ius ex defectu iuris rei: sed metiri oportet ex persona sua. vt in l. j. §. ꝓinde. ff. si pars hære. peta. & l. militis. §. veteranus. ff. de testa. milit. certè ista glo. facit pro bannito, quod debeat audiri: quia non excipit.

9 sed defectū iuris in notitiā iudicis deducit. † Item inducit Bar. si proceditur contra aliquē criminaliter quod occidit Titium, qui tamen Titius erat bannitus, & poterat impunè occidi, tamen inquisitus nō audet comparere, ne ponatur ad torturā: comparet tertius. dicens domine iudex non potestis procedere contra illū quia nullū maleficiū cōmisit: cum potuerit illum impune occidere. ga erat bannitus. et producit ad notitiam bannū in publica forma certè debet audiri: quia per hoc deducitur ad notitiam iudicis quod ipse actor non habet ius inquirendi, vel accusandi. Et per istum modū prouidebitur contra l. dicentē quod in causa criminali vbi imponitur pœna personalis, nō admittitur procurator: sed debet comparere principalis. vt in l. j. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. quia bene admittit̄ ille qui ostēdat ius inquirendi, vel accusandi nō competere, nec venit vt ꝓcurator, sed tanquā defensor innocentiæ. Cy. autem in l. reos. circa fi. j. de accu. dicit eum audiri si bannum est notorium: nō aliter. sed certè si producit in publica forma, sunt deducē. in notoriū. argu. in l. edicto. ff. de edi. diui adria. tollen. vbi per inspecturā scripturæ dicitur res

10 in notorium deduci. vt no. Bar. in l. iij. j. de pigno. † Vltimò quęritur circa prędicta vtrū in casu huius l. posset actor qui incœpit venire contra, et sic incidit in pœnam, pœnitere: & pœnā euadere. & etiam restitutionem datorū desistendo ab agendo. videtur quod sic. quia hoc concedit reo, qui fuit in mora implendi trāsactionem, vt possit moram purgare: & pœnam euitare. vt ſ. eo. l. si maior annis secundùm primam lec. glo. in l. siue apud acta. in vlti. glo. & videtur per Bar. in l. quamuis. ff. de in ius vocā. sed contra hoc Bar. videtur sentire. quia reus non admittitur ad purgandam moram quam omisit in non faciendo. Sed acta in malè faciēdo, quod est difficilius. vt not. in l. ij. ff. ad sil. certè etiam mora commissa in malè faciendo potest purgari infra modicū tempus, si ius aduersarij nō est effectum deterius. vt in l. si in lege §. colonus. ff. loca. & illa videtur æquior opi. nam minus esset iniquum quod si actor dedit libellū, & fecit reum citari, qui comparuit, & per hoc videtur actor venisse contra transactionem: vt l. proxima. non possit pœnitere, & à lite discedere refundendo reo expensas, si non remaneret reus in aliquo damno. per d. l. quamuis. lex autē ista debet intelligi quando actor stabat in pertinacia sua volendo admitti ad agendum. licet à iudice fuerit repulius inuitus. & istud est substantiale in hac l. In glo. ibi. [de effectu beneficij tantum cogitauit.] dic quod ibi fuit actum quod non produceretur seruus ad libertatem sub certa pœna. Si ergo emptor ipsum de facto duxit, quia manumissio non tenuit, non producitur ad libertatem, in pœnam non incidit. quia nō fit cōtra pactum manumittendo de facto. tamen nō sequitur effectus de quo fuit cogitatum. sed in casu isto nō fuit cogitatum nisi de facto & actu facti. quia actor abstulerat sibi actionem liberando reum per acceptilationem. & postea promisit nō venire contra transactionem, certè non poterat venire contra. nisi de facto. ergo de illa contra venit non videtur cogitatum, vt faciat ipsum

11 in pœnam incidere. huius rei gratia. † Barto. dicit quod aut quæritur an quis aliquid faciendo de facto consequitur actionem. & de hoc dic vt in l. mulier. §. j. ff. de conditio. insti. aut quæritur an faciendo de facto, & nō de iure incidat in pœnam: & ista est materia nostra. in qua est dicendum quod aut loquitur in pœna legali, & in ea incidit. vt in l. quæ ea mēte. ff. de fur. aut de pœna conuentionali, & tunc si constat de intētione partium, standum est illi: si non constat, aut erat tale quid quod non poterat fieri de iure, & etiam de facto, & videtur actum quod si de facto fiat, incurratur in pœnam. vt hīc, quod tamen dicit verum si pars aduersa incommodatur. aliàs secus. & vide hic per eum. quia semper allegatur super isto passu.

2 ☞ *Quatuor necessaria, vt veniens contra transactionem iuratam, incurrat pœnas huius legis, quæ pœnæ sunt quatuor. & quæ sunt?*

3 *Tres modi, per quos dicitur quis contrauenire.*

4 *Pœnæ conuentionales applicantur parti seruanti contractum, & quid in pœna legali, & quid in testamento?*

5 *Iuramentum an habeat firmare contractum, licet non faciat iurantē incidere in pœnam, & quando faciat quem incidere in pœnam huius legis?*

6 *Perjurus quando sit infamis, & quando non?*

LEX XLI.

1 SI quis maior. † Actor veniens contra transactionem iuratam, si maior erat

a xxv. annorum, incurrit infamiā: & repellitur ab agendo, soluit pœnam, & data restituit: quæ applicantur aduersæ parti tranſactionem obseruanti hoc dicit ista singularissima. l. † Nota. quatuor necessaria ad hoc vt incurratur

2 pœna huius. l. scilicet quod transigens sit maior. xxv. annis &c. Item q̄ tranſactio sit sponte facta, nulla coactione interueniēte: & intelligit Bart. siue licita siue illicita. vnde si ex forma statuti fuit compulsus ad transigendum, vel compromittendū, licet illa compulsio sit licita, quia authoritate statuti: tamen veniendo cōtra non incidit in istas pœnas. Idem Raph. dicit hoc procedere si fuit compulsus compromittere, & etiam iurare: quia fortè sic dicit statutum. Sed si dicat tantum quod compellitur compromittere, & ad hoc sit compulsus. sed sponte præstitit iuramentū, tunc veniendo contra bene incideret in istas pœnas propter contemptam religionem iuramenti: cum illud iuramentum fuit præstitum sponte nullo cogente imperio. Tertiò requiritur quod tranſactio fuerit iurata de non veniendo contra: nec tunc est curandum an facta fuerit per acqui. stipu. & acceptilationem. nam tunc etiā non interueniēte iuramēto patiet̄ pœnas huius. l. excepta infamia. vt in l. præcedenti. an autem facta fuerit per pactum nudum propter interuentum iuramenti, quod tantum operatur quantum acceptilatio quó ad illas tres personas. & etiam plus. quia facit incurri in infamiam. Quartò requiritur quod venerit

3 contra. † Secundo nota tres modos veniendi contra, scilicet interpellando iudicem: intellige & faciendo aduersarium citari, & incommodari per id quod habetur in simili in authenti. qui semel. infrà quomodo & quando iudex. intelligitur tamē quod ipse non fuit ab aduersario prouocatus, vt ipse interpellaret iudicem: quia tunc non videret̄ venisse contra. arg. l. libertus. ff. de in ius vocan. Item intellige quod aduersarius comparuit: aliàs non videretur venisse contra: vt in l. quamuis. eodem titulo. Et quod perseuerauerit in veniendo contra: secus si esset si remitteret per patientiam, vt in eadem l. probatur, alio modo videtur venire

b contra. supplicando b principi vt det delegatum contra aduersarium in illa causa: & tunc etiam parte non citata: nec etiam illo iudice adito videtur hoc sufficere ad faciēdum pœnas incidere: quod satis est & durum, & rigorosum: & fortè in practica non seruaretur, Tertiò modo si non seruauit promissa. quod intellige id est: non fuit in mora obseruandi: aliàs secus: vt in l. si duo. §. ti. cum ibi no. per Barto. ff. de consti. pe. Tertiò nota quatuor pœnas quæ incurruntur contra iurantem, scilicet quia efficitur infamis, & repellitur ab agendo, soluit pœnam, & restituit data. Et est aduertendum quod pœna infamiæ & priuatio act. incurruntur ipso iure: vt hic patet in verbo. [priuatus.] absque alia licentia iudicis: ex quo sequitur secundùm Barto. quod non habet locum purgatio moræ quia quandocunq; execu. facta est à l. vel ab homine, cessat moræ purgatio: vt in l. si is cui. ff. de legat. ij. & in l. qui ob rem non defensam. de condictio. indebi. quod ergo suprà dixi posse ipsum pœnitere, & pœnam euadere, non procederet quantum ad infamiam & priuatio act. sed quantum ad restitutionem datorum, & solutionem pœnæ extrinsecæ: quia istæ non incurruntur ipso iure: sed requiritur sententia

ondẽnatoria:patet ergo quod iuramẽtum impedit purgationẽ
uinq; ſecundũ Barto.tu reſtringe vt ſ.dixi in his in quibus facta
ſt execution.Item patet quod habet vim clauſulę rato manẽte pa
ſtoquia facit repelli ab agẽdo,& ſolui pœnam,& reſtitui data:
quæ pœnæ nõ currerent niſi appoſita eſſet clauſula illa:vt l.cum
proponas.ſ.eo.vel nõ interueniſſet acceptilatio.vt in l.prece.ha
bet etiã clauſulã ſi non valet vt ago,valeat vt valere poteſt:vt in
l.cum pater.§.filius matrẽ.ff.de leg.ij.ideo dicit ipſe quod ſi trãſ
actio nõ valeret vt tranſactio,quia facta poſt rem iudi.ſ.eod.l.ſi
cauſa cognita:facit eam valere iure pacti:cuius contrariũ eſſet ſi
nõ interueniſſet iuramentũ:vt ibi no.per Doct. †Vltimò no.ſe
cundũ Bal.quod pœnæ cõuentionales applicant parti ſeruanti
contractũ:quid in pœna legali:dic vt in l.fin.ff.de liti.Et quid in
æthamẽtis?dic vt per Bar.in l.vxorẽ.§.ſi hæres.ff.de leg.iij. Cæte
ra hic vide per Doct.vnũ tñ dico quod nõ tãgitur per alios: qđ
ſta l.debet intelligi qñ tranſactio erat valida,vel poterat aliquo
modo valere iure trãſactionis,vel pacti:vt ſuprà dixi.Sed ſi nul
lo modo eratvalida,veniẽs cõtra eam etiã iuratã nõ incurrat pœ
nas de quibus hic:etiã ſi erat maior:per gloſſ.quæ eſt j.l.proxi.in
glo.mag.circa mediũ.ibi:vel dic quod ibi fuit vẽditio facta cum
decreto,vnde valuit.†Sed ſi quæritur an iuramentũ[a] habeat fir
mare cõtractũ,licet nõ facit iurantẽ in pœnã incidere.dic qđ de
iure ciuili ſi valebat,vel non poterat expugnari,ratione minoris
ætatis faceret ipſum valere & impugnabile eſſet:vt in l.j.j.ſi ad
uer.ven.& in auẽ.ſacramẽta.Sed ſi alia rõne,ſecus vt in l.non du
bium.ſ.de legi.de iure cano.verò ſi põt ſeruari ſine interitu ſalu
tis æternæ,ſeruandũ eſt:etiã ſi contractus eſſet nullus de ſe: vt in
eam contingat.de iureiur.poſſet tamen peti abſolutio, vt indu
ceret pactum in partem aduerſam,vt ſi eſſet extortum per metũ:
vel præſtitum ſuper vſuris:vt in c.j.de iureiuran.& in c.ad aures
quod met cau.& ibi per Inno.in c.debitores.eo.tit.de iureiuran.
Concludo ergo breuiter quod quando iuramentum non habet
vãi dare contractũ,quia de ſe eſt validus,& irretractabilis:tunc
ſi fiat contra,facit quem incidere in pœnam huius l. ſed ſi habet
contractum validare,quia de ſe erat nullus,vel poterat retracta
ri priuilegio minorũ:vt in caſu l.pe.& auẽ.ſacramenta.j.ſi aduer.
tunc ſibi vnã iuramẽtum de nõ veniẽdo contra ſolũ habet vnũ
effectũquia facit cõtractũ irretractabilẽ,vt in illis iuribus,& his
finibus cõtentis nõ extenditur ad aliũ effectũ,vt faciat quẽ inci
dere in pœnã huius l.vt d.gl.in fi.in l.frater à fratre.ff.de condic.
ideo in ij.gl.mag.Sed ſi ſit duplex iuramentũ, quia iuratẽ nõ ve
nire cõtra,ratione vel ex priuilegio minoris ætatis,vel alia qua
cunq; ratione tunc iſta videnẽ duo iuramenta:& tũc primum facit
cõtractum irretractabilẽ,ac ſi eſſet celebratus à maiore:& ſecun
dum hoc vt veniens contra incidat in pœnas huius l.tanquam
contractum ſic celebratus à maiore ſecundũ Jac.Bu.ad quod fa
cit quod no.glo.j.de reſcin.ven.l.ij.ſed Bar. tenet quod etiã hoc
caſu nõ incurrat pœnas huius l.quia quod primũ iuramentũ fa
cit ipſum haberi pro maiore.hoc eſt ſecundũ veritatẽ, ſed ſcdm
fictionẽ ſed illa l.quæ requirit ipſum eſſe maiorẽ xxv.an.debet in
telligi qđ ſit maior ſcdm veritatẽ,nõ ſcdm fictionẽ. ar. in l.fi.j.de
his qui ve.æta.impe.nã in pœnalibus caſus fictus nõ idẽ impor
tat, qđ verus.ar.in l.iij.§.hæc verba.ff.de neg.geſt.& ſic nõ habet
locũ ſita l.in illa qui impetraſſet veniã ætatis:& hæc opi.æquior
eſt.†Vltimò ſimpliciter allegat iſta l.qđ periurus eſt infamis:[b] qñ
iurauit aliquid facturum in futurum,& non facit:ſecus ſi iura
uit aliquid fuiſſe de præterito:vel de præſenti eſſe,quod tamẽ nõ
fuit,nec eſt:& ſic periurus:vt in teſte falſo,qui ꝓpterea nõ infa
matur ipſo iure:vt in l.Lucius.ff.de infa.ſed ſi eſſet cõdemnatus
de falſo,bene infamaretur:nõ tñ rõne periurij,ſed rõne cõdẽna
tionis de publico crimine:vt in l.infamiæ.ff.de pu.iu.ſed hic infa
matur ipſo facto ſine ſentẽtia:dicit tñ Bal.qđ requiritur ſnĩa decla
ratoria:ſed certè etiã ſine ea ſi põt probari per iuramentũ, habeẽt
pro infame ablq; ſententia,dicit etiã Bal.qđ hoc ſolũ habet locũ
qñ iuratẽ ſuper cõtractu de nõ renũciando, vel de nõ veniendo
cõtra,vel de ipſo obſeruãdo:ſed ſi nõ ſub cõtractu,vt ſi qs iura
uit obedire iuramẽto rectoris:licet ſit de futuro,non tamen infa
matur ſi non obedit,quod perpetuò tene menti: quia debemus
ſtare regulæ:niſi in caſu qui reperiatur exceptuatus:& regulari
ter periurus non eſt infamis:quia hoc non comprehenditur in l.
ff.de infa.vbi ponũtur caſus in quibus incurritur infamia ipſo
iure:vel per ſententiam, & ille non enumeratur ibi: & reperitur
illę caſus exceptuatus in hac l. quæ loquitur quando fuit iuratum ſuper contractu. tene menti.

a ¶An iuramẽtũ. Add Bal.cõſi.cccxj.incĩ. Super primo pũcto. in ij.vol.

b ¶Periur⁹ eſt infamis. Adde glo.in c.q̃relã. de iureiu.gl.in c.venerabilẽ.de ele.gl.in c.ſi qs cõtũct⁹.xxij. q.v.Cyn.in l.ij.C.de reb.cred.

c ¶Annullare iuramẽtũ. Adde doc.in c.venerabilẽ.de elec.doc. in c.nouit.de iud.Hoſtiẽ.in c.quẽadmodũ de iureiu.Alexan.de Imo.conſil.xxxviij. incip. viſa petitione Ant.de Ro.in iij.volumine.

d ¶Si ſtatutũ. De hoc qñ ſtatutũ poſsit annullare iuramẽtũ vide ꝑ Alex.de Imo.in cõſi.xij.col.ij.& col. iiij.in j.vo.& in cõſ. xxxviij.col.pe.i iij. vol.& in cõſil.lxij.in fi.& iij.col.& in iiij. vol.in conſi.cij.Francif.Cur.

1 Princeps ſecularis,ut Imperator,an poſsit annullare iuramentum,& eius uires?
2 De connexis idem eſt iudicium,
Separatorum, ſeparatim debet eſſe ratio.
Vtile per inutile non uitiatur, quando poſſunt ſeparari, & non habenti inuicem dependentiam.
3 Quid ſi mouetur quæſtio falſi ante tranſactionem uel ſententiam,& poſtea fiat tranſactio,uel detur ſententia?
4 Inſtrumentorum appellatione continentur teſtes, & quid in dilationibus quæ dantur à iudice?
5 Quot modis agatur de falſo?
6 Sicut ſententia lata per falſa inſtrumenta, uel teſtes,non reſcinditur niſi mediante beneficio reſtitutionis in integrum.ita nec tranſactio facta prætextu falſorum inſtrumẽtorũ,uel teſtiũ:& unde procedat iſta reſtitutio?
7 Reſciſſio quæ fit per iſtam legem ratione falſitatis inſtrumentorum,uel teſtium,non requirit dolum uel calũniã ducentis,& requiritur reſtitutio,& quid ſi probetur ſcientia producentis?
8 Sententia ſi lata ſit prætextu falſorum inſtrumentorum, etiam ſi producens fuerit bonæ fidei, tamen poteſt aduerſus ſententiam petere reſtitutionem in integrum.
9 Si quis fuit motus ad tranſigendum prætextu falſi inſtrumenti ſuper illo tantum articulo ſuper quo fuit productum aliàs non:ſed ſuper aliis bene erat facturus,etiã ſi inſtrumentum non fuiſſet productum, & una ſumma tantum fuit data pro omnibus,an reſcindatur contractus in totum?
10 Valor alicuius partis poſſeſſionis uel fundi æſtimatur pro bonitate ipſius partis, nõ pro menſura.
11 Inſtrumentum an ſit totum uitioſum ratione partis.
12 Teſtis falſus in uno capitulo,an uitietur in alio?

LEX XLII.

1 SI ex falſis. †Eatenus reſcinditur trãſactio etiam iurata,quatenus reperitur facta prętextu falſorum inſtrumentorum,vel teſtium, cæteris in ſua firmitate manentibus:niſi ſint illis connexi,& niſi ſuper falſo fuerit tranſactum.h.d.iſta ſing.l. Et prima exceptio dum dicit,niſi ſit illis connexa.intelligitur:quia tunc vitiatur ſicut vitiatur principale.Secunda exceptio intelligitur:quod fiat retractatio,niſi ſuper falſo fuerit tranſactum: vt ponitur,hic caſus:vt in gloſſ.fina.in princip. In text.ibi:[quamuis iuſiurandum.] hic faciebat dubium propter l.præcedentem.Sed vt ibi dixi l. loquitur quando fuit iuratum ſuper contractu valido & inexpugnabili, etiam ſi iuratum non fuiſſet. Sed hic ſi non fuiſſet iuratum, contractus erat expugnabilis, propter falſas probationes:quibus iurans fuit inductus ad tranſigendum,credens illas eſſe veras, aliàs non facturus: ſicut & poſſet reſcindi ſententia lata ex falſis inſtrumentis,vel probationibus: vt infrà ſi ex falſo inſtrumento,per totum.& ff.de re iudica.l.diuus.& ff. de except.l.quæ agnitis.ergo & idem ſi interuenit iuramentum:
2 quia non debet eſſe iniquitatis vinculum. †Et ſic nota quod
c princeps ſecularis,vt Imperator, poteſt annullare iuramẽtum,[c] & eius vires:vt ſupra de legib.l.non dubium;ideo dicit gloſſ.lex ciuilis habet vim apoſtolici: idem quantum ad annullationem iuramenti:vt not.in l.adigere.§.quamuis.aliàs.§.Iulia.ff.de iure pa.& l.fina.qui ſatisda.cogan.certè hodie de iure canonico non ita eſt:quia ſi poteſt ſeruari ſine peccato iuramentum,debet ſeruari:nec poteſt quis propria authoritate contrauenire:ſed ſi continet iniquitatem,petat abſolui ab epiſcopo:quod dic per Innocen.in capit.venerabilem.de elect.c.fratrem.& in capitu. ad aures quod metus cauſa.vel hodie in caſu huius legis eſſet petenda abſolutio:& eo modo ſi ſtatutum[d] annullaret iuramentum, non eſſet ſeruandum;quia non poteſt ſtatutum hodie facere,ſi l. imperialis non poteſt:licet ſeruetur contrà de facto;& Bald. videtur approbare hanc obſeruantiam in auẽ. ſacramenta. j. ſi aduer.vendi.ſed non placet dictum eius,vt ibi dicam: & repetendo aliàs hoc tenui. In text.ibi: [tamen ciuiliter falſo reuelato,] ſcilicet duntaxat,& non criminaliter:& ſic bene probat hic tex.illud quod not.gloſſ.in l.fi.j.de fide inſtru.quæ inci.quæ inſcriptiones:quod non expedit prius accuſare criminaliter: ſed

peruenìatur ad ciuilẽ q.orientem ex crimine.imò poteſt incipi à ciuili.vt hic placet.licet quidam dixerint contrarium. ſed cõtra. quod ſilli melius dixerunt.vt j.vbi cauſ.fiſ.l.j.ff.ad ſil.l. in cognitione.So.ibi criminalis dabat aditum ad ciuilem in quã ciuiliter proceditur. ibi executiuè. ideo oportet præcedere criminalem antequam executio fiat in ciuili.ſed hic non dabat aditum ad ciuilem, in quã nõ ꝓcedebatur hic executiuè: ſed ordinariè facit
3 l.j.de appel.† In tex.ibi.[conuicta fuerit.]Not. quod idẽ eſt iudiciũ de connexis.facit j.de neg.geg.l.ſi cognati.et ff.de ſepara.l.j. §.præterea.& de admi.tuto.l.ita autem.§.ſi tutor.In tex.ibi. [firmis manentibus.]No.ergo quod ſeparatorũ ſeparata debet eſſe ratio l.ſi.ff.de calum.& quod vtile per inutile nõ vitiatur,quando poſſunt ſeparari,& non habent inuicem dependentiam facit l.ſi ſponſus.§.generaliter.cum ibi no.ff.de do.inter vi. & vxo. & aduertendum quia intelligo hanc l.niſi inſtrumentum falsò vel falſum productum ſuper vno articulo,dederit cauſam trãſactioni fiendæ ſuper omnibus alijs articulis hoc poſſet probari quod altera pars ſuper nullo alio articulo trãſegiſſet,ſi tale inſtrumentum productum non fuiſſet.nã dico quod tunc retractabitur in omnibus,licet nõ fuerit productum niſi ſuper vno arti.vel ca.et hoc Doc.nõ tangunt.ſed ratio naturalis ita dictat.qa deficit cauſa finalis,ob quam aduerſarius tranſegit.& non debet remanere
4 deceptus.arg.in l.eleganter.§.ſi poſt.ff.de condi.inde.† In fi.tex. ibi.[controuerſia.]not.quod ſi mouetur quęſtio falſi ante tranſactionem vel ſententiam,et poſtea fiat tranſactio,vel detur ſnĩa ſuper negotio principali,licet nihil dicatur de falſitate, cenſetur tranſactio:vel ſententia lata ſuper falſitate,vt de cætero non poſſit allegari.vt hic.& not.in l.ſi.j. de fide inſtru. multòfortius qñ ſuper q.falſi expreſsè fuit tranſactũ,vel lata ſentẽtia ſ.eo.l. actio
5 ne.in fi.† In glo.j.& ibi.[& idem in falſis teſtibus.] vt j. ſi ex fal. inſtru.in rubro & nigro quia appellatione inſtrumẽtorum continentur teſtes l.j.ff.de fide inſtru.l.notionem. §. inſtrumentorũ. de verbo.ſig.niſi in dilationibus quæ dantur à iudi. nam ſi dare tur dilatio ad producendũ inſtrumenta,non poſſent j. illam produci teſtes vel econuerſo:quoniam ad diuerſam rem daretur.vt patet in c.cum dilectus.de fide inſtru. vbi inſtrumenta poſſunt produci vſq; ad cõcluſionem in cauſa excluſiuè:licet ſit lapſa dilatio data ad probandũ.quia illa cenſeẽ data ad probandũ per teſtes.vt j.illã poterant inſtrumẽta produci. & ita tenet Spe. in tit.
6 de dila.† In gl.ſe.ibi.[quatuor ergo modis.]adde quintũ.ſ. ꝓ officiũ iudicis.per qđ impetraẽ reſti.in inte.aduerſus tranſactionẽ factã ꝓtextu falſi inſtr.nã ad hoc vt obtineat in reſtitutione petita neceſſe habebat ꝓbare falſitatẽ.ita intellige gl.ſeq.nã nõ ſupereſt locus exceptioni vel replicationi de quibus.j.qđ promiſerat ex cauſa tranſac.nã tũc non eſt locus tranſibilis,ſed repetitiuum quã cõſequi nõ põt niſi petita & obtẽta reſtitutione in integ.in qua non habebit neceſſe probare falſitatẽ inſtrumenti.Et econuerſo in actore inducto per reũ, ſi liberaſſet eũ per acceptilationẽ,nã tunc nõ eſſet locus replicationi,cũ non poſsit interim agere actione prima,ad cuius ſubſtẽtationem venit replicatio. vt l. ſub prætextu inſtrumẽti.ſ.eo.ſed indiget noua actione.quã conſequi non põt niſi habita reſtitu.in integ. Et tunc dabitur vtilis reſciſſoria q̃ prius dabatur directa l.j.& ñ.j.ſi aduer.tranſac.& in hac reſtitutione neceſſe habebit probare falſitatẽ.Sed ſi ille contrã quẽ fuerunt producta falſa inſtrã incœpiſſet à cauſa crimina li,& feciſſet condẽnari producentẽ inſtrã de falſo, quia ſcienter produxit,tunc illa ſentẽtia ſufficeret ad probandũ falſitatem in cauſa ciuili poſtea mota ſuper reſciſsione tranſactionis:nec impediret aliter probare falſitatẽ:cum iſtæ cauſæ deſcendãt ab eodem principio.& in cauſa criminali ſolenniores fiunt probationes.vt l.ſciant.j.de proba.& idẽ ſi primò egiſſet act. in factũ, & petiſſet producentẽ condẽnari ad intereſſe.nam illa ſentẽtia faceret fidem in cauſa reſtitutionis.& ita ſentit iſta gl. & etiã Bal. In glo.ibi.[Tertiò per excep.] & aduertendũ. quia exceptio & replicatio non prius videtur cõpetere quã concedatur ſic in inte.reſt.de qua loquitur ſequens gl.per l. nam & poſtea. §. ſi minor.ff.de iureiur.& l.neçnõ.§.exẽplo.ff.qui.ex cau.ma.& de excep.l.exceptiones.in fi.quę reſtitutio peti poteſt principaliter et incidenter nullo dato libello,nam ſi actor qui reũ induxit, agat ad ſibi promiſſa,reus volens eum excludere debet dicere quòd tranſactio fuit facta prætextu falſi inſtrumenti, quapropter petit ſe reſtitui aduerſus eam,qua reſtitutione cõceſſa excipit contra agentem de dolo,quia dolo facit agere ex tranſactione reſciſſa: & ſic per modum contradictionis in nouo libello petat reſtit. ſi tamen tempora ſuffragantur:quia ſi lapſum eſſet quadrienniũ ſic non poſſet petere reſtitutionem agendo principaliter:ita nec contradicendo:vt d.§.ſi minor.vbi eſt caſus:ideo remedium eſt quod petat intra tempus,& nõ expectet q̃ actor agat: qa poſſet deferre ad agendum poſt quadrienniũ vt illum excludat à reſti. in integ.Alij dicunt quòd imò exceptio competit non prohibita reſtitutione, cum videatur competere act.in factum: fortius ergo competit exceptio.ſed in §.ſi minor. non dabatur acti.ſine reſtitut.eodem modo nec exceptio. de hoc articulo vide hic per Bar.qui aliter loquitur.& do.Raph.qui per illa verba ſuper hoc
7 effundit,& deuiat à Bar.& eſt paſſus ſubtilis. † In gloſ.ſeq.in prin.ibi: [per in inte.reſti.] no.quod ſicut ſententia lata per falſa inſtru.vel teſtes non reſcinditur niſi mediante beneficio reſti. in integ.vt l.diuus.ff.de re iudi.& j.ſi ex fal.inſtru.per totum.ita nec tranſactio facta prætextu falſorum inſtrumentorum, vel teſtium:& ſic mero iure valeat:aliàs nõ eſſet neceſſaria reſtitutio. l.in cauſæ.la ij.in prin.ff.de mino.facit quod no.gloſſ in l.ſi is ad quem.ff.de acqui.hære.de ſententia lata prętextu falliæ cauię an valeat,vel non:videtur hoc verum:etiam ſi in ſententia vel tranſacti.fuerit facta mentio de dictis inſtrumẽtis: puta quia conſtat nobis per talem inſtrumentum &c. nam adhuc iſta verba non reddunt ſententiam vel tranſactionem conditionalem,ſed purã: vt infra ſubijcitur in gloſſ.Sed vnde procedit reſtitutio? Dicunt quidam ex generali clauſula edicti prætoris poſita in l.j.in fin.ff. quib.ex cau.ma.ſi qua mihi iuſta cauſa &c.Et ſi ita eſt,olim debebat peti intra annum vtilem.hodie verò infra quadrienniũ cõtinuum:vt in l.ſi.de temp.in integ.reſt. Alij dicunt:& hanc tenet do.Raph.quod ex cõſtitutionibus principum.de quibus in l.diuus.& l.qui agnitis.ff.de exce.quod tũc poterit perpetuò peti.i. vſq; ad xxx.an.quia remedia iuris ciuilis ſunt perpetua:ſed prętoria ſunt temporalia:vt inſti.de perpe.& temp. act. & ita etiam tenui in l.admonendi.ff.de iureiur.vel dic quod vſq; ad xx.ann. quia tantũ durat accuſatio:vt j.de fal.l.querela.& adhuc iſta placet:ſed contra,quod non ſit neceſſaria reſtitutio, quia videmus quòd datur act.in factum ex crimine falſi:vt l.qui nomine.ff.de falſis:etiam ſine alia reſtitutione:propter hoc quidam dixerunt, quod etiam tenet.Bart.quòd dabitur exceptio & replicatio etiã ſine reſti.& probant per l.iudicati.j.ſi ex fal.inſtru. vbi dicit denegari act.iudicati ex ſententia lata per talia inſtrumenta:vt in c. cùm venerabilis.de except.quia ſi datur actio,fortius exceptio. quomodo ergo eſt neceſſaria reſtitutio:de qua loquitur iſta glo. dicit Barto.quando quis vult cauſam de nouo tractari:quia erat perempta inſtantia & act.ſed nõ intelligo quid velit dicere: ideo mihi videtur dicendũ quod licet actio detur ſine reſtitione, exceptio tamen & replicatio minimè dẽtur.nam actio datur ad intereſſe:exceptio & replicatio dantur ad reſcindendũ tranſactionem,vel ſententiam. Item actio ad intereſſe non datur niſi cõtra dolоſum qui ſcienter produxit falſa inſtrumẽta, ſed exceptio & replicatio etiam contra non dolоſum:quia ſufficit falſitas inſtrumenti abſq; dolo producentis,vt fiat reſciſsio de qua hic:vt j.ſequitur in gl.ideo non cõpetit exceptio vel replicatio niſi prohibita reſtitutione:quæ poteſt peti incidenter:vt dixi in gl.præcedenti.prout eſt caſus in l.nam & poſtea.§.ſi minor.ff.de iureiur. & l.exceptiones.in fi.ff.de excep.& l.necnon.§.exemplo.ff.qui. ex cau.ma.& ita debent intelligi iura allega.per Bart.in contrarium.ſcilicet.l.iudicati.& c.cùm venerabilis.de excep.licet ſimpliciter loquatur. In gl.ibi: [nec enim intelligitur tacita conditio.] contra hoc oppo.de l.ſi.de diuer.reſcri. Sol.ibi in reſcripto principis conceſſo ad poſtulationem alterius,in quo ſubintelligitur conditio ſi preces veritate nitantur:ſecus in act. priuatorũ vel inferiorum à principe factis etiam prætextu alterius ſcripturæ;quia non intelligitur ſi illa conditio ſit vera:quod no.diligenter.pro quo facit glo.in l.ita demum.in prima glo.ff.de arb.In gl. ibi: [nec diſtinguo.] pro declaratione huius ver.oppo.quod reſtitutio non ſit neceſſaria:quia propter calumniam producentis falſa inſtrumenta tranſactio eſt nulla ipſo iure,ſi ille erat actor: vt in l.in ſumma.§.j.ff.de condi.indebi.& ſi reus, reſcinditur per actionem doli,vel replicationem:vt ſuprà eo.l.ſub prætextu inſtrumenti:etiam alia reſtitu.non conceſſa.Solu.& tene menti re-
8 ſciſsio †quæ fit per iſtam l.ratione falſitatis inſtrumentorum vel teſtium

ctiam,nō requirit dolum vel calūniam producētis: quia etiam produxit bona fide,probata tamē falſitate fit reſciſsio:ita intel gi gl.ſimpliciter.ideo hoc nō præſupponit calūniā in litigan- & per cōſequens nō ſequitur trāſactio vt nulla:ideo requirit reſtitutio.Sed ſi probaret ſcientiā producentis, & ſic calūniā procederet contrarium:ſed quia hoc eſt difficile probare.ſ.ſcien- tiam:ſed probare falſitatē nō ſic eſt difficile:cautius eſt intentare hanc ſ.quàm illam.licet iſta reſtitutio detur infra quadriennium ſecundū quosdam:ſed remedio illarum ll.perpetuò. †Not.ergo ſecundū Docto.ex hoc gloſ.intellectū ad totum tit.j.ſi ex fal.in- ſtru.& ad calum.l.Diuus.ff.de re iudi. quod habet locū etiam ſi producens fuerit bonæ fi.& nihilominus poſsit aduerſarius ad- uersus ſententiam petere reſtitu.quod perpetuò tene menti. In glo.dic; vel dic quod ibi fuit facta venditio cum decreto,vnde valuit:hic non valuit tranſactio.] Iſta glo.videtur hic ſibi con- tradicere in eo quod dixerat in principio valere tranſactionem, in eo iure non fore neceſſariam reſtitutionem:vt hic dicit: cōtra quod non valuit.Sed præſens dictum eſt notandum per hanc l. pro eo quod dixi in l.præced.quod quando tranſactio eſt nulla, non prouidetur quis venire contra iuramentum de iure ciuili. & ſic non incideret in pœnam, vel ſententiam lege, prece. Idem ſi contractus eſſet validus mero iure,poſſet tamen expu- gnari alia ratione præter quàm minoris ætatis,ſi iuramentū non fuit appoſitū.nam tunc ſi appoſitū eſt,adhuc non facit ipſum cō- tractum inexpugnabilem.ſecus ſi ratione minoris ætatis. l.j.ſi aduer.ven.de iure cano.verò indiſtinctè reddit contractum va- lidum & inexpugnabilē,ſi pōt ſaluari ſine interitu ſalutis æter- næ,quō poteſt ergo ſoluere cōtrarium de d.l.j.nam hoc iuramē- tum non excludit à beneficio reſti.in inte.poſtulando,vt in tex. cōiuncta iſta glo.in princi.& in d.l.j.vnde excludit à beneficio reſtitutionis.Sol.dic quod ibi loquitur de reſtitutione quæ con- cedunt maximè in priuileg.ætatis,non propter malitiam aduer- ſarij,quæ minimo de facili denegatur:hic verò de illa quæ con- cedit propter vium falſorum inſtrumentorū aduerſarij, pro- pter quæ fuit iurans inductus ad tranſigendum,& deceptus: & ſic ſtandum in maiori æquitate:quia non propter fauorem, ſed propter ſalutem naturalem:quæ difficilius tollitur quàm priui legium:& hæc eſt ipſa veritas fundata de iure communi tam minoribus quàm maioribus:quòd difficilius tollitur quàm pri- uilegium,minorum vt not.gloſſ.in dicta l.j. In glo.ſequen.ibi: [ſed eſt data pecunia pro omnibus qui erāt in cōtrouerſia.] ſup- ple nō tamē iurās fuit motus in omnibus ad trāſigēdum præte- xtu falſi inſtrumenti:quia tunc trāſactio in omnibus reſcinderē- tur nec daret principio:ſed ſolùm † fuit motus ad tranſigēdum prętextu falſi inſtrumēti ſuper illo tātùm articulo ſuper quo fuit productum falſum nō:ſed ſuper alijs bene erat facturus, etiam ſi inſtrumēntum non fuiſſet productum:eſt ergo dubium:quia vna ſumma tātùm fuit data pro omnibus an reſcinderetur cōtractus in totum:quia aut erat vnicus propter vnitatem ſentētiæ:& ſic videbatur nō poſſe p parte reſcindi:ſicut quādo plures res emū- tur vno pretio.l.quod ſi,de in diem adiectio.glo.tamēvult quòd reſcindatur ſolùm pro parte:quia alia capitula erant diuidua:& poterat ſemper ſeparari:alia dubitatio eſt quātum videbitur da- tum de illa pecunia pro illo capitulo quod reſcinditur,vt ſcimus quantum poſſit repeti à dāte.& gloſſ. hic ſingulariter dicit quòd pro tanta parte ſit reſcindendum pro rata rei & valore rerum:vnde ſi erat quęſtio de fun- dō hæreditate,& produxi falſum inſtrumētum ſuper hęredi- tate,non ſuper fundo,& trāſegiſti mecum ſuper vtroque,probata falſitate inſtrumēti & reſciſſa trāſactione ſuper hæreditate ſi ipſa tractum poterit repetere de ſumma,æſtimabitur hæreditas & fundus:& ſi hæreditas valet in triplo plus quàm fundus, diuidi tur quinque in quatuor partes,& repetes tres partes,& alia quar ta penes me, remanebit pro fundo:ita vult gl.quam Bartol.dicit ſe ſequi dam. †Et inducit ad quæſtionem de facto quam habui: quia ſtatutum dicit Perusij quòd ille qui repetit dotem cōſiſten- tem in pecunia,ſi debitor nō habet pecuniam: teneatur recipere de bonis ipſius pro libito voluntatis ad æſtimationem cataſtri: quam repetebat mille, & erat vna poſſeſsio quæ valebat tria millia tamē vna particula:puta tertia ſecūdum mēſuram valebat ſi duplo plus quàm aliæ, ipſe valebat eligere illam particulam ſummam pro iuris mille, quæ volebat forte duo milia per ſe dicit Bartol.ſe reſpōdiſſe quòd nō poterat:quia æſtimatio facta in ca- taſtro de tribus millibus,cenſetur facta pro bonitate cuiuslibet particulæ:nō pro mēſu ra:& ſic iſta particula quæ valebat duo mil lia,pro bonitate ſua cēſetur fuiſſe æſtimata duobus millibus: & aliæ duæ tertiæ mille: non ergo debet habere illam pro mille:licet non faciat niſi tertiam partem ad mēſuram & eodem modo ſi vēdidi tibi fundum pro mille,& euincatur quarta pars fundi, quæ pro ſui bonitate valet dimidiam iſtorū mil le,poteris agere de euic.nō pro quarta par- te de mille,ſed pro dimidia: facit lex j.ff.de 12 euic. †In ead.glo.ibi. [Item not.hic arg. a quod inſtrumētum non eſt totū vitioſum[a] ratione partis.] dic quòd ſi inſtrumētum in vno capitulo eſt falſum propter vitium no tarij,qui ipſum cōfecit,quia ſcienter appo- nit falſum, tunc in omnibus alijs capitulis reputatur eſſe falſum:quia attenditur fides notarij:vt l.ſi aliquid.j.de ſuſcept.& archa. li.x.& no.in l.ſi quis ex argētarijs.ff.de edē. à qua fide depēdet authoritas totius inſtrumēti,vnde cum appa pareat ipſum dixiſſe falſum in vno de ſubſtātialibus pręſumitur etiam in alijs falſum dixiſſe.ſecus ſi nō erat de ſubſtātialibus,vt ſi dixiſſet actum ante domum talis:& tamē illa domus non erat illius:& ita voluit loā.An.in c.fraternitatis.de hære.in fi. vbi o- mnino vide.Sed in caſu huius l.inſtrumētum tranſactionis non erat falſum in alio capitulo propter vitium notarij qui confecit: bene tamē vnum capitulum erat vitioſum propter alterius vitiū notarij,qui cōfecerat inſtrumētum falſum:& ratiōe cuius fuerat facta trāſactio ſuper illo:ſed ſi nō erat vitioſum inſtrumētum ra- tione notarij ſcribētis,ſed alia ratiōe tūc ſi vitium erat in aliquo quod requiritur ad ſolēnitatem inſtrumēti:puta in annis dñi,vel in dictis,ſimiliter vitiatur totum.ſecus in his quæ nō cōcernunt ſolēnitatem,ſi alia capitula ſunt diuerſa & ſeparabilia,& ab illo 13 nō depēdent:vt no.in l.ſi vnus.j.de teſta.† & quod ſuprà dixi de inſtrumēto falſo.locum habet in falſo teſte,ſi in vno capitulo re- peritur dixiſſe falſum,cp non valebit dictum eius etiam in alijs, ſuper quibus virtute eiuſdem iuramēti quod violauit, teſtifica- tus eſt:& ſic redditur periurus in vno:vnde perdit fidem etiam in alijs ſecundum doct.Tene menti.

a ¶Vitioſum.] De hoc vide per Bald.in ſuo conſil.celxiiij.in pri- ma parte. & in cōſi. xxvij.in iij.vol. Ol- dra.in conſi.xxxvij. & ibi quid in teſte: & p eūdē Pau.de ca. in cōſi.ſuo ccv.in no uis.incip.quātum ad primū.Et vltra præ- dicta vide p Ant.de Bu.in c.cū Io.de fide inſtr.& in c.cū olim. col.xij.de cēſi.Bar.in l.quntus.ff.de aur. & arg.leg.& Doc.in l. j.§.ſi qs ſimpliciter. ff.de verb.obli.Ale- xā.de Imo.in conſil. xliij.colū.iij in iij. vol.& aliquid in cō ſil.cxxxij.in j.vo.& in dictis locis habes quid in teſte. Franc.

2 ☞ *Super queſtione an quis ſit monachus,an poſsit fieri tranſactio?*

LEX XLIII.

1 IVbemus in omnibus. †Super cauſa ſtatus poteſt fie ri tranſactio.h.d.in effectu.& hoc quādo tranſactio tē dit in fauorem ſtatus:vt quia litigo cum aliquo, dicēs ipſum eſſe ſeruum meum,vel aſcriptitium,ipſe dat mihi certam ſummam:& conſentio quod remaneat in ſua libertate.nam poſ ſum cōſentire in mei præiudicium,& facere ipſum liberum.Sed quid econtrà.ſi do tibi,& ipſe conſentit remanere in ſua ſeruitu te.gloſſ.dicit quod non valet:per l.nec ſi volens.infrà de libera- li cauſa.& quia cōtra bonos mores:& quia remanēdo in ſeruitu te non poſſet illam rem habere.Doctores dicunt hoc eſſe verū, ſi conſtaret ipſum eſſe liberum hominem.quia non poteſt face- re ſe ſeruum,niſi ſe vendat ad pretium participādum: ſed ſi erat dubium,dicunt tranſactionem valere per hanc l.quæ loquitur ſimpliciter:& quia multa valent ratione dubij:quæ ſi eſſent cer- ta,non valerent:vt nota.in l.ſi putas.j.de petitio.hæredita. & l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi.nec obſtat vltima ratio: quia bene po- teſt ſeruus de facto tenere pecuniam: tamen conniuentibus oculis domini ſui, id eſt domino patiente: vt lege,quarta.ff.de manumiſsio. Et nota prædicta pro concordijs & tranſactio- nibus quæ fiunt per Papam cum communitatibus terrarum eccleſiæ. Exemplum in Bononia:quæ eſt eccleſiæ Romanæ quò ad plenam iuriſditionem:ſi Papa concordat cum eis quod debeant certum cenſum in anno: & ſtent in ſua libertate quò ad omnia: quod talis compoſitio valeat: nec debeat per ſuc- 2 ceſſorem eius retractari. †Vltimò gloſſa quærit quid in mo- nacho:ſi ſit quæſtio inter Abbatem & quendam alium, quem

a ¶ Vſq; ad qđ tẽpus. Adde Bar.i l.in oĩb⁹. in fi.cũ gl.ff.de diuer. & tẽp. p̃ſcri. & adde qđ iſte error calculi ita põt allegari in cã appellatiõis, ſicut in cauſa principali etiã ſi eſſet deductus in cã principali. ita ipſe Pau.de Caſt.in cõſi. ſuo.x.incipiẽ. in caſu præſenti. in nouiſ. Franc.Cur.

b ¶ Sniã pro parte valere. Adde Ang. in l. ſancimus.in j.no. C. de pac.Car.in c. Raynuti⁹.in ij.no.de teſt. et qñ error expreſſus in ſnia.vide p. Are.in cõſi.lxxv.in cõſil.ci. & cõſi.cx.& in cõſi. clvij.Franc.Cur.

c ¶ Recedẽdum à cõi opi. Adde Io.and.i c. j.de conſti.Abb. in c. prudẽtiã.& in c.quæ rẽti.de offi. delega. p eundẽ in c. tua nos. de vſu.& per eũdẽ et ibi nouiſ. in c.j. de cõſtit.Alex. de Imol.in conſi.ij.colũ. v. & in cõſi.xxviij. colũ.iij. circa fi.i ij. vol. Cur.

Abbas dicit eſſe monachum.et ipſe negat, & tranſigunt.quia ipſe dat certã pecuniam Abbati.& Abbas cõſentit quod remaneat laicus.vel ecõtrà.gl.in prin.dicit valere trãſact.ſi interueniat decretũ epi.certè nec eps hoc poſſet qſi eſt monachus,efficiaẽ laicus nam etiã de Papa dubitatur an hoc poſsit. vt in cap.cũ ad monaſteriũ.in fi.de ſta. reg. oportet ergo quod iſta qõ.dirimaẽ per ſententiã diffinitiuã.quia illa habebitur pro veritate.Sed ecõuerſo bene eſt in ſua poteſtate facere ſe monachũ,licet cõtrà nõ ſit propter hoc non vitiaẽ tranſactio. ſed propter aliud videretur vitiari:quia continet ſimoniam,recipiẽdo pecuniã ab Abbate, vt remaneat monachus. Tene menti perpetuò.

De errore calculi. *Rubrica.*

Si inter duos mercatores pluries fuerit ſaldata ratio & ſummata,ſi tamen alter ipſorum dicat fuiſſe commiſſum errorem in calculo,iterum debet calculari.

Error calculi uſque ad quantum tempus poſſit allegari?

Sententia in qua eſt expreſſus error calculi,uel ſumme,an ſit nulla? & nu.5.

Qnid ſi error non fuit expreſſus in ſententia?

LEX VNICA.

ERrorem. † Si ĩ calculo ſit errarũ, poteſt iæpius retractari. niſi ſuper errore ſit iudicatum,vel tranſactũ,& in debitũ ✱per errorẽ calculi ✱promiſſum condicitur. hoc dicit ſe cundũ Bar.vel ſic ſecundũ Bal.licet pluries in calculo ſit erratũ & licet etiã in ſtipulationẽ deuenerit, adhuc põt retractari, niſi ſit ſup eo trãſactũ,vel iudicatũ.h.d.† In tex.ibi.[vnde rationes.] per iſtũ tex.dicit Bald.quod licet inter duos mercatores pluries fuerit ſaldata ratio & ſummata,ſi tñ alter ipſorũ dicat fuiſſe commiſſum errorem in calculo,iterum debet calculari. Sed contrà. quia nunquam erit finis.Reſpon.iudex dabit calculationem:cuius relationi ſtabitur niſi probetur contra. vt in l.ij. j. de vſur. & fruc.leg.& ita not.Barto.in l.inſtar.j.de iure fiſ. lib.x. Sed vſque ad quod tempus * poterit allegari error calculi?dic vt ibi per eũ & per glo.in l.calcularij.ff.de admi.re.ad ciui.perti.q̃ dicit ꝙ vſque ad xxx. annos. ibi tamen loquitur in computatione facta per adminiſtratores publicos ſuper adminiſtratione alterius adminiſtrationis:& in damnum reipublicæ ſed non fuit error, ſed gratia:quia admiſerunt aliquas expenſas, quas non debuerunt admittere.& tunc poteſt allegari vſq; ad decẽnium. vide de hoc per Barto.in d.l.inſtar.Item dicit Bal.per iſtum verſi.quòd licet fuerit facta confeſsio,& pluries reiterata,non tamẽ nocet.quod intellige ſi per errorem fuit omiſſa. ſed ſi ex certa ſcientia, tunc nocet quia ſi non fuiſſet reiterata,poſſet adhuc infringi probato contrario per l.cum falſa.ſuprà de iur.& fac.igno.ſecus ſi eſt reiterata etiam ſemel.ita ſimpliciter colligitur ex tex. & ex not. per Barto.in l.cum ſcimus.j.de agri.& cenſi.poſt princi.lib. xj.& ſic extra iudicium.ſed in iudicio nocet etiam ſi non ſit reiterata. vt in l.j.j.de confeſ.& quod not. in l.rura.j. de omni agro deſer.lib. xj.† In tex.ibi.[ſi res iudicatæ nõ ſunt.] hoc poteſt intelligi duobus modis.Primò quando fuit iudicatum poſt motam controuerſiam de errore,& ſic ſuper ipſo errore & tunc ſi tenetur quæſtio erroris ſit s.tit.primo l.actione in fine.& l. ſi ex falſis. Secundò quando non fuerit mota quæſtio erroris, tamen fuit iudicatum ſuper quantitate per errorem aſſummata. puta fuit aſſummata ratio pro omnibus deductis & computatis reſtas debitor meus in centum, & de hoc confecta eſt ſcriptura confeſsionis vel promiſsionis: quia promiſisti illa centum mihi dare ad mei petitionem,cũ tamen reuera non reſtares debitor in tanta quantitate:ſed in maiori,vel in minori,certè ſi peto centum,et lata eſt ſententia pro me, in qua non eſt appellatum. nec ego amplius potero quærere de errore,nec tu.licet q.erroris nunquam fuerit not.etiam quod dixi in d.l.ſi ex falſis.In glo. magna ibi. [ſolutio diſtingue.]hæc vera.ſed in primo membro diſtinctionis.ij. fuit error expreſſus in ſententia ſi dixit iudex: quia conſtabat nobis Titiũ teneri Seio in quĩquaginta ex tali cauſa. Itẽ in xxv.ex alia cauſa:ideo condemnatus ipſum in centum:& ſic condemnauit in xxv.vltra.ſed ſi diceret per errorem calculi,quaſi xxv.faciant centum. Quæritur vtrum ſententia erit nulla ſolum in xxv. in quibus fuit erratum?gloſſ.ibi ſentit quod in totum ſit nulla: & idem in fi.voluit gloſſ.quæ eſt in l.fina.ff.de iuriſdi.omnium iudicum.quia in vno articulo vel ſumma non poteſt ſententia pro

b te ᵇ valere,& pro parte non:vt in l.in hoc iudicio.ff.famil. erciſc. ſed in diuerſis articulis ſecus:vt l.etiam.ff.de mino.& hanc partem communiter tenent Docto.contrarium, tamen determinauit gloſſ.in l.ij.j.de re iudicata.quod non eſt nulla niſi in xxv.Et hanc tenet hic dominus Rapha. reſpondeo ad iura allegata in contrarium:dicit tamen non eſſe recedendum à communi opi-

c nione ᶜ in iudicando.ſed pone quòd iudex condemnauit in minus quàm debuerit:putat quòd conſtat nobis talem teneri tali in xx.ex tali cauſa:& in xxv.ex alia cauſa, ideo condemnamus in xl.dixit Iaco.de Raue.quod cenſebitur condemnatus in xlv. in l.qui quartam.ff.de legatis j.arguendo de ſententia teſtatoris ad ſententiam iudicis.& Pet.& Cy.non audent recedere ab iſta opinione:licet eam non reprobent,nec approbent.Breuiter ridiculum eſt dicere quòd in caſu præcedenti non valeat in ſumma expreſſa in iſto caſu: valeat etiam in non expreſſa in ſententia: ideo verius videtur dicere quod in totum ſit nulla, quia debuit in illis quinque eum condemnare,vel abſoluere,ſi fuerunt petita.aliàs ſententia eſt nulla:vt no.in l.j.j.ſi aduer.rem iudi.& ff.de

4 doli excep.l.apud Celſum.§.quare.el primo. † Circa ſecundũ membrum gloſſ. quando error non fuit expreſſus in ſententia, poſito quòd colligatur ex actis gloſ.tenet ad ſententiam valere. Vltramonta.dicunt contra.cum ſententia referatur ad acta:vt l. ait prætor.§.j.ff.de re iudicata.& infrà de ſenten. quæ ſine certa quacti.profe.l.hæc ſententia.& ſic error qui colligitur ex actis, cenſetur contineri in ſententia.Barto.dicit hoc verum ſi iudex ſe referat expreſsè ad acta:vt quia dicat,quia conſtat nobis talẽ teneri tali in c.vt apparet ex actis,& ex inſtrumentis productis in cauſa,cùm tamen in vno non contineatur niſi quinquaginta, & in alio xxv.idem condemnamus ipſum in c.nam tunc fatetur Bartol.quod licet iſta non exprimantur in ſententia, tamen erit nulla:quia cenſentur expreſſa,poſtquam ſe retulit ad inſtrumẽta:vt l.aſſe toto.ff.de hęre.inſti.ſed ſi non retulit ſe expreſsè,tunc quædam ſunt acta ad quæ de neceſsitate refertur, vt *libellus*.l. vt fundus.ff.communi diuidun.vel ſententia *primi iudicis* appella.Et hoc caſu ſi in ſententia vel in libello *primi iudicis* contineatur error,non valebit ſententia *ſecundi iudicis*: etiam ſi expreſsè non referat ſe ad illa quæ cenſentur referri præſumptione iuris,ſed ſi ſint talia acta ad quæ de neceſsitate non refertur, tunc niſi ſe referat error contractus in illis non cenſetur contineri in ſententia: & ſic erit inualida: hæc ſunt verba notabilia Bartol.& Bald.ſimpliciter tenet gloſſ.quod etiam ſi referat expreſsè ad acta, ſententia non ſit nulla: quia ſi iudex dicat:cum conſtat nobis ex dictis talis teſtis Titium teneri tali in c.cum tamen illi non fuerint exminati,vel ſi fuerint,hoc non probant,nihilominus valet condemnatio:vt not.Innocen.& Ioan.Andr.in c.quoniam contra falſam.de probatio.& in c.cum Bertoldus.de re iudic.aliud ergo quod eſt exprimatur ſpecificè,tunc non valet propter defectum formæ:& aliud quod exprimatur implicitè: quia tunc non eſt defectus formę ſecundùm Bald.ad quod facit quod in ſimili habetur in l.ſi quis legatum.ff.de fal. iuncta l.ſi quis aliquid.§.teſtamentum.ff.de pœnis.& iſta opi.fortè verior eſt:prædicta in ſententia quæ innititur voluntati & authoritati iudi.tranſact.verò quæ innittitur voluntati partium, ſi non continet errorem expreſſum,clarum eſt quod non eſt nulla: nec venit annullanda:licet facta fuerit ſuper quantitate aſſummata per errorem calculi:& imponit finem quæſtioni de errore,& ita

5 intelligitur iſte text. † Sed ſi continet expreſſum errorem, gloſſa vult quod nihilominus valeat mero iure: ſed reſcindatur quatenus fuerit error licet Vltramonta.teneant quod ipſo iure non valeat,propter defectum conſenſus. Doctores noſtri dicunt quod non eſt defectus conſenſus,quia non fuit erratum in ſubſtantialibus,qui error inducit defectum conſenſus:vt in l. in venditionibus.ff.de contrahen.emptio.ſed eſt defectus in cauſa. Nam ſi promittis mihi centũ,credens te ad ipſa teneri,quod cum nõ tenearis,bene conſentis in promittendo:ideo obligaris:vt hic in fi. literę.Sed ſi in cauſa erras,& hic deficit conſenſus:quia credis te

teneri

ueri,& propter hoc consentis promittere,& ille error non vi-
uat nec promissionem,nec transactionem dominꝰ si solueris. vt
in toto titu.de condi.indebi.Et hæc vera sed inquantum glo.di-
cit transactionem debere rescindi in effectu,quatenus est erratū
dom.Raph.multū miratur.dicit quod videtur contra hunc tex.
qui dicit quod transactio imponit finem errori calculi: sed non
perpendit quod glo.loquitur & debet intelligi qñ in transactio-
ne continetur error expressus.sed tex.loquitur quando non con
tinetur.& ita colligitur ex dictis Bal.hic.

De postulando. *Rubrica.*

Vt ex sententia contumatoria, oriatur naturalis obligatio?
Vtrum per sententiam diffinitiuam fuit prohibitus postulare perpetuò, vel ad tempus vel simpliciter ab vno iudice ordinario, puta potestate paduæ, an possit postulare in ducatu, vel etiam in eadem coram alio iudice?

LEX. I.

1 CVmà. †Prohibitus perpetuò postulare, re-
pellitur à postulādo.h.d.vel sic. Qui
non appellat cum potest, videtur acquiescere
sententiæ.h.d.secūdū Bar.In tex.ibi. [prohibitus.]
dic scilicet per sententiam diffinitiuam.et sic cau
sa cognita.& præcedente accusatione, vel inqui
sitione:quia fortè fecerat pactum de quota litis.vt j.eod.l. si qui
aduocatorum.vel quia monitus à iudice:vt officium aduoc.iu-
uaret pro alio,sine iusta causa recusauit.vt j.eo.ti.l. prou dē
ditis circa medium.ibi.si quis verò monitus.Et q̄ loquatur quan
do per sententiam diffinitiuā:patet in verbo.[non appellaueris.]
quoniam ab interlocutoria non appellatur.Si ergo per interlo.
non precedente accusatione vel inquisitione,vt quia fortè ni-
mis garrulabat,non potuisset iudex perpetuò ipsum prohibere,
nisi quousq; durat officium eius.quod solebat durare per annū.
& ita loquitur.l.j.ff.de pœ.Et si fuisset dictū perpetuò,non vale-
ret nisi quousq; durat officium:quia si non valet q̄ ago vt ago:
valet vt valere potest.vt l.si tam augusti.ff.de serui.Quid autē si
2 hoc verbum perpetuò * non fuisset appositum in sententia? dic
si erat interlocuto.idē vt §.dixi.Si verò diffinitiua:tūc aut fuit di
ctum prohibeo te postulare ad tempus, nec specificat quan
titē videtur prohibitus vsq; ad decennīū.vt in l.si diuturno.
ff.de pœnis.Si verò simpliciter,tunc videtur prohibitus ppetuò
vt l.imperitos.§.j.seu in prin.ff.de excu.tut.vbi illud q̄ non ha
bet expressum tempus,intelligitur perpetuum.Et ex prædictis
patet q̄ si legatus de latere ponit interdictū in ciuitate, nō per
b motum sententiæ diffinitiuæ,durat quousq; officium eius. * vt
l.si certum.§.fi.ff.de test.mil.& idem si iudex exponit aliquem
ad confria non precedente processu,& diffinitiua sententia secū
2 dū Bal.† Intex.ibi.[placitis.]in hoc fundatur summariū Bar. q̄
qui non appellat cum possit,videtur consentire in sententia se-
cus si nō poterat:vt quia erat tertia appellatio.Et ex hoc decidi-
tur q̄.an ex sententia cōdēnatoria oriatur naturalis obligatio.nā
cū ita naturalis oriatur ex consensu.l.stichū.§.naturalis. de sol.
debet distingui,aut potuit appellare,& non appellauit,& oritur
obligatio.l.Aut non potuit,& tunc secus cum lata sit in inuitū.
Item insipientem.§.j.ff.de verbo.obli.tamen Bal.in l.Iul. ff. de
condic.indeb.determinat adhuc idem cum naturalis obligatio nō
solum oriatur ex consensu:sed etiam ex omni æquitate.l.iurisgē
tium.vbi um amplius.§.is natura debet.de reg.iur.Sed equitas
ista quantum est vt magistratibus pareamus.vt l.veluti.ff.de iu-
stit.& iu.Illa tamen quæ oritur ex consensu potior est: quia for
tius habet fundamentum.& ideo non potest tolli per sententiā.
vt in dicta.l.Iuli.sed illa quæ fuit orta ex sententia sine consensu
posset tolli per alteram sententiam ipso iure.vt in l.prout quisq;.
de sol.Posset tamen dici quod iste text.non loquitur de placito
quia tales præfecti qui tulit sententiam.& sic non facit pro Bar.
secundum do.Rapha. In glo.mag.in ver.[Item quod dicit.]dic
glo.in eo quod sequitur loquitur inuolutè.† Quæritur ergo pro
declaratione glo.§.visum est de tempore, quæritur de loco. Si
aliquis per sententiam diffinitiuam fuit prohibitus postulare
perpetuò,vel ad tempus,vel simpliciter ab vno iudice ordina-
rio,puta potestate Paduæ,vtrum possit postulare in alia ciuita-
te,vel etiam in eadem coram alio iudice?& glo.distinguit inter
expressam prohibitionem,& tacitam.& videtur innuere in ver-
bis suis quòd tam possit operari tacita quā a
expressa.Sed ista non est intentio gloss. est
distinguendum aut fuerit prohibitus ex ali
quo delicto quod infamiam nō irrogat. vt
l.si qui aduocatorum.j.eo.& in l.prouiden-
dum.vers.si quis verò,quo casu requiritur b
expressa prohibitio,& tunc prohibetur in
alio loco postulare. Aut fuit prohibitus p-
pter aliquod crimen quod irrogat infamiā,
& fuit condemnatus ad pœnam delicti,ex
positus ad confinia, vel punitus in pœna
pecuniaria,vel corporali.quo casu est infa
mis:etiam si iudex expressè non dicat, vt
in l.nō potest.ff.de fur.Et sic potest prohiberi expressè,si iudex
dicat:& etiam tacitè,si iudex non dicat.& hoc operatur infamia
quæ ipsum comitatur:sicut lepra leprosum.ad quemcunq; locū
iret.vt no.in l.ex ea.ff.eo.& tunc glo. distinguit. Aut Pœna de-
licti erat perpetua,aut temporalis:si erat temporalis,aut fuit au-
cta vel minuta causa cognita,& tunc censetur cum infamia dis-
pensatum.& sic non prohibetur in alio loco.per l. quid ergo. §.
pœna grauior.ff.de infa.l.& si seuerior.j.eodem tit.& l.si Posido
nium. Aut non fuit aucta:vel diminuta:vel si fuit, non tamen
causa cognita:& tunc durat infamia:& prohibetur in alio loco.
non eo quòd iudex qui ipsum condemnauit.potuerit corrigere
effectum sententiæ ad alium locum.arg.in l.cùm vnus §.is qui.
ff.de bon.auto.iudi.pos.sed ex dispositiōe iuris communis quæ
repellit infamem à postulando.de qua infamia in quocunq; lo-
co poterit opponit.vt in dicta l.ex ea.

¶ Verbū ppetuò. ad de Raph.Ful.cō.clvij.inci.In cā benedicti polastri.Ale. d imo.i cō.lx. inci. omisso multiloquio l j.volu.

¶ Quousq; officiū ei⁹.Quid de statutis eorū,an sint ppetua vid per Doc.in c. fi. de offi.lega.Doc.i c. j de of.le.Car.i c. cū oēs.de cōsti.i pe.col. Archi.in §.j. iij. dist.

LEX. II.

1 NEc cæterorum. †Liberti possunt esse aduo-
cati,si sunt literati.sicut inge-
nui.hoc dicit.

Exceptio non numeratæ pecuniæ fuit inuenta contra confessionem & promissionē, quæ fiunt sub spe futuræ numerationis,vel alterius causæ de futuro,quæ postea non est secuta,& competit etiam condictio sine causa.& nu.4.
Ille qui patitur contra se labi tempus præscriptionis, censetur consentire quod debitor sit liberatus,& tollitur ciuilis obligatio.
Exceptio non numeratæ pecuniæ est temporalis:& durat biennio.
Confessio facta sub spe causæ secuturæ,quæ non est secuta: & lapsum sit biennium, an præiudicet confitenti?

LEX. III.

1 SI sub specie. †Si sub specie patrocinij præ-
standi sibi promiserit quis ali-
quam quantitatem tanquam sibi mutuatam, cum nō
esset,& patrocinium non præstetur, cuius est excep-
tio non numeratæ pecuniæ.& etiam condicere potest libera-
tionem infra tempora debita hoc dicit.Et reputat Barto.istam.l.
valde difficilem.sed mihi non sic videtur.rectè intelligendo.sed
2 potest summari generalius hoc modo.† Confessio de recepto.
& etiam promissio facta contemplatione alicuius causæ secutæ
licet non ipe futuræ numerationis,si illa causa non sequatur,po
test infringi per exceptionem non nume.pecu.etiam per condi-
ctionem sine causa,sicut si facta fuisset spe futuræ numerationis
quæ non fuit secuta.& hoc si infra tempora debita.ideſt bien-
nium constat hoc dicit.Præmitte q̄ exceptio non nu.pe. vel in
factū.de quibus loquitur tit.de non nu.pec.locū sibi vendicant.
& ad hoc fuerunt inuentæ quādo quis cōfitetur se recepisse spe
futuræ numerationis:cū tamen non receperit, & promisit resti-
tuere:nec postea secuta est numeratio.quo casu si sola confessio
interuenit,locū habet exceptio nō nume.pec.si verò interuenit
etiam promissio,locū habet exceptio in factū.vt j.de nō nume.
pecu.l.cū vltra.Sed quid si fuit facta non ipe futuræ numeratio
nis:sed alterius causæ secuturæ,quæ tamen nō est secuta?licet in
hoc tex.non dicatur,sed debet suppleri:vt si requiro aduocatū p
patrocinio,& cū nō habeam pecuniam in promptu,ipse vult q̄
confitear recepisse ab eo.x.tanquā mutuata.& quod promittam
per stipulationē sibi:restituere ad suum beneplacitū:postea non
præstat mihi patrocinium:quia fortè concordaui cū parte.ipse au-
tem petit à me istā pecuniam tanquam mutuatā.& producit in-
strumentū cōfessionis.ego autē excipio quòd nullam pecuniā
vnquā mihi mutuauit:ipse hoc fatetur:sed dicit qd ego promi
si,& fui confessus sub ipe vt mihi patrocinium præstaret:ideo nō

a ¶ Aduocatus qui paciscitur. Adde glo.in l.sumptus.ff. de pac. Bar.in l.j. §. si cui. ff. de var. & extraord. cog.Spec.in tit. de sta.in §. sequitur.ver. personæ.& ibi Ioan. Andræ.

possim obijcere exceptionē non nu. pecu. vel in factum,quæ nō fuerūt inuentæ nisi. vt s.dixi. certè hic dicit q̄ imò possum qa licet emanauerint sub spe futuri patrocinij: ex quo tñ non est præstitū,ratio suadet qđ possim illas exceptiones obijcere sicut sub spe futuræ numerationis,quę nō esset secuta.dummodo tēpora nō transiuerint.s.biennīū:sed possum etiam condicere liberationē.Sed si tēpus transierit innuit,text.q̄ nō possum obijcere.& istud est verum quantū ad hoc vt transferatur onus probandi in aduersariuni quod mihi numerauit:quia transacto biennio prę̄sumitur pro confessione mea quòd mihi numerauit,nisi probem cōtrarium.& iste est
3 verus intellectus.†In tex.ibi.[consensum ac fidem accommoda sti.]Not.scdm Doc.quod ille qui patit cōtra se labi tēpus p̄scriptionis,censetur consentire qđ debitor sit liberatus & sic videt q̄ per præscriptionem tollatur naturalis obligatio de ciuili autē non est dubium cū prę̄scriptio sit de iure ciuili.Cōtrarium tñ videtur no.in l.fi.ff.rem rat.hab.q̄ tollitur ciuilis tantū, & non naturalis.nam iste cōsensus est informis,& nō ordinatus ad tollendam obligationem.
4 †Not.etiam hic q̄ exceptio non nu. pec. est temporalis:& durat biennio tantū.Sed contrà:quia quę tēporalia sunt ad agendum,perpetua sunt ad excipiēdum.vt l. purè. in fin.ff.de do.exce.Solu.ibi in exceptione doli propriè sumpta, quæ tendit ad elidendū exceptionem agentis perpetuò sed exceptio non nume.pec.non tendit directò ad elidendum : sed ad transferendum onus probandi in aduersarium et ad faciendum q̄ confessio non noceat confitenti,vt ex ea possit se aduersarius fundare.Si enim confiteor me recepisse pecuniam mutuo : talis confessio deberet regulariter probare contra me, absq; alia probatione,si facta est te præsente,vel te absente,interueniente nuntio vel epistola.vt in l.Publia.§.fi.ff.depositi. & tñ statuit contrarium in tit.de non nu.pecu.quia frequenter fiunt confessiones spe futuræ numerationis.& numeratio non sequitur: ideo quousq; lapsum sit biennium , creditor ex illa confessione non potest se fundare:sed habet necesse alio modo probare numerationem:lapso verò biennio secus nisi confitens ꝓbet contrariū qđ facere potest:quia confessio nō immutat veritatem.vt l.cū falsa. §.de iur.& fac.igno.Et eodem modo respondeat ad aliud de quo potest obijci contra fi.huius l.nam regulariter conditiones cùm sint actiones personales , sunt perpetuæ saltem vsq; ad xxx. annos.vt in l.ij.j.de constitu.pecu.& tamen conditio est temporalis vsq; ad biennium,& non vltra : ille qui confessus est se recepisse mutuo:& promisit restituere,pōt condicere confessionem infra biennium,& non vltra.si fundat se in numeratione non facta.vt hic patet iuncto fi.qui habet limitari per istum text. In gl. mag.ibi.[& hoc in id &c.] vt intelligas hanc glo.quæ loquitur inuolutè & sibijpsi videtur cōtrariari:quia hic vnū dicit in prin. & aliud in fi.Forma igitur oppositionē sic.nam videtur qđ non habeat locum exceptio non nu.pec.quia quādo quis confitetur se recepisse mutuo non spe futuræ numerationis , sed ob aliam causam de præterito verā,vel de futuro,q̄ postea est secuta,non habet locum dicta exceptio.vt l.si ex pretio.j.si cer.peta. Sed hic fuit huiusmodi:qa sub spe patrocinij præstandi.si ergo illud est præstitum,debet cessare dicta exceptio. Glo.timore huius contrarij dicit q̄ ista l.non debet intelligi quando fuit confessus.& promisit maiorem quantitatē quā illi deberetur pro patrocinio. vt si debebantur decem:& promisit xx.tunc in x.quæ debentur non habet locū exceptio:sed in residuo locū habet. Ista est diuinatio ad istū tex. q̄ loquit de toto eo quod promissum est. Ideo dic quod ista opi.haberet locū si patrocinium fuisset præstitum. & tunc procederet solu.gl.Sed hic debet intelligi qñ non est prę̄stitum:qa partes fortè venerunt ad concordiā.& sic in tota summa obstat exceptio:dubium autem erat hoc quod suprà dixi.qa exceptio non nume.pecu.fuit inuenta contra confessionem & promissionē,quæ fiunt sub spe futuræ numerationis . Certè ista l.hoc inducit de nouo.vt habeat locū etiam quando sub spe alterius causæ de futuro:quæ postea nō est secuta. Et hoc tene menti.Si autem de præterito,vt si tenebar tibi in centū ex vna causa. & confiteor illa habere penes me ex causa mutui : tunc non habet locum dicta exceptio & si eam oppono,tu potes eam excludere proponendo & probando debitū præcedens.vt in l.singularia.cū ibi not.si cer.pet.& eo.tit.j.l.si ex pretio.Ex hoc apparet
5 solu.quæstionis formatæ per gl.† Quid iuris si lapsum est biennium?nā glo.refert tres opi.Tu dic breuiter. Aut patrocinij nō est secutū.& tunc confessio nocet confitenti in tota quantitate: nisi probet simulationē,q̄ fuit facta confessio sub spe futuri patrocinij,quod secutū nō est:non spe futuræ numerationis : quia tunc haberet necesse probare numerationē non fuisse secutam. quod esset difficile.Sed hoc non esset difficile probare per testes qui interfuerunt conuentioni:sed si patrocinij fuit secutū : tunc vsq; ad quantitatem debitam pro patrocinio:etiam si nō esset lapsum biennij,non haberet locū exceptio:propter præcedentem oppositionem,multominus post.sed in eo quod excedit,lapso biennio præiudicaret confessio:nisi probaretur simulatio vt dixi:& ita reducitur ad concordiam finis glo.cum principio.

LEX IIII.

1 VElamento. †Not.in hanc l. q̄ licet iudex non audierit aduocatū alterius partis: quia erat absens,& noluit ipsum expectare, licet pars instabat vt expectaretur,vel erat præsens , & non fuit visum iudici necessariū audire aduocatos:vel etiam audiuit aduocatum vnius partis,& non alterius,non propterea sentētia lata contra aliū est nulla.Fallit in causa fiscali.vt j. de sentē. aduer. fis.la.j.lib.xij.Et idem videtur in causa ecclesię:quę est eodē modo priuilegiata.vt ibi not.Ex hoc etiam patet quod non est danda dilatio pro aduocato habendo.Quod est verū post litem cœptam.sed ante sic.ff.ex quib.cau.ma.l.ait prætor. §.j. & etiā post datur ex causa.vt si sit mortuus iste qui habebat , vel se absentauit.vt eo.ti.l.sed & si per prætorem.§.pe.& in l.necnon.eo.ti. secundum Cy.licet si non detur,non sit sententia nulla:vt hic.De hoc vide in capitu.j.vt lit.non contest.in gl.ij.& per Imol.

2 ☞ *Fam: & honor debet præferri omni lucro.*
3 *Aduocatus an possit pacisci cum clientulo,de certa quantitate solita & moderata, siue perdat,siue uincat?*

LEX V.

1 SI qui aduocatorum, † Aduocatus qui
2 paciscitur[a] cū clien tulo de quota litis , repelletur ab officio aduocationis. h.d.Patitur etiam aliam pœnā.deq ua in l.si remunerādi.§.fi.ff.manda.& idem in procura.vt ibi patet.& in l.item.j.de
2 procura.† In tex.ibi.[existimationi:] idest famæ & honori suo. & sic no.famam & honorem præferendū omni lucro.facit l.Iul. ff.si quis omis.cau.test.& l.miles.§.iocer.in fin.de adulte. secundum Cy. In tex.ibi.[certæ partis.] dic:scilicet quotę vt dimidię, tertiæ,vel quartæ.Certè etiā si non sub nomine quotæ.vt si erat quæstio de hæreditate,& pactus est de vna re hæreditaria.cū sit eadem ratio.Secus si de alia re q̄ non erat in controuersia secundum Bal.sed salua reuerentia:qa eadē est ratio prohibitionis: qa inducitur aduocatus ad calūniandū . Dic ergo quod vbicunq; pactū confertur in euentū victoriæ:puta si vincā tibi hanc quę̄stionem,volo habere tantū:si non vincā. nihil volo habere : sed volo te iuuasse gratis:semper pactū est reprobatū,ratione prædicta.quoniā vt vincat,vtetur omni calūnia et falsitate:quibus poterit.& conabitur per fas & nefas vincere.& ista fuit causa prohibitionis.& satis colligitur ex dicta l.si remunerandi.§.fi.& l.salariū.ff.man.
3 †Tunc aūt pactum est licitū, quando non confertur totaliter in euentū litis,vt quādo paciscitur de certa quantitate solita,& moderata,siue vincat , siue perdat.nam tunc cessat ratio calumniæ.& si vltra hoc pacisceretur , q̄ in casu victoriæ aliquid plus consequatur.dic q̄ nō esset licitū.vt l.j.§.& si nomine.ff.de va.& ex.cog.quia postquā in omnem euentū habet certum salarium : non sic mouebitur ad calūniandum pro illo modico pluri.Quantum autem si non esset taxatū , iudicis arbitrio relinquitur.sed do.Rapha.dicit hic se intelligere istum tex.quādo post litem finitam paciscitur aliquid dare nomine palmarij. id est victoriæ.nō autem quando post litem cœptam. & dicit se postea reperisse Pet.hoc idem tenentem in dicta l. item infrà de procu.& tunc non esset dubium.vnde præcedens intellectus videtur mihi verior & rationabilior.vide quod not. in l. sumptus. ff.de pact.

3 ☞ *Excipiens de crimnibus contra personas testium,non debet prorumpere ad uerba iniuriosa ultra quàm litis utilitas expostulat:alias tenetur actione iniuriarum, & quando uideatur utilitas litis expostulare*

Lex

LEX. VI.

Vis quis vult. Lex ista primò prohibet aduocatis quatuor. vsque ibi [apud.] Secundò permittit vsq; ibi. [quisquis.] Tertiò præcipit. & est l. moralis. & pulchrè dictata. Et dicit Bald. quòd qui eā seruaret, reputaretur & esset optimus aduocatus. † Not. in prima parte post princi. ibi. [aduocatus & iudex.] hoc potest intelligi tribus modis. primo quod ille qui fuit aduocatus in vna causa, non possit postea in eadem esse iudex. quod intellige: scilicet delegatus: sed ordinarius sic. & no. in Spe. de iudi. dele. §. supereſt. versi. Item si fuit aduocatus. vt probatur in l. prætor. ff. de iur. om. iud. debet tamen causam delegare ordinarius, si ab eo petatur: cum sit suspectus propter officium aduocationis: quia videtur habere affectum ad causam in qua fuit aduocatus. & ista est iusta causa recusandi. & sic habet iurisditionē mero iure: sed delegatus videtur quod ipso iure non habeat: vt sit aliqua differentia inter delegatum & ordinarium. Secundò potest intelligi econuerso q̄ ille qui fuit iudex in causa, non possit finito officio esse aduocatus in eadem. Cy. non tenet hoc: quia non est eadem causa suspitionis. Iudex enim non præsumit̄ habere affectionem plus ad vnam dartem quàm ad alteram. Mihi videtur, & ita vidi fieri: & est honestum quod si dedit sententiā in vna causa pro vna parte, non possit finito officio suo in causa appellationis sumere officium aduocationis pro illa parte: vel saltem non debeat: quia tunc resultat suspitio q̄ faueret illi parti: vel quòd intellexerit se cum illa: sed si non oderat sententiam, se rursus potest acceptare officium. Tertio modo potest intelligi q̄ eodem tempore quo quis est iudex non debeat tanquam aduocatus vnius ex partibus, allegare pro ipsa. Et ita faciunt cauti iudices quando vna pars ducit aduocatum, & altera non. nam dicunt illi. duc as aduocatum tuum, vt respondeat aduocato alterius partis: quia non intēdo esse iudex & aduocatus pro te. Sed præsentibus aduocatis vtriusq; partis, si alter ipsorum deficeret in respondendo, potest supplere de iure: allegando meliorem legem, vel rationem. vt infrà vt quæ desunt aduoc. l. vnica. Et istā
2 credo fuisse mentem huius literæ. † In tex. ibi. [prorūpant.] Not. argumentum cum quis excipit de criminibus contra personas vltrum non debet prorumpere ad verba iniuriosa. vltra quam lis vltima exposcat aliàs tenetur ac. iniuriarum. & ita fieri vidi fieri. Si verò pro condemnato. §. j. ff. qui satisda. cog. & quando videtur vltima litis exposcere. dic vt in l. quæ oia. ff. de procu.

3 Qui si una pars assumpsit omnes aduocatos meliores pro se: & iudex compellat aliquos ex illis mutare illam partem, & assumere aduocatos pro altera, & si hoc recusant per ea quæ possunt perpetuò priuari officio aduocationis.

4 Secundum quos non potest quòd nullus ex litigatoribus debeat in causa sumere consiliū in scriptis, & cum sigillo, nisi ab uno doctore huius ciuitatis: seu ex his hic manentibus aliàs perdat causam.

5 Qui subtrahit alteri partis suas probationes vel defensiones, subtrahendo instrumentum, vel corrumpendo testes, vel eis minādo quòd nō debeāt testificari pro altera parte, si conuincatur de hoc, debet causam perdere.

LEX. VII.

PRouidendum. Tria sunt dicta huius l. secundùm ibi. [si quis verò] tium ibi [si quis autem.] † No. ex prima parte q̄ si una pars assumpsit pro se omnes meliores aduocatos potest iudex ad instantiam alterius compellere aliquos ex illis dimittere illam partem, & assumere aduocatos pre altera. Et ita plures vidi fieri. licet gl. dicat q̄ istud fiebat olim q̄n salariū dabatur de publico: hodie nō: cū detur a clientulis: vnde licet vnicuique facere facta sua prout melius potest. Sed contrarium patet ex fi. huius. l. quia videtur facere malitiosè, vt subtrahat alteri parti partis defensionis copiam: ideò debet puniri. vt ibi. & facit. ff. de offi. procō. l. nec quicquam. §. obseruare. & §. fi. Itē not. tex. lecūdo dicto q̄ si tales aduocati quibus iudex præcipit. vt §. dictū. recusant hoc facere sine iusta causa, possunt perpetuò priuari officio aduocationis. istud nunquam vidi obseruari: esset autem iusta causa recusandi, quando sciret partem illam non fore istam causam secundùm Guid. de suza. per. l. rem non nouam. §. patroni. j. de iudi. † Ex tertio dicto no. pro statuto huius ciuitatis quo cauetur q̄ nullus ex litigantibus debeat in causa sumere consilium in scriptis. & cum sigillo, nisi ab vno doctore huius ciuitatis, seu ex his hīc manentibus, aliàs perdat causam: & hoc fuit statutum: quia semel fecit quidam consuli pro se ab vno doctore: & postea subscribi ab omnibus alijs vnde nō re periebatur qui vellet alteram partem iuuare. Et ex hoc resultat præsumptio contra taliter facientem quod foueat iniustam causam. Gl. tñ hîc dicit q̄ non ꝓpterea debet causam perdere. † sed Cyn. dicit contrariū in additiōibus. q̄ ille q̄ subtrahit alteri partī suas probationes vel defensiones: puta subtrahendo instrumentū, vel corrumpēdo testes, vel eis minādo q̄ non debeāt testificari pro altera parte, si conuincatur de hoc: debet causam perdere per. l. si de possessione. j. de proba. & per. l. ij. §. j. ff. de iure fisc. vbi est text. notabilis de hoc. & ibi per Bar in d. l. si de possessione. Ad q̄ facit. c. peruenit. extrà de rest. cog. & c. constitutus. in fi. & q̄ no. Inn. in. c. intimauit. de testi. & hoc fortè voluit dicere iste tex. in fi. q̄ experiretur authoritatem iudiciariam à se lesam. Tene menti: quia singulare est: licet rarò practicetur: sed vnus bonus aduocatus qui recordet̄ de his, multùm potest prodesse suo clientulo. & iterum tene menti.

a Ille q̄ fuit aduocatus. Add. Inn. Ant. de but. & Doc. in c. irrefragabili. de offi. or. Ant. de bu. in c. dilecto. de testi. Phili. in c. postremò. de app. ¶ De hoc nomine ꝓuaricator, qualiter ex sentētia Labeōis à varia certatiōe tractū sit, & q̄s ꝓpriè ꝓuaricator dicatur. aduocat⁹. aūt nō nisi impropriè. vide l. j. ff. eo. titu.

De aduocatis diuersorum iudiciorum. Rubrica.

1 *Aduocatus qui colludit cum aduersario, uel patitur ipsum uincere, dicitur præuaricator impropriè, & quis dicatur præuaricator? & quod sit crimen publicum.*

2 *Quid in procuratore?*

3 *Detecto crimine procuratoris uel aduocati, & ipse condemnatur criminaliter, sententia retractatur: & causa de nouo agitatur: & si lata est sententia, an sit nulla ipso iure? & nume. 5.*

4 *Sententia lata contra absentem, intercedente dolo partis, & falsis allegationibus, est nulla.*

5 *Sententia contra aduocatum qui præuaricatus est, an faciat fidem in causa ciuili contra alteram partem, ut per hoc rescindatur sententia, absque eo quòd probetur iterum præuaricatio?*

LEX. I.

1 SI patronum. † Ex præuaricatione aduocati punit̄ aduocatus: sentētia rescinditur, & causa restauratur. h. d. secundū Iac. bu. & est difficilis ista. l. in sui materia. & quotidiana. & Cy. hîc multa dicit: vel sic secundùm Barto. præuaricatio aduocati probata facit eum puniri, & sententiam rescindi: sed non probata facit vt puniatur accusator, & sententia firma permaneat. hoc dicit. † Not. qd' aduocatus qui colludit cum aduersario, vel patitur ipsum vin-
b cere, dicitur præuaricator, b quod est verum impropriè. nam propriè loquendo non dicitur præuaricator nisi ille qui accusat aliquem de publico crimine. & postea patitur ipsum absolui, fortè corruptus ab eo. & sic prodit rempublicam: cuius interest delicta puniri: & tunc tale crimen est publicum: sed hîc prodit personam priuatam. ideò impropriè dicitur. & crimen est priuatū.
3 & hæc habentur in l. j. ff. de priua. deli. † Sed quid in procuratore glo. j. de procu. super rubrica a. videtur sentire quod non committat crimen præuaricationis. cum dicit quod aduocatus accusatur de dicto crimine: sed contra procuratorem agitur de dolo, si collusit cum aduersario. Certè non video differentiam: vnde puto quod ita impropriè dicatur præuaricari procurator, sicut aduocatus: & possit de hoc crimine puniri, & pœna est extraor. vt in l. j. ff. de præua. Quinimò maius est periculum in procuratore. in cuius persona substantiatur iudicium. & maius damnum facere potest: cum teneat omnes terminos litis. non sicut aduo-
4 catus. † Item not. quod detecto crimine procuratoris vel aduocati: & ipse condemnatur criminaliter, sententia retractatur. & causa de nouo agitatur. Sed est dubium an ipso iure sit nulla. qd' innuit iste tex. prima facie. an sit rescindenda per restī. in integ. quod videtur per. l. minor autem magistratus. §. j. ff. de mino. de qua glo. oppo. Fuerunt diuersæ opi. quas glo. recitat & finaliter distinguit: an interuenerit corruptio per pecuniam: & est ipso iure nulla. vt l. venales. j. quando prouo. non est ne. An per gratiā: & tunc non est necessaria restitutio. vt l. seruo inuito. §. cum prætor. ff. ad trebel. Petr. dicit quod ista distinctio bene reperitur in iudice corrupto: in quo substātiatur iudicium. cum tres personæ

a ℂ Præsentia. In teste qñ pñtia includat intelligẽtiam. vide per Abb. in c. puenit. de testi. cogẽ. per Alex. de Imol. in consil. v. col. nij. ver. vẽ igitur in consil. lxxij. col j. & cõsi. lxxij. col. ij. circa med. in j. volu. & in consil. cxxxij. col. ij. ver. simõ quatus. in ij. volu. Et adde q pro eo quod dicit hic Pau. de Cast. ad excusandũ notarium de falso. facit quod dicit Card. in suo cõsi. ccxxx ij. col. ij. in prin. vbi existẽs in loco præsumitur scire, et intelligere ea quæ gerũtur in loco. facit etiam id qđ dicitur. quod quælibet causa etiam bestialis, excusat à dolo. l. igitur. §. pe. ff. de lib. cau. no. gl. in l. j. in fi. ff. de abige. et in l. plagñ. la. ij. C. ad l. faui. de plagñ. Cur.

sint necessariæ ad substantiam iudicij: scili, cet iudicis, actoris, & rei. vt in c. forus. de verbo. sig. Sed in persona aduocati nõ substantiatur iudiciũ. cũ possit esse sine aduo. vt s. ti. j. l. velamento. & ideo tenet indistincte necessariã fore restitutionẽ: etiã si interuenerit corruptio per pecuniã: quod etiam tenet hic Bar. & Iac. de are. dicit quod si interuenit pecunia: tunc pars aduersa perdit causam. vt j. de pœ. iu. q ma. indi. p totũ & l. ij. de cõdi. ob tur. cau. & sic sententia pro se lata erit nulla. prout dicit gl. tamẽ tunc non habet locũ iste tex. dũ dicit q de principali causa denuò quæretur. & sic innuit q debeat videri quis fouet iustã causam. Et pro isto debeat alia sentẽtia ferri, sed in casu p̃dicto hoc non fiet. imò si altera pars erat rea. habebitur pro conuicta: etiã si fouebit iustam causam & condẽnabitur si erat actrix reus absoluetur. si verò nõ interuenit pecunia: tunc est necessaria restitutio. sed Cy. dicit quod si interuenit dolus alterius partis: licet sine pecunia, & collusio cum aduocato, non est necessaria restitutio imò est ipso iure nulla. & ita intelligit: hanc l. si verò non interuenit dolus, vel collusio alterius partis. sed duntaxat malitia aduocati: tunc erit necessaria restitutio. & ita intelligit leges in contrarium allegatas. Sed certè quando non interuenit dolus, vel collusio aduersarij, videtur quòd restitutio non sit concedenda: quia non debet sibi nocere malitia aduocati alterius partis. Sed imputet sibi qui talem aduocatum pro se habuit. vnde debeat agere contra ipsum de dolo ad interesse. vt in l. si dolo. ff. de dolo. & si non est soluendo: tunc poterit agere de dolo contra partem aduersam, vel in factum: ne ex dolo aduocati mei lucretur cum dãno meo. vt in l. & eleganter. §. pe. eo. ti. iuncta l. fi. in prin. ff. de eo per quẽ fac. erit. nisi aduersarius meus sit paratus subire iudiciũ de nouo. non obst. sñia pro se lata, ac si lata non esset. vt d. §. pe. dũtamen notaẽ de malitia aduocati per prius: si tñ aduocatus fuisset visus aliqua falsitate, propter quam esset lata sñia: tũc esset danda restitutio. & hoc casu intelligunt. ll. cõtrariæ. Ex quibus potes distinguere per teipsum. Dicit etiã Cy. hic qđ ita demũ sententia rescindit, si interuenit præuaricatio aduocati: si probatur qđ propter illã lata fuit aliàs quia fieri potuit, etiã si præuaricatio non interuenisset, non sufficeret parti allegare & p̃bare præuaricationẽ, sicut in simili qñ in causa fuerunt p̃ducti falsi testes, vel instrã: quia nisi probetur q iudex fuerit motus ex illis, non propterea sententia rescin-
5 dit. vt l. iij. j. si ex fal. instru. † Itẽ dicit Bart. qđ si lata est sñia contra absentẽ interueniente dolo partis, & falsis allegationibus, sine dubio esset nulla. vt in l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. aut igitur interuenit dolus partis, & corruptio per pecuniam, & tũc sentẽtia est nulla: & causa de nouo agitaẽ: & ferẽ alia sñia cõtra aduersariũ secundũ Iac. de are. Aut interuenit dolus partis, non corruptio per pecuniã: & tunc aut est lata cõtra absentẽ, & sñia est nulla: & cã de nouo agitatur & fertur pro illo qui reperitur fouere iustitiã, & ita potest procedere iste tex. Aut fuit lata contra presentem. & tunc adhuc Cy. tenet eam non valere ipso iure sed Pet. & Bar. contradicentes dicunt q est necessaria restitutio. Aut non interuenit dolus alterius partis: sed aduocati duntaxat & tunc nec est nulla sñia, nec rescindit per restitutionẽ in integrum, nisi aliqua falsitas fuerit admissa: ied agitur contra aduocatũ de dolo ad interesse: si tñ nõ est soluẽdo, in subsidium recurritur contra partẽ quæ obtinuit: ne lucretur in dãnum alterius ex dolo aduocati: & tũc serua qđ s. dixi. Et posset etiã restitutio pœnę peti. Ex istis apparet quod in casu huius l. si interuenisset dolus aduersarij, iste ordo de quo hic, vt primò accusẽt aduocatus. non est necessarius secundũ Bal. sed potest incipere à causa ciuili, & petendo iterum pronuntiari, & deducere præuaricationẽ aduocati per modum incidentis. facit qđ no. glo. in l. fi. j. de fi. instru. q̃ vult q nõ sit necesse per prius accusare de crimine falsi criminaliter. vt in l. damus. j. de fal. sed põt incipere à ciuili. nec
6 dolus habet beneficium ordinis secundũ Bal. † Sed an sententia contra aduocatũ qui præuaricatus est, facit fidem in causa ciuili contra alteram partem: vt per hoc rescindatur sententia, absq; eo q probetur iterum priuatio dic quòd sic. si in illo iudicio criminali præuarica. pars p̃ qua fuit lata sñia fuit citata pro suo interesse. & hoc tenuit Cyn. hic facit qđ no. in l. in causæ. la. j. §. interdum. ff. de minori. & j. si propter pub. pen. l. si deserta. vel sciuerit causam illam agitari, & non cõparuerit pro suo interesse. vt l. pe. §. sed scientibus. ff. de re iudi. aliàs secus. vt in c. inter quatuor. de maio. & obe. & ff. de adult. l. denuntiasse. §. fin. vbi sententia lata contra vnum ex delinquentibus, nõ nocet alteri. quod intellige vt s. dixi. aliquando tñ secus. qñ ex tali sententia quæ facit ius. vt suprà statu. vt l. ingenuũ. de sta. ho. vel super quereia inoffi. l. Papi. §. fi. ff. de inoffi. test. tunc enim sententia lata contra illum ad quem causa pertinet, nocet aliis etiam ignorantibus, & non citatis. Et circa hoc vide quod no. post Dy. Barto. in l. cum filius. de verb. ob. Rogo vos caueatis ab istis præuaricationibus, ne eueniat vobis quod euenit in persona Oldradi. q postea dolore tristitiaq; mortem obijt.

De errore aduocatorum. *Rubrica.*

1 *Si aduocatus facit vnam interrogationem aduersario: & ille respondeat pro suo clientulo præsente, proderit illi.*

3 *Si aduocatus parte sua præsente, respondet libello, confitendo uel negando, fit litis contestatio: nec ipse aduocatus efficitur dominus litis, & quid in procuratore?*

4 *An possit dici præsentia sine intelligẽtia: & an notarius causæ antequam scribat debeat interrogare partem: an intellexerit dicta per aduocatum suum?*

LEX I.

1 LA quę. † Dicta per aduocatũ præsente suo clientulo & tacẽte cẽsetur dicta per clientulũ. h. d. s. quantũ ad duos effectus. s. vt illi noceãt si sunt nociua. vt in gl. nisi fuerint infra triduum per clientulum reuocata. vt j. eo. l. fi. quæ limitat illã: q̃ qualiter intelligaẽ dicã tibi. † Itẽ quantũ ad hoc vt illi proficiãt si sunt p̃ficua. Vñ si aduocatus facit vnã interrogationẽ aduersario, & ille rñdeat p suo cliẽtulo, p̃derit illi secundũ Doc. nõ sic si fuisset facta à quodã extraneo. & hoc not. quia factum aduocati: licet in eo nõ substantietur lis, prodest cliẽtulo: si
3 cut factũ procuratoris, quod non est penitus extraneo. † In tex. ibi. [ab ipsis dominis litium &c.] no. q p̃ istũ tex. dicit Bal. qđ si aduocatus parte sua presente rñder libello, cõfitendo vel negando, fit lit. conte. sicut si ipsa pars respõderet: vel eius procurator. nec efficitur ipse aduocatus dñs litis: sed ipse principalis, acsi ab ipso fuisset facta rñsio. vt hic colligiẽ. quoniã appellat istũ principalẽ dñm litis. nõ sic in procuratore respondente libello parte sua presente. qm̃ ipse efficeretur dñs litis, vel instantiæ: cum in ipso substantietur iudicium. posito etiam q pars fuerit præsens: nã non censeẽ responsio partis: sed sua. ar. ff. de verb. ob. l. si procuratori præsentis. vbi si p̃curator stipulatur præsente parte sua procuratorio noĩe illius, acquiriẽ sibi directa, & dño vtilis. & sic non poterit reuocari ipso inuito vel aduersario: nisi ex iusta causa. vt l. post litem. de procu. Tene menti quia multũ aperit intellectum huius l. † In gl. j. ibi. [& intelligentibus.] dic hoc non expediebat dicere secũdũ Bar. postquã text. dicit [p̃sentibus &c.] quia nõ dicit præsens qui nõ intelligit l. si quis litigatorum. §. coram. ff. de arbi. dicit Bal. per hoc q notarius causę qñ aduocatus loquit literaliter parte sua præsente debet esse cautus q nõ scribat parte præsente: nisi prius interroget partem: an intellexerit aduocatũ suũ. & si dicat q nõ. vulgarizet sibi dicta per aduocatum: aliàs posset accusari de falso, dicẽdo parte præsente, vt non intellexit: sed certè puto ipsum excusandũ per l. si dictũ. §. si præsente. ff. de euic. qui tex. vtitur verbis quibus gl. hic. Et sic innuit
a q possit dici præsentia' sine intelligẽtia. nõ tñ est perfecta: quia corporalis, nõ mẽtalis: & sic non ex toto dixit notarius falsum, censeẽ potius dixisse per errorẽ quàm ex malitia. vt j. de his qui sibi ascri. in te. l. fi. nec ex toto est falsum quod primordio veritate iuuatur. vt in l. cũ filius. §. hęres meus. ff. de leg. ij. & vide super ista gl. quod no. Bar. in l. j. in fi. ff. de autho. tuto. & aliam gl. quæ est j. si maior factus alie. fac. l. fi. in gl. mag. post prin. ibi cũ dicit: aliàs perinde habetur ac si non esset præsens. Est ergo præsens re vera: licet fingatur non esse per illam glo. ergo notarius excusatur. quia habuit respectum ad veritatem: quod nota perpetuò.

Syndici

Publici comitatus qui tenentur denuntiare maleficia infra tantum tempus, si faciunt fieri scribi denuntiationem, quam postea portant ad iudicem, & in ea continetur error in nomine malefactoris, qualiter excusentur, nisi potuerint legere & intelligere, & probatur error scribentis.

Quis parregit aliquam scripturam in iudicio, in qua continetur aliquid contra se, ille qui scripsit nocet: nisi probet illud per errorem fuisse factū. & qualiter probetur error? Si in libello supplicatorio narrem principi me fuisse tibi condemnatum in centum, tamen hoc non esset verum: & petij mihi iudicem concedi, qui me restituat in integrū an hoc mihi preiudicet?

Quid si dicit me condemnatum pro maleficio, & petij mihi remitti partem pœnæ: cùm tamen fuerim condemnatus, uel si fui, non in tanta quantitate?

Aliquis respondendo positioni dicat quod credit: prout continetur in tali instrumento, & in illo instrumento: eo inspecto, non continetur illud quod continet positio. sed dico modo, talis positio non dicitur confessata.

Malitia non præsumitur.

LEX. II.

RRores. †Error scribentis libellum supplicatorium vel conuentionale nō nocet parti eo probato. h. d. †No. primò secundùm Iaco. but. ad executionem syndicorum comitatus, qui tenētur denuntiare maleficia infra tantum tempus, aliàs puniuntur, & debent denuntiari secundum veritatem, & cum plurimū sint rustici illiterati vadunt ad notarium, & faciunt sibi scribi denūtiationem, quam postea portāt ad iudicem: nā si in ea cōtinet error puta in nomine maletactoris, hoc non debet nocere syndico quali hoc factum fuerit errore scribentis: non ex malitia ipsius syndici & tenementi: quia postquam scriptura est aliena. non licet per ipsum porrigatur: potius præsumitur error scribentis quam ipsius porrigentis. quod perpetuò tenementi. Quod puto verum. nisi talis sit qui potuit libellum legere, & intelligere. tunc tunc præsumitur quod viderit & legerit. arg. in l. nō est tenendus ff. de transl. & sic error ascribitur sibi: nō aūt scribēti. † Itē no hāc limitationem ad id q̄ habet in l. cum præcū. j. de lib. cau. per gl. q̄ ille qui porrigit aliquam scripturā in iudicio, in qua cōtinetur aliquid contra se, quod illud sibi nocet: siue sit actor siue reus. tam hoc est verum. nisi probet illud per errorem fuisse factum. vt in hac l. In dubio autem non intelligitur factum per errorem, vt ibi. & ita intelligit gl. quę est in l. rura. de oī agro de leg. 3. probatur aūt error probando rē aliter se habere. q̄ dic. vt ta. li. post diuisionem. ſ. de iur. & fac. igno. per. Bar. & plenius p eum. de hoc in hoc fatetur. ff. de confes. † Itē not. secūdū Bal. q̄ si in libello supplicatorio narrem principi me fuisse tibi condēnatū in centū cū hoc non esset verū: & petij mihi iudicē concedi, qui me restituat in iure. vel dixi me condēnatū pro maleficio: et petij mihi remitti partē pœnæ: cū tñ nūquā fuerim cōdēnatus, vel si fui, nō in tanta quantitate: q̄ hoc mihi non nocet: probata veritate in contrariū. ad hoc vide bo. tex. cū gl. in l. ij. ſ. finali. ff. de iure fis. & in l. forma. ſ. ff. de cēſi. & ibi gl. distinguit. aut dicit per errorē iuris. & tunc non nocet mihi si sum talis qd' excuser à iuris ignorantia. vt rusticus miles, minor. aut mulier. vt l. cū de indebito. ff. de proba. aliàs nocebit. Aut per errorē facti. & tunc indistinctè non nocet. & hoc qñ extra iudiciū: sed in iudicio videtur distinguendum an lis sit contestata, vel non. vt no. gl. in l. qui familiæ. ff. fami. ercis. & per Bar. in l. ex hac scriptura. in fi. ff. de dona. In gl. fi. dicit contra quod non probatur. contra. dic q̄ est contra.] dic qd' est contra illū tex. qui dicit [manifestè probare] secūdū Bar. Certe si sic bene posset saluari. si ista negatiua non erat fortè coarctata loco & tempore: quia simpliciter dicebat q̄ erā condēnatus in. l. & ideo per quē iudicē, & quo tpe: & est impossibile probare contrariū. & ideo sufficit me negare nūquā fuisse cōdēnatū, post quā scriptura non fuit facta per me: sed per aliū, nec per me intellecta. tamen pars aduersa probet contrariū. sed si fuisset per me facta, aut intellecta, tunc noceret mihi: quia in præsump. iuris. quę est q̄ non præsumitur aliquid factum nisi probetur. vt not. in l. quemadmodum. de publiciana. fuit recessum per meā confessionem secundū Bal. quæ intelligo cū prædicta distinctione. Si verò negativa erat coarctata loco vel tēpore: quia dicebat q̄ fuerā cōdēnatus per talē potestatē qui fuit hic tali tpe, tunc procedit sequēs nō. quia possunt inspici illi libri cōdēnationū in camera factarū a dicto potestate. & si ibi non reperitur dicta cōdemnatio, vel reperitur aliter facta quam dicatur probat negativa de directo: quia per inspectionem scripturæ. probat negativa scripturæ. vt l. fi. j. de re. cre. & l. Titiæ textores ff. de le. j. & ibi p. Bar. † Ex. h. d. Bal. q̄ si aliquis rndēdo positioni. dicit q̄ credit prout continetur in tali instrumento, & illo instrumento inspecto non continetur illud qd' continet positio: sed alio modo: talis positio nō dicitur confessata. Tene mēti facit l. edita in fi. ſ. de eden. cū ibi not. Vltimò op. Bar. secundū Iac. but. hoc modo. si in libello dicebatur q̄ eram condemnatus in quinquaginta, & ego produco condemnationē, in qua non erāt condēnatus nisi in xx. videtur per hoc non probare contrariū nam licet ista condemnatio non contineat nisi. xx. potuit tamen esse alia, quæ continebat quinquaginta & de illa intelligatur confessio contenta in libello. dicit Bar. qd' si hoc dicatur per alterā partem: ego debeo esse cautus quod faciam vnam positionē qualiter non fui condemnatus nisi semel. & faciam sibi responderi per partem aduersam. Certè si altera pars respondebit nō credit: quia fortè non est certa istud consilium nihil mihi proderit. vnde non probabitur negativa. vnde dicit Iac. butri. & Bal. quod nisi producatur alia sententia per te tenens quinquaginta non præsumitur fuisse lata alia sentētia quā illa quā ego p̄duco: †qa pluralitas[a] nō p̄sumit. iuxta no. in l. qui iurasse. ſ. si pater. & l. eū qui ſ. in popularibus. ff. de iureiuran. Et hoc tene menti: quia est ting. ad quod facit quod not. per Bar, in l. triticum. de verbo. obliga. l. si seruum. ſ. inter duos. de lega. ij. & per Bald. in l. fina. infra. de re. cred.

↦ No. cautel.

a ¶ Pluralitas. Q̄ si pluralitas præsumat. vide aliqd p̄ Bal. in l. neque natales. col. ij. ver. circa hoc. c. de p̄ba. Bal. l. si duo. ſ. j. ff. de arbi. per Alex. de imo. in l. is q̄ re⁹. ff. d̄ pu. iud. & in l. Diu⁹. ff de cui. reo. & in l. si in rē. ff. de ret vē. in apost. ad Bar. p̄ Ant. de bu. in c. in p̄sentia de p̄ba. et p̄ Alex. in cō. iij. col. j. in fi. & cxix. col. iij. in j. vo. Cur.

b ¶ Q̄d' fit j. triduū. ad de Arch. iij. qō. iij. in sum. Interdū intelligit̄. i. nullo actu interposito vt in c. cū ſle. de app. & gl. in c. j. d̄ mu. petī. & vide l. iij. ſ. cū igit̄. ff. de vi & vi ar. & ibi Car. Ale. in l. cū specialis j. de iud. ī cōſ. xcviij. aliàs fi. & in cōſ. cxvj. in iij. vol. Cur.

6 a *Illa quæ possunt fieri usque ad sententiam, possunt etiam fieri post si à sententia fuit appellatum: quia pro non lata habetur: & reponitur pars in terminis in quibus erat ante ipsam latam, & tempore litis contesta. ut nō probatum probetur, & non allegatum allegetur. secus si sententia transiuit in rem iudicatam.*

7 *Confessus potest appellare ad hoc ut suam confessionem tanquam erroneā reuocet in causa appellationis: sed & conuictus per testes non appellat & quid in condemnato ex præsumptione iuris & de iure?*

Inconuenit dicitur fieri, quod fit infra triduum.

Quid in pactis?

LEX. III.

SEntētijs. † Error aduocati potest reuocari vsque ad triduum: & etiam post vsque ad sententiam: & si fuit appellatum, etiam post sentētiam in causa appellationis. hoc dicit. Sed quid prodest dicere quod potest reuocari infra triduum, cum possit etiā post vsque ad sententiam? & glo. & doc. se inuoluunt. & cum reuerentia eorum non intelligunt. nam sine ministerio hoc dicitur hic. & in c. omnis. de sensi. vnde dic. & istud videtur sentire Albe. & etiam glo. in d. c. omnis & glo. hic videlicet quòd si aduocatus aliquid dicat vel confiteatur contra me, si infra triduum reuoco confessionem suam, hoc solum mihi sufficit. vsq; eo quod probem contrarium, vt illa mihi non noceat: nec habeatur pro facta à me: etiam si fuit præsens & intelligens: sed si non reuoco infra triduum: tunc si fuit præsens, habetur perinde ac si à me fuisset facta. vt l. j. ſ. eodē & sic possum reuocare tanquam confessionem meam vsque ad sententiam: sed tunc habeo necesse probare contrarium per modos tactos in l. præcedenti. & iste est 2 verus intellectus huius l. † Not. quod illa quę possunt etiam fieri vsq; ad snīam, p̄nt etiā fieri post, si à snīa fuit appellatū: qa p̄ non lata habet. & reponit pars in terminis in qbus erat ante ipsam latā, & tēpore contestationis lit. vt non probatū probetur, & nō allegatum allegetur. secus si sententia transiuit in rem iudicatam: 3 & ad hoc vide bo, text. in l. creditur. ſ. iussus. ff. de appel. † ex quo sequitur quod confessus potest appellare, ad hoc vt suam confessionem tanquam erroneam reuocet in causa appellationis: sed & conuictus per testes non appellat. vt infra. quo. appel. non re. l. ij. & quod not. per glo. in c. romana. de appel. libr. vj. & in ſ. si autem post. quæ incipit not. & idem vbicunque quis est condemnatus ex præsumptione iuris & de iure. vt not. Bald. singu. infra de adult. l. antepenul. Item not. quod incontinenti dicitur b fieri q̄ fit j. triduū & sic facit pro illis qui offerūt se incontinenti probaturos secundū Bal. hoc tamen nō est simpliciter verum. nam non dicit incontinenti pactum appositū, nisi opponat an

a ¶ Cõſuetudine. Q3 conſuetudo debet allegari et probari. Add de l.ſi qs reũ.j. de cu. reo. Bart. in l. oẽs populi. ad fi. ff. de iuſti. & iure. Ange. & idẽ Paul. in l. cũ prolatis. ff. de re iudi. & Abb. in c. paſtoralis. de ſi. inſtr. Et adde q3 Frã. de Are. in conſi. xlij. col. iij. in prin. allegãdo Ant. de but. i. e. fi. de cõſue. dicit q3 vbi conſuetudo eſt notoria iudex. de ea põt ſe informare. Cur.

b ¶ Pro me. Adde de hoc vt per Ludo. ro. in conſil. cccxxxiij. & do. d Rot. deciſio. cclxxxij. in ti. de fide inſtr. in nouis. Bal. in addi. Spe. in tit. de appel. ver. officiũ iudicis. & in tit. de inſtr. edi. verſ. pductio. & ibi Spe. ver. vlti. no. & Alexã. de Imo. in conſi. cxxxvj. in ſecũdo vol. Cur.

tequã partes diuertãt ad aliũ pactum extraneum. vt not. in l. bonefidei. ſ. de pact. Erat autẽ hic caſus: q3 iudex dedit cõtra me ſententiam virtute cuiuſdam confeſsionis erroneæ factæ per aduocatum meũ me præſente, & me non reuocante: nec poſtea appellaui. & poſtea petebam illam reſcindi, tanquã fundatam in errore aduocati mei. qui non debet mihi nocere: & Imperator reſpondet quod tunc non nocet, quando fuit reuocatus infra triduum: & tunc ſufficit ſola reuocatio. vel poſt vſq3 ad ſententiã ſecundùm glo. & tunc requiritur q3 probetur error. & neutrum horum factum fuit: ideo per reſcriptũ non debet ſnĩa reſcindi.

Vt quæ deſunt aduocatis partium iudex ſuppleat. *Rubrica.*

2 *Statuta non ſunt neceſſariò allegãda, & poſito q3 non fuerint allegata iudex poteſt ferre ſententiam ſecundum formam ſtatutorum: conſuetudo verò eſt allegãda, & probanda.*

3 *Iudex an & quando poſſit ſupplere de facto, & quando videatur ſupplere de facto, et quæ ſunt illa quæ debeat facere ad inſtantiam partis. & nu. 4. & 5.*

4 *Si reperitur ſententia lata pro me contra te, nec apparet ad cuius inſtantiam lata fuerit an ualeat?*

5 *Quando produco inſtrumentum, ſi proteſtor q3 produco in his quæ faciunt pro me tantum, & non in his quæ contra: an iſta proteſtatio profit, an verò poſſit iudex ferre ſententiam pro reo, ſi continetur aliquid in inſtrumento in cuius fauorem?*

LEX VNICA.

1 NOn dubitandum. †Iudex põt ſupplere de iure, in his in quibus aduocati partium deficiunt. ad hoc allegatur iſte tex. non autem in facto. & h. d. glo. Et glo. quæ ſunt in iſta l. & etiam ſuper rubrica, parum vtiliter exemplificant iſtam l. Tu pone exemplum hoc modo. quod aduocati partium allegauerunt coram iudice & in voce & in ſcriptis: tamen iudici (qui erat valens) non ſatisfaciũt illæ allegationes, & ipſe recordatur de aliqua l. vel de aliquo dicto doct. quæ vel quod determinat quæſtionem pro vna parte. & tamen aduocatus illius partis non allegauit, vel de aliquo ſtatuto quod etiam determinat, & pro parte non fuit allegatum. Ipſe ergo iudex qui dat ſententiam pro illa parte, fundando ſe in d. l. vel ſtatuto, altera pars in ſyndicatu conqueritur de iudice: dicens quod ipſe habuit ſecundùm allegata & probata iudicare, non de capite ſuo. vt l. illicitas. ſ. veritas. de offi. præſi. ff. & q3 illa lex vel dictum vel ſtatutũ non fuerant allegata per aduocatum alterius partis. Ideo nõ debuit ſe in illis fundare: ſed in allegationibus ſui aduocati, quę erant multò meliores quàm aduocati alterius partis. et iudex hoc fatetur: & tamen dedit ſententiam pro altera parte, motus de capite ſuo, quęritur quid iuris? Certè pars non habet ius conquærendi de iudice: quia iudici hoc facere licuit in his quæ iuris ſunt. etiam parte hoc non allegante. hoc dicit iſta l. †Not. glo. ſecundũ Bald. quòd ſtatuta non ſunt neceſſariò alleganda. & poſito quòd non fuerint allegata, iudex poteſt ferre ſententiam ſecundùm formam ſtatutorum non ſic in conſuetudine. a quæ eſt alleganda & probanda: quia de ea non ſic cõſtat iudici ſicut de ſtatutis. cum iuret ipſe ſtatuta ſeruare, quę tradunt ſibi. Nec obſt. l. quiſquis. ſ. de poſtul. vbi non debet quis eſſe iudex & aduocatus, & hic videtur fuiſſe aduocatus pro illa parte, allegando ea q3 non fuerunt allegata per eam, vel per eius aduocatum: quia hoc non fecit vt aduocatus: ſed vt iudex. tunc autem videtur facere vt aduocatus, quãdo aſſumeret onus pro vna parte non habente aduocatum, allegando & reſpondendo aduocato alterius partis. & vide de materia huius l. in Spe. * de diſpu. & alle. ad no. in §. iſtis clarè. & quod no. in c. j. * de poſtu. præla. & tene menti hæc omnia, quę quotidie practicãtur. † Reſtat nunc videre vtrum iudex poſsit ſupplere de facto. & dicit hæc glo. quòd non. & hoc eſt videndum primò quãdo videatur ſupplere de facto. circa quod eſt ſciendũ quod quædã ſunt quæ pertinent ad officiũ iudicis, vt reiicere libellũ ineptum. vt l. j. de offi. aſſe. Itẽ dare dilationẽ partibus. vt in l. à procedẽte. j. de dila. Itẽ dare interloc. vel diffi. vt j. quomodo & qñ iudex. per totum & de ſenten. Item alia facere de quibus in l. j. ff. de iuriſdic. om. iudi. & iſta debent fieri per iudicem parte, petente vel ad partis inſtantiam, & quando ita facit, non videt ſupplere de facto. ſed ſi hoc faceret parte non petente ex ſuo officio: tũc diceretur ſupplere de facto. An autem hoc poſsit facere, & in quibus caſibus pleniſsime tractat Bar. in l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dã. in fec. Sed quantum ad propoſitum. dic quod ſi negotium non eſt adhuc reductum coram iudice, regulariter non poteſt à ſeipſo deducere parte non petente. vt in d. §. hoc autem iudicium, quia in cauſa priuata & ad priuatam vtilitatem non habet locum inquiſitio, quę expeditur iudicis officio: niſi in certis caſibus. vt in cauſa miſerabilium perſonarum, vt in l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de officio præſi. & in cauſa vſurarum. vt in c. ad audientiam. de iureiuran. & quod ibi per Inno. ſed in cauſa publica, & ad publicã vtilitatem, bene habet locum. vt no. in l. ſi vacãtia. j. de bonis vacan. lib. x. Et iſta eſſet quædam inquiſitio, ſi iudex me non petente compelleret debitorem meum ad mihi ſoluendum. vnde nec tenetur. vt d. §. hoc autem iudiciũ. Poſtquã verò negotium eſt deductum coram eo per me dantem libellum. & lit. conteſt. an poſsit dare dilationem alteri parti, vel mihi ad probandum, me vel illa non petente. & ſimiliter an poſsit dare ſententiam. tunc aut ambæ partes ſunt præſentes, & poteſt maximè ex iuſta cauſa, ſi videt perire inſtãtiam, & vult cauſam expedire, & hoc per l. properandum. poſt prin. j. de iud. vbi dicitur quod partes inuito iudice non poſſunt inſtantiam protelare: ſed hic non poſſet iſta facere parte non petente illud non eſſet verum: quia protelaret tacendo. Si verò partes non ſunt præſentes: tunc non poteſt ſe impedire ex ſuo officio, & idem ſi vna pars eſt abſens, & proceditur contra illam. non poteſt aliquid facere niſi altera parte petente, quæ eſt præſens. vt l. ad peremptoriũ. ff. de iudi. † Et per hoc determinatur quæſtio, ſi reperitur lata ſententia pro me contra te, nec apparet ad cuius inſtantiam lata fuerit, an valeat. Bald. format hic hanc quæſtio. Et in multis proceſsibus ego hoc vidi. Breuiter ſi eſt lata pro actore, ſine dubio valet: quia ſufficit petitio ſua quam facit in libello: licet eam poſtea non repetierit: ſed ſi eſt lata pro reo tunc ſi apparet exactis quòd partibus præſentibus, præſumitur lata ad inſtantiam rei: ſi hoc non apparet: tunc diſtinguitur an fuerit lata contra actorem abſentem. & videtur non valere: ſi non apparet an ad inſtantiam rei. Tene menti: quia dubium eſt pulchrum. & Bal. nõ firmat pedes. Quędam verò ſunt quæ pertinent ad ſolicitudinem partis principaliter vt q3ducere libellum exceptionis, & replicationes facere. Item inducere teſtes, & producere inſtrumenta. & in iſtis diceretur: tunc iudex ſupplere de facto, quando nõ expectaret quòd pars faceret: ſed ipſe à ſeipſo faceret: & ſi quæritur an poſsit regulariter. dic quod non: quia habet iudicare ſecundùm allegata & probata per partes. vt l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præſi. & ideo ſi pars non opponit exceptionem vel replicationem eo caſu quo actor habet actionem, vel reus exceptionem, non poteſt iudex à ſeipſo opponere. vt not. in l. ſi vnus. in §. pactus. in gl. in opponendo. ff. de pact. licet conſtet ſibi nõ tamen vt iudici competere exceptionem, nõ ſic ſi actor caret actione ipſo iure. vt not. in l. vbi pactum. ſ. de tranſact. Fallit tamen in aliquibus caſibus. quãdo aliquid eſt ſibi notum vt iudici, puta ex productis coram eo. vt ſi ex tenore libelli mei, vel etiam inſtrumenti à me producti apparet ſibi competere exceptionem, nam licet non proponas, poteſt pro te dare ſententiam. vt not. in l. ij. §. quod ſi actor. in glo. quæ incipit per hoc apparet. j. de iur. cal. & ſ. de tranſac. l. age cũ geminiano. † Et ex hoc dicit Bal. magiſtraliter quod licet quãdo produco inſtrumentum, proteſtando, quòd produco in his quę faciunt pro me b duntaxat, non in his quæ contra, quòd iſta proteſtatio mihi non prodeſt, quominus iudex poſsit ferre ſententiam pro reo, ſi aliquid in inſtrumento continetur in eius fauorem: quia illud conſtat ſibi vt iudici & mea proteſtatio non poteſt ligare manus eius in his quæ põt de iure facere. & allegat glo. pro hoc in l. j. §. editiones. ff. de eden. licet in contrariũ faciat quod habetur in Spec. de inſtru. edi. §. nunc videndum. verſicu. quid ſi produco. & iſtũ caſum pluries vidi de facto, & tene menti:

ſiquis ſing. eſt. Secundò fallit in his quæ ſunt notoria facti permanentis. vt in l. ij circa fi. ff. de pœnis. & in l. j. cum ibi no. j. qui & aduer. quos. Et ideo ſi ex vulnere remanſit cicatrix cùm illa poſſint videri ad oculum, non expedit ꝙ qui pro vulnere agit ad pœnam propter cicatricẽ, habeat neceſſe illam ꝓbare: quia notoria eſt, & iudex poteſt ſupplere de facto, ſubñciendo rem ocularis. Similiter ſi producatur decretũ alicuius iudicis ordinarij nõ eſt neceſſarium probari ꝙ ille ſit iudex vel poteſtas: quia iuriſdictio ordinaria eſt notoria facti permanentis. vt no. in d. l. j. qui & aduerſus quos. Tertiò fallit qñ proceditur contra abſentem, & poteſt peruenirj ad ſententiam diffinitiuam. nã põt iudex perquirere veritatem pro abſente, & inducere teſtes. per l. ampliorẽ in princ. j. de appel. & per auth. qui ſemel. quomodo & qñ iud. ibi dũ dicit iudex perquiſita veritate &c. ſecũdũ Bar. & Bal. hic & in d. l. ampliorem. videtur hoc limitare. qñ eſſet abſens ex iuſta cauſa: puta reipublice: aliàs dicit. ipſe ꝙ iudex poteſt ſupplere pro abſente in his quæ producta ſunt corã eo vel facta, vt inſpiciat an faciant ꝓ eo: ſed non poteſt inducere nouas probationes, vel noua inſtrumẽta à ſeipſo. Tene menti hanc limitationẽ. Vltimò fallit, qñ tendit ad vtilitatem publicam. vt l. quos prohibet. ff. de poſtul. ideo poteſt iudex ex officio ſuo etiam parte nõ petente repellere bannitum ab agendo. ſi ſtatutum prohibet bãnitum audiri: quia hoc fit propter publicam vtilitatem. vt in d. l. quos prohibet. Cætera dic vt per Bar. in d. §. hoc autẽ iudicium.

Ex quib. cauſis infa. irro. *Rubrica.*

tur. etiam si constet eam nō habere mandatū. vt j. eo. l. exigendi. & ff. eo. l. sed & hæ. in prin. dummodo non constet de contraria voluntate dñi. vt in l. Pompo. §. fi. eo. titu. Bar. & Doc. quasi oēs videntur reprehēdere hanc glo. in contrariū vult q̄ etiam si procurator nullam fidem facit de mandato plenā, vel semiplenam, sed solùm asserit se habere, & reus negat, q̄ propter hoc dicitur effici res dubia. & sic admittatur cū cautione rati. Nam ex hoc sequeretur q̄ negatio noceret ipsi reo neganti. quia si nō negaret, non admitteretur procurator cum cautione rati, quando nullo modo probet. quia paria sunt non esse, & non apparere. vt in l. duo sunt Titij. de testa. tute. & in l. in lege ff. de contrahen. emp. Et sic diceretur esse certum de non mandato, sicut si confiteretur non habere: sed negatio facit rem dubiam ad commodum negantis. non autem ad incommodum. & ita loquitur. l. quam glo. allegat. Prætereà quando actor nihil probat, & reus negat, non dicitur res esse dubia: imò clara pro reo, vt simpliciter absoluatur. vt in l. qui accusare. ś. de eden. & tunc dicitur dubia quando actor semiplenè probat: quo casu reus non absoluitur simpliciter. sed defertur iuramētum vel sibi, vel actori, propter dubium.
6 vt l. admonendi. ff. de iureiuran. † Ideo concludunt Doc. q̄ tunc dicitur esse dubium de mandato reo negante, & procuratore asserente, quantùm ad hoc vt admittatur cum cautione rati: quando procuratori aliquam fidem facit de mandato, sed non plenā: vt quia habet vnum testem, vel literas domini non authenticas, vel quia sunt penes eum instrumenta causæ, ex quibus resultat aliqualis præsumptio. ar. eius quod no. in l. fi. j. de pac. conuen. & tunc admittitur cū cautione rati. aliâs nullo modo. & dicunt hoc probari in simili. in l. iij. §. causæ. ff. de carb. edic. Iac. But. tenebat glo. simpliciter. & do. Rapha. ipsum sequitur. quia si procurator affirmat, & reus negat, nec est certum q̄ habeat, nec etiam q̄ nō haberet. vtrunq; ergo est possibile ergo dubiū est vel incertū. & si ita est, locus est huic l. Præterea si re vera habet mā. datum fit iniuria

ria domino si non admittitur. & contra hanc iniuriam nō pro
uidetur. Sed si non habeat, tunc posito ꝙ admittatur cum cautio
ne rati, aut nulla, aut parua, fit iniuria reo: cū sibi sit cautū de sua
indēnitate ideo cautius est in dubio falsum procura. admitti cū
cautione rati, postquam reus ex hoc non dānificatur, quā ipsum
expellere: etiam si cauere velit. cū sit possibile ꝙ mandatum ha-
beat. & sic fieret iniuria domino. & ad ipsum non prouideretur
si nullam fidem faciat de mandato etiam semiplenam, postquā
alienē se habere: & de contrario non cōstet. si vult cauere, debet,
admitti. quæ opi. satis placet. postquam est. de. mente. glo. Et ad
contrarium de l. actor. j. de proba. facilè respondetur. quia ibi reo
negauti nullo modo prouideretur si actor admitteretur per cau
tionem rati. & vide istam. q. in Spe. eo. tit. §. ratione formæ, ꝙ ibi
habetur in addi. † Sed restat dubium difficile. qualiter probabit
procura. de mandato. dicit Pet. quòd nō potest probare nisi per
instrumētum celebratum inter se & dominū. quia reus illud in-
strumentum poterit producere contra dominū: si habebit pro se
sententiam, non posit venire contra eum si sit celebratum cum
eo. & faciet fidem contra eū. Si velit probare per testes, non de-
bent audiri reo contradicente. quia examinatio testium fit inter
procuratorem & reum. & sic non faceret fidem contra dīnm, qui
non fuit ad hoc citatus. Vnde si admitteretur procur. & posteà
obtineret sententiā, & dīns nollet eā habere ratā, & diceret se nō de
disse mādatū nō posset reus se ex illis testib⁹ iuuare cōtra dīnm,
cui præiudiciū non faciunt. vt j. res inter alios acta. per totum. et
in tenet Pet. Sed Gul. de cug. contra. per l. si procu. absentem. ff.
ex vbi dicit esse casum. quod etiam tenet Bar. Et ad rationē Pet.
respondet qd imò attestationes receptæ inter proc. & reū faciēt
fidem contra dīnm, quia in hoc dubio procurator habuit legiti-
mam personā ad faciendū hoc declarari. sicut in simili qñ oppo-
nit exceptio incōpetentiæ iudi. ipse iudex habet in dubio legiti-
mā personā pronūtiandi se iudicē. & posito ꝙ non sit, ꝓnuntia-
tio facit ipsum iudicē: si nō fuit appellatū. l. si quis ex aliena. ff. de
iudi. Quæ similitudo est satis extranea, & cōtra omne debitum
rōnis. ꝙ factū procuratoris falsi facientis examinari testes, possit
facere præiudiciū dño absenti. vt sic sibi noceat sententia lata ꝓ
reo, nā probet falsitatē testiū per. l. in causæ. §. j. ff. eo. Ideo opin.
* Petri nisi vnitur ratione & æquitate. Nec ob. l. si procuratorē.
ff. eo. dum dicit literis eius approbatis. nā debet intelligi. s. per cō
fessionē eius qui cognoscit literam dñi. sed si negaret, non posset
probari per testes ꝙ sint scriptæ manu dñi, quantū ad hoc vt ꝓ
cura admittatur. bene tamen testes faciunt indicium vt admitta
tur cum cautione rati, non autem sine cautione rati. licet Guli.
alij qui tenent aliam opi. velint ꝙ admittatur etiam sine cautio-
ne. In glo. [respondeo sic.] dic tñ non remanebit cautio præ-
toria quæ requirit fideiussorem: sed potius erit conuentionalis.
§ vt l. in stipulationibus. cum ibi notatis. ff. de verbo. oblig. † In gl.
* fin. Item distingue. dic ꝙ in primo casu qñ est certum quòd ha-
bet, quia plenè probauit, admittitur: etiam: sine cautione. vt in.
d. l. si procuratorem. & l. ne satisdatio. rem rat. hab. licet in con-
trarium faciat. l. si sine. §. cum autem. eodē titul. vbi patet quòd
etiam tunc vilis est cautio rati. quia licet dominus de iure non
possit venire contra postquam dedit mandatum: potest tamen
venire contra de facto. & sic committeretur stipulatio cōtra pro
curatorem & eius fideiussores ad expensas litis: quia eas non recu
perat a domino posteà veniente contra de facto. Sed si cautio
non ei præstita, non habet reus regressum contra procurato-
rem postquam ostendit mandatum quia non tenetur ex eo qd
dominus de facto fecit. & ille text. semper fecit me dubitare. dic
vt ibi tetigi. nam video quod etiam do. Raph. dubitauit. quia di
cit arg. contra. in d. l. si sine. §. cum autem. & non soluit. Item qd
supra dixi procedit quando mandatum est legitimum & suffi-
cienter alias haberetur pro non mandato. & non admitteretur si-
ne cautione. vt l. illud. in fi. cum l. seq. ff. de mino. Item procedit
quando non dicebatur mandatum fore reuocatum. quia tunc
mandatum prædictum, licet probatum reuocaretur in dubium:
& sic debent caueri. vt l. vulgo. ff. de admi. tuto. In secundo ve-
rō membro quando constat quod non habet: non admittitur:
etiam si velit de rato cauere. Fallit in coniuncta pſona vt ſ. dixi.
Item in casu l. non tantum. ff. de appella. Sed ibi potius suo no-
mine appellat quam nomine condemnati, vt ibi patet. In ter-
tio verò casu quando est dubium, admittitur cum cautione rati.

Fallit in casu l. quæ ita. §. j. ff. ad Trebel. per a
rationē de qua ibi. Item fallit in eo qui vel-
let agere procuratorio nomine ad exigen-
dum pecuniam. Nam oportet ꝙ plenè pro
bet mandatum: nec admittitur cum cautio-
ne rati. vt no. in l. non solùm. §. quæ alieno.
ff. eo. per glo. quod etiam tenent Doc. exce
pto Bar. qui tenet contrarium in l. si sine. ff.
rem ratam habe. dic vt ibi. Paulus.

¶ Testes. Adde Ang. in cōsi. cxcj. & adde ꝙ mandatum ad cō trahēdum matrimo-nium probatur per testes. & hæc est cōmunis opi. secundū Alex. de Imo. in cōsi lio cxlix. col. pe. ver. nec dicatur in v. volumi. Francis. Cur.

2 ☞ *Pœnæ si uenit applicanda parti, dicitur causa ciuilis, sed si fisco, dicitur criminalis: & an in ea possit interuenire procurator?*

3 *In causa appellationis an sit præstanda cautio de iudicato soluēdo, si fuit præstita in causa principali, & quid si non fuit præstita, sed post litem contestatam fuit legitima-ta persona procuratoris rei?*

LEX II.

1 CVm rem. † In causa pecuniaria principali vel
2 appellationis, potest interuenire pro
curator. hoc dicit. † In tex. ibi. [rem pecuniariam esse
dicas.] dic quia fuit actum ex contractu vel quasi ad
pecuniam vel rem æstimabilē per pecuniam, vel ex delicto vel
quasi ad pœnam applicandam parti. & sic dicitur causa ciuilis:
in qua sine dubio pōt interuenire procurator, tam in causa prin
cipali, quàm appellationis. vt l. j. §. vsus. ff. eo. Si verò ad pœnam
applicandam fisco, & sic erat causa criminalis. vt no. in l. agraria.
de ter. mo. tunc est dubium an possit interuenire procu. & glos.
videntur sentire ꝙ sic. quia volunt ꝙ quando imponitur pœna
* à relega. infrà possit interuenire. Secus si suprà. vt no. in l. seruū
quoq;. §. publicè. ff. eo. alter. contra argu. huius textus. à cōtrario
* sensu. dum vult quod ideo hic admittatur quia erat pecuniaria,
id est ciuilis. Si verò criminalis, licet pœna esset pecuniaria, tunc
secus. vt innuit hic. & ita tenet Pe. dic vt no. in l. pe. §. ad crimen.
de publi. iudi. In tex. ibi. [solennibus impletis.] dic glo. intelligit,
id est præstita cautione vel satisdatione de iudicato soluendo. &
tunc ista mulier quæ quęsiuit ab Imperatore, erat rea. vel dic de
rato si non probaretur mandatum. & tunc erat actrix. & lata fuit
3 sentētia pro se à qua aduersaria appellauit. † In glo. super verbo.
[appellationi.] oppo. vt in glos. contra tex. ꝙ non sit præstanda
cautio de iudicato soluēdo in causa appellatiōis. quia si fuit præ-
stita in causa principali, durat in causa appellationis. & sic super
flua iterū interponeretur causa. nam debet durare quousq; cau-
sa fuit finita. sed si non fuit præstita, tunc si post lit. conte. fuit le-
gitimata persona procuratoris rei, vt amodo non possit compel
li præstare dictam cautionem, sicut nec cautionē rati. vt l. Pom-
ponius. §. ratihabitionis. ff. eo. ita sentit gl. quam no. propter hoc
glo. soluit tribus modis. primo quod hic non erat causa appella-
tionis. sed principalis. & non erit lis contesta. & dum dicit appel
lationi. exponit, id est interpellationi. Sed truffa est. quia destruit
literam. Vnde soluit secundò. ꝙ in causa principali non fuit præ
stita: quia iste maritus in illa causa non interuenit. sed nūc inter
uenire vult in causa appellationis. Vnde necesse habet legitima
re suam personam quæ nunquam fuit legitimata. vt in l. ij. de cō
sor. eius. lit. Nam contestatio precedens non legitimat personam
procura. posteà interuenientis. & ista est satis bona. Vel tertiò
potest intelligi ꝙ interuenit & satisdedit. Tamē illa satisdatio fi-
nit per sententiam: quia non habet effectū nisi in sententia illius
iudicis, coram quo fuit interposita. quia illi tantùm sententiæ vi-
dentur fideiussores se subiecisse: cum agitur ab illa sententia, &
fuit appellatum. & sic non transiuit in rem iudicatam, & fideius
sores sunt liberati: quia posito ꝙ per iudicem appellationis con-
firmaretur illa sententia, non mitteretur executioni illa sententia
prima. sed secunda. vt l. furti. §. j. & ibi no. ff. de infa. & illi secun-
di fideiussores se non subiecerunt. & de hoc est casus in l. cum
apud Sempronium. ff. iudi. sol. & in l. ij. in princi. ff. eodem titu.
Ideo necesse erat eam renouare. argu. in l. si filiusfami. ff. de dam
no infecto. ita vult ista glos. Breuiter dic de isto articulo, vt ple-
nè no. in dicta l. cum apud. ff. iudi. sol. per Barto. quæ est singula
ris. In fin. glo. ibi. [sed curator non.] Ratio diuersitatis est. quia
procurator datur à minore, & potest reuocari pro libito volun-
tatis. sed curator datur minori. & non potest reuocari per mino-
rem. & ideo de minori agitur præiudicio. quia posset maritus da
mnificare vxorem, si esset eius curator legitimus. Et ab ea non
posset reuocari. Non sic si est procurator.

Pauli de Castro Prima super Codice.

a ¶ Prima citatio. Ad de de hoc & die vt̃ Barb. in consil. xviij. colum. iij. in j. volu. Francf. Cur.

b ¶ Contumacia procuratoris. Adde Bar. in l. cum à matribus. C. qui pet̃ tutores. Bald. in l. fi procurator. ff. de condi. inde. & in l. j. ff. si quis ius dicen. non obtem. & quando contumacia procuratoris noceat dño. vide per Alex. de Imo. in cõsi. xlix. col. ij. ver. & si procurator. & in cõsi. xcv. col. iij. & v. in ij. vo. & in consi. lxxxiij. in fi in j. volu. & ibi quid de machinatione. Francis. Cur.

c ¶ Mulier non possit esse. Adde glos. in c. non solent ij. q. vj. & gl. in c. dilecta. de cõfirm. vti. vel inutili.

d ¶ Nõ potest esse procurator Adde Arch. in c. scriptũ. vj. q. iij.

Prima citatio, an possit incipere à procuratore rei?

Iudex potest amouere ab administratione, illum qui contumaciter abest, & dominum non defendit, & quid in procuratore?

Contumacia procuratoris, quando nocet domino?

LEX III.

1 EVmqui. † Ex contumacia administratoris potest ipse ab officio remoueri vel contra principalem admissionem in possessionem ex primo decreto peruenire. hoc dicit. ista l. multum singularis secundùm Barto. Alij contra. quòd propter solam contumaciã procura. possit procedi admissionẽ. sed debet requiri ipse dominus absens iteratò. & eius amici & consanguinei. & si nullus comparet ad defendendum, fit missio ex eo quòd non defenditur. & hoc probat iste tex. dum dicit. [deliberauit autem prætor, si non &c.] Sed si opin. Barto. esset vera, non expediret aliam deliberationem facere. sed sufficeret procuratorem non comparuisse, neq; defendisse. & hæc opi. placet. quam tenet domi. Raph.

2 † Nota. primò secundùm Barto. quòd prima citatio* potest incipere à ꝓcuratore rei, facit l. solent. de alimen. & ciba. lega. & hoc quando habebat legitimum mandatum ad causas, vel generale, vel speciale in hac lite. Sed glos. in capitu. causam. de do. & contuma. dicit primam citationem debere fieri de ipso principali. & si non comparet, potest postea citari procurator. & dicit Barto. quòd sine dubio ista practica melior est. Sed dic quòd istud procedit principali existente in ciuitate, vel prope. ita ꝙ de facili potest citari. aliàs posset procedere simpliciter primum dictum. facit l. j. §. primo.

3 vel secundo. ff. de libe. agno. † Nota. secundò quòd iudex potest amouere ab administratione illum qui cõtumaciter abest. & dominum non defendit. sed hoc videtur habere locũ in tutore, vel curatore, vel alio legitimo administratore. Nam illi sicut dantur à iudice, ita possunt à iudice remoueri. non ita videtur in procuratore. quia ille non datur à iudice, sed à parte. ideo non pertinet

4 ad iudicem alicui prouidere de procuratore. † Not. tertiò quòd

b contumacia procuratoris* nocet domino in his quæ sunt modici præiudicij, scilicet vt perueniatur ad missionem ex primo decreto contra dominum. non in his quæ sunt magni præiudicij, quod perueniatur ad secundùm decretum. vt l. hoc amplius. §. fi. de dam. infect. secundùm Barto. Tu dic melius, vt ŝ. dixi. quod hic non peruenitur ad primum decretum propter solam contumaciam procuratoris. & vide hoc quod nota. in Specu. de actore. §. primo. versi. sed quæritur vtrum pater.

LEX IIII.

e 1 QVia absente. † Absens ex causa probabili & necessaria si non fuit legitimè defensus, & lata sit contra ipsum sententia, restituitur ad totam causam, vt sententia de nouo feratur. & non dicitur legitimè defensus, si pro ipso comparuerit vxor eius. cũ

c mulier non possit esse procuratrix etiam sui mariti. hoc dicit. Restituitur etiam ad processum agitatum eo absente, vt possit fieri de nouo si non est agitatus vtiliter. Vnde dicitur restitui ad hermodicium. vt no. in l. fi. ff. de in integ. resti. Opponi. primò quòd iste non restituatur nisi ad appellandum. vt ff. de in integ. resti. l. fina. Solu. ibi fuit legitimè defensus. hic non. Item opponi. quòd non fit necessaria restitutio: quia sententia est ipso iure nulla, postquam processus fuit agitatus illo absente: quia nõ potuit lis contestari: cum contestatio requirat præsentiam, & sententia lata lite non contesta. non valet. vt not. in l. fina. §. illud. de tempo. appella. propter. hoc dicit glos. quòd iste se absentauit post litem contesta. & sic verus processus fuit agitatus ipso absente, & cita to ad domum, aliàs si non interuenisset citatio prædicta. similiter non valeret. l. ad peremptorium. cum l. sequen. ff. de iudi. Tertiò opponi. quòd non restituatur nisi in casu quando reliquisset procura. qui mortuus fuisset. vt l. necnon. in princip. ff. ex quibus causis maiores. Solu. ibi quando fuit absens ex causa probabili, non tamen necessaria. vt studiorum. Hic verò debet intelligi quando est necessaria, puta reipublicæ. & omnia ista colligun tur ex glossa prima. & ista prosequere vt nota. in l. finali. ff. de in integrum restitutione.

2 *Procurator actoris, an possit repelli ab agendo, si non habet etiam mandatum ad defendendum in causa reconuentionis?*

LEX V.

1 ACtionem. † Procurator actoris non admittitur ad agendum, nisi defendat dominum in causa reconuentionis. hoc dicit. Venio ad casum. In tex. ibi. [si non eum defendat.] dic. dum tamen defendere possit arbitrio boni viri, vt in causa ciuili mouẽda per reum contra dominum. sed in criminali non tenetur defendere. quia non posset etiam si vellet. secundùm Pet. & Cyn.

2 † Item videtur quòd debeat habere mandatum ad defendendũ in causa reconuentionis. aliàs non censetur mandatum legitimum, & contra instrumentum posset obijci. vt nota. in Specul. eo. titu. §. j. versi. Item exigitur quòd licet habeat. In glos. ibi. [si reus statim agere vult.] dic scilicet ipse reus, id est statim reconuenire. si autem nõ statim, sed ex interuallo. tunc glo. vult quòd procurator actoris debeat cauere cum fideiussoribus de defendendo, quando reus vellet agere. Pet. contrarium dicit. quia hoc non reperitur iure cautum. & quia sequeretur absurdum, quòd esset in potestate rei procuratorem actoris semper repellere. dicere enim se velle reconuenire dominum in mille marchis auri. & sic non reperiret procura. qui vellet pro eo fideiubere. Glo. verò in l. sed & hæ. §. defendere. ff. eo. limitat quod hic dicit glo. vt procedat quando reus nõ haberet iurà sua in promptu. vt nunc possit agere. & de hoc facit fidem iudici. nam æquitas suadet vt sibi prouideatur, & iudex poterit sibi statuere certum tempus infra quod agat. argu. l. si quis libertatem. post medium. ff. de peti. hære dita. quod si non fecerit, liberati sint fideiussores. Sed si non ostẽderet iustam causam quare nunc non agat, locum habet opi. Pe. & istam videtur tenere Barto. & dicit esse casum. in l. j. j. de satis. quòd teneatur cauere. facit l. & ideo. §. sed si pater. ff. rerum amo

* tarum. iuncta l. j. §. sed cùm possint. ff. de colla. bono. Et notandũ quod cum incipit defendere: tenetur cauere de iudicato soluendo, tanquam procurator rei. in qua cautione continetur clausula de defendendo in tota l. Pe. autem ad illam l. j. de satis. respondet. sed distinctio de qua suprà communiter approbatur.

LEX VI.

1 REum criminis. † Accusatus vel inquisitus de crimine, quousq; pẽdet processus non potest esse procurator alterius ad iudicia. propter hoc contra instrumentum in causa procuratoris deductum potest obijci quod non est legitimus procurator. quia contra ipsum pendet inquisitio vel accusatio coram iudice maleficiorum. & dicit Petrus quòd nõ refert de quo crimine, quia iste tex. loquitur indistinctè. & sic etiam de leui crimine. Sed aliqui dicunt quòd debet intelligi scilicet de crimine capitali: præcedens magis placet. vt tendat ad purgationem innocentiæ antequam pro alio admittatur. Ista tamen exceptio est dilatoria. ideo debet opponi ante lit. conte. posteà verò non posset opponi. sicut cæteræ dilatoriæ. vt infrà eodem. l. ita demum. & hoc vult glossa.

2 *Clericus quòd non possit esse procurator alterius, si est constitutus in sacris, vel habeat beneficium ecclesiasticum, cui debet intendere. & quid in monachis?*

LEX VII.

1 MIlitem. † Miles non potest esse procurator[d] alterius, etiam coniunctæ personæ. hoc dicit. Et hoc ne abstrahatur ab officio militiæ in damnum reipublicæ pro factis alienis. Sed pro propriis bene potest agere. vt infrà eadem. lege, qui stipendia. In glossa, super verbo. [rescripto.] ibi. [de precibus imperatoris offerendis. lege, quoties.] vbi per rescriptum potest tolli exceptio dilatoria. & hic dicitur contrarium. Dum dicit textus. [ex sacro rescripto.] nam ista excep. tu es miles. ideo non potes esse procurator, est dilatoria. vt j. eodẽ. l. ita demum. glos. soluit tribus modis. tene vltimam. quam declara hoc modo, quia contrarium loquitur in

...rin exceptione dilatoria:quę non fuit inuenta pro vtilitate rei ...blicæ.sed ista ꝙ miles non possit exercere procu.pro alio,fuit ...uenta pro vtilitate reipublicæ. Ideo rescriptum per quod ista ...ceptio tolleretur,tanquam subreptitium non valeret. vt l.nec ...nosa.ſ.de preci impe.offe.& in l.fi.ſ.ſi contra ius vel vti.pu ...ſi diceret non obstante quacunq; l.contrarium disponente. ...et non exprimeret illam l.vt no.in d.l.fi.per Doc.& in authē. ...tibus modis natu.effi.sui.§.fi. † In ea.glo.ibi.[an autem idem ...clericis.'] dic Doc.dicunt ꝙ sic.si sunt constituti in sacris,vel ...beneficium ecclesiasticum:cui debent intendere: aliàs se ...cus sicut in officio tutelæ distinguetur.vt no.ſ.de epiſc.& cleri. ...alien.presbyteros.& l.generaliter. Item & monachi [b] etiam si ...non sunt clerici, non possunt esse procuratores laicorum. vt in ...dicta authentica presbyteros.in fine.

Procurator quando ante litem contestatam possit aliũ substituere?

Procurator habens potestatem substituendi aliũ nõ specificata aliqua persona,an possit substituere quem vult?

1 *Dubium talis procurator aliũ substituit,an possit eum reuocare?*

Videtur de ista substitutione,an debeat substitutus cauere quòd substituens habebit ratum,an autem quòd ipse dominus?

2 *Procurator constitutus ad negotia cum generali mandato, potest quandocunque ad negotia procuratorem constituere,& si uellet qũ debeat substituere, an agere possit.*

LEX VII.

QVod quis sibi. † Procurator ad lites constitutus,non potest ante lit.cõtesta.alium loco sui substituere.h.d. † In tex.ibi. [exigere tibi mandauit &c.]& sic loquitur in procu.actoris.idem in procura.rei. vt ante litem conte.non possit alium loco eius substituere. hoc tamen verum. nisi satisdedisset de iudicato soluendo, quia tunc loco domini haberetur.l.antepe.ff.eo. & facit l.defunctus.eo.ti.& sic posset substituere.ita no.in Spec. ...ut.§.j.versed nunquid defensor.Bal.tamen hic videtur aliqd ...tire qui quantum ad effectum de quo in ista l. non habeatur ...loco domini. Item intellige hanc l. nisi talis procurator habeat potestatem substituendi.nam tunc posset, dummodo exprimeretur certa persona quam substituere posset secundùm quosdã. per l.fi.ff.eo.† Sed certè hodie determinatum est in c.j.extra eo. ...ti.in vi.ꝙ etiam si non fuerit specificata persona,valeat ista potestas substituendi in instrumento procurationis.& sic potest substituere quem vult.hoc tamen verum.si talis procurator principaliter constitutus erat habilis ad officium procuratio...nis exercendum sed si inhabilis: vt quia miles, vel mulier, vel religiosus,tunc si data est sibi potestas substituendi alium: an possit substituere,posito ꝙ ipse non possit per se exercere. & sic an sit habilis ad substituẽdum,vel non.dic vt plenè no. in cle. religiosus.eo.ti.Et ꝙ possit substituere, Legistæ solent allegare tex.cum glo.in l.cum essent.§.fi.vel in prin.ff.de ser.rusti.prædi. 4 vbi glo.alle.suam tex.in ar.ad hoc.† Item an postquam talis procurator alium substituit,possit eum reuocare?dic vt habetur hodie in c.is qui.eo.ti.li.vj.Et adde quod no.per Bar.de ista materia in l.fi procuratorem.§.j.ff.man.Item si dubitatur de ista substitutione, an debeat cauere ꝙ iste substituens habebit ratum. An autem ꝙ ipse dominus principalis, videtur distinguendum. an substituerit ex eo ꝙ litem erat cõtestatus. & sic sit effectus domini ...ratus.& tunc qui substituit nomine suo,& ex iure in eius persona cessauit, debebit cauere ꝙ ipse substituẽs habebit ratum. Si vero non erat lis conte.sed substituit propter potestatem substituendi sibi datam.tunc quia non substituit iure suo,sed domini,debebit cauere ꝙ dominus habebit ratum.de hoc no. in d.§.j. ...ff.in fi.de cura.bo.dan.Item prædicta procedunt quando procurator vellet substituere in tota causa,quę erat aliena,non sua. Sed pone ꝙ disceptabatur an haberet sufficiens mandatum, vel nõ.& super hac disceptatione ipse vult procuratorem substituere ante li.cõte.an possit?dic ꝙ sic.quia ista est causa propria,sua, non aliena.ita no.eo.ti.in Spe.§.ratione formæ.ver.porrò.& no. ...j.col.licet.† In glo.ibi.[sed ad negotia sic.]intellige istam glo. sa...lem vt procurator constitutus ad negotia cum generali mandato possit quandocunq; ad ipsa negotia procuratorem constituere: quia in negotijs non contestatur lis.Sed aduerte.quia virtute ta...lis mandati ad negotia potest etiam agere, quia hoc est de negotijs.vñ si vellet substituere,an agere posset?dic ꝙ nõ.nisi lis fuisset cõtestata per gñalẽ ꝓcuratorẽ.vt l.si ꝓcuratorẽ.§.j.ff.mã. vbi ...ꝓbatur.& adhuc expressius in l.neq;.j.eo. Nã tutor & curator habent generale mandatũ ad negotia.& possunt agere per se ipsos virtute talis mãdati pro pupillo,vel adulto.& tamen in causa nõ possunt dare procuratorem nisi lit.cõtesta.per eos.sed est necesse vt perueniatur ad actorem.vt ibi habetur.multominus ꝓcura.generalis qui non habet legitimũ mãdatum.ad ipsa verò negotia extraiudicialia bene potest alium substituere: & sic licet virtute talis mandati dati à dño veniat potestas agendi.si tñ est datũ ab ipso ꝓcuratore,qui non erat dñs ante lit. contest. non venit potestas agendi. quamuis illud non poterit dari nec specialiter,nec generaliter. Hæc autem procedunt qñ non fuit electa industria personæ,aliàs etiam ad negotia non posset substitutum dare. & præsumitur electa industria,quando fuit datũ mandatum super vno negotio non limitato.sed limitando eius arbitrio.puta quod venderet talem rem meliori pretio,quo posset.nã tunc censeretur electa industria.& nõ posset alium substituere.l.fi.§.primo. ff. de diuer.& tempo.præscri.si verò limitatum.puta quòd venderet ꝓ tanto pretio,non censeretur electa industria.quia quilibet sciret facere:& sic posset substituere.ita no.in dicta.l.si procuratorem. §.fi.& in dicta l.fi.ff.de diuer.& tempo.præscri.per Barto.

a ¶Idẽ in clericis. addẽ Abb.l.c.in nostra. & ꝓcu.Abb.in c.cũ essent.in j.no.de simo. Ab.in c.ꝓ venerabilẽ.j.no.q filij sint legi. Archi.i c. puerit. lxxxvj.distin.

b ¶Idẽ & monachi.ad de tex.in cle. religiosus.de ꝓcu.Inn.in c. cũ I.& A.de re iudi ca.Abb.in c.ex parte.de postulando.

c ¶Ceil.an & qñ agẽs ex iure cesso debeat in libello hoc exprimere. adde & dic vt per Alexã.de imo.i cõs.cxxxviij. co.ij.ver.ñ ex alio. i ñ.volu.Cur.

d ¶Bãnit⁹.adde Bal. i l.q accusare.C.de edẽ.Io.an.in c.sup eo. quod met.cau.

e ¶Excõicatus. Adde Doc.in c. intellexi-mus.de iud.

2 *Mulier,potest esse procuratrix in rem suam.*

3 *Factum uel confessio cedentis an possit præiudicare cessionario?*

4 *Quomodo cognoscatur an cessionarius intendat utilem,an exercitium directæ?*

5 *Cessionarius quando agit iure cessso,facit narrationem ex persona cedentis. tamen concludit in personam suam.& nu.6.*

6 *Si narrat aduersarium sibi teneri,an libellus erit ineptus?*

LEX. IX.

1 QVi stipendia. † Miles potest esse procurator in rem suam.h.d.Quia tũc gerit negotium suum,non alienum.& l.non prohibet sibi gerere negotia sua:sed aliena sic.Et idem videtur in
2 muliere,quæ propter verecundiam sexus prohibetur esse procuratrix alterius.pro se non prohibetur litigare. ideo poterit esse procuratrix in rem suam:quia licet respectu directæ actiõis quę remansit penes cedentem,nec ab eius ossibus potuit separari.vt in l.quis ergo casus.ff.de pecu.dicat cessionarius esse procurator,respectu tñ vtilis in ipsum translatæ non dicitur procurator: sed alterius dominus.& etiam respectu vtilitatis,quę debet peruenire ad eum:& penes eum remanere:sed si haberet restituere cedenti:tunc diceretur procurator alterius potius quàm dominus:licet per cessionem vtilis fuerit in ipsam trãslata.per ea quæ no.in l.fi.j.eo.& quod tangitur per Bar.in l.facta.§.si hæres.ff.ad
3 trebel.in q.illa † an factũ vel cõfessio cedentis possit præiudicare cessionario?quia si commodum est penes cessionarium remã surũ,non potest.secus si ad ipsum cedentem reuersurum: quia non diceretur nocere cessionario:sed ipsi cedẽti.In tex. ibi. [qui honesta & verecunda pręcedẽte causa.]vt quia est debitor suus & cũ non posset sibi soluere,cessit sibi actionem contra aliũ debitorem suum.vt ex eo quod inde redigeret sibijpsi soluent: vel quia cedens sibi donauit actionem suam, vel vendidit ex ista causa:aliàs præsumeretur redemptor litis.& sic nõ esset honesta
4 & verecunda cã. † In tex.ibi mandatas.i.cessas per quem cessio
c nẽ transfertur vtilis,& etiã exercitiũ directæ & primam intentat suo noĩe:secundã verò intentat nomine cedẽtis:sed qñ cognoscit an intẽtet vtilẽ vel exercitiũ directę?dic ex cõclusiõe libelli:qa si petit aduersariũ cõdẽnari sibi suo noĩe,vĩ intẽtare vtilẽ. Si verò ꝓcuratorio noĩe cedẽtis,vĩ intẽtare exercitiũ directæ. Est aũt vtilis in hoc:qa in primo casu nõ poterit sibi opponi ex
d ceptio cõcernẽs merè pſonã cedẽtis.puta ꝙ sit bãnitus[d],vel ex
e cõicatus[e] q; phibẽt agere.& ista ꝓbatio afficit dũtaxat pſonã:non aũt ipsum debitũ:sed si ageret ꝓcuratorio noĩe cedẽtis.talis exceptio posset sibi opponi:sicut si ipse cedẽs per seipsum ageret: qa videt per se agere.ex quo per procuratorem sum.de hoc not. in c.j.de iurepa.lib.vj.& in l.apud Celsum.§.sed cũ legitima. ff. de doli excep.si autem non appareret ex conclusione libelli quam

videatur intentaſſe. dicit Specu. q̃ videtur intentaſſe exercitium directæ. & q̃ non tenetur declarare quam velit intentare. vt no. per eum. eo. titu. §. fi. de inſtru. edi. §. nunc videamus. verſi. ſed quid ecce. & no. per Dy. & Bar. in l. ſi duo. ff. de ſolu. ſic ſi ſuccũbat in directa, in caſu quo ipſam videtur intentaſſe, non prohibetur poſteà intentare vtilẽ. vt no. Specu. titu. de procu. §. ſequitur. verſ. ſed quæritur an talis. facit l. minor. xxv. an. §. j. ff. de euic. in tex. ibi. [cum, licet contentio.] † Iſte tex. ſemper allegatur quod ceſſionarius quãdo agit iure ceſſo, facit narrationem ex perſona cedentis. dicit enim aduerſarium contraxiſſe cum cedente, & fore illi obligatum: tamen concludit in perſonam ſuam: quia petit illum condemnari ad ſibi dandum, vel procurato. nomine cedentis. & tunc intentat exercitium directę, vel ſuo nomine. & tunc intentat vtilem, vel ſimpliciter: eſt tamen dubium quam videatur intentaſſe. ſuper quo. dic vt ſ. dixi. † Sed quid ſi narrat aduerſariũ ſibi teneri, an erit libellus ineptus? videtur q̃ ſic: quia cum illo nõ contraxit ipſe. & ſic non eſt ſibi obligatus: vt ex tenore præcedentium apparet: tamen dic libellum poſſe ſuſtineri. quia poteſt intelligi quantum ad effectum. quia venit cõdemnandus ad dandum ſibi. Et quando libellus poteſt ſuſtineri, quoquo modo etiã impropriando' verba debet ſuſtineri. vt no. Inno. in c. examinata. de iudi. hoc etiam videtur terminare Bald. in ſimili quando ille cui ceſſa eſt rei. ven. agit. nam debet narrare cedentem dominum, non ſe: quia nec eſſe potuit ante poſſeſſionem adeptam. vt in l. ſi res. ff. de rei ven. & no. Bar. in l. ſi culpa. eo. ti. tamen determinat Bal. in l. per diuerſas. j. man. in xj. q. libellum poſſe ſuſtentari, licet petat ſe declarari dominum. cum tamẽ ſi licet habeat vtilẽ rei ven. quã põt habere abſq; eo q̃ ſit dñs. vt patet ex nota. in d. l. ſi culpa. non ſunt alia.

a ¶ Impropriãdo. Ad de Bar. & ibi Alex. ſi l. ſi olei. j. loc. Inno. in c. cõquerẽte. de offi. ordi. & in c. cũ venerabilis. de except. & not. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. Itẽ ſi iurauero. ff. de iureiur. & in l. inter ſtipulantẽ. §. j. ff. de ver. obl. per do. Mari. Soci. latẽ in c. dilecti. art xxxij). de libelli obl. & domi. Alex. de Imo. in cõſ. cxxj. colum. j. in j. volumi. Franciſ. Cur.

b ¶ Libera ptãs. Adde q̃ virt⁹ iſti⁹ verbi libera. operaẽ q̃ qñ facta eſt cõmiſsio plu ribus cũ libera. puta ſi dicaẽ cõmittimus, Titio & Seio, dando ipſis liberã cõmiſsionẽ tũc vẽ quilibet inſolidũ facta cõmiſſio. ita Bal. in rubri. j. de exerc. & adde qd̃ dicit Bal. nota. in l. ff. j. qd̃ cũ eo. q̃ ſi appa ret cõmiſsio, in qua dicaẽ volum⁹ q̃ Titius poſsit illud qd̃ poſſum⁹: q̃ propter hoc vẽ hñe potentiã obligãdi dñm. quod nõ eſt ex alio niſi qa videẽ hñe ſpãlẽ magiſtratũ. & idẽ ſi dicatur volo q̃ habeat totaliẽ ptãtẽ. ita Ang. in l. ſi illud. §. ſi ſales. ff. eo. titu. Cur.

c ¶ Miniſter nud⁹. Add de qs dicaẽ nud⁹ miniſter in l. ſi qs. ff. de le. ij. & in l. pecunię. ſi prin. ff. de ali. & cib. lega. Ang. in l. nec ciuitatis. ſuper glo. magna. ff. de procurato.

5 6 a

si licet habeat vtilẽ rei ven. quã põt habere abſq; eo q̃ ſit dñs. vt patet ex nota. in d. l. ſi culpa. non ſunt alia.

2 ☞ *Paria ſunt non habere mandatum, uel habere tale quod non extendatur ad articulũ de quo quæritur.*

3 *In eo in quo mandatum non extenditur, factum procuratoris non poteſt domino nocere quoquo modo, ſicut ſi nullum mandatum haberet.*

Dolus uel fraus procuratoris mei, non nocet aduerſario meo: quando cum eo non participauit, fraudem, ut faciat ſententiam latam pro eo reſcindi.

4 *Libera poteſtas per quæ uerba dicatur concedi?*

Procurator conſtitutus ad aliquem articulum cauſæ, ut ad reſpondendum poſitionibus, uel ad opponendum aliquam exceptionem ſi litigauit uſque ad ſententiam inclusiuè, & fuit citatus an ad alios actus ualeant geſta per eum.

5 *Clauſula conſtituit ad agendum & defendendum, quid importet?*

Si quis cõſtituit procuratorem ad aliquem actum, quem iudex dixit facturum tali die, & non faciat tali die, ſed alio die citato procuratore, an ualeat actus?

6 *Ille qui conſtituitur ad articulum ſolum cauſæ, dicitur nudus miniſter, nec in eo ſubſtãtiatur iudicium: & an admittatur procurator conſtitutus ad proponendum exceptionem duntaxat?*

LEX X.

1 SI procurator. † Si procurator egreditr fines mãdati, in eo quod facit ipſo iure nõ præiudicat domino. Sed ſi non egreditur, præiudicat mero iure, tamen ſi fraudem vel dolum commiſit, aduerſus ipſum
2 ſuccurritur domino per actionem mandati. hoc dicit. † Nota primò quòd paria ſunt habere mandatum, vel habere tale quod nõ extenditur ad articulum de quo quæritur. facit l. aliâs. ff. de iure-
3 iur. & quod no. in l. j. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebel. in glo. † Item no. q̃ in eo in quo mandatum non extenditur, factum procuratoris non poteſt domino nocere quoquo modo, ſicut ſi nullum haberet mandatum. l. in cauſæ. §. j. ff. eo. titu. Item no. in fi. quòd dolus vel fraus procuratoris mei, non nocet aduerſario meo: qñ cum eo non participauit fraudem. vt faciat ſentẽtiam latam pro eo reſcindi. ſed mihi ſuccurritur contra ipſum procura. ad intereſſe. ſed ſi participauit ſecum dolum vel fraudem, tunc ſecus, &

tunc dic vt l. & eleganter. §. pe. & l. cum à te. ff. de dolo. & quod tetigi de aduo. diuer. iudi. l. j. Circa iſtam l. quæritur de exemplis in prima parte. glo. quę ſunt hic exemplificant quando habebãt mandatum ad litigandũ, & ipſe tranſegit. in qua requiritur ſpeciale mandatum. vt ſ. de tranſac. l. tranſac. placitum. ſufficeret tamen generale mandatum cum libera. & ita debet intelligi ſecundus caſus. dum dicit. [quod ſi plenam poteſtatem agendi habuit
4 &c.] nam dicitur habere plenam quando habet liberam. † Et al-
b legatur iſte tex. q̃ libera poteſtas⁵ videtur conceſſa per hæc verba. concedo tibi plenam poteſtatem. licet tex. in l. quam tuberonis. §. alia cauſa. videatur velle q̃ ſimpliciter dicatur concedo liberam. tamen ſuppletur per hunc tex. videtur etiam concedi libera ſi dicatur q̃ poſsit facere omnia quæ poſſet dominus ſuper illa cauſa. vt l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. vel ſi promittat ſe ratum & gratum habiturum quicquid per procura. factum fuerit. vt l. prima. in princip. ff. de offi. procura. ceſa. Quidam tamen hoc non fatentur. de hoc dic vt ibi per Cy. Breuiter poſito quòd iſta vera ſint in ſe. tamen non conueniunt huic literæ. cum gloſ. dicit quòd tranſegit. quia imò dicit tex. quod lata fuit ſententia. Ideo Barto. exemplificat alio modo. vt ſi procurator fuit conſtitutus ad aliquem articulum cauſæ. puta ad reſpondendum poſitionibus, vel ad opponendum aliquam exceptionem, & ipſe litigauit vſq; ad ſentẽtiam incluſiuè. Et fuit citatus etiam ad alios actus, & ad ſententiam. Certè nõ valet ipſo iure: tanquam geſta cum non legitima perſona. Sed ſi fuit conſtitutus ad litem conteſtandã, & ipſe fuit proſecutus vſq; ad ſententiam, videtur non valere per hanc l. In cõtrarium. quia per hoc eſt factus dominus litis. & non poteſt inuitus reuocari. vt j. eod. l. procuratoribus. & iſtam partem videtur hic Cyn. tenere. Innocen. ter. et primam in c. petitio. extra eo. titu. Specu. eo. titu. §. ratione formæ. verſ. quid ſi non diſtinguit. Et iſta eſt veritas. Aut fuit appoſita dictio taxatiua: puta ad litem conteſtandam tantùm: & tunc vera eſt opin. Inno. & poteſt tunc ipſe vel aduerſarius conqueri, cum viderint & acceptauerint formam mãdati limitati. Si verò ſimpliciter ad lit. conteſtandam, vera ſit ſecunda opi. pro hoc facit l. qui procu. dat ff. eo. titu. vbi videtur eſſe caſus. quod qui procuratorem dat vt agat, & ſic litem cõteſtetur, videtur etiam dare vt pergat vſq
5 ad finem. quod intellige vt dixi quãdo ſimpliciter. † Ex quo no. quòd illa verba quæ apponuntur per notarios in inſtrumentis procuratoris, dum dicunt quòd cõſtituit ad agendum & defendendum. Et poſteà ſubijciunt ad litem conteſtatam, & iurandũ de calumnia, diſcurrendo per ſingulos actus iudicis, non ſunt neceſſaria: quia illa comprehenduntur ſub illis verbis ad agendum & defendendum. vt eſt caſus in dicta l. qui procuratorem. Sed quid ſi conſtituit procuratorem ad aliquem actum, quẽ iudex dixit ſe facturum tali die: puta facere citari dominum ad audiendum ſententiam tali die. dominus ad audiendam ſententiã conſtituit procuratorem. poſteà iudex non dedit ſententiam tali die, ſed alio die citato procuratore. an valeat? dic q̃ non. quia expirauerat mandatum procuratoris. argumẽ. huius legis. & ſic videtur lata parte non citata. ita determinatur in additione Spe-
6 cula. §. ratione formæ. verſicu. quid ſi conſtitutus eſt. † Vltimò ſcias quod ille qui conſtituitur ad articulum ſolùm cauſæ, dici-
c tur nudus miniſter. nec in eo ſubſtantiatur iudicium. vt not. infrà eodem. l. nihil. per gloſ. & docto. Et an admittatur procurator conſtitutus ad proponendum exceptionem duntaxat: dic vt in dicto §. verſicu. quid ſi conſtitutus eſt.

2 ☞ *Tutor & curator licet habeant generale mandatum ad negotia, in quo cadit etiam quòd poſsit litigare, & poſsit conſtituere procuratorem ad alia negotia extraiudicialia, tamen ad negotium iudiciale nõ poteſt conſtituere: niſi poſt litem conteſtatã.*

3 *Cuius effectus ſit quod tutor, & curator & procurator ſubſtituunt poſt litem conteſtatam, ex propria perſona & iure eis quæſito per conteſtationem: ſed quando ſubſtituunt ante litem conteſtatam uirtute poteſtatis eis datæ à domino, non ſubſtituant ex propria perſona, ſed ex perſona domini, & tanquam nudi miniſtri?*

4 *Legitimi adminiſtratores conſtituunt actorem in cauſa pupilli ante litem conteſtatam cum decreto iudicis, & qualiter conſtituatur actor? & nume. 5. & 7.*

5 *In his quæ poſſunt expediri per ipſum pupillum, uel adultum, quia pupillus habet intellectum: debet actus geri per ipſum adultum, uel pupillum, cum authoritate tutoris uel curatoris, non per ipſum tutorem, uel curatorem.*

6 *Tutor, uel curator poſt litem conteſtatam ſubſtituit procuratorem.*

7 *Adultus non poteſt conſtituere procuratorem ad iudicia, niſi cum authoritate curatoris. & quid in negotijs extraiudicialibus, ſi non habeat curatorem?*

8 *Executor ultimæ uoluntatis, an poſsit ante litem conteſtatam conſtituere procuratorẽ? Quid in epiſcopo?*

LEX XI.

NEque tutores. † Ista lex continet vnum dictum negatiuũ in principio sui, vsq; ibi. [sed actorẽ.] & tria dicta affirmatiua. vsq; in fin. primum est quòd tutor & curator in lite pupilli vel adulti non possunt constituere procuratorẽ ante litem contestatam. Et quòd post lit. contest. etiã iste tutor vel curator potest cõstituere procuratorẽ sine pupillo, vel adulto. h.d. †Nota ex primo dicto id quod dixi in l. q; quis. §. eo. q; licet tutor & curator habeant generale mandatũ ad negotia, in quo cadit etiam q; possit litigare. qa hoc est de nego. licet possit constituere procuratorem ad alia negotia extraiudicialia. ad istud tamen negotium iudiciale non potest constituere procuratorem nisi post litem cõtesta. per id quod not. glo. in dicta l. quod quis dum dixit q; procurator cõstitutus ad negotia potest substituere quandocunq; vult per l. si procuratorem. §. j. ff. mãda. Sed intellige vt dicit ad alia extraiudicialia, in quibus nõ contestat̃ lis. non sic ad iudiciale. Item notãdum dicit ex sua persona functo fine huius 2 l. quod post lit. contest. † tutor, & curator, & etiã procurator substituunt ex propria persona. & iure eis quæsito per contest. quia sunt effecti domini litis. Sed quando substituũt ante lit. contest. virtute potestatis eis datæ à domino, non substituũt ex propria persona sed ex persona domini. & tanquã nudi ministri. & istud est magni effectus: quia in primo casu licet substitutus acceptauerit mandatum. & tamen nondum cœpit vti, posset ipse substitutus ipsum reuocare re integra: sicut posset ipse dominus. vt l. ante litem. ff. eod. Secus in secundo casu. quia functus est officio suo. Et ille casus in c. is qui. extra eo. tit. lib. vj. licet in primo casu caueat ipse substitutus, si dubitant de mandato suo, ipsum substituentẽ ratũ habiturum, non dñm principalẽ ratũ habiturũ q̃d 4 dic in d. l. si procurator. §. j. ff. man. per Barto. † Itẽ no. extra in primo dicto affirmatiuo, q; legitimi administratores constituunt actorem in causa pupilli ante litem contesta. cum decreto iudicis. vt in glo. non sic alij administratores non legitimi. vt procurator. non enim ad eos pertinet constituere actorem. Vnde si volunt substituere, necesse habent per se primo litem contestari. 5 † Item no. in secundo dicto affirmatiuo. q; in his quæ possũt ex peti per ipsum pupillum, vel adultum. quia pupillus habet in relatum debet negotium geri per ipsum adultũ, vel pupillum cum authoritate tutoris, vel curatoris. non per ipsum tutorẽ vel curatorem facit l. potuit. j. de iure delibe. sed si pupillus non habet intellectum, quia esset infamis, non posset actio expediri per eum. Idem tutor vel constituit actorem, si lis non est contestata, vel contestetur eam. & posteà substituit procuratorem. 6 † Item not. quòd adultus ad iudicia non potest constituere procuratorem nisi cum authoritate curatoris. Sed contra quòd imò posset si curatorem non habebat l. si curatorem. j. de in inte. resti. Solu. illa distinctio locum habet in negotijs extraiudicialibus: sed in iudicialibus adultus non habet legitimam personam sine curatore, siue ipsum habeat, siue non habeat. nec aduersarius tenetur ipsum admittere. vel procur. ab ipso solo constitutum facit. ergo ibi dari curatorem. vt probatur in l. acta. §. fin. ff. de re iudi. & not. per glo. in l. cum & minores. j. si aduer. rem iudi. possunt tamen esse tales causæ in quibus adultus habet legitimam personam sine curatore: vt in causa matrimoniali: vt not. in c. ex parte. de resti. spoliat. & in l. iij. ff. rem rat. habe. & l. ij. seu iij. infrà 7 qui pro tut. † Vltimò circa fi. quæritur quid de executore vltimæ voluntatis, vtrum possit ante lit. contest. constituere procuratorem? vide in Specu. in tit. de instru. edi. §. nunc aliqua. versic. sed numquid. In gl. ij. ibi. [quia non sunt domini.] dic, s. actiones exercendæ. nec lit. non inceptæ. vnde nõ posset tradi diffinitio procu. in tali constituto ab eis, quæ est vt ille dicatur procurator qui aliena negotia mandato domini administrat. ff. eo. l. j. sed bene sunt domini negotiorum: quia negotia pupilli dicuntur tutoris & curatoris cura & solicitudine. vt l. si pupilli. in princi. ff. de nego. gest. In ea. glo. ibi. [Idem in actore ciuitatis.] dic qui habet similitudinem cum tutore & curatore. sicut enim pupillus vel adultus habent legitimos administratores, qui vocantur tutor & curator. ita & ciuitas, quę vocatur actor. & iste similiter non potest constituere procuratorem ante lit. contesta. In gl. mag. in princip. ibi. [si impediti fuerint administrare.] dic hoc non est necessarium secundùm Doct. imò tutor & curator possunt constituere actorem, etiam si non sunt impediti. & iura quæ faciunt mentionem de impedimento, loquuntur secundùm accidẽtiam facti, sed iudicis decretum bene est necessarium: aliàs non est differentia inter actorem & procuratorem. In ead. glos. ibi [vel potest dici.] dic quòd duplex est practica in cõstitutione actoris, vna quòd constituatur à tutore vel curatore cum decreto iudicis. et ista probatur in hac lege, dum dicit, [sed actorem constituere debent.] Alia quòd constituatur per iudicem ipsis consentientibus. & ista probatur in l. si actor. infrà de appel. 8 † In glos. ibi. [Idem in episcopo.] dic quòd ista gl. per omnes reprobatur. quia licet episcopus sit administrator b, & non dominus. in cap. secundo de dona. quia tamen nõ est nudus administrator: quia gaudet de fructibus, potest constituere procuratorem ante litem contest. sicut patet in bonis aduentitijs filij in quibus pater est administrator, non nudus: vt in l. j. infrà de bo. mat. & probatur in cap. petitio. de procura. & suprà de epis. & cleric. l. cum clericis. circa finem. & not. in authent. sed hodie. quæ sequitur eodem titu. & probatur in authen. quã gl. allegat. 9 † In glos. ibi. [actor ad omnia.] dic contrarium quòd nõ possit actor constitui etiam ad vnum negotiũ. infrà de appel. l. si actor. & vide Ioan. And. in addi. Specul. in titu. de actore ad vniersita. in prima parte Specul. In glos. ibi. [eisdem quibus & tutori.] dic hoc verum si generaliter actor fuisset cõstitutus. Secus si ad vnum actum: quia eo finito finitur officium actoris, vt dicta l. si actor. de appella.

a ¶ De executore vltimæ volũtatis. Adde Ang. in l. j. ff. eo. & eundẽ Paul. de Cast. in consi. xiij. incip. Super primo dubio. col. iij. in princip. vbi tenet q; possit cõstituere procuratorẽ ante lit. cõtest. & est in prima parte consiliorum antiquorũ secundũ vltimã impressionem. Curt.

b ¶ Episcopus sit administrator. Adde glo. in c. præsenti. de offic. ordin. & quòd Episcop⁹ possit. adde Alex. in consilio clxvj. in ij. volu. & vide Mart. suo not. cxcj. Cur.

a *Si filius non fuit admissus ad defensionem causæ patris absentis, & lata sit contra eum sententia, qualiter restituatur in integrum: sicut ille qui dimisit procuratorẽ qui postea mortuus esset?*

Qualiter possit quis defendere inuitum.

3 *Quòd interdum in causa appellationis nõ admittatur quis ad defendendum aliquem, nisi ostendat mandatum.*

4 *Non solum ad totam causam admittitur quis sine mandato ad aliquem defendendum, ut hic. sed etiam ad unum articulum causæ.*

Defensor non satisfiat, quãdo defensio patet ex actis, nec defensor uult producere alios testes, uel instrumẽta. sed dicit iudici quod uideat acta. & minor ad hoc est etiam idoneus. & nu. 6.

5 *Qui fatetur se non habere mandatũ, nisi sit coniuncta persona, non admittitur ad agendum: etiam si uelit cauere de rato. sed si dicit se habere, admittitur cum cautione, dummodo hoc probet semiplenè uel præsumptiuè. & uide nu. 7.*

6 *Minor xxv. ann. admittitur ad defensionem patris absentis, contra quem potest peruenire ad diffinitiuam: & eodem modo ad defensionem matris uel fratris admittitur. & sic quod duo requirantur ut admittatur: & sit lis contesta ta. & nu. 8.*

7 *Exceptio tu non potes esse procurator quia minor, an possit etiam opponi post litem contesta tam? & nu. 8.*

8 *Minor an hodie cuiuscunque ætatis sit, possit esse procurator ad negotia, & ad iudicia, si est ætatis annorũ octodecim. & an admittatur ad plenam defensionem? & nu. 9.*

9 *Minor quando uenit ad defensionem patris absentis, qui fuit litem contestatus, quis ueniat condemnandus, an ipse qui non fuit litem contestatus, an pater?*

Veniens ad allegandas causas absentiæ tantùm, an debeat cauere de rato?

10 *Posito quòd minor admittatur ad plenam defensionem patris absentis, & quòd debeat ipse condemnari, & sit condemnatus: & sententia transiuit in rem iudicatam: an restituatur in integrum ratione minoris ætatis?*

LEX XII.

1 EXigendi. † Ad defendendum admittitur quis sine mandato, dummodo satisfidet de iudic. soluen. Sed ad agendum pro alio nõ admittitur quis sine mandato, nisi sit coniuncta persona. Item minor xxv. ann. non est idoneus procurator vel defensor ad iudicia regulariter. Fallit quando vult defendere patrem absentẽ: contra quem potest procedi ad sententiam diffinitiuã, tanquam contra contumacem. h.d. ista not. l. & si. quia potest intelligi dupliciter, scilicet quòd sententia non erat lata contra patrem absentem: sed iudex noluit istum filium admittere ad defensionem duabus de causis hic expressis: vnde quęsiuit iste pater an deberet admitti: & an iudex bene fecerit illum repellendo, & hic dicitur quòd non. Secundo modo potest intelligi quòd sententia erat lata contra patrem, quæ sic non fuisset lata si iudex istum fi-

lium admisisset ad defensam:quia p̃duxisset testes, & iura, propter quæ pater fuisset absolutus. & ab illa sententia non fuisset appellatum:& sic transiuit in rem iudicatam.vnde quęrebat iste pater remedium contra sentētiam. Imperator non dat remediū, sed solùm dicit quòd iudex malè fecit istum filium repellere: &
2 istum intellectum sonat litera in fine. † Sed an sit remediū:puto quòd sic, scilicet vt aduersus hanc sententiam pater restituatur in integrum ex clausula generali si qua mihi iusta causa:vt l.j.in fi.ff.ex quib.cau.ma.sicut si dimisisset procuratorem qui posteà mortuus esset.l.necnon.in princip.ff.eodem tit. In tex.ibi [sine mandato potest.] glos.dicit quòd etiam contra mandatum:quia potest quis defendere inuitum, vt l.solutionem vel iudicium.ff. de solu.Quod est verum quando suscepit in se iudicium animo nouandi:volente tamen actore: quia non compellitur actor. l.si mandato.in fi.princip. ff.mandati. Sed si non suscepit iudicium animo nouandi,videtur quòd inuitum nō possit defendere.Sed bene potest si non est inuitus,& inuito actore:quod dic vt in dicta l.si actor. ff. eodem titu. Item intelligo hanc legem in causa
* idem eſt in emptore ignorante.] dic quia ignorantia ſua non debet eſſe cauſa vt lucretur, & commodum habeat ex dilicto alterius: & ſic facit ad hoc vt ſi pater tuus per ſimoniam faciat tibi conferri beneficium eccleſiaſticum: licet tu ignorares, non tamẽ licitè detines: & poteſt à te auferri. facit. l. j. in §. j. ff. ſi quis ali. teſta. prohi. In fi. glo. ibi. [quia ſi ignoret liberatur rei interitu.] Certè etiam ſi ſciuit, non tamen fuit in mora reſtituendi: liberatur interitu rei continente ſine culpa ſua, quia propter ſolam ſcientiã non eſt in mora ſecundùm Pe. licet ſecus in eo qui violentiã cõmiſit: quia ſemper eſt in mora: vt l. j. §. eodem.

2 *¶ Si aliquis pauper homo uendidit poſſeſsionem ſuam alicui Potenti, uel militi, & poſtea dicat ſe feciſſe per metum ab illo illatum, qꝙ ad hoc probandum nõ ſufficiat inducere potentiam illius & impotentiam ſuam.*

3 *Si uxor ad inſtantiam mariti, faciat aliquem contractum ſuper bonis ſuis, non præſumitur hoc ipſo feciſſe per metum, niſi probetur quòd conſueuerit inferre uxori metum.*

LEX. VI.

1 AD inuidiam. † Ex ſola dignitate contrahentis violentia non præſumitur, ſi aliter non probetur. h. d. quia dignitas non debet nocere: ſed prodeſſe: vt in l. ſi longius. §. ſi filius in fi. ff. de
2 iudiciꝭ. † Et pone caſum ſi aliquis ruſticus & pauper homo vendidit poſſeſsionem ſuam alicui potenti, vel militi: & poſtea dicebat ſe feciſſe per metum ab illo illatum. & inducebat ad ꝓ
a bandum metum potentiam ª illius, & impotentiam ſuam: certè
3 hoc non ſufficit. † Et dicit hũc Bar. ꝙ ſi vxor ad inſtantiam mariti faciat aliquem contractum ſuper bonis ſuis non præſumitur hoc ipſo feciſſe per metum: licet ille ſit maritus, & potentior ea: niſi probetur ꝙ cõſueuerit inferre vxori metum: vt in l. j. §. quæ onerandæ. ff. qua. re. act. non da. quod etiam tenet Inno. in c. cauſam matrimoniꝭ. de offi. deleg.

2 *¶ Quando dicatur quis inferre metum mortis?*

3 *Donatio eſt contractus.*

LEX. VII.

1 SI donationis. † Quilibet contractus celebratus iuſto metu, ſiue ſit hincinde obligatorius, ſiue ex altera parte tantũ, reſcinditur ꝓ
2 hãc actionẽ. h. d. In tex. ibi. [metu mortis.] ª ſubaudi inb ſtantis: quia erat ibi cum gladio: vt differat ab eo quod infrà ſubiicit, [vel capitales minas.] vbi loquitur quando non erat inſtans: quia non erat ibi cum gladio, ſed minabatur: nam idem eſt, quod eſt verum ſi erat talis perſona quæ conſueuit minas ſuas ad effectũ ꝓducere: aliàs ſecus: vt j. eo. l. metũ. & ff. eo. l. metũ in prin. & per hoc remanet ſuperflua glo. ſuper ver. [capitales.]
3 quæ innuit hoc contrariũ. † Vltimò allegatur iſte tex. ꝙ donatio
c eſt contractus. ª licet quidam dicant contrarium, quia donatio eſt doni datio. & poteſt incipere ab executiõe, nulla pręcedente obligatiõe. vt ſi rẽ meã tibi tradidi animo donãdi, nulla p̃cedẽte promiſsione, ſed contractus innominati dicuntur propriè quãdo ſunt vltro citroque obligatorij: vt in l. Labeo. de ver. ſigni. Et per hoc dicunt ꝙ authẽ. ſacramenta. j. ſi aduer. ven. quę loquitur de iuramento minoris ſuper contractibus eius non retractãdis, non habet locum in donatione. Contrarium tamẽ communiter tenetur per hanc. l. dum primò dicit [donationis,] & poſtea dicit. [cuiuſcunque alterius cõtractus:] nam illa dictio alterius includit vt donatio ſit contractus.

2 *§¶ Soluens aliquid alicui, ne eum ad cuilia munera nominaret, an ſolutum repetat per hanc actionem? an per condictionem ob turpem cauſam?*

LEX. VIII.

1 CVm te domus. † Factum metu iniuſto per hãc actionẽ nõ reſcinditur. h. d. ſecũdũ Bar. In tex. ibi. [quòd de frumẽto feceras inſtrumentum.] quia fortè promiſeras ſibi per inſtrm̃ publicũ certã quãtitatẽ frumẽti indebiti. & volebas ꝙ ille reſtitueret tibi dictũ inſtrumẽtũ, & quia dubitabas ꝙ nollet, hoc timore vt reſtitueret, vẽditionẽ feciſtis: certè nõ põt reſcindi per hanc actionẽ: ſed bñ poſſet reſcindi ꝓ cõdi. ob tur. cau. ſi illud inſtrm̃ tãq̃ indebitè factũ veniebat tibi gratis reſtituẽdũ: qa nõ de-
2 buit extorquere venditionẽ: vt ĩ l. fi. de cõdi. ob tur. cau. † In tex. ibi

fol. ſine ad ciuilia munera nominareris.] ſubaudi. & nō fuiſti no
minatus certè per hanc acti. nō potes reſcindere. Sed an per cō
ob tur. cau. diſtingue: vt in glo. quia aut eras inhabilis ad talia
munera, & tunc potes repetere: quia vertebatur turpitudo dūta
xat ex parte aduerſarij: qui volebat te nominare cum non eſſes
dignus, vel eſſes inhabilis. ſi verò eſſes habilis, tunc verſabatur
turpitudo ex parte tua, & illius: ideo melior eſt conditio poſſi-
dentis. & ideo non poſſes repetere: vt in l. quod euitandi & ibi
no. j. de condi. ob tur. cau.

LEX IX.

METum non. †Ex ſolis minis nō probatur me-
tus, niſi fuerit peruentū ad actū.

Hoc dicit ſecundùm primam lec. quæ probatur etiam
in l. metum. in princ. ff. eo. ſed glo. dicit hoc verum niſi 3
ſint illatæ à perſona quæ conſueuit eas ad effectum perducere.
Facit l. famoſi. ff. ad l. iuliam maie. & j. ſi quis impera. maledi. l. j.
& ſ. eo. l. ſi donationis. in ver. minas. facit quod not. in l. de pupil
lo j. ſi quis ipſi prætori. ff. de ope. no. nun. per Bart. vel dic quòd
ex ſola proteſtatione non probatur metus. hoc dicit ſecundum
aliam lectu. poteſt etiam dici quòd iſta l. dicit vtrunque vnum
colligatur ex ver. [iactationibus:] aliud ex verbo [conteſtatio-
nibus].

*Quando ſs permittitur tranſactio in cauſa criminali, effectus tranſactionis eſt, ut im-
pediat proceſſum.*

Quo tempore perſone priuatæ licitum ſit mortem inferre: & quando?

LEX. X.

ACcuſationis. †Timor accuſationis inſtitutę
vel inſtituendæ non facit hāc
actionem competere ad reſcindendum cōtractum. h.
l. intellige etiā ſi erat de crimine capitali. vt ſit magis
delictum. vnde videbat contra per l. iiij. ſ. eo. & per l. ſi donatio-
nis. ed ibi q̄ videbat mors inferenda à priuata perſona: quia ſæ
pe ſolet obuiare iuſtitię & rationi & ſic eam illicitè inferre. vt in
vſibus feu. de ali. feud. vbi dicitur q̄ priuatus ſemper obuiat iu-
ſtitiæ hic verò q̄ñ à iudice pro quo præſumitur q̄ contra iuſti-
tiā non facit. vt ſ. de offi. ciui. iudi. l. ij. & arg. extra de procu. c. in
noſtra. & quod no. Inno. in c. innotuit. de eo qui fur. or. ſuſcepit.
facit j. ante ff. ff. de offi. præto. In tex. ibi. [metu.] metuebat enim
ne illa accuſatio inſtituta perſeueraret, vel ne inſtituendam face
ret, & ſic vt deſiſteret fecit ei venditionem, & ille deſtitit & ſic
implebat quod promiſit. volebat autem iſte hoc non obſtante re
ſcindi contractum tanquā factum per metum mortis, & dicitur
q̄ non poteſt nā iſte ti. loquitur quādo quis timebat ſibi inferri
mortem, vel corporis cruciatum iniuſtè: ſed hoc caſu timere hic
nō potuit quia nō eſt præſumendū q̄ iudex eū iniuſtè condē-
net. Sed quare pro declaratione gloſ. in prin. Quid ſi accuſatio
erat iniuſta & calūnioſa. & hoc poteſt probari? Reſpō de adhuc
nō habet hanc actionē ad reſcindendū per rationē prædictā. ſed
ſi quæritur an habeat aliud remediū puta condi. ob tur. cau. glo.
videt diſtinguere aut nō fuit expreſſa hæc cauſa in cōtractu: &
nō pōt reſcindere, aut fuit expreſſa & tunc pōt per l. in ſumma.
in princ. ff. de cōdi. inde. vbi nō valet tranſactio quādo ſuberat ca
lumnia ex parte agētis & datū ob talem trāſactionē repetitur. nam
hic verebatur turpitudo ex parte accuſantis, nō accuſati cui vi
debatur litium vexationem redimere: vt ſuam j. de adul. l. ſerui
ob violat. & quod ibi not. & hac ratione attenta puto q̄ ſi hoc
pōt probari, q̄ venditio vel cōtractus fuit factus ob iſtā cauſam
licet nō fuerit expreſſa tēpore contractus adhuc poſſit reſcindi.
Nec obſt. l. ſi repetendi. j. de condi. ob cau. quia ibi fuit in mente
metum, & nullo modo de ipſa apparebat quæritur quid ſi accu-
ſatio non erat calumnioſa & accuſator non fecit quod promiſit.
quia nō deſiſtit: licet ꝓſecutus fuit? gl. no. in ver. [aut nō calūnio
ſa.] quæ debet intelligi modo quo dixi diſtinguit aut erat tale
crimē de quo licitum erat tranſigere, & pecuniam dare, ſecū dū
ea quæ hūr in l. trāſigere. ſ. de tranſac. & tunc poteſt iſte repetere
quod dedit, trāquā eā nō ſecuta & nihilominus illū repellere per
exce. trāſactionis à proſecutione accuſationis. † Not. ex illo ver.
ſecundū Bart. intellectū ad illud verbum tranſigere pro eo caſu
quo permittit trāſactio in cauſa criminali, effectus tranſactionis
eſt vt impediat proceſſum: quia trāſigēs nō pōt ipſum nec etiam
alium proſequi, licet alius poſsit accuſationem de nouo inſtitue-
re & iſtū intellectum dedit ibi Bar. ad illam l. & nullus alius qui
videt probari per hāc gl. dū dicit: [& excep-
tio obijcitur.] Inquātū gl. vult q̄ vtrunq; 2
cōſequatur accuſatus nō videt bene dicere
niſi fuerit appoſita clauſula rata manente
tranſactione & actū fuerit de reſtituēdo, ſi
nō ſeruet tranſactio: ſed debeat ſtare cōten
tus altero vt l. cū proponas. ſ. de trāſac. & l.
reſcriptū. §. ſi pacto. ff. de pac. ſi verò nō poterat tranſigi: tunc di-
cit gl. q̄ datum nō repetitur quia fuit turpitudo ex parte dantis:
nec ideo exceptio obijcitur. ita ſupple ad gl. quia trāſactio nō va
luit. Tene menti hāc gl. pro declaratione illius l. tranſigere. Vlti-
mò glo. opponit de l. nec timorē. ff. eodem. & ſoluit. vt in princ.
dixi: & ibi timebatur mors à priuata perſona ſed hic à publica.
†Item adhuc oppo. nam interdum etiam priuatæ perſonæ lici- 3
tum eſt mortem inferre: vt ſi occidat quis furem nocturnū qui
telo ſe defendit vel pater occidit adulterum cum filia repertū. et
ſic videtur præſumendum pro priuato, ſicut pro iudice. Sol. nō
eſt verū: quia iudex facit ex neceſsitate, & tanquā miniſter legis
priuatus enim eſt voluntate quia licet lex permittat ſibi in dictis
caſibus, nō tamē præcipit nec permittit in omnibus caſibus, nec
eſt miniſter legis in dictis caſibus. Ita dicit iſta mirabilis glo. po-
tius aūt præſumitur pro eo qui facit ex neceſsitate, vt miniſter le
gis, quàm pro eo q̄ facit ex volūtate hinc eſt q̄ prohibitio aliena
tionis facta per teſtatorem. vt l. non extenditur ad illam quæ fit
ex neceſsitate ſed ſolum ad voluntariam: vt in l. alienationis. ff.
fami. erc. No. iſtam glo. ſingularē: quæ dicit q̄ priuatus cui licet
occidere ex forma l. vel ſtatuti, non eſt vltus ſuā iniuriam: quòd
videtur ſecūdū quoſdā q̄ huic promiſsioni poſsit renūtiari per
regulam generalem l. ſi quis in cōſcribendo. ſ. de pac. quod non
eſſet verum ſi eſſet miniſter legis: q̄ proſequeretur iniuriam pu
blicam per l. ſi vnus. §. Item. ff. de pac. Ex quo videtur ſequi q̄ ſi
ſtatutum dicat * vt liceat occidere bannitū & aliquis fecit pacē a
cum bannito de aliqua offenſa, quā in eum fecerat, & promiſit
eum non offendere, q̄ non poterit offendere occaſione banni.
ſicut non poſſet pro ſua iniuria. Sed contra fuit diſputatum per
Barto. in q. quæ incipit Lucanæ ciuitatis. vt no. in l. ſi ſeruum. ff.
de verb. obli. Ad hanc autē glo. reſpondeo q̄ interdum promiſ
ſio de occidendo facta priuato per ſtatutum, ſit ob priuatam vti
litatem ipſius. Pone exemplum vt in ſtatuto Florentiæ, quo ca-
uetur vt licitum ſit offenſo re offendere: & vindictam ſumere de
ſuo offenſore vſq; ad ęquiualentē offenſam & non vltra: et tunc
habet locum iſta glo. quia non eſſet miniſter legis ſed vltor ſuæ
iniuriæ. & non ſequitur publicam vtilitatem ſed priuatam. Ioā.
ſi feciſſet pacem cum eo, non poſſet poſtea virtute ſtatuti ipſum
offendere: quia videtur ſtatuto renuntiaſſe quod facere potuit
aut talis promiſsio fit ob publicam vtilitatem, puta q̄ liceat occi
dere bannitum. vt in l. j. j. quando lice. vnicui. ſine iud. ſe vin. &
iſto caſu quilibet eſt miniſter legis, quia quod reſpublica nō po-
teſt facere ſuos officiales ad hoc deputatos committit fiendum
cuilibet priuato ſibi ſubdito. Ideo ſi quis facit pacem cū aliquo
de ſua iniuria, qui ſit bannitus, vel poſtea banniatur pro alio cri
mine non prohibetur ipſum occidere pro vindicta rei publicæ
ad quam iſta pax non extenditur vt in d. q. diſputata. Et per hoc
remanet declarata iſta gloſſ. difficilis ad intelligendum etiam &
ad modum recitandi.

*Vſurarij licet faciant cantare inſtrumentum uſurarium in perſonam uxoris, uel al
terius coniunctı: ne reſcindatur propter uſurariam prauitatem, q̄ hoc eis nō profit.* 2

LEX XI.

SI per impreſsionem. †Venditio facta 1
officiali deputa-
to ad iuſtitiam adminiſtrandam per impreſsionem ſi-
latam ab eo, reſcinditur per condictionem ex hac l.
ſiue ſit facta venditio ſibi, ſiue alteri ſuppoſito ab eo nec reſtitui
tur pretium. hoc dicit iſta lex vulgaris. In tex. ibi. [per impreſsiō
nem.] dicitur impreſsio quando officialis habens miniſtrationē
miniſtratur alicui de ſua iuriſdi. quod niſi ſic fiat, proceder con-
tra eū de aliquo maleficio: vel dabit ſnīam cōtra eū in tali cauſa,
quæ coram ipſo ventilatur. vnde licet nō timeat periculum mor
tis, vel cruciatum corporis: & ſic nō habet locum actio q̄ metus
cauſa directa tm pōt reſcindere cōtractum celebratū ad commo-
dum officialis condictione ex hac l. & dico quòd non eſt pœna

¶ Statutū dicat. Ad-
de Bal. & Alb. de ro
fa. in tracta. ſtatuto-
rum. & do. Nellum
de ſancto Gemini. in
trac. bannitorum. in
iij. parte ſecundi tem
po. q. j. Cur.

a ☞ Subdito suæ iurisdictio. quasi metu officij coactus ex p te.& nō liber sit futur⁹ cōtract⁹ q̄ fieri non debet. vt per ll. præcedētes satis patet.

lis in quadruplum.sicut act.q̄ metus causa directa.vt dixi ſ.eo.l.iiij.sed sufficit pœna de qua hîc quia perdit pretium datum. Or expediatis Bidellum.Sed quid si contractus non fiebat ad commodum officialis,sed tertij(Respondeo non puto hanc.l. habere locum.quia non debet extendi vltra terminos:de quibus hîc loquitur.sed habebit locum .l.sed.vt contractus posit rescindi.non tamen emens perdit pretiū.l. iij. ſ.eo.Et aduerte.quia hîc officialis peccauit in duobus.quia primo violētiam intulit,& impressit,& propter hoc perdit pretiū: & remanet penes venditorē vt in verbo[retineatur.]Secundò, quia posito q̄ per impressionē non fecisset,non debebat emere
a à subdito ꝑ suę iurisditionis:& emptio non valet.nisi secundū ea quæ habentur in l.vnica.ſ.de contra.iudi. & tunc quid erit de pretio?dic vt in l.aufertur.§.q̄ à prę̄sidè.ff.de iure fisci.qui loquitur in isto casu.& hoc in officiali habente administrationem.sed si erat in dignitate sine administratione cōtractus,non rescinditur.vt ſ.eo.l.ad inuidiam.nisi probaretur q̄ minas vel violentiā intulisset.vt ibi dixi.Et prædicta quādo est officialis ad iustitiā ministrandā.& sic licet personæ suæ iudisditionis sint sibi suppositæ,res tn̄ eorū non sunt in eius administratione.si autē esset talis q̄ positus esset ad administrādū bona,& tutor & curator vel execu-testamēti.& emeret bona suæ administrationis, tunc distinguitur:aut palā & bona fide.& non delinquit.sed valet contractus:vt j.de cōtrahē.emp.l.si cum ipse,aut clā & malā fide: & tunc nō valet & restituit rē & pretium quadruplicatum.vt ff.de cōtrahē.empt.l.nō licet.& l.qui officij.secundū Pe.& Cy.hic & Bar.de hoc tractat in dicto.§.q̄ à præside.vbi oīno vide.& per hoc est expedita glo.Pet.quæ incipit.[quadruplum.]quāquam
2 imperfectè loquatur.†Vltimò no.in fine contra vsurarios. qui faciunt cantare instrumentū in personā vxoris: vel alterius ex cōiunctis:ne rescindatur propter vsurariā prauitatē, & hoc non prodest eis.& sic præsumitur vsurarius,ac si esset celebratus cū eodē.secundū ea quæ habentur in c.illa nos. de emp.& vend.& c.ad nostram.& facit. l.j.in fi.ſ.de contra.iudi

LEX. XII.

1 VEnditiones. †Quæro quid addat ista l. ad aliàs.ll.huius tit.Respōdeo. q̄ generalior est,cū aliæ loquantur quādo timetur mors vel cruciatus.Ista loquitur generaliter:etiam quando illud non timeretur.tamen cōtractus facti essent per potentiam. exemplum.vt dixi in l.non interest.ſ.eo.& in l. præcedenti. quādo officialis cōpelleret me ad vendendū alteri quā sibi officiali. nam cōpeteret condictio ex ista.l.& etiam officium iudicis ad rescindendū:vt in l.illicitas.in prin.ff.de offi.presi. Et ne ista remedia sint pœnalia:quia non cauetur hac l.nec illa.Tene menti pro intellectu totius tituli.

De dolo malo. *Rubrica.*

LEX. I.

1 SI fideiussor. †Fideiussor emens rem pignoratā à creditore venden te iure creditoris non aquirit dominium.sed censetur eam potius fuisse.quam emisse.propter fidē datam debitori desoluendo pro eo.propter q̄ dolo videtur facere emendo,& ꝓpter dolū cōpellitur actione mandati restituere rē cum fructibus.percepta tamē quātitate quam soluit,tam pro sorte quam pro vsuris.hoc dicit. ista.l.cum gl.suis.& sic non loquitur de acti.de dolo:sed de actione mandati.quæ datur propter dolum secundū verū intellectū quæ ponitur in gl.& eodē modo si secūdus creditor emit à primò,non præiudicatur tertio crditori,quominus possit sibi auferri q̄ soluit.& ab eo pignus auocari.licet sit quidā tertius qui nec esset creditor,nec fideiussor,& emisset:& acquireret dominium & nō posset sibi à sequēti creditore auferri:vt.ff. de distra. pig.l.cum secundus.in fi.& l.ij.& infra si antiquior creditor l. j. & ibi vide.

2 ☞ *Quoniam intelligatur ista lex,quod actio de dolo non competit ubi competeret alia specialis ex alia æquitate quàm ratione doli:& quid si sit generalis?*

LEX. II.

1 DE dolo. †Exemplifica hanc.l.per l. præced. vbi datur acti.mandati ex dolo ibi cōmisso. ff.mandati.l.si mandato.§.j.ideo cessat de dolo: vt ibi no.in gl.fi.in prin.& cōpetit mādati propter dolū Sed an actio de dolo concurrat cum exceptione doli? glosſ.in l.j.§. ait prætor.ff.eodem super vers.exceptio tenet quòd sic. tamen competeret ex eadem æquitate. sicut concurrit cum actione quod met.cau.quia ex eadem æquitate.sed cōtra facit.quia ille §.et etiā.l.fi.eo.ti.vbi videtur casus.& hanc tenet Pe.tu dic ēt.verum si per exceptionem doli plenè videt cōtra dolū.& ita loquitur l.si aliàs procederet prima opinio.†Vltimò no.glo. qualiter intelligatur ista l.q̄ ista actio non competeret:vbi cōpeteret alia specialis ex alia æquitate quā ratione doli.Si verò nō sit spālis, sed gnālis,bn̄ pōt illa concurrere:vt cum certi condictione sine causa,sed in licitis potest concurrere cum alia magis spāli quam ipsa sit,vt cū actione q̄ met.caus.dolus est duplex,qdā simplex & ocultus:quidā apertus.& tn̄ infertur metus:& sic ista actio se habet vt genus ad actionem qd' metus cā:ideo concurrit cū illa quia cōpetunt ex eadē æquitate.Sed cū alia quæ nō se habet ad eam vt genus,nec vt species,sed vt excedentia & excessa,nō cōcurrunt:& ita loquitur hîc & etiam illa.l.j.§.ait prętor eo.ti.cum §.seq.vnde non concurrit cum restitutione in integrum, quę potest dari propter dolum:& etiam ibi cessāt dolus.sed est læsio re ipsa.vnde dicit glo. quòd se habet ad modum inuidi qui inuidet pari:non maiori,nec inferiori.

LEX. III.

NOn possunt. De vtili tempore,deducitur tēpus absentiæ.h.d. Et dic quod tempore huius.l.actio de dolo durabat anno vtili:quia prætoria & odiosa.Ideo tempore absentiæ non curabat annus:quia requiritur q̄ habeat facultatem agendi, ad hoc vt tp̄s vtile currat:vt in l.j.ff.de diuer.& tēpo.præscri.hodie verò durat biēnium cōtinuū.vt infra eo.l.fi.Ideo curreret absenti, & etiā alio modo impedito:tn̄ propter iustum impedimentū daretur in integrum restitutio ex clausula generali,si qua mihi iusta causa &c.vt no.in d.l.fi.

2 ☞ *Inter liberam & seruum non est matrimonium,sicut inter seruum & seruā & quid de iure canonico?*
Matrimonium,hodie regulatur secundū ius diuinum.
3 *Libertas semel data non reuocatur,nisi ex causa ingratitudinis.*
Qui non seruat promissa negligendo,ita rumpit fidem,sicut non seruaret agendo.
4 *Factum quādo ordinatur ad dationem,q̄ dicatur potius datio quàm factū inspecto fine.*
5 *Quòd una tantum sit actio de dolo,quæ datur in contractu innominato facio ut des, & an etiam competat ubi datur actio præscr. & an subrogetur loco eius quando illa deficit?*

LEX. IIII.

1 CVm proponas. †Ex contractu innominato facio vt des si non detur illi qui iam fecit,datur actio de dolo.h.d.concordat.ff. de præscrip.verbis l.naturalis.§.quid si faciā: licet ēn tribus speciebus contractuum innominatorum.ſ.do vt des: do vt facias,facio vt facias.ei qui impleuit ex parte sua detur actio præscri.ver.vt sibi impleatur,vel ad interesse:quia nō impletur vt in d.l.naturalis.§.pe.in fi.quæ dicitur actio ciuilis.in ista tamē specie facio vt des,nulla datur ciuilis act.facienti contra non dātem:sed sibi prouidetur de actione de dolo:quæ competit ad interesse,quatenus interest sua se non fecisse.q̄ facit si erat factum irrepetibile. Ita loquitur iste tex.qui exemplificatur ibi per glo. secundum terminum huius.l.Et sic ista actio de dolo datur loco deficientis acti.præ.ver.& ita vult glo.hîc.quæ incipit.[acti. præ.ver.deficiente &c.]vnde nō datur vt impleatur cōtractus, nec ad interesse.quia non impletus,seu quatenus interest fuisse impletum:quia si ad hoc daretur,nō subesset ratio quare potius daret acti.de dolo quā præ.ver.sed dat quatenus interest se non fecisse q̄ fecit.si factum erat irrepetibile.qd' interesse potest esse maius vel minus,quā aliud de quo.ſ.dixi.sed Pe.quem sequitur Bar.vult q̄ in casu huius.l.nō deficiat act.præ.ver.imò competat,si ille qui fecit vult eā intētare,vt sibi impleat cōtractus vel ad interesse agere quia non impletur.& hoc per l. Iurisgenti.§.l. ver.vnde Marcellus.ff.de pac.& per d.l.naturalis.§. sed si dedi q̄ hîc ex facto.i.ex manumissiōe istī⁹ ancillę. licet nihil adesset

aduer

aduersario,aderat tñ ancillæ de volũtate aduersarij,s.libertas.Et secundũ opi.gl.qñ ex facto aliud adest aduersario, nõ habet locũ ille §.qd' si facia.cũ competit act.præ.ver.vt impleatur cõtractus.gl.cùm mota.s.de trãsac.& per l.solẽt.in fi.de præs.ver.Sed hic nolebat agere:vt sibi contractus impleretur.sed agere ad rescissionẽ cõtractus.qd' permittitur incõtractibus innominatis, põt etiã ille q impleuit si aduersarius nõ impleuit,nõ solũ agere pq.ver.vt sibi impleat.Sed etiã pœnitere & agere cõdi.ob cau. & repetere qd' dedit,vel fecit,qñ datũ vel factũ est repetibile.& res est integra ex parte aduersarij.vt in l.iij.§.j.ff.de cõdi.ob cau. sed si factũ nõ est repetibile:vt in casu huius l.nõ põt dari cõdi. ob cau.sed loco eius datur actio de dolo,non ad repetendũ: sed ad interesse.quatenus interest se nõ fecisse:& ita loquit iste tex. vnde nihil habet facere ista l.cũ §.quod si faciam. q loquitur de actione de dolo,quæ cõpetit loco act.præ.ver. Ista verò loquit de illa quæ cõpetit loco condictionis ob causam. & secundum hoc in contractu facio vt des reperitur duplex actio,s. de dolo secundũ prędictos quę opinio mihi nõ placet.imò nõ reperitur nisi ista,q dat loco deficientis actionis præ.ver.& de illa loquitur iste tex.secundũ intellectũ glo. In tex.ibi.[pro eadẽ daret mancipium.] subaudi & tu eã manumitteres. & sic fuit contractus facio vt des,ex parte tua. sed ex parte illius fuit do vt facias. tu autẽ manumisisti,& ille nõ vult dare mãcipium.Quæritur quę actio tibi competat:& respondeẽ q si velles reuocare libertatẽ, & sic rescindere cõtractũ ex pœnitentia:quæ locũ habet in contractibus innominatis re integra,hoc facere non posses. quia libertas semel data nõ potest reuocari. Et quòd dixit de pœnitentia locũ habet quando factum est reuocabile.ideo in subsidium datur tibi actio de dolo:quia nulla alia actio cõpetit præter act. præ.ver.vt tibi detur.Cum ex isto facto seu manumissione nihil adsit aduersario,vnde cum de alia actione tibi nõ prouideatur, recurritur ad hanc actionem:quia ille non implendo dolo facit: postquã tu impleuisti: & etiam quia ita est de natura istius contractus.vt d.§.quod si faciã.Sed si manumissio adhuc facta non esset & penes te remansit dñium:vt quia tradidisti,duntaxat,hoc pacto q postquã dederis mancipiũ,acquiratur sibi dominium. & non ante & tunc possit eã manumittere, tunc nõ datur actio de dolo:cum possis eam vendicare vna cum natis ex ea. Qui sequuntur ventrem.& sunt serui tui. sicut & ipsa:si non mouent tibi quæstionẽ status:quia nõ dicunt se liberos ex eadem causa.

1 †Not.ergo in prin.q inter liberam & seruum, * vel econuerso non est matrimonium:sed contubernium sic inter seruum & seruã. De iure canonico secus.vt in ti.de coniugio seruorum, cum quod Deum non sit differentia inter seruum & liberam & matrimonium hodie regulatur secundũ ius diuinum:quia est sacra

b mentum,sei sacræ signum, * significat enim incarnati in vtero virginali.vt in c.ex publico.cũ ibi not.de conuer.coniuga.† Itẽ not.quòd libertas semel data nõ reuocatur.quod est verum.nisi ex causa ingratitudinis.Ita not.ver. parati. quòd qui non seruat promissa negligendo,ita rumpit fidem,sicut si nõ seruaret agendo.In glo.super ver.[tradidisti.]opp.contra tex. dum dicit [vel si tradidisti.]Subaudi.& dominium transtulisti. aliàs non posset procedere quod statim sequit. [& ille manumisit &c.] vt infrà requiritur in glo. [sed huic so.&c.] nam si ita fuit. ille contractus fuit do vt des.ergo datur actio præ. verb. & per consequens debet cessare actio de dolo:vt in l.ij.§.eo.So.duobus modis.primò q non fuit conuentum vt sibi dares:& ille manumitteret. sed vt is manumittens.licet postea ex mera voluntate sibi dederis: vt ipse manumittat.vnde ille contractus nõ denominatur ab eo q voluntate fecisti:sed à conuentione præcedenti.quę fuit vt face rex.vel dic q etiam fuit conuentum vt dares,& ille manumitteret,adhuc dicitur facio vt des.quoniam illa datio non fiebat propter te.& ad hoc vt remaneret penes te.& sic ordinabatur ad factum.vnde pro facto debet reputari secundum glos. quam not.

4 †Et sic econuerso quando factum ordinaretur ad dationẽ,diceretur potius datio,quàm factũ.inspecto fine.vt in l.qui res.§. mihi Romæ.ff.de solu.& ita not.in §.quod si faciam.per glo.& per hoc determinat Bar.q. si dicat statutum q pœna apposita obligationi dandi,illud quod consistit in pondere,numero,vel mensura,non posset peti:tanquã apposita in fraudem vsurarum. Secus si obligationi facti,quod etiam videtur de iure communi.& notatur in l.cum aliàs.j.de vsu.Et duo compromiserunt,& pro-

misserunt parere laudo sub pœna: istud parere laudo est facti,& in factũ sonat. Pone ergo q arbiter condẽnauit ad dandum c.in certum terminũ.quæro si non dat:an possit peti pœna?videtur q sic.quia fuit apposita obligationi facti, si non pareret laudo. sed in laudo venit datio. ergo reputatur datio. b & non factũ secundũ Bart. de quo per eũ, in l.quinta.§.fi.ff.de verb.obli.& dicit Bal. se vidisse pluries de facto. In gl.ibi.[licet in faciendo fuerit præuentum.] Ista est truffa secundum Pet.quia an sit facio vt des vel do vt facias. non debemus inspicere à quo istorum primò inceperit executio.sed sicut in contractibus emp.& ven.loca. & conduc. an dictus contractus assimilatur ex vna parte dicitur loca.ex altera condictio à quocunq; inceperit.ita hic ex parte illius qui debet dare. dicitur do vt facias.& si dedit,& sibi non fiant,habet act.præ. verb. Ex parte verò illius qui debet facere,dicitur facio vt des:& si fecit,& sibi non detur,non competit acti.præscri.ver.vt detur.sed actio de dolo: quatenus interest se non fecisse: vt in d.§.quid si faciam.& in hac l.nec obstat lex cum mota suprà allegata, quia ibi ex facto aderat vtilitas aduersario:quo casu nõ habet locum ista l.nec §.quid si faciam.vt patet in l.solent.in princ.ff. de præ. ver.hic verò non aderat,vnde essent inæquales: si posset agere vt sibi daretur: & sic adessent:nec est dare aliam rationem. Sed contra hoc extra glo.oppo.quia imò adest aduersario ius patro. eo casu quo sibi fuit data ancilla,& ipse manumisit. Sol. ex illo iure non dicitur effici locupletior:vt not.in l. naturalis. in fin.& sic non videtur adesse.Item adhuc cõtra quia saltem adest libertas huic ancillæ de voluntate aduersarij: & sic videtur adesse ip si aduersario.arg.in l.solutam.ff.de sol.propter hanc opinionem. Pet.& Bar.recedũt ab isto intellectu.& fatentur quòd hic competebat act. præ. ver.si iste vellet agere vt sibi impleretur.sed nolebat ad hoc agere sed rescindere contractum per condi. ob causam, quam Imperator dicit non competere sed loco eius dari actionem de dolo hoc non placet.vt detur hic act.præsc. ver.vt impleatur contractus:tanquam sibi adsit. quia libertas est inæstimabilis.Et sic non videtur ex hoc locupletior,sicut nec ex iu. patro.præterea glo.in §.quod si faciam exemplificant illum tex. per hanc l.sed quòd opi.Pet.& Bar.sit vera magis facit text.in l. iurisgẽtium.ver.& ideo.ff.de pactis.& in l.naturalis.§.sed si dedi.& l.solent. responsum est suprà & clare. †Et conclude in effectu quòd vna tantum est actio de dolo; quæ datur in contractu innominato facio vt des. licet ex dictis Petr. & Bartol. colligatur quod sint duæ. Item quòd illa competit solum, quando deficit actio præscriptis verbis, quia ex facto nihil adest aduersario,& deficit cond.ob causam.quia factum est in repetitione: licet dominus Rapha. teneat quòd etiam quando non deficit actio præscriptis verbis: quia adest aduersario, potest dari de

: Inter liberã & seruum. Adde c.j. de cõiug.seruo.& an contrahens cũ serua efficiatur irregularis,& an possit ꝓmouere vide tex.& glo. in c. omnibus.xxix. q.j.

Sacramentũ.i. rei sacræ. Adde c.multi. j.q.j.c sacrificium.de consecra. distin.j. & Abb. i rub.de bapti.

a ¶Dolus dicit culpa. Adde Car.zaba.ī c. j.in v.q.de cōmo.& q dolus dicat ver⁹, q̄ pr̄ſumpt⁹.vide p̄ Ale.de imo.ī cō.ciū. col.v.ī j.vo.Frā.cur.

b ¶Culpa leuis & leuiſsima.Quæ dicat culpa leuiſsima.vid per Bar.ī l.q̄ nerua. ff.depoſi.p̄ Car. zaba.in c.j. in x.q.de commo.

dolo actio.dicēs quòd actio præſcri. verb. eſt generalis.vt in l.j.ff.de præſcrip. ver. & l.quoties.& ſic poteſt concurrere cū actione de dolo ſicut certi condi. ſine cauſa: vt no.ſ.eo.l.ij.ſed iſta ratio non placet. quoniā actio præſcrip.ver.reperitur etiam ſpecialis. vt eſt illa quæ datur ex pacto incontinenti appoſito:vt in l.ij.infra de pac.inter emp.Et nos loquimur de ſpeciali,quæ oritur ex cōtractu innominato.& licet aliquādo ſit generalis.ſ.in tertio caſu.quando deficit nomen contractus,& eſt æquū actionē dari.vt d.l.j.& l.quoties.& no.in l.ex placito.j. de re. permu. tamen eſt ſubdiaria.quia nō datur vbi alia datur:ſed vbi omnis alia ſpecialis deficit:ſed certi condictio generalis, & etiam ſine cauſa,non ſunt ſubſidiariæ:imò concurrunt cum aliis ſpecialibus nominatis. Ideo non eſt bona comparatio.Item tertiò concludo qđ iſta actio de dolo non ſurrogatur loco actio.præſcrip. verb.deficientis.vt detur ad obſeruantiam contractus, vel ad interesſe:quia non ſeruatur.licet glo.hic quæ incipit. [actione.præſcrip.ver.deficiente &c.]innuat contra.quia(vt ſ.dixi) non extat ratio quare potius deberet dari de dolo quā præſcriptis verbis.ſi ad hoc daretur:ſed ſurrogat̄ loco cōdictionis ob cauſam: vt det̄ quatenus intereſt eum nō feciſſe qđ facit:& ita intellgitur verſ.& ſic ad æſtimationem ancillæ manumiſſæ non datur mācipiū promiſſum,vel ad æſtimationē mācipiī , nec obſtat lex naturalis.in fi.de præſcrip.ver. vbi tale intereſſe de quo hic venit in actione præſcrip.verb.quia ibi non poterat dari ad aliud, aliàs daretur ad illud & non ad hoc.Et ex p̄dictis remanet iſta l.declarata melius fortè quā per alium.& iſta ſunt ſubtilia et ſpeculatiua.Vltimò glo.pe.quæ incipit.[quia adhuc] qđ etiam in aliis quam inuenit per traditionem non transfertur dominium, niſi per aliam partem ſit contractus adimpletus,vel habita fides de hoc,de quo vide per Bar.in l.ſi ſeruus.in ij.ff.de fur.

2 ☞ *Forma libelli in actione in factum,quæ datur loco actionis de dolo contra patrem.*
3 *Pupillus uel pupilla poſſunt emancipari,& pater tunc erit eorum legitimus tutor.*
Pater quando adminiſtrat bona filij tanquam tutor tenetur ſibi reddere rationem: non ſic quando ut pater,& legitimus adminiſtrator ratione uſusfructus,quia filius ſit in eius poteſtate.

LEX. V.

1 SI ſuperſtite. †Contra patrem nō datur actio de dolo,nec etiā exceptio ſeu replicatio,ſed loco eorum datur actio vel exceptio ſeu replicatio in factum.h.d.in effectu iſta lex. & hoc p̄pter
2 reuerentiam paternalem. † Et ideo in libello quando concluditur.non debet fieri mentio de dolo patris: vt dicatur qñ nō debet locupletari ex dolo ſuo,vel q̄ ipſe decipit filium , ſed oportet verba tēperari:vt dicatur q̄ nō congruit bonæfidei filium debere remanere in damno ex tali cōtractu.& ſi aliter fieret,reijceretur libellus officio iudicis,tanquam ineptus,tanquā fuerit intētata act.vel exce.doli.hoc voluit tex.in l.nō debet.in fi.ff.eo.pone hic caſum.per l.ſub prætextu.ſ.de tranſact.excepto q̄ illa loquitur in extraneo:iſta in patre,& ideo ibi datur actio,vel exce. doli.ſeu replicatio.hic in factum. In tex.ibi[poſtea trāſegiſti cū eo bona fide.] ſubaudi & ipſum liberaſti ab eo quo tibi tenebatur acti.tu.propter malam adminiſtrationē : & hoc feciſti dolo eius inducta,vel non inducta,tñ ipſe nō obſeruat trāſactionem ex parte ſua,vnde vis eum reſcindere : & agere ad id quod tibi tenebatur. Quæritur ergo qua actione tibi prouideatur? & reſpondetur cum diſtinctione.aut tu liberaſti eum per pactum, & tunc ac.tu.nō fuit ipſo iure ſublata.ſed ope excep.ex quo ſequitur,licet in tex.non dicat̄,q̄ poſsis agere act.prima tute. Et ſi excipiat de tranſactione,replicabis in factum:quia non bona fide ſe habuit.& ſic obtinebis in act.intētata. Si autem facta fuit per accep.præce. aqui. ſtip.per quam actio poſt tutelam fuit nouata,& ipſo iure perempta.tunc ad eam nō poteſt amplius recurrere:ſed loco actionis de dolo,quæ daretur cōtra extraneum , dat̄
3 tibi actio in factum.& hoc eſt quod ſequitur.†Not.ergo ex hac lege.in princ.quod pupillus vel pupilla poſſunt emancipari. Itē quia pater erit tunc ipſorum legitimus tutor. Item quod quando pater adminiſtrat bona filij tanquam tutor , tenetur ſibi reddere rationem:non ſic quando vt pater & legitimus adminiſtrator ratione vſusfructus,quia filius ſit in eius poteſtate.vt infra de bo.quæ lib.l.cum oportet.§.non autem hypotecam.& ad. de quod no.Bal.ſ.de epi.& cle.in l.orphanotrophos. ante fi. ibi vltimò &c.

2 ☞ *Indicia per quæ poteſt probari dolus,& qualia eſſe debeant?*
3 *Quando non ſit neceſſaria probatio doli ex indicijs,ſed ipſo iure præſumatur?*
4 *Dolus uerus in quibus differat à dolo præſumpto?*
Verbum,culpa quid comprehendat?

LEX. VI.

1 DOlum ex indiciis. †No.hic q̄ ea quæ conſiſtunt in animo (vt dolus:qui prouenit à malo animo)nō poſſunt directò probari per teſtes:quoniam animus hominis ſolī deo notus eſt.vt dicit gloſ.inſti.de actio.§.æquè.ſed bñ poteſt probari per indiția quæ proueniunt ex interioribus actibus, qa
2 per exteriora cognoſcuntur interiora.† Item no.qđ talia indicia debent eſſe perſpicua.id eſt qđ non poſsint interpretari niſi in malū:ſecus quando in malū & in bonū:quia tunc præſumptio fieret potius in bonā partem.gl.ponit exēplum de primo in ſcholaribus Hiſpanis,qui inuitauerunt quēdam ad prādiū: & ipſum inebriauerunt,vt inducerent ad fideiubendū pro eis. Nam ille actus inebriandi nō pōt interpretari niſi in malū , q̄ apparet ex
3 eo q̄ poſtea fecerūt.†In glo.ibi.[hoc tñ fallit.]ſ.iſtud q̄hic dicit q̄ ſit neceſſaria p̄batio ex indicijs:nā aliquando nulla neceſſaria eſt p̄batio doli,etiā per inſidias:ſed ipſo iure præſumit̄.& iſtud cōtingit qñ quis nō facit illud ad q̄ tenetur.& ſcit ſe teneri,vñ ſi delata eſt alicui tutela.& ip̄e hoc ſciuit,et nō adminiſtret, nec ſit impeditus,præſumitur hoc dolosè facere.& idē in quolibet adminiſtratore:vt in procuratore,non faciendo illud ad q̄ faciendū tenetur.ff.māda.l.ſi procuratorē.§.ignorātes.ver.dolū. Itē in caſu legis dolo.ff.ad le.fal.Itē qñ quis aſſerit ſciēter illud de quo nō eſt certus,an ſit vel nō.& aſſerit pro firmo,cū nō ſit verum. quia nō debet eſſe facilis ad temerariā aſſertionē.vt l.ſi quis affirmauerit.ff.eodē iuncta.l.Iul.poſt princ.ff.de actio.empt. Itē qñ in rebus depoſitis nō adhiberet eandē diligētiā quā in ſuis.q̄ dic
4 vt in l.q̄ nerua.ff.depoſi.†Et ille dicitur dolus præſumptus à iu
a re ſine alia probatione,qui dolus dicit̄ culpa ª lata.qñ aūt probatur per indicia,dicit̄ dolus verus.& differunt in multis. quoniā à vero dolo minor nō excuſatur:vt in l.auxiliū.ff.de mino. Sed à præſumpto ſic.vt in l.vbi exigitur.& ibi no.ff.de eden. Itē dolus præſumptus recipit probationē in cōtrariū:p̄ alias coniecturas.cum præſumptio regulariter recipiat probationē in contrariū.vt.j.de proba.l.ſiue poſsidetis.& ibi not.& vna præſumptio iuris tollit alterā.vt in l.cum de indebito.ff.de proba.Sed quando dolus verus probat̄.nō ſic recipit̄ cōiectura in cōtrariū. Debes autē ſcire q̄ illud verbū culpa eſt generale , & cōprehendit ſub ſe dolū verū.qui dicit̄ culpa latiſsima:& præſumptio quæ dicitur culpa latior,& diſſoluta negligentia,quæ nō eſt dolus, ſed dolo cōparat̄ in pluribus.& dicit̄ culpa lata.vt l.late.ar.de verb.
b ſig.& etiā culpa leuis & leuiſsima.ᵇ q̄ plenè proſequere. & etiā vtiliter.vt ponit Bar.in d.l.q̄ nerua.Et q̄ illud verbum culpa ſit generale,patet ex gl.quæ eſt in l.ſi ex cauſa.§.ſi mulier.ff.de mino.vbi omnino vide.

2 ☞ *Contractus bonæfidei quando reddantur nulli,propter dolū dātē cauſam cōtrahit*
Cuius naturæ eſt contractus,eiuſdem debet eſſe diſtractus.
3 *Repudiatio hæreditatis,quòd ſit ſtricti iuris?*

LEX. VII.

1 SI maior. †Repudiatio hæreditatis facta per dolum alterius , ad quem fuit deuoluta hæreditas,non redditur propterea nulla.ſed contra illum
2 per act.de dolo ſuccurritur ad intereſſe.hoc dicit.† Opponi.pro declaratione gloſſ. quod iſta repudiatio hæredita.cui dolus dedit cauſam,ſit ipſo iure nulla . & ſic competat actio de dolo.Sed poſsit hæreditatem adire:quia dolus dans cauſam contractui bonæfidei , reddit ipſum ipſo iure nullum vt l.& elegan ter.in princ.ff.eodem ſed petitio hæredita.eſt bonæfidei , ergo & repudiatio eius ſimiliter debet eſſe bonæfidei : quia cuius naturæ eſt contractus, eiuſdem debet eſſe diſtractus : vt nota.in l. ſub.prætextu.la.j.ſ.de tranſact.& infra titu.j.l.de tutela.ergo debet reddi nulla iſta repudiatio.glo.in effectu reſpōdet verū eſſe, quod cotractus bonæfidei redduntur nulli,propter dolū dantē cauſam

causam cõtractui,* qñ sunt tales quæ nõ trahũt secũ executionem.vt vẽditio. Nam ex sola vẽditione nõ trãsfertur dominiũ[b] sed requiritur traditio, quæ est executio. & tunc licet cõtractus sit ipso iure nullus, cũ nulla oriatur obligatio, si tñ postea sequatur executio: quia res tradatur, illa non est nulla. imò transfertur dñium. vnde dicit Bal. præcesisit vẽditio vt infirma: qa dolus dedit ei causam, & secuta est traditio infirmãda per actionẽ de dolo. & no. in d.l. & eleganter. sed repudiatio hæredita. posito q̃ esset bonæ fidei, trahit secum executionẽ: quia statim abdicat repudiantem à potentia amplius adeundi. Nec alia executio facti requiritur. & ideo cõparatur venditioni factæ per dolũ & postea executioni mandati per traditionẽ, quo casu ad actionẽ de dolo recurritur. vt rescindatur traditio ita hic. hæc est intentio gl. licet per verba obscura. quam Bar. valde notat. dicẽs q̃ sentit id quod suprà dixi. q̃ cuiuscunq; qualitatis est contractus, eiusdẽ sit dissractus. et q̃ dolus dans causam alicui actui, q̃ trahit secũ executionem, non reddit ipsum nullum ipso iure. sed facit eũ annullabilem per actionẽ de dolo in effectu tñ hoc casu non recuperat hęre ditatem sed æstimationem eius, quia datur ad interesse. vt idem videt in petitione hæ. si quis per dolũ inductus adiret quia statim efficitur dñs absq; alia apprehensione. Et sic trahit secũ executionẽ. nam contra dolũ inducentẽ habet actionem de dolo. & etiam excep. doli. si ille erat creditor hæreditarius: vt in l. fi. ff. eo.

1 Alij dicunt †q̃ repudiatio hæreditatis est stricti iuris: quia non numeratur in §. actionum. vt insti. de act. ideo non est nulla ipso iure. sic nec transactio, vel liberatio: vt ſ. eo. l. si superſti. & in d. l. fi. prętextu. l. j. & in l. actione. ſ. de trãſac. Et ista magis placent. fallit.

LEX VIII.

1 Primum. †Hæc actio debet hodie per hanc legem infra biẽnium cõtinuum moueri, & terminari: alias ipso iure tollit. & istud tẽpus currit absenti, & etiam ignoranti. h. d. ante istam legem durabat anno vñ, & sic non currebat absenti: nec ignorãti. vt ſ. e. l. non possunt. Succurritur ergo impedito agere propter absentiam vel ignorãtiã. per resti. in integ. per clausulã gñalem si qua alia iusta causa. de qua in l. j. in fi. ff. quibus ex cau. maio. quam debet petere: & expediri facere infra quadriennĩũ à die cessan. impedi. & sic à die ſcientiæ, & reuersionis: vt in l. fi. j. de temp. in integ. resti. & sic illud quadriẽniũ est vtile à principio. quia non incipit currere impedito, ne sequat incõueniens q̃ currat: & ex eadem æquitate: qa non debet dari restitutio ad restituendũ. vt nota. l. interdũ. ff. de min. postquã aũt incepit currere, est continuum. l. biennium de quo hic, est continuũ tam à prin. quàm ex postfacto, qa incipit currere absenti & ignoranti. ecce ergo. In gl. supra ver. [abfuerit.] ibi. [vel verius.] Tu dic q̃ omnes istę solutiones sunt veræ in se, & possunt simul coniũgi. vt patet ex prædictis nã ante istã l. dabat annus vtilis: vt in d. l. non possunt. quæ hodie coniũgi per istã. vt in prima & secunda solutione. Et restitutio cõceditur ei q̃ fuit absens ex causa reipublicæ quæ in hoc est priuilegiata: secus si ex causa merè voluntaria. vt in vltima & penultima solutione.

De in integrum restitutione minorum uigintiquinque annis. *Rubrica.*

1 *Utilis le lolo, & actio q̃ metus causa: in quibus differãt à restitutione in integrũ?*

1 ſ *Supra* glo. rubricæ. ibi. [dixit suprà.] Dic, ſ. duobus titulis præ
2 to. † & sic actio quod metus causa. & actio de dolo. dicuntur restitutoriæ. Ideo in ff. primò ponit titulus generalis de restitutione in integ. & postea ponitur titulus quod metus causa de dolo, ad notandũ q̃d sunt restitutoriæ. sed nõ ita hic: & hoc fortè. quia
3 propriè restitutio in integr. dicit illa q̃ fit officio iudicis nobili.[c] Ideo si statutũ loqueret de resti. in integ. intelligeretur de illa in dubio, non de ea quæ fieret iure actionis. cũ verba eius sint propriè intelligenda: vt in l. iij. §. hæc verba ff. de neg. gest. Sed vnde procedit q̃ præcedentes fiãt iure actionis: & sequentes fiãt officio iudic. Respõdeo hoc intelligitur ex verbis edicti prætoris: qa in edicto q̃d metus causa, de dolo prætor per suũ edictũ infringit actum gestum per metũ, vel dolo, sine ministerio iudicis viuentis, dũ dicit ratũ nõ habebo ad iudiciũ. i. actionem: vt in l. j. quod me. cau. & in l. j. §. j. ff. de dolo. Sed in edicto a de minoribus cõmittit hoc fiendum iudici causa cognita. nã non improbat semper gestum cũ minore: sed ita demũ si lædatur sui facilitate, vel dolo aduersarij vñ dicit vtiq; quæ res fuerit animaduertã. quæ verba intelliguntur ad iudicẽ directa, vt adhibeat b cauiæ cognitionẽ. vt l. j. §. j. iuncta l. quod si minor. in fi. ff. de mino. & istud officiũ iudicis nobile quo rescindit actus celebratus cũ minore, dicitur officiũ rescissoriũ, & durat quadriẽnio continuo: quo expedito datur actio vtilis: q̃ dicitur rescissoria. & prætoria: & durat anno: vt l. fi. j. ex q̃ cau. maio. sed actio de dolo. & qd' metus causa sunt personales. & durant. xxx. annis. nisi cõtra possidentem titu. pro bona fide: quia tunc longo tempore tolluntur. vt l. iij. §. quod metus caus.

2 *Quæ dicatur dissimulatio?*

3 *Qui permittit labi tempus præscriptionis, seu intra quod potest actum facere, censetur tacitè renuntiare quæ taciturnitas habet in se consensum in iure nondum quæsito: & quid in quærendo?*

Præscriptio longissimi temporis, q̃ non tollat naturalem obligationem, & quando?

4 *Minor eoipso q̃ renuntiat querelæ inofficiosi testamenti, an dicatur læsus, absque eo q̃ probet lesionem?*

5 *Solus tutor, an possit facere pacem de morte patris pupilli?*

LEX I.

1  Llud. †Minor læsus in renuntiando querelæ inofficiosi testamenti, tacitè vel expresè restituit in integrum. h. d. Et primò loquit in maiore secundũ glo. vsq; ibi. [nec hoc.] postea in minore, nos possumus intelligere totã in minore. Et in prima parte dicit esse inspiciendum, an sit renuntiatum querelæ vel non: quia si non esset renuntiatũ, nõ esset necessaria restitutio in integrũ. Secunda verò loquitur q̃n fuit renuntiatũ, quæ renũtiatio in effectu nõ nocet, nec parat sibi p̃iudiciũ: quo
2 niam aduersus eam cõpetit restitutio, licet mero iure valeat. † In
d tex. ibi. [tacita dissimulatione.] dicitur dissimulatio[d] quãdo tacuit per quinquẽnium. quo durat querela: vt j. de inoffi. testa. l. si quis filium. in fi. Glo. tamen hoc intelligunt quãdo approbasset iudicium defuncti, acceptãdo legatum sibi factum in testamento, in quo erat exhæredatus. vel aduocando pro hærede instituto. Certè ista non est propriè dissimulatio. cum isti actus consistant in faciẽdo, fateor tñ quod per ipsos inducitur tacita approbatio: & renuntiatio querelæ, sed dissimulatio consistit in tacendo
3 secundùm Bar. † Ex quo not. quòd ille qui permittit labi temporis præscrip. seu intra quod potest actum facere, censetur tacitè renuntiare. & sic ista taciturnitas habet in se consensum. quod est verum secundùm Bald. in iure nondum quæsito. sed quęrendo: vt in l. bonorum. j. qui admit. ad bon. pos. possunt. sed in iure quæsito perfectè non habet consensum, per ea q̃ not. in l. fi. rem rat. habe. vbi glo. not. quòd præscriptio longissimi temporis non tollit naturalem obligationem. sed si haberet cõsensum creditoris, eam tolleret. sicut pactum de non petendo. vt l. stichum. §. naturalis. ff. de sol. † In tex. ibi. [nec hoc.] subaudi præiudicium. sed
4 hoc quæritur an si renũtiasset expresè vel tacitè, necesse habeat probare se læsum cũ petit restitutionem? videt q̃ sic: vt j. eo. l. minoribus. & sic habebit necesse probare q̃ hæreditas paterna erat locuples, & intererat sua nõ excludi à querela. & q̃ erat iniustè exhæredatus. Contrariũ hic determinat Bal. dicẽs q̃ eoipso q̃ renuntiat, censetur læsus. & sic nõ habet p̃bare læsionẽ alio modo per gl. quæ est in l. si iudex. ff. de min. & per aliã quæ est. j. eo. l. si intra ętatẽ. Tene mẽti. & hoc etiam videt de mente gl. fi. huius l. In gl. magna circa fi. ibi. vel tertiò dic istã tenet Bar. sed nõ videtur vera. qa lex illa est antiqua sicut ista per l. autẽ fi. eiusdem tituli bene posset dici q̃ corrigatur: quia illa est lex noua. & vult quòd minor ipso iure seruetur illæsus aduersus cursum præscriptionum: quæ olim currebant contra ipsum. Vnde videtur

* Dolũ dantem cãm contractui. An dolus dans cãm cõtractus de iure cano. reddat cõtractum ipso iure nullũ? vide per Bal. in c. vnico. in fi. extrã de plus peti.

[b] Transferẽ dñium. An transferatur solo titulo. vide in l. pen. C. de rei ven. & in l. traditionibus. C. de pactis.

[c] Nobili. Adde Bar. in l. in causæ. la. ñ. & in l. si minor. in prin. & §. fi. ff. de mino. & adde q̃ licet dicatur officium iudicis, tamẽ venit appellatione actionis. ita Bart. in l. j. §. idẽ Pomponius. el ñ. ff. de dolo. Cur.

[d] Dissimulatio. Adde quod de dissimulatione habentur. in l. j. C. de deser. hib. xñ. & dissimulatio habetur loco prohibitionis. ita Spec. in tit. de loca. §. sexto. vers. sextò quærit. & qd sola dissimulatione tollatur iniuria. add Specu. in tit. de iniurñs. post prin. & habetur inst. de iniur. §. fi. Cur.

dicendū q̄ ſecunda præcedens ſolu.ſit verior.& etiā iure veteri iſta præſcriptio quinquēnalis non currebat ipſo iure minori odio quærelæ:vt in illa.l.ij.& q̄ iſta intelligatur ſecundū illā: & ſic verbum cadere propriè & impropriè ponitur prout refer
5 tur ad diuerſa.ſecundū gl.†In gl.ibi.[vel dic.]per iſtam gl.videt ſi eſſet vera,q̄ ſicut non valet renuntiatio quærelæ expreſſa vel tacita odio quærelæ.& propter iniuriam factam filio.ita non valet pax facta per minorem de morte patris propter iniuriam magnā factam ipſi filio:etiam ſi fiat cum authoritate tutoris,vel curatoris:contrarium tamen determinant doct.quia intereſt minoris non ſtare in inimicitia:& dicunt q̄ etiam ſolus tutor(ſi pupillus eſt infans)poſsit eam facere.maximè cum authoritate iudicis:de hoc tangit Bal.in.l.pactum curatoris.§.de pac. & hîc per Cy.& eundem Bal. facit.ff.de mino.l.minoribus.

LEX. II.

1 EO tempore. †Numerus liberorum non ſupplet ætatem quantum ad excludendum à reſtitutione in integ. h.d. ſed quantum ad honores ſic.vt eſt gl.ſi.In tex.ibi.[accipere debuit.]ſubaudi & nō accepit.& ſic fuit portio ſua ad te deuoluta per ius accreſcendi.ipſa verò potebat reſtitutionem in integrū.Tu excipiebas q̄ non erat audienda:quia tempore quo fuit excluſa per negligentiam.erat.xx.anno.& habebat quinque liberos incolumes.quia repræſentabat.v.annos.vt in l.ad rem.de mu.& ho.& ſic fingebatur eſſe maior.& aduerſus actum præiudicialē geſtū, & tempore quo quis eſt maior.xxv.an.vel fingitur eſſe,non datur reſtitutio.vt infra,de his qui veni.æta.impe.l.ij.Iſta verò fingebatur eſſe maior:imperator rñdet q̄ propter hoc non excludi tur,ſi eſt infra tēpus petendæ reſtitutionis.quia numerus libero rum bñ prodeſt patri.vt faciat ipſum habilem ad honorem. & habeatur pro maiore.non autem debet nocere:vt eum excludāt à reſti.in integ.hoc vult iſta.l.

1 *Iudicium agitatum per adultum,etiam ſi curatorem non habeat, non valet.*
Pupillus ſi contrahit ſine tutoris authoritate,contractus eſt ipſo iure nullus,etiam ſi tutorem non habeat:& quid in prodigo,cui bonis interdictum fuit?

3 *Minor hodie non poteſt alienare res mobiles cum authoritate tutoris,uel curatoris,ſine decreto iudicis,niſi ſint tales quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*
Authoritas tutoris uel curatoris interueniens,uel iudicis decretum facit actum valere mero iure,ſed non excludit minorem à beneficio reſtitutionis in integrum,ſi fuerit læſus & nume. 5.

4 *Prodigus cui fuit bonis interdictum,habens curatorem,in quibus æquiparetur adulto curatorem habenti:quòd talis prodigus non poſsit teſtari.*

5 *Si aliquis eſt minor:& etiam prodigus,& datus fuit ſibi curator.an iſte poterit obligari naturaliter ſine curatore,tanquam minor.& non prodigus,& etiam teſtari: an neutrum poſsit,tanquam prodigus?*

6 *Adultus habens curatorem,& pupillus,in quibus æquiparentur?*

7 *Authoritas iudicis.an poſsit ſupplere defectum tutoris uel curatoris?*

LEX. III.

1 SI curatorem. †Bona lex contractus celebratus ab adulto curatorem habente, ſine illius authoritate, non velet ipſo iure.Ideo non eſt neceſſaria reſtitutio in integrum.ſed ſi cum authoritate illius,valet mero iure.Sed ſi eſt læſus, competit in integrum reſtitutio.h.d.& ſemper allegat. quia eſt melior in hoc quam aliqua quæ ſit in iure melius declarat hunc articu-
SAcramenta. Iſta auth.ſumitur ex corpore de pac.iur.fir.§.Item ſacramenta ꝓhibita ſimiliter cõmẽtauit in ſua gl. proſequẽdo ſuper quolibet verbo ipſius:& Rofre.in ſuis libellis ſimiliter cõmẽtauit inter ſenatuſc.& multa bona dixit.ſecundũ Bar.& fuit cõſtitutio Fed.imperatoris.qui poſtea ꝑ eccleſiã fuit reprobatus:& dicit Cy.ꝙ multas animas deduxit ad infernũ.illorũ q̃ inducũt minorẽ ad iurãdũ:vt excludãt eos à beneficio minoris ætatis:& multa patrimonia minorũ exhauſit:& Albericus dicit ꝙ Imperator †Henricus ſeptimus audiẽs multas querelas de iſta auꝯ.propoſuerat ipſam corrigere:ſed morte præuentus nõ fecit.h.d. Iuramẽtũ puberũ prę̃ſtitũ ſup̃ cõtractu nõ retractãdo ſpõte,facit eũ irretractabilẽ rõne minoris ætatis:ac ſi fuiſſet celebratus à maiore. Sed ſi per vim,vel metũ ſit iuratum ipſo iure non valet iuramentum:etiam ſi maiore præſtitum ſit. Similiter non valet,ſi ſit præſtitum:ne querela fiat de maleficijs commictendis,vel cõmiſsis.h.d. Subaudi etiã ſi non ſit præſtitũ per vim,vel metum:vt maleficia puniantur:& ne detur materia delinquendi. In tex.ibi:† inuiolabiliter cuſtodiantur.] Dic,nam facit ceſſare reſtit.in inte.ſi cõtractus eratvalidus.& ſi non erat ꝑpter priuilegiũ minoris ætatis faciũt ipſum validum: & ſic q̃ſque cõſirmãt & faciunt ex eo oriri act.& excep.vt in glo.fi.quia faciunt ceſſare ꝓhibitionẽ legis:quaſi cũ iuramẽto ſit licitũ contrahere ſine alia obſeruantia iuris. Vnde † leges quæ dicunt in alienatione rei minoris requiri decretum,vel curatoris authoritatem,intelliguntꝫ hodie per iſtã ant.niſi fuerit iuratũ de non vendẽdo cõtra:qa tũc iſta nõ reqruntꝫ.†Et aduerte:qa iſtud eſt magni effectus:nã iuramẽtũ ex parte iurãtis eſt ꝓſonale:& nõ trãſit ad hæredẽ iurãtẽ ſecũdũ Inn.in c.veritatis.de iureiu.vnde hęres iurãtis nõ cogit̃ ſeruare iuramẽtũ defuncti:ſed iſtud eſt verũ.q̃n ꝓmiſſum ꝓmiſſo ſit.i.nõ ſup̃ cõtractu. Si aũt ſuper cõtractu lite:inualidat,cũ ipſum faciat validũ in cõſequẽtiã virtute ipſius cõtractus,trãſit in hæredẽ iurãtis:vt teneat̃ ipſum ſeruare:& ita limitatur quod not.in d.c.veritatis,& vide quod no. Bal.in l.fi.ſ.de pact.hoc tñ verũ q̃n cõtractus erat nullus & reprobatus fauore iurãtis. Si verò odio recipientis iuramẽtum, & cõpromittuntur vſuræ,& iuratur de ſoluendo,vel in mutuo facto de uſura. quod reprobatur odio creditoris, tunc iuramentum adhuc eſt perſonale:& cõtractũ nõ confirmat:ſed dũtaxat debet ab ipſo iurante ſeruari:cum poſsit ſine interitu ſalutis æternę:ſed eo mortuo hæres eius non tenetur ſeruare:ideo non indiget abſolutione fienda ab eꝑo : ſed poteſt obijcere exceptionem meroiure nullitatis promiſsionis:vt in primo caſu:quia nõ valet promiſsio de ſoluendis vſuris:cum ſint reprobatę:nec producit obligationẽ ciuilẽ,vel naturalẽ:vt in l.cum lex.ff.de fideiuſ.& in ſecundo caſu competit exceptio macedo& hoc caſu ſentit Bart. in l.ſi quis pro eo ff.de fideiuſſ.in quarta ſpecie iuramenti.quando contractus reprobatur odio creditoris. Tenementi quia iſta dant valde intelligere iſtam materiam.† Item adde quod dicitur in minore:non ſic habet locum quando prælatus iuratvenire cõtra contractum damnoſum eccleſiæ vt dicit glo.in c.j.de reſti.in integ.vj. In tex.ibi:[per vim autem vel per iuſtum merũ.] Dic primum verbum poteſt intelligi de violentia præcila: quæ non habet animum iurantis:& tunc clarè procedit quod dicitur infra vt iuramentũ nullius ſit momenti:vt in c.ſacris.extrà quod metu cau. Secundũ verbũ dum dicit[per metum.]poteſt intelligi de violentia cõpulſiua:quæ habet animũ iurantis:ſed coactum: & tunc dicitur in fine [nullius eſſe momenti,] procedit de iure ciuili,& eſt ſpãle: quia regulariter actus celebratus per metũ valet & retractatur. Fallit tamẽ aliquãdo:vt in l.ſi mulier.§. ſi dos. ꝙ quod me.cau.†Et etiam eſt hic alius caſus fallentiæ:quia cum iuramentum contineat religionem, maior debet eſſe puritas & libertas in eo:ideo magis vitiatur per metum.Sed de iure canonico non debet dicto caſu propria authoritate venire contra:ſed petere abſolutionẽ ab eꝑo , qui põt & debet eam concedere : ne iuramentum ſit iniquitatis vinculũ.Et de hoc no.per Inno.in c. venerabilem.in fi.de elec.& in c.ad aures.quod met.cau . & per Archi.in c.ij.de pact.libr.vj.Si autem interueniſſet dolus aduerſarijs:tunc iuramentum eſſet ipſo iure nullũ:quia deceptus nõ cõſentit & ſic caret iuramẽtũ vno de ſubſtantialibus de qubus per glo.in aut.quod cis.j.de nup.†In tex.ibi:[quærimoniã.]No.ſing.

nõ valere iuramentũ de nõ accuſando aliquẽ de maleficio cõmiſſo vel cõmittẽdo,ꝑ rõnẽ quã §.dixi.In gl.j.ibi. [impuberes em̃ nõ iurãt vt teneantur]dic hoc eſt verũ ſine dubio,q̃n nõ ſunt doli capaces.ª qa nõ ſunt ꝓximi pubertati: qd̃ eſt vſq; ad decimũ annum cum dimidio , poſtea verò incipiunt eſſe ꝓximi pubertati,& ſic pręſumunt̃ doli capaces,& obligant̃ naturaliter,& de iure ciui.ſine tutore, non ciuiliter:vt in l.j.ff.de ſol.ſi ergo iurant,an obligentur etiam ciuiliter ſunt opin.Breuiter dic ꝙ de iure ciuili non obligantur ciuiliter.per iſtam aut̃.quæ figit pedes in impuberibus:ſic & in alijs: licet ſit ꝓximus pubertati,nõ reputat̃ pubes:vt in faciẽdo teſtm: niſi enim exceſſerit pupillarẽ ætat.facere non poteſt: vt in l.qua ætate.ff.de teſta.nec etiã exit tutelã,qa requirit̃ ꝙ ætatẽ puerilẽ cõpleuerit.ſolũ etiã de iure ciuili reputat̃ maior pupillo quo ad naturalem obligationem tantum contrahendam , non quò ad alios effectus,aliàs fruſtratoriè iura limitaſſent pupillarẽ æta.vſque ad xiiij.an.ᵇcõpletũ.ſic hic:ſed de iure canonico qd̃ conſiderat periculũ animę,& peccatũ,qd̃ nõ cõſiderarũt iura ciuilia: ſtatim qd̃ eſt doli capax obligat̃ iuramẽto,ne veniẽdo contrà peccet,& hoc ꝓbat̃ in tex.& gl.in c.ex literis.de ſpõ.iũcto c.j.de delic.pue.& no.in c.cũ cõtingat.de iureiur.in nouella,& in c.ij.de pact.lib.vj.per Archi. †Quæritꝫ ꝑ declaratione materię huius aut̃.quæ eſt multũ ꝓfunda & ꝓlixa:& primò qualiter veniat ad l.codi. Rñde breuiter poſtpoſitis alijs ꝙ ſcd̃m intellectũ gl.j.in fi.l.codi.quæ cõiter tenetur,venit addendo ad l.codi.& etiã limitãdo.Nam addi duo.Primũ.quia l.cod.ſecundũ.intellectũ Bal. loquitur quando contractus erat validus,& poterat expugnari per reſti.in inte.vt conueniat materiæ in qua ſituata eſt, in quo caſu iuramentũ tollit beneficiũ reſtitu.quod eſt leue, & faciliter tolliť.Sed quando erat contractus nullus nõ faciebat ipſum validum:quia hoc non ita de leui fit:vt in glo.fina.illius.l.j.Sed per iſtam aut̃. addit̃ hoc vt reddat ipſum validũ:cum loquat̃ generaliter:vt iuramenta cuſtodiantur,& contractus nõ retractet̃.Bal. autem & Mar.dicebãt quod nihil addebat ad l.codi.ſed eam cõfirmabat,& declarabat quilibet ſcd̃m opin.tenet Pet. ſequendo opi.Bul.ꝑpter verbum[retractãdis:]qa tũc contractus retractatur qñ eſt validus mero iure:& per retractationẽ efficitur inualidus. Sed tu dic ꝙ etiã qñ eſt nullus retractetur,quatenus de facto proceſsit:& ſic bene poteſt pati iſta authẽ.intellectum Mar. Item addit:quia l.codi.loquitur de vendi.vnde poterat dubitari an extenderetur ad alios contractus, cum diſponat contra ius cõmune:quod erat ante illam l.vt dicam in ſequenti quæſtione. Sed iſta authentica generaliter loquitur inueſtigando in quolibet contractu:& hic venit inueſtigandum an ſit fauorabilis,vel odioſa:& Docto. tenent quòd ſit fauorabilis animabus: ne incurrant peccatum:& ſic venit extendenda per identitatem vel ſimilitudinem rationis. Item dico ꝙ limitat l.codi.quæ loquebatur ſimpliciter de minore,iſta verò reſtringitur ad minorem puberem:quia ſi ab impubere præſtetur iuramentum nõ cõfirmat contractum.Quidam dicunt ꝙ ſi contractus erat validus,& poterat expugnari per reſt.in integ.tunc etiam ſi ab impubere præſtetur,tollat̃ beneficiũ reſti.& in hoc remaneat l.codi. ꝓut prius erat:indiſtinctè loquẽs.Si aũt ſit nullus:tunc habeat locum diſt. de qua hic.Tu dic contrà:quia iſtud verbum [puberum]determinat vtrunq; caſum.tam quando poterat expugnari per reſti. quàm etiam quando ipſo iure,& ſic pariter debet determinare: vt in l.iam hoc iure.de vulga.& pupil. †Secundò principaliter quæritur:quid addat ius canonicum ad iſtam aut̃.reſpondeo:qa debes ſcire & conſiderare quatuor tempora.primo tps.l.veteris. §.de legi.l.non dubium.cum ſi.& tunc iuramentũ nõ dabat aliquod robur cõtractui.nam ſiue cõtractus eſſet nullus, non fiebat validus propter iuramentũ:imò iuramentũ tanquam acceſſoriũ erat nullũ:ſiue erat validus,& expugnabilis,non fiebat inexpugnabilis eadem rõne.facit l. Iuriſgen.§.& generaliter.ff.de pac.& l.ſi quis inquilinos.§.fi.de lega.j.Superuenit iſta l.j.codicis,quæ incipit ſibi dare robur eo caſu quo cõtractus erat validus,& poterat expugnari per reſti.in integ. ex priuilegio minoris ætatis.Quando autem erat nullus,etiam ex priuilegio minoris ætatis non reddebat ipſum validum ſecundùm opinio. Bul

a ¶Doli capaces. Qui dicantur doli capaces.vide Car.in Cle. j.in v.q.de homi:domi.in c.j.in §.qa verò.de reg.lib.vj.

b ¶Vſq; ad xiiij.ann. Adde gl.in verbo ꝓfectus'. in proœ. vj. Io.de Ana.in ſub.de delic.pue.Bal.in rep. c.ſi pater.de teſta. libro vj.

a ¶Iuramentū non firmaret cōtractū. Adde Bal.in cōſ.ccccxj. incipiē. Super primo puncto.in ij.col.

b ¶Poſsint tolli vires iuramēti.Adde Bart. in l.oēs populi.in iij. q.principali.ff.de iuſtitia & iure.Bald.in l. p̄cim. q̄ dotali in v.& xj. q.C. de col. Pe.de ancha.in repe. regulæ ea quæ.in iij. q.princi.de regu.iur. lib.vj æundē in regula accеſſoriū.& in regula poſſeſſor. eo.ti. & lib.eū dē in c.j.ver. quid iudices in materia iuramēti.de cōſti.

c ¶In his quæ concernunt animā. Adde c. j.de nouo ope. nū. Itē adde qđ vbi tractaſ de ſalute aīarū, non eſt diſputandum de apicibus iuris. ſecūdum Archi.in c.ſcriptum eſt.vj.q.iij.

d ¶Papa poteſt.Adde gl. & Archi.in c.authoritatem.xv.q. vj. Cardi. in cle.j. de iureiuran.Spec.in ti.de leg.j.§.nunc oſtendēdum.ver.xxiij.

quæ erat vera tpe illius legis. Itē ſi poterat expugnari alia rōne quàm minoris ætatis, ſimiliter illa lex nihil inducebat: nec tollebat expugnationē:ſuperuenit iſta auť.& inducit hoc plus q̄ etiam quādo contractus erat nullus ſi tamē ex priuilegio minoris ętatis reddať validus p̄pter iuramētū quod repræſentat eum maiorē & ſic facit ceſſare omnē prohibitionem quæ fiebat à iure cōmuni circa cōtractus minorū:vt locum habeat quādo non interuenit iuramentū: ſed q̄n interuenit,licitum ſit contrahere cū minore qualitercunq̄,ſicut cum maiore vt in gl.fi.huius auť. Si verò cōtractus ſit nullus alia ratione quā ex priuilegio minoris æta. vel poſsit expugnari ſimiliter alia rōne:tūc iſta auť. nihil inducebat:& ſic nō reddebať validus,nec impugnabilis.Supuenit quartū ius canonicū quod diſponit vt tribus cōcurrentibus,ſcilicet q̄ iuramentū poſsit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ:qa eius obſeruantia nō inducit pactū in iurante, & q̄ nō ſit cōtra bonos mores: nec ſit cōtra publicā vtilitatem,q̄ tunc ſit ſeruandū:& reddat cōtractū validū: & tollat omnē expugnationē quæ poſſet fieri ex quacūq̄ cauſa de contractu valido:etiā ſi propter publicā vtilitatē ſecūdariò:vel propter fragilitatem ſexus muliebris eſſet præſtitū:vt in c.cū cō

9 tingat.de iureiu.†Sed q̄n deficeret aliquod de illis tribus,nō valeret iuramētū ipſo iure: nec eſſet neceſſaria abſolutio fienda ab eō,ſi autem illa tria concurrāt,tūc validatur cōtractus:& efficitur inexpugnabilis:nec poteſt peti abſolutio: niſi eſſet prohibitus contractus odio creditoris,vel induceret pactum non in iurante:ſed in creditore cui iuratur: vt cum promittuntur vſuræ cum iuramento, vel ſi fiat contractus per metum tunc enim licet iuramentum valeat mero iure,& ſit ſeruandum, aliàs incideret in periurium:tamen poteſt peti abſolutio ab epiſcopo: ne ſit iniquitatis vinculum.vt §.dixi.propria verò authoritate non debet venire contra iuramentum:tunc tñ iuramentū non firmaret

a contractum.' ideò mortuo iurante hæredes eius non tenerentur ſeruare:quia eſt perſonale ex parte iurantis, vt in c. veritatis. de iureiuran.Et hoc voluit Barto.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſori.in quarta ſpecie iuramenti.Sed quando non inducitur peccatum in creditore:quia nō eſt reprobatum in odium eius. tunc validat contractum; & ſic vires contractus tranſeunt ad hæredem:qui tenetur contractum ſeruare: & poteſt ad hoc compelli,ſi tamen non ſeruaret,non eſſet periurus:quia vires iuramenti quantum ad peccatum inducendum non tranſeunt ad hæredes,licet tranſeant quò ad vires contractus. Et hoc voluit Bart. not.in l.ſi.in penul.colū.§.de pac.& iſta dant tibi intellectum ad omnes infrafcationes quæ poſſent hic acciderere.Et iſtam materiam quatenus iuramentum habeat vires de iure canonico proſequitur Bart.no. in l.ſi qs pro eo.ff.de fideiuſ.Totus enim contractus quem ipſe ponit, cōcernit quatenus debeat intelligi ius-

10 cano.quando iuramentum ab eo vires habet. †Tertò principaliter quęritur quid ſi contractus poterat expugnari tam ex priuilegio minoris ætatis,q̄ etiam alia ratione & locū haberet etiā in maiore,pone exemplum ſi minor vēdidit rem immobilē ſine decreto,& fuit deceptus vltra dimidiam iuſti prætij: nam tanquā minor pōt dicere cōtractū nullum:& quia deceptus eſt vltra dimidiam; etiam ſi eſſet maior poſſet petere ipſum reſcindi beneficio l.ij.j.de reſcin. ven.iurauit ſimpliciter nō venire contrà:an expellatur ab vtraq; expugnatione'glo.fi.huius auť.in fi. mouet dubiū & remittit ad notata in d.l.ij.Doct. cōmuniter dicūt q̄ poſtquā erat minor,& iuramentū poteſt operari in expugnatione quā poterat facere quaſi minor,cū illa tantū operetur, & nō extēdať ad aliā quā poterat facere vt maior et hoc videtur ſatis p̄bari in tex.& gl.j.ſi ma.fac.l.j.in v.li. Tale enim iuramentū facit cēſeri ipſum fuiſſe maiorem,& his terminis contentum vltra nō progreditur:vt dixit gl.in ſimili in l. frater à fratre in ij. §.loſ.mag.ff.de conditio.inde. Sed ſi eſſet factus à vero maiore, poſſet expugnari per d.l.ij. ergo & nunc poterit ad hoc ergo vt nō poſsit debet dici expreſsè q̄ nō veniet cōtra rationē minoris ætatis,nec etiam alia quacunque ratione ex quo poſſet etiam vt

11 maior. †Sed quartò quæritur & vtiliter:an per ſtatuta terrarum

b poſsint tolli vires iuramēti,b & ānihilari.iſtud ēm quotidie videmus de facto.Breuiter aduerte:ſi q̄riť an poſsint tolli vires quæ cumulanť à iure ciuili:vt per l.j.codi.& per iſtā auť.& hic fateor de plano q̄ ſic ex permiſsione iuris ci.de qua in l. oēs populi. ff. de iuſt.& iur.quæ vult q̄ populi poſsint facere ſtatuta derogatoria iuri ci.infra ſuū territoriū:& quò ad ſuos ſubditos, & terrigenas. Et ſi quæriť an poſsint tollere vires iuramēti quæ cumulātur à iure canonico:quod fundaťin iure diuino:& cōcernit peccatū,& habuit reſpectū ad ſaluādas animas.Bart.fuit in hac opi. q̄ ſi ſtatu.dirigat p̄hibitionē in perſonā: vt ſi dicat q̄ nulla mulier,vel minor cōtrahat ſine tali ſolēnitate:aliàs cōtractus nō valeat,q̄ nō valebit:etiā ſi interueniat iuramētū:& q̄ tale iuramētum ſit ipſo iure nullū:nec ſit neceſſaria abſolutio fienda ab eō etiam de iure cano.& mouetur ipſe tali ratione:quia tunc faciēt contrauenit contra præceptum ſtatuti,ſeu prohibitionem:quod ſtatutum factū eſt à ſuperiore.i.à toto populo: qui eſt ſuperior cuiuslibet priuati:& ſic facit contra ius gentium:quod mādat vt ſuperioribus pareamus:vt in l.veluti.ff.de iuſt.& iu.& cōtra ius diuinū:quod mādat vt ſubditi obediant ſuperioribus: vt in epiſtola Petri.Subditi eſtote &c.& per conſequens peccat mortaliter:vnde non poteſt ſeruari iuramētum ſine interitu ſalutis ętern æ.i.ſine peccato.ergo etiam de iure canonico non eſt ſeruandum:vt in d.c.cùm contingat.& hoc ipſe ponit hic:& in d.l.ſi qs pro eo.in tertia ſpecie iuramenti.Si verò prohibitio non dirigať in perſonam:ſed in ipſum contractum:puta q̄ non valeat cōtractus minoris,vel mulieris ſine tali ſolennitate: tunc aut quærimus an poſsit auferre vires iuramenti de directo. q̄ dicendum eſt q̄ non.Vnde ſi ſtatutum diceret q̄ etiā non valeat ſi interuenit iuramentū,quātum ad hoc nō valet ſtatu.q̄ non poteſt tollere iuramentū, q̄ eſt hodie de foro canonico & ſpirituali. non de foro ciui:vt in c.fi.de foro compe.lib.vj.& ſic habebit locum ſtatutum quādo non interuenerit iuramentū.aliàs non habet locū. imò valebit cōtractus nō obſtāte expreſſa p̄hibitione & annullatiōe iuramenti:quia ſtatutū inducit peccatū,& ſicut per ius canonicū derogatum eſt legibus imperialibus annullantibus iuramentum:vt eſt l.non dubiū:ita & fortius derogatur ſtatutis terrarū:nam in his quæ cōcernunt animā' vel peccatum,laici ſubſunt iuri canonico:ſicut & iuri diuino:vt no.in c.ij.de regu.iuris libro.vj.Sed ſi quæritur an ſtatutum poſsit tollere vires iuramēti per indirectum:eſt dicendum q̄ ſic:vt ſi diceret q̄ contractus celebrati per minorem vel mulierē ſine tali ſolēnitate cenſeātur ſimulati,vel dolo vel metu initi: tunc iuramentum non valeret. nec haberet vires etiam de iure canonico:quia ſi ita verè eſſet q̄ contractus eſſet ſimulatus:& ſic non haberet conſenſum partiū etiam de iure canonico,per iuramentum non confirmaretur: vt no.in l.emptiōe.C.plus val.quod agi.qa careret ſubſtantialibus. de quibus per gl.in auť.quod eis.§.de nupt.Idē ſi verè eſſet celebratus per dolū vel metū:vt in c.j.de pac.lib.vj.tunc ergo authoritate iuris canonici tale iuramentum pōt ſperni. tanquam fuerit contractus verè ſimulatus,vel dolo initus: quia fictio ſtatuti idem operatur quod veritas.facit quòd no.in l.j.§.quòd ſenatus ff.ad ſille.& iſta ponit Bar.in l.omnes populi.de iuſt.& iu.in iij. q.principali.in qua tractat ſuper quibus poſsint fieri ſtatuta: dū poſtea inducit ea quæ dixerat ad q.de facto. in verſi.ecce aliam quæ.Bal.aūt plus videť dicere tam in iſta auť. q̄ in cor.vñ ſumitur.q̄ in l.nec patronis.j.de ope.li.& in multis aliis locis.q̄ ſtatuta poſſunt tollere vires iuramenti etiam de directo,ſtatuendo q̄ non valeat contractus,etiam ſi fuerit iuramento valiatus:qm̄ ſtatutum quod eſt lex quantum ad ſubditos ſtatuentiū, habet vim apoſtolici.i.Papæ,ſicut lex imperialis vbiq̄: vt dixit gl.in Ladigere.§.quāuis.de iure pat.& ſicut apoſtolicus.i. Papa pōt 'iura-

d mentū tollere & annullare ex cauſa, ita & Imperator per l.ſuſc vt patet in iſta auť.in ver.[per vim autem.]maximè & ſimiliter ſtatuentes in ſuo territorio:quæ opi.licet de facto ſeruetur vbiq̄ falſa eſt per ea quę dixi §.q̄ per ius canonicū ſunt leges correctę quæ annullāt iuramentū & iſta auť.in hoc nō ſeruaretur de iure canonico:inquantū annullat iuramentū factū per metum: quia nō eſt nullū ipſo iure:vt dixi ſuper tex.& illa gl.quam Bal. allegat in

c

gat in §. quãuis, habuit respectũ ad ius ciuile. qđ etiam annullare 1
poterat iuramentũ, & annullabat: sicut hodie põt Papa. Sed ho-
die nõ põt annullare: quia in hoc Imperator subest Papæ: & le-
ges imitãtur canones. Similiter cõsideratiões Bar. nõ sunt bonę.
primò eñ dũ dicit nõ valere iuramentũ qñ ꝓhibitio dirigitur in
personã: hoc est expresse cõtra tex. in l. ĩj. ff. de reb. eo. vbi in ꝑso-
nam dirigit tutoris & minoris: & tñ valet iuramentũ etiã de iure
ciuili ista aut. & fortius de iure canonico, nec est bona ratio quòd
dic facies cõtra peccet mortaliter: qa hoc ꝓcederet: qñ ꝓhibitio
vel ꝓceptũ nõ cõcerneret merũ fauorẽ illius cui fit: sed alterius,
vel fauorẽ publicum. Sed quando fauorẽ illius tm̃, dicit potius
cõsilium quã ꝓceptũ. vt in l. ĩj. in fi. ff. man. Sed facies cõtra cõ-
silium. I. vel superioris nõ peccat: & ita pluries cõsului de facto:
& vidi alios cõsulẽtes: & etiã do. Rapha. adhæret huic opi. dicẽs
se vidisse cõsilia contra Bar. etiã canonistarũ. Similiter alia consi
deratio an tollat per directũ, vel indirectũ: nõ est bona: qa si non
põt directò, nõ põt per indirectũ: vt in c. cum quid vna. de regu.
iur. lib. vj. & in l. scire oportet. de tu. & cura. da. ab his. sic ergo de
iure concludendũ est statuta nullo modo posse tollere vires iu-
ramẽtiquas habes à iure canonico. dũmodo cõcurrant illa tria:
de quibus suprà dixi. † Vltimò quæritur an sit necesse qñ minor
annus vel mulier de nõ veniẽdo contra, ꝙ certiorentur de modis
per quos ꝑñt venire cõtra. Dy. cõsuluit ꝙ sic. aliàs dixit iuramẽ-
tum nõ valere: sic nec valeret renũtiatio iuris, quod quis ignorat
sibi cõpetere: vt in l. qui cum tutoribus. ff. de trãsa. & idem tenet
Cy. in l. ĩj. de rescin. ven. Bar. tenet cõtrariũ tñ rõnes suæ nõ sunt
multũ vrgentes: ego aliqñ tenui cõtra eũ per Dyn. postea reperi
Archi. & Io. An. in c. ĩj. de pac. lib. vj. qui tenẽt expresse idem qđ
Bar. dicẽs eñ quod licet simplex renũtiatio nõ teneat nisi fuerit
cuis certificatus de iure cui renũtiat: tñ iuramẽtũ bene tenet: qa
nõ tollit ius expugnãdi virtute renũtiationis tacitè vel expresse
qa si hoc esset nõ posset præstari à minore: qui nõ põt iuri suo re
nuntiare: & tñ contrariũ est: vt in ista aut. sed tollit ius expugnã-
di ꝓpter religionẽ iuramenti. ne incurrat qs peccatũ: & ista ratio
locũ habet etiã si nõ sit certioratus: ĩputet eñ sibi quare nõ fecit cer
tiorari: & quare iurabat antequã certioraret: debebat enim scire
vim iuramẽti: & nesciẽdo peccat contra ius naturale: & sic sibi
nõ subuenitur. Cętera vide hic per Doc. & in cor. vnde sumitur
Nam in istis paucis quæ dixi consistit tota vtilitas huius tracta-
tus. Multa enim & infinita dicunt Canonistæ circa materiam iu
ramenti, maximè Moderni in d. c. cum contingat. ad quæ pote-
runt capi addi per illa pauca quæ dixi.

Si aduersus uenditionem pignorum. *Rubrica*

Pignus quotuplex sit

Titulus præcedens loquitur quãdo minor petit restit. aduer-
sus rei suę vẽditionẽ factã per se, vel per alium eius nomine. Sed
hic tit. quãdo fuit facta per aliũ ratiõe iuris quod habebat in illa
re puta pignoris: & sic nomine ipsius vẽdẽtis. † & debes scire ad
euidentiã quod triplex est pignus. s. conuentionale, qñ ipse debi
tor obligat rem creditori. Item ꝓtoriũ qñ creditor in cõtuma-
ciam debitoris se nõ defendentis, mittitur in possessionẽ bono-
rum suorum ex primo decreto. Nam ista missio pignoris vocat
& dicitur prætorium, quia fit authoritate edicti prætoris. de quo
in tit. quib. ex cau. in pos. ea. & postea vendit ex secundo decreto
debitore latitante: vt in tit. de bo. autho. iu. pos. Item est pignus iu
diciale, ꝙ capit post ĩniam condẽnatoriã, quæ trãsiuit in rem iu-
dicis pro exec. ipsius: vt in l. à diuo pio. §. si pignora. ff. de re iud.
& si in cau. iud. in rubro & nigro: & in oĩbus istis pignoribus
potest loqui iste tit. An minor facta venditione pignoris per credi-
torem, possit eam rescindere per resti. in inte. & dubiũ erat, quia
dicit actus non est gestus per eum, sed per alium maiorem, & iure
suscedit edictũ prætoris de mino. cõcedens resti. loquit de gestis
per ipsum minorem: vel cum ipso, seu cum eius administratore
legitimo, vnde non videbatur restituendus. tamen restituitur se
cundum ea quæ dicam in l. j. & ĩj. & aliquando non restituitur:
vt patet in d. l. ĩj.

1 ✠ *Pignus quotuplex sit*

2 ✠ *In pignore conuentionali uenditio per creditorem minoris fit resti. etiam pro mo-
dico damno licet non pro minimo, etiam si non intercesserit fraus: & quid in alijs
contractibus.*

LEX I.

ETiam. † Minor aduersus vẽditionem pig. ꝓtorij restituit si patitur ma- a
gnũ detrimẽtũ, vel ĩmoderatè læsus est: aliàs secus. h. d. b
Adde vel si fraudem participauit creditor
cũ emptore: & tũc etiã pro paruo dãno re-
stituit: licet nõ ꝓ minimo: vt glo. per l. ĩj. j. de
ꝓd. mi. & est spãle ꝓpter authoritatẽ iudicis
quæ interuenit in tali pignore & vẽditione
vt nõ det restõ: nisi in dictis duobus casibus & eadẽ ratio in pi- 2
gnore iudiciali: sed in cõuẽtionali † vbi nõ interuenit authoritas
iudicis in pignore restituẽdo: fit restitutio etiã pro modico dãno
licet nõ ꝓ minimo: licet etiã nõ interuenerit fraus: & iste est intel
lectus glossarũ, quẽ sequuntur Bart. & Bald. & Ia. sed Pet. quem
sequit Cy. dicit nõ esse siẽdã differẽtiã inter pignus prętoriũ * & a
iudiciale ex vna parte: & cõuentionale ex altera, qa in nullo ex
istis pignoribus restituit minor aduersus vẽdi. eius: nisi pro ma-
gno dãno, & fraudis cõsilio: licet aduersus venditionẽ factã per
se: & aduersus alios cõtractus restituat etiã pro modico damno:
& etiã si nõ interuenit fraudis cõsiliũ: sed re ipsa: & ratio diuersi
tatis est: vt minores reperiant creditores in eorum negotijs agen
dis: quia si fieret restõ pro modico damno, verisimilè est ꝙ non
reperiret creditorem cum sibi expediret. arg. in l. & si sine. §. Idẽ
faciunt. ff. de min. & istam opi. sequitur d. Raph. est satis pulchra
& mihi placet: licet cõmuniter teneat ꝓcedens: & ista lex de-
bet intelligi eo casu quo pignus incœpit à minore, vel si incœpit
à maiore cui minor successerat, & fuit postea aliquid gestũ cum
minore, aliàs nullo modo fieret restitutio in pignore prætorio,
vel conuentionali: sed ageretur contra creditorem, vel contra
administratorem: vt j. l. proxi. nisi in subsidium eis existentibus
non soluendo: quia etiam maiori succurreretur aduersus empto
rem: vt j. si vendi. pig. agatur. l. j. dummodo emptor non fuerit in
mala fide: vt ibi patet.

a ✠ Differentiam inter pignus ꝓtortũ. Adde Pau. de Cast. in l. j. ff. de pign. act. & Abb. in c. cum aliquibus. de re iudi.

b ✠ Ignorauit rem esse emphyteuticam. Ad de doct. in c. potuit: de loca. & Iason dif fusè in l. ĩj. C. de iure emphy.

1 ☞ *Hæres emphyteutæ si ignorauit rem esse emphyteuticã: & ideo non soluit canonẽ intra tempus, & sic res incidit in commissum: qualiter possit restitui ex clausula ge nerali si qua mihi iusta causa &c. & nu. 1.*

2 *An minor restituatur aduersus uenditionem rei suæ, factam à creditore iure creditoris & possit rem ab emptore auocare.*

LEX II.

REm quam. † Minor aduersus vẽditionem pi- 1
gnoris (quæ habuit originẽ à ma-
iore cui ipse successit) non restituitur si nihil gestum
fuit cum eo: sed contra creditorẽ, vel eius administra-
torem sibi succurritur, si non fuerint in dolo, vel in culpa. hoc. d.
Supple ꝙ in subsidium illis repertis nõ soluẽdo restitueret, etiã
aduersus ven. quia etiam maiori succurreretur, si emptor fuit in
mala fide: vt in l. j. j. si ven. pig. aga. In tex. ibi: [distraxit,] dic. s. ex
pacto facto cũ prẽ vestro, ꝙ nisi restituat pecunia ĩtra certũ tps
posset creditor vendere: si pecunia non fuit soluta. Vnde credi-
tor vendidit post mortẽ patris vobis non reqsitis: qa nec reqrere
tenebat. vñ nihil fuit gestũ vobiscũ. Sed si tale pactũ nõ interue-
nisset, tũc dictus creditor nõ poterat vẽdere nili vobis hęredibus
debitoris ter reqsitis ꝙ soluatis sibi pecuniã: vt l. si conuenerit. ff.
de pig. act. Si ergo reqsiti nõ soluistis: tũc qa vẽditio fit ꝓpter mo
rã vestrã, & vobiscũ fuit hoc negotiũ gestũ: licet pignus incœpe
rit à maiore. possetis restitui aduersus vẽditionẽ etiã ꝓ paruo dã
no, licet nõ ꝓ minimo, si pignus erat cõuẽtionale. vel ꝓ magno,
si erat ꝑtoriũ: vel tenẽdo opi. Pe. nõ nisi ꝓ magno: & ita intelligit
gl. istã legẽ: & ita limitat in l. si cũ militaribus. j. de test. mil. Qñ au
tẽ nihil fuit gestũ cũ minore cessat ætas: & nullo mõ fit restõ,
vt in l. Emilius. ff. de mi. qđ est verũ ex edicto de min. sed ex edi-
cto q. ex cau. ma. & ex clausula gñali si qua mihi iusta cã. de qua
in l. j. in fi. e. ti. bñ possent isti minores restitui, ẽt qñcũq; cũ eis ni-
hil fuisset gestũ. si ignorauerũt pignus fuisse datũ cũ tali pacto,
ꝓ id qđ hr̃ in l. cũ filius. §. in hac. ff. de ver. obli. per Dyn. † & eadẽ 2
rõne si hæres emphyteutæ ignorauit rem esse emphyteuticam, b
& ideo nõ soluit canonẽ intra tps: & sic res incidit in cõmissum
põt restitui ex dicta clausula, etiã si sit maior ꝓpter iustã ignorã-
tiã. Sed si sciuit, & erat minor, an ex priuilegio ętatis possit resti-
tui? dubiũ: qa negotiũ fuit inchoatũ cũ maiore, & nihil gestũ fuit

cū eo quia tempus præfixum à iure interpellabat. In cōtrarium videtur ꝙ illud tempus nō currat hodie minori j. in quib. cau. in integ. resti. nō est necess. l. fi. Dic vt l. si ex causa. §. si in cōmissum. ff. de mino. † Ex prędictis recollige distinctionē bimembrē. quā facit glo. cū quærit an minor restituatur aduersus venditionem rei suæ factā à creditore iure creditoris, & posset rem ab emptore auocare dic ꝙ aut pignus incepit ab ipso minore: & tunc distinguit inter prætoriū & iudiciale ex vna parte & conuentionale ex altera: vt in prin. gl. vsq; ibi. [sinautē à prædecessore:] & istam partem cōmuniter tenēt doct. licet Pe. dicat nō esse fiendā talem distinctionē sed indistinctè quodcūq; pignus sit, non dat restitutio, nisi pro enormi damno, vel fraudis consilio: vt minores facilius reperiāt creditores: & dicit Cy. ꝙ ista opi. est ipsa verittas. Quando aūt incepit à maiore. Glo. recitat quatuor opi. sed reiectis tribus primis tene vltimā, quæ fuit Azo. ꝙ tunc nullo modo restituit minor aduersus talē venditionē, quod tamen limita tribus modis: quod patet ex his quæ s. dixi. Prima limitatio est qñ aliquid fuisset gestū cū minore: qa restituere. per gl. q̄ est in l. si militaribus. j. de testa. mili. Secūda est qñ nollet restitui tā quā minor sed tanquā maior, ꝓpter iustā ignorātiā: qa tūc posset etiā si cū eo nihil fuisset gestū per not. in l. si filius. §. in hac ff. de verb. obl. Tertia limitatio est, qñ creditor vel administrator non esset soluendo, & emptor participasset ei fraudē: quia tūc in subsidium restitueretur aduersus emptorē per l. j. j. si ven. pign. aga. extra istos casus habet locum ista lex & l. Emilius. vt nullo modo restitutio concedatur ad rescindendam venditionem.

Si aduersus donationem &c. *Rubrica.*

☞ Sponsalitia largitas non fit nisi in rebus mobilibus.
In actu gesto per minorem, si tutor uel curator est præsens, absque eo quod loquatur (dummodo intelligant quod agitur) an hoc ipso uideantur authoritatem præstare.

LEX I.

SI quæ. † Minor nō restituitur aduersus donationem factam sponsæ ante nuptias, dū modo sit moderata. h. d. Et ratio est, quia videtur vsus iure communi, cum fecit illud quod communiter omnes faciunt ergo &c. vt s. de in integ. rest. l. fi. In tex. ibi. [congruenti &c.] dic & sic loquitur de sponsalitia largitate quam facit sponsus sponsæ de futuro, quia contractis sponsalibus mittit sibi munera consueta: & statim efficitur pleno iure ipsius sponsę: nec indiget talis donatio confirma. quia facta est ante contractum matrimonium: & sic non ob. tit. de don. inter vi. & vxo. nec ista donatio reuertitur postea ad virum sol. ma. Sed pertinet ad mulierem, vel eius hæredes: ideo debet esse moderata, aliàs videretur læsus: & posset restitui: non autem loquitur de dona. propter nup. quæ fit in recompensationem dotis. & sol. mat. reuertitur ad virum, sicut dos ad mulierem: nam si ita quantūcūq; magna sit, non dicitur maritus lædi ex ea: non indiget insinuatione: vt in glo. quæ incipit [hodie:] & potest fieri etiam in rebus immobilibus: dum tamē (si erat minor) interniat authoritas curatoris. vt in l. lex quæ tutores. j. de admi. tut. & ibi no. & etiam decretum iudicis. vt in. l. prædia. j. de præd. mi. † Sed sponsalitia largitas non fit nisi in rebus mobilibus & tunc non est necessarium decretum iudicis: in immobilibus autem non fit quia esset necessarium iudicis decretum: & hic nō subesset iusta causa, propter quā deberet interponi: cum illa donatio non redeat ad maritum secundū Iac. But. † In text. ibi. [etiam curatore præsente.] innuit iste text. ꝙ sufficiat præsentia tutoris vel curatoris in actu gesto per minorem, absq; eo ꝙ loquantur dummodo intelligant quod agitur: & hoc ipso videantur authoritatem præstare: & hoc quidam dixerunt. Sed contrarium tenet glos. in l. etiam. ff. de aut. tu. ꝙ imò requiratur quòd loquātur. Et de hoc etiam in l. vbi non voce. de reg. iur.

☞ Postquam donauit tibi rem, & dominium in re transtulit: no possum illam rem alteri donare in præiudicium tui, nec tibi dominium auferre, uel donationem reuocare.
Donatio facta à minore de re immobili cum decreto iudicis, an ualeat?
Maior si consentiat alteri maiori, rem ipsius consentientis uendenti, an per dat ipse consentiens dominium?
Actus quando est nullus, restitutio in integrum non est necessaria.
Adultus, an possit donare res suas mobiles?

LEX II.

SI in te ac. † Minor consentiens rem ipsius minoris donari alteri sine decreto iudicis, præiudicium sibi non parat: sed si mobilē, parat: sed restituit. h. d. In tex. ibi. [abstulit.] † Not. ergo ꝙ postquā donaui tibi rem, & dñiū in te trāstuli, nō possum illā rē alteri donare in p̄iudiciū tui: nec tibi dñiū auferre, vel donationē reuocare. † In tex. ibi: [ppter senatusc̄ōsulti authoritatē:] dic ꝙ requiritur decretū iudicis in alienatiōe rei īmobilis ipsius minoris: qđ hoc nō interuenit, sic ergo nō pōt alienare rem suā, sine certa solēnitate: sic ergo innuit hic ꝙ si in hoc cōsensu interuenisset iudicis decretū, valeret alienatio. Sed in cōtrariū v̄ tex. j. si ma. fa. ra. l. ij. & l. fi. ver. cū aūt. vbi dicit ꝙ donatio facta à minore de re immobili, etiā cū decreto iudicis: ipso iure nō valet. Nam nō sufficit decretū iudicis: nisi etiā subsit iusta causa æris alieni exoluendi: vt in l. magis puto. §. pe. & l. si præses. de reb. eorū. ergo debet hic sumi ar. à cōtrario sensu: postquā reperit contrarium in iure: vt no. in l. cōuēticulā. §. de epis. & cle. † Colligit etiā hic arg. ꝙ si maior cōsentiat alteri maiori vēdenti rem ipsius cōsentiētis, perdat ipse cōsentiens dñium: nō ergo videt cōsentire vt pretiū habeat: sed animo donādi: vide quod not. Bar. in l. dotē. ff. io. matri. Quid si cōsentio tibi vendenti rem meā? dic vt in l. si fundū per fideicō. de leg. j. † In tex. ibi: [nec auxilium] Not. ꝙ qñ actus est nullus, resti. in integ. nō est necess. in l. in causæ. in prin. ff. de min. Poterat aūt hic esse ratio dubitādi ex duplici capi. primò, qa iste donās erat pater: & inter patrē & filiū præsumit animus donādi de leui: & quia ipse donauerat istis filijs. Vnde in recōpēsatione primæ donatiōis videbat ꝙ iste donatarius posset cōsentire patri rem illā alteri donāti. per l. si verò nō remunerādi. §. inde Papi. ff. man. Sed hic patet contrarium. † In text. ibi: [in alijs verò rebus.] subaudi immobi. Sic ergo non: ꝙ minor pōt donare res suas mobiles: & valet donatio, sicut potest hic consentire alteri ꝙ eas donet. Quod puto verum, si non habet curatorem: sed si ipsum habet: tunc requiritur authoritas: & hic nō subest iusta causa interponendi authoritatem: quia donare est perdere. Et ideo non valeret donatio: siue interueniret authoritas: siue non: quia perperam interposita esset: & hoc probatur. ff. de cura. furi. l. ab agnato.

Si aduersus libertatem &c. *Rubrica.*

☞ Sententia diffinitiua potest dici decretum.
Iudex qui restituit minorem aduersus sententiam, non decidat litem quæ uertebatur inter minorem & eius aduersarium, sed eam restaurat.
An tunc partes habeat necesse inchoare nouum iudicium, uel prosequi uteretur instantiam & actas?
Aliud est pronuntiare quem liberum, & aliud est pronuntiare quem liberandum.
Aliud est pronuntiare quem deportatum, aliud quem deportandum.
Aliud est absoluere, aliud pronuntiare absoluendum.
Licet ex formi statuti iudex in ultimò mense sui officij non possit aliquem absoluere ab inquisitione uel accusatione, poterit tamen pronuntiare absoluendum: & an tenebit talis absolutio?
Si consultor cui commissa est causa consulenda per iudicem, consulat talem fore condemnandum, uel absoluendum: & iudex postea uiso consilio dicat pronuntio in omnibus & per omnia secundum formam consilij: an uideatur condemnasse, uel absoluisse?

LEX I.

SI post. † Aduersus sententiam qua pronuntiat minorem teneri ad libertatem dandam, potest minor restitui: si per eam lædatur: sed postquam libertatem dedit, licet indebitè, non restituitur ad ipsam retractandam: sed contra tutorem vel curatorem ei succurritur, si fuerūt in dolo, vel in culpa. h. d. in effectu ista l. In text. ibi [post decretū.] dic vel sniam diffinitiuā vt j. patet in ver. [pnūtiauit.] † & sic no. qđ diffinitiua snīa pōt dici decretū. In tex. ibi. [debet pnūtiauit.] dic & malè: qa ille seruus non debet manumitti. nisi cōditione impleta: qa ita fuerat sibi relicta libertas, si tibi hæredi daret x. & ille nō dederat: & sic non debebatur sibi libertas, & iudex prountiauit contrarium. Per quod videtur remississe conditionem: vt debeat purè: quia non dicitur deberi quod sub conditione debetur. cum interim nulla sit nata obligatio: nec etiā illud cui pōt obstare exceptio dicit deberi. facit l. eum qui. §. si mulier. ff. de iureiu. per quem patet ꝙ illud verbum deberi: intelligitur cū effectu: & sic nulla obstāte exceptiōe. † Itē in tex. ibi. [licta instaurationē admittit.] No. ꝙ iudex q̄ restituit minorē aduersus sententiam

siam, nō decidit litē quæ vertebat inter minorē & eius aduer-
sarium,sed eā restaurat qa rescindit sniam:& ipsi redeūt ad litē quę
erat sopita p sniam.& in hoc differt à iudice appellatiōis,q deci-
dit negotiū principale.Nā p solā interpositionē appellatiōis snia
erat tā rescissa.vñ nō est opus q̄ iudex appellationis eā amplius
rescindat.debet ergo p̄nūtiare sup negotio principali.aliàs nihil
faceret.ie per imploratiōnē restōnis in integrū suia adhuc rescis
sa nō est. vnde satisfacit iudex si eā rescindat: & super negotio
principali reponat partes in primo statu:& hoc est vtile: qa fuit
implorata restitutio corā superiore, q nō erat iudex ordinarius
in causa.ideo remittunt partes ad ordinariū iudicē,vt iterū reco
gnoscat,& sentētiet inter eas,qđ nō debet facere iudex appel. &
sic restituit in integ.nō deuoluit negotiū principale ad superiorē:se
4 cus in appellatione.quod tene mēti.& hoc tangit hic Cy. † An
dūc habeat necesse partes inchoare nouū iudiciū,vel p̄sequi ve-
rē instātiā,& acta:tetigi.§.si aduer.rē iud.l.j.& etiā Bar.ibi tan
git ante fi. Pro declaratiōe gl.quæ incipit. [per in integ.restit.]
Op.cōtra primū dictū q̄ ille minor nō habet necesse petere resti
tutionē aduersus illā snīam,cū p eā nō sit læsus.nā dū p̄nūtiauit
libertatē deberi,& ip̄m teneri ad manumittēdū,licet nihil dixe-
rit de cōditiōe,subintelligit illa cōditio.s.dūmō prius īpleat cō-
ditionē de dando x.prout colligitur ex ll.quas allegat glos.ff.de
rebus.ven.l.pe.& si quis omis.cau.test.l.quia aūt.§.fi. Gl.respon
det q̄ hoc debet intelligi qñ dixit expresè in snīa q̄ debeatur li
bertas,ablq; eo q̄ det x.aliàs p̄cederet cōtrariū quod est diuina-
re.vnde Cy.secundū Pet.dicit q̄ verba sentētiæ nō patiuntur in
tac.talē cōditionē inesse.pronuntiauit enim libertatem deberi.
quod non potest intelligi nisi purè:quia (vt supra dixi) qđ de-
betur sub conditione vel in diem,nō p̄riè debet:ideo per hāc
sniam omne obstaculū videt remotū.In ll.aūt cōtrariis verba po
nūtur pari talē cōditionē inesse.Et pro hoc allego bonū text.cum
gl.quē ipsi nō allegāt in d.l.eum qui.§.si mulier.ff.de iureiur.vbi
de directo fit illa distinctio.facit.l.Mæuio.§.à me.de legat.ij.vel
aliter secundū alios,aut per illum minorē hæredē fuit opposita
exce.q̄ nō debeat libertas nisi cōditiōe īpleta,& hoc nō obstāte
iudex p̄nūtiauit libertatē deberi:tūc sine dubio vī illā exceptio
nem repulisse per l.q̄ in diē.§.si rōnē.ff.de cōpē.& tūc esset ipsius
talis exceptio nō fuit opposita,& tūc redeas ad præcedētē di
stinctionē,tūc aut iudex fuit vīus talibus verbis quæ nō p̄nt se-
cum cōpati talē tacitā cōditionē,& idē:vt in hac l.aut poterāt pa
ti.& tūc subintelligit cōditio,dūmō prius cōditionē adimpleat
per Lqūuis.& ad hoc bene facit.l.si duo.§. Marcellus.ff.de iure
iur.vbi si iurauit te mihi vēdidisse rē,& sic habeo actionē sicut si
fuisset p̄nuntiatū,tñ subintelligit dūmodo pretiū soluat.licet de
ipso nulla sit facta mentio in snīa vel iuramento. Debes aūt sci-
re q̄ oppositæ exceptiōe iudex debebat reum absoluere, cū ante
conditionē nō sit nata obligatio.l.qui hæredi.in fi.de condic. &
demonst.iuncta l.bouem.§.quæ sub conditione.ff.de ædil.ędic.
sed exceptione non oppo.si constabat sibi vt iudici libertatē de-
beri sub conditione, vel in diem, poterat pronunciare eam debe
ri adueniente die,vel condi.ar.l.quod si in diē.in prin.ff.de peti.
hæ.quod not.Barto.j.de excep.& per Bald.in.l.exceptionem.
facit.l.j.§.illud.ff.de fideicom.liber.Oppo.vltimò q̄ etiam ad-
uersus sententiam (licet non sit secuta manumissio) non possit
restitui vt j.eo.l.fi.Sol.aduersus sententiam, qua pronuntiatur li
bertatē deberi in futurū,potest restitui:vt hic:sed aduersus illam
qua p̄nuntiat libertatē iam competere,vel competīsse,non pōt
restitui sicut nec contra manumissionem: vt in l.contraria.licet
enim talis sententia non det libertatem:sed declaret iam datam:
eiusdem tñ virtutis est cuius est ipsa manumissio,per quam da-
tur libertas,† & hoc vult illa glos.in fi.quæ semper allegatur q̄
aliud est pronuntiare quem liberum,& ad aliud quem liberan-
dum.Sic aliud p̄nuntiare quem deportantū,aliud quem depor-
tandū.Item aliud est absoluere aliud pronuntiare absoluendū.*
† Et per hoc dicunt doct.q̄ licet ex forma statuti iudex in vlti
mo mense sui offic.cū non possit aliquem absoluere ab inquisitio
ne, vel accusatione,poterit tamen p̄nuntiare absoluendum. Et
1 illud pluries vidi de facto.Nec per hoc incidet in pœnam statu
ti.Et si snīa transiuit in rem iudicatam, successor eius tenebitur
absoluere.Vel fortè dicendum est q̄ illud videat factū in frau-
dem statuti,& sic illa p̄nūtiatio non sit seruanda:sed habeat suc
cessor videre an veniat absoluēdus,vel cōdēnandus.& hoc plus
placet.Ideo & iudex nō incidit in pœnam
statuti cum sua pronuntiatio nō sortiat effe
7 ctum.† Item inducit q̄ si consultor cui cō-
missa est cā cōsulenda per iudicē, consulat
talem fore condēnandū,vel absoluendū:&
iudex postea viso cōsilio dicat p̄nuntio in
omnibus & per omnia secundū formā con
silij:q̄ ille nō videat cōdēnatus,vel absolu
tus:cū cōsultor nec absoluat nec condēnet
per verba sua:sed declaret cōdēnandū vel
absoluendū per iudicē.Non debet ergo iu-
dex ita loqui:sed debet dicere cōdēno vel absoluo , qa cōsultor
fuit locutus per verba futuri tp̄is:cū p̄ præsentia loqui nō possit
qa nō p̄tinebat ad eū cōdēnatio vel absolutio:sed iudex ad quē
pertinet,debebat loqui per verba præsentia.Sed Io.An.in addi.
Spe.in tit.de excep.& repli.§.viso.videt tenere talem pronūtia-
tionem iudicis non valere:cum debeat continere condemnatio
nem vel absolutionem,& non contineat.ar.j.de senten.l.cum iu
dex.Tu dic secundū Iac.de Are.q̄ imò valet,& quod iudex vi-
detur fecisse illud quod consultor dixit ipsum debere facere:vi-
delicet q̄ condemnauerit vel absoluerit:& sic dicta sententia tal
tem æquipollenter continet condemnationem,vel absolutionē.
Quod etiam tenuit quidam vocatus Ioan.Facioli de Pisis anti-
quus doct.& etiam Bar.consuluit vt res potius valeat quàm pe-
reat.facit l.fundus.ff.de rescin.ven.

2 *Modus quid sit*

¶ Absoluendū. Adde circa hoc Bart. & ibi con. in l. fundus. ver. vlti. ff. de rescin. ven. Lu. Ro. in ru. de arbitri. Alex. latè in l. j. §. si qs ita. col. iij. in fin. ff. de ver. obl. Ang. in cōs. ccxix. Et an talis snīa dicat cōdēnalis. p eundē Pau. de Ca. in suo cōs. xv. scip. p clariori. Fran. Da.

LEX II.

1 ET si minor. †Dolus manumissi nō reddit da
tionē libertatis nullā:sed facit cō-
tra ipsum cōpetere actionē ad interesse:& ætas manu
mittētis nō facit vt det restitutio aduersus libertatē iā
2 datā.h.d.Ad euidētiā debetis scire. † In tex.ibi. [in cōcilio.] gl.
exponit.i.cā cognita:qa tūc ibi fit cōgregatio,& inde traxit no-
men cōciliū prælatorū:& illud est vocabulū latinū. & dicit etiā
synodus & hoc est græcū.& ita dicit decretū.dist.xvij. vel xviij.
Minor eū xx.ann.per l.e:iescentiam non poterat manumittere
seruum suum,nisi coram iudice,& causa cognita:& tunc dicebā
tur facta in concilio,& vindicta illa manumissio.ff.de ma.vin.in
rubro & nigro.& quid sit vindicta ibi no.

3 *Iudex qui cognouit de causa ciuili, potest incidenter reperto crimine circa contin-
gentia causæ ex officio suo & extra ordinem delinquentem punire*

3 *Iudex maleficiorum, potest incidenter de causa ciuili cognoscere.*

LEX III.

1 QVos retrahi. †Libertas non legitimè data: po
test à minore retractari . quate-
nus de facto processit.secus si legitimè data esset.h.dicit.
Defectus ergo solennitatis reddit actum nullum,sed si
nō deficit solennitas:licet ex actu minor lædatur,qa valet actus
nō facit fauor ætatis ipsum rescindi:quia maior fauor est liberta
tis,quā minoris ætatis:& bene patet hic illud quod hic dicit glo.
in l.j.§.si aduer.ven.in gl.fi.quod fortius est ius cōmune quam
priuilegiū.qñ em̄ deficit solēnitas:ius cōmune est in omnibus q̄
actus sit nullus,sed qñ actus est validus, q̄ debet rescindi, hoc
2 nō est in priuilegio ætatis,vel absentiæ.† Allegat etiam tex.in fi.
q̄ iudex qui cognouit de causa ciuili, potest incidenter reperto
crimine circa contingentia causæ ex officio suo,& extra ordinē
3 delinquētem punire.facit l.nullum.j.de testi.† Sic econtrà iudex
malefactorum potest incidenter de causa ciuili cognoscere:nam
si condemnat furem ad furcas,potest etiam ipsum condemnare
ad restitutionem rei subtractæ.facit.l.quod euitandi.j.de condi.
ob tur.cau.& l.interdum.§.qui furē.& ibi no.per Bar.ff.de furt.
& per Cyn.in l.quoniam multa facinora.in fi.j.ad l.Iuliam.de vi
publi.& per Inno.in c.cum oporteat.de accu.

LEX IIII.

1 IN iudicio. †Aduersus sententiam qua pronū-
tiatum est quem esse liberum , non
potest minor restitui.sicut nec aduersus dationē liber-
tatis.h.d.dic vt in l.j.§.eodē. etiam hic est casus q̄ for-
tius est ius commune appellationis,quàm priuilegium speciale
restitutionis in integ.

Si aduersus transact.uel diuisi. in integrum mi.re.uelit. Rubrica.

¶ Quia actio. Adde Bal.in l. si cõuenerit. la.ñ.1 secundo notabi li.ff.de pig.act.Ang. in aut. de non alie.§. hoc ergo.v.no. Bar. & ibi Doc.in l à Diuo pio §. in venditio ne.ff.de re iudi.Alex. de Imo.i cõsil. xxvij. & in consil. xlix. in iij. volu. Franc. Cur.

☞ *Actio quando reputetur mobilis uel immobilis?*

2 *Restituto minore qui erat reus, restituitur aduersarius eius ad pristinam actionem, & quando aduersarius non restituatur?*

4 *Restituto minore in iudicio, ad probandum aduersus lapsum dilationis: an restituatur etiam aduersarius eius, ut etiam possit probare?*

LEX I.

1 CVm in integrum. †Si minor quia egerat & postea transegerat, restituatur aduersus transactionem, actio prima sibi restituitur.h.d.secũdũ primã lec. quod intellige.vt si erat per trãsactionẽ in totum sublata:qa liberauerat aduersariũ p acceptilationẽ, restituit sibi vtilis prætoria: q̃ prius erat directa & ciuilis & dicitur rescissoria.& durat anno.vt in l.in honorariis.§.sed cũ rescissa.ff.de acti. & obli.licet prior directa esset perpetua. Si verò actio prima nõ erat ipso iure sublata,per restitutionẽ acquirit replicationẽ. vt in l.proxima.& sic poterit intentare primã directã: & sicut illa est perpetua,ita & replicatio est perpetua: quæ venit ad corroborationẽ ipsius & secũdũ illã lect.primã procedit glo.ij. quæ incipit [distingue.]tũc illa glo.cadit super hãc l.quia text.præsupponit q̃ valuerit trãsactio.& gl.op.q̃ nõ potuit valere sine decreto iudicis,si agebat minor de re immobili:vt in ti.de rebus eorũ. †Et 2 soluit q̃ illud esset verũ si ageret de re immobili, etiam actione personali ad rem sibi debitã quia sicut ipsa res est immobilis ita & actio personalis cõpetẽs p̃ ipsa,reputatur immobilis quę glo. semper allegatur sed si agebat de re mobili:tũc potuit tranligere 3 sine decreto iudicis qa actio ' reputat mobilis.ppriè aũt loquendo actio cũ est ius incorporale,nõ põt dici mobilis, vel immobilis,sed facit tertiã speciẽ:vt in l.quã tuberonis.ff. de pecu. sed q̃n expedit ipsam æquiparari rei mobili vel immobili. & cũ quæritur an possit alienari sine decreto:tũc seruanda est distinctio ipsius 5 glo.& de hoc vide p Bar.& Dy.in l.nõ potest.ff.de aut.tut. †secundũ aliã lect.dicit q̃ restituto minore qui erat reus,restituitur aduersarius eius ad actionem pristinã.h.d.quod intellige eodem modo quo suprà dixi & hoc probat in l.seq.quæ venit ad declarationẽ istius lect.& in hoc ista l.differt ab illa: & tũc formatur vnũ cõtrariũ in j.glo.quæ respicit illã lec. in l.cũ minor.ff. de mino.Solue ergo illud cõtrariũ de l.cũ minor. q̃ hic aduersarius q̃ trãsegerat cũ pupilla perdiderat actionẽ per transactionẽ, aduersus quã pupilla fuit restituta quia restitutio in integrũ debet oĩa reponere in eodẽ statu l.q̃ si minor §.restitutio.ff.de mino.sed in l.contraria perdiderat propter aliud quod non erat connexum trãsactioni aliàs esset idẽ quod in præcedẽti l.etiã ff.e.item intellige hãc l.quãdo aduersarius istius minoris nõ fuit in dolo, aliàs restituto minore nõ restitueretur aduersarius eius.vt ff. de solu. l.qui res post prin.in ver.huic applicatũ & l.si Titius. de fideiuss. 4 & no.per Cyn.in l.vnica.j.de repu.quæ fiũt in iudicio.† an autẽ restituto minore in iudicio ad probandũ aduersus lapsum dilationis,restituatur etiam aduersarius eius,vt etiã probare possit? vide Barto.in l.j.§.nuntiatio circa fi.ff.de no,ope.nuntia.

5 ☞ *Restituto minore aduersus transactionem,an aduersarius eius qui est actor, redibit ad primam instantiam,& si prima actio quæ erat directa ciuilis, est extincta an uelis prætoria quæ loco illius ei restituitur,erit eadem cum prima?*

LEX II.

1 SI ex persona. †Restituto minore aduersus transactionẽ, aduersarius eius põt redire ad actionẽ primã,si non erat ipso iure extincta,& aduersus exceptionem transactionis habet minor replicationem sed si erat extincta,restituitur sibi vtilis prętoria quæ prius erat directa ciuilis.h.d. † Sed quæritur vtrũ actor 2 redibit ad primam instantiam? Respõdeo si actio fuit ipso iure perempta,similiter & instantia quæ super ea fundabatur,non redibit ad eam:sed nouam inchoabit super noua actione instituta & ita intelligitur tex.dũ dicit[ex instauratione negotij.] & quia lis de nouo reintegratur.Sed si non erat perempta,quia liberasti minorem per pactum: tunc si durabat tempus primæ instantiæ poterit ab eo redire in eo statu in quo erat cùm fuit transactum alàs inchoabitur noua vt dixi in simili in l.si diuersas.§.de transa.

Item an istis vtilis quæ restituitur,erit eadem cum prima. Pet. dicit hic quod sic:& q̃ resuscitatur prima miraculosè sicut Lazarus.Breuiter hoc est falsum:quoniã illa vtilis datur ex edicto prætoris:& sic est prætoria & annalis.prima non poterit esse directa & perpetua:sed quãdo resuscitatur de iure ciuili, bene posset dici,id quod dixit Pet.per l.deferre.§.fi.cum l.seq.ff.de iure fisci. Item prima erat natiua:quia oriebatur.ex præexistente materia:vt in l.Iurisgentium.§.& ideo puto.ff.de pact.illa verò vtilis est datiua:vt patet in ver.[tributa.] & datur ab electo prætoris: si autem actio prima non fuisset extincta ipso iure,tunc ista quã nunc agit esset eadem cum prima:& ita intelligo tex.l.præcedẽtis.cum dicit actionibus quas pridem habuisti,veteris.qui tex. videtur probare opinio.Pe.Sed intellige vt dixi:& tunc non facit pro Petro.

Si aduersus solu.â debi.uel à se factam &c. Rub.

2 ☞ *Cautela pro matre quæ administrauit tutelam filij:& transiuit ad secunda uota & sic priuatur tutela,ne perdat hæreditatem filij si postea decedat impubes?*

3 *Soluens minori uel eius tutori seu curatori, quando consequatur plenissimam liberationem: sic minor non restituatur contra eum?*

LEX I.

EXemplo. Lex prima huius tit.loquitur quãdo minor restituitur aduersus solutionẽ factam sibi,vel suo curatori.Lex autem secunda econuerso.quando restituitur aduersus solutionem factã à 1 se minore alteri.& h.d.l.j.& l.ij.† Debitor minoris soluẽdo curatori suo,liberatur ipso iure à minore.& si pecunia soluta non sit salua minori,põt minor restitui cõtra soluentẽ: vt iterum soluat tanquam non fuerit liberatus.h.d. Quod intellige si fuit perdita facilitate ipsius minoris.secus in casu fortuito,& hoc vult glossa singu.quæ ita intelligit hanc l.in l.verũ.§.sciendum.ff.de mino. quam Barto.dicit esse notandam.& ita limita secundum membrum distinctionis glo.Cætera dic vt in ea.quia clara est. †Et 2 dicit Bald.per hanc l.quòd quando mater quæ administrauit tutelam filij,transiuit ad secunda vota.& sic priuatur tutela: & ne perdat hæreditatem filij si decederet impubes, reddat rationem administrationis,& reliqua tutori nouiter dato ad postulationẽ matris.vt in aut.matri & auiæ.j.quando mu.tutelæ offi.fun.po☞ test debet esse cauta vt adhibeat iudicis authoritatem. ne si pecunia postea perdatur:pupillus restituatur contra ipsam, vt iterum soluat:vt in hac l.quam restitutionem tollit iudicis authoritas:vt in glo.& ista l.est periculosa debitoribus minoris soluentibus,& videtur contra omnem æquitatem bene considerando, q̃ postquã soluerunt legitimo administratori,vel cum illius authoritate,& sic sunt liberati ipso iure à ciuili & naturali obligatione:q̃ postea pecunia perdi debeat ad damnum suum, quia quod legitimè factum est,ex superuenienti causa non debet retractari:sed postquam lex dat remedium vt expectet iussum iudicis,imputet sibi si sponte, non coactus soluit quia contemnit 3 l.consilium. †Sed quid si perdatur culpa administratoris, sine aliqua facilitate vel culpa minoris? adhuc videtur idem,vt cõpetat restitutio.licet etiam detur regressus cõtra illũ qui fuit in culpa:vt supra si tutor vel curator interuenerit.l.etiã.& l.fi.Sup.glo. mag.ibi.[Plenã si soluit pupillo sine tutore.] Dic nam nõ liberatur ab aliqua obligatiõe ciuili vel naturali:& ideo mero iure potest pupillus vel minor agere vt iterum soluat.Sed si pecunia sit salua,habet soluẽs exceptionẽ de æquitate:sed in casu sequẽti q̃ soluit cũ authoritate tutoris,vel curatoris,liberat ab omni obligatiõe:& sic posito q̃ pecunia postea perdat,non poterit minor agere vt iterũ soluat:nisi petat resti.in integ.& fuerit sibi cõcessũ tn debet sibi cõcedi sine causæ cognitione:vt hic in fi. & ista causæ cognitio consistit in hoc vt videat an pecunia sit perdita, vel nõ:& si sit p̃dita, an casu fortuito vel fragilitate minoris,vel alterius:qa talis casus euenisset cuilibet maiori: & tunc non dat restitutio:vt in d.l.verũ.§.sciẽdũ.An aũt interueniente aliqua negligẽtia minoris,vel administratoris:ita q̃ casus ille non euenisset si ipse fuisset maior,vel sit verisimile q̃ euenisset:& tũc restitutio cõcedit.In tertio verò casu q̃n nõ interuenit authoritas dicis,denegat restitutionẽ.qđ est verũ si ipse soluẽs cõtradicit iudici.& nõ obstãte cõtradictiõe iudex p̃cipit sibi q̃ solueret.nã nõ vult solui sposse sed coactè:ideo nõ debet pati dãnũ.& ille est casus in l.ait

l.ut ſpror.§.permittit.ff.de mino.Sed ſi nō cōtradixiſſet iudici.licet iudex mādaſſet,nō videret ſoluiſſe coactus:ſed ſpōte, & nō obediſſet ſibi præceptū iudicis:vt colligit ex illo §.qd' eſt ſingulare vñ ſis cautus qñcunq; iudex tibi mādat q; ſoluas,vel aliqd facias ſivis,q; videaris feciſſe coactus.facias tibi cōtradictionē tuā & cām.per quā cōtradicas.qd ꝓpetuò tene mēti p illū.§.ſing. In ꝓbatis aūt caſibus qui cōtinent in l.alleg.hic per gl.in ver.[niſi in rebus.] ſoluēs minori etiā ſine iudicis authoritate cōſequitur plenā liberationē:vt ſic minor nō reſtituat cōtra eū: ſed inquantū alleg.glo.l.pe.j.ad treb.quæ loquit de hærede rogato de reſtituēdo hæreditatē pupillo vel minori, & reſtituit tutori vel curatori. Dicit Raph.ſe putare q; illa l.ſolū loquat in reſtitutiōe verbali,per quā ſolū reſtituunt iura hæreditaria in pupillū, vel minorē:& ſi fiat reſtitutio realis de tota hæreditate, puta ipſe, q; poſtea res vel pecunia perdantur negligentia vel facilitate minoris,aut tutoris,vel curatoris, non debeat reſtitutio denegari: quia ſolū denegatur in paruis ſolutionibus, vel īpenſionibus:vt in Licinius.j.de admi.tu.& ſubdit, q; licet illud fortè difficile eſſet obtinere in iudicio,vel in practica:quia nullus doc.hoc dicit: tamen putat q; debeat cuilibet placere illa limitatio.intantum q; vbicūq; ſingularis opinio ſua, efficiatur communis omnium: & in practica debeat obſeruari.

1 *Si debitum ſolutum per errorem iuris, quando poſſit repeti, & an requiratur reſtitutio!*
2 *Qui ſi per errorem facti ſolutum ſit? q; non requiratur reſtitutio.*

LEX II.

NDebito. † Indebitū ſolutū à minore eo caſu quo ſi eſſet maior denegaret ſibi repetitio per condictionē indebiti pōt repeti: impetrata prius reſti.in integ.quæ debet ſibi concedi.h.d.in effectu ſecundū intellectū gl.& doc.& habet materiā aliqualiter difficilē & inuolutā:etiā ponitur in l.interdū.ff.de condic.inde.vbi eſt difficilis glo.& dic vt ibi.Non ergo repetit hoc,niſi prius reſtituatur ad repetendū:ſed poſtquā fuit reſtitutus,intētabit condictionē indebiti.vel dic q; vnū tm iudiciū agitabit:quia reſtituetur alipiam petitionē ſolutiōis,q; reſtitutio tribuit id quod abſtulit:alio.nō em fuit læſus in perdendo cōdictionē indebiti:q; et ſi ſoluit eam nō habeat,nec etiā acquiſiuit per ſolutionem:quia habita maior,eā nō acquiſiuiſſet:intelligendo prout gl.intelligit in debito ciuili,ſed naturaliter debito fuit ergo læſus in ſoluendo.ergo reſtituitur ſibi pecunia ſoluta:& hæc vera. † Oppon. cōtra tex.qui dicit q; legatū erat indebitū:& q; fuit ſolutū per errorem iuris:& poſtea dicit q; nō repetit niſi per reſti.in inte.nam videt q; no.ſit neceſſaria reſtitutio:quia indebitū ſolutū per errorem iuris repetitur à quolibet maiore per condic.indebi.ſine reſtitutione,vt in toto titu.de cōdi.inde.& ſ.de iur.& fac. ign.l. cū quisq; error iuris nō debet nocere in dānis euitandis. Timore hostes gl.& etiā ff.in princ.volēs ſoluere,dicit q; cōtrariū ꝓcedere,ſi eſſet omno indebitum tam ciuiliter quàm naturaliter,quo caſu nō haberet locū quod hic dicitur quia maior poſſet repetere reſtitutione:fortius minor.ſed illa l.debet intelligi quādo nō erat indebitū omni iure:ſed ciuiliter tātum, naturaliter verò erat debitū:quo caſu ſi eſſet ſolutū à maiore per errorē iuris, non repetet naturali obligatione impediēte: ſed ſi ſoluat à minore ꝓpter beneficio ætatis per reſtitutionē in integ. Adde q; eadem ratio eſſet quādo eſſet omnino indebitū,& foret ſolutū ſcienter non per errorē.Nam tūc maior nō repeteret.l.cuius,per errorē.de re. iur.l.j de cōdi.inde.ſed minor poterit repetere per reſti.in integ. Et ita tolle hāc l.dū dicit [per errorem iuris:] ſubaudi:vel ſciēter.& tūc nō curo an eſſet indebitū omni iure,vel ciuiliter tātū. Ponit autem glo.exemplum in legato facto in minus ſolēni vocatur:quod eſt indebitum ciuiliter:propter defectum ſolēnitatis.& naturaliter debitum:propter volūtatem defuncti. Item in eo quod poteſt detrahi per Falcidiam:quia eſt indebitum ciuiliter per l.Falcidiam,quæ reſecat:& naturaliter debitū: ꝓpter voluntatē defuncti,quia præſumitur voluiſſe q; integraliter ſoluat tum detrahere Falcidiam fiat cōtra voluntatem defuncti: vt in l.Titia.ff.ad l.Fal.Pet.reprehendit iſta exēpla,dicens q; in illis casibus legatū eſt indebitū:etiam naturaliter,propter reſiſtentiā. l. quæ impedit naſci naturalē obligationē: vnde intelligit hāc l.in indebito omni iure:& ad cōtrariū reſpōdet q; tunc tale indebitū ſolutū per errorē iuris.poſſit repeti à maiore,qñ ſoluēs tractaret de damno euitādo,ſed hic tractat de lucro,ibi,hęres ſoluēs cum lucretur hæreditatē,& quicquid nō ſolueret lucretur: vnde maior ſoluēs legatum omnino indebitum non repetet per errorē iuris,quia,quia talis error non prodeſt in lucris captādis. Breuiter doct.noſtri ſequuntur opi.glo.quod plenè dic vt in d.l.cū quis.

3 † Secundò oppo.q; ex quo facta ſit ſolutio per errorē, & non ſit neceſſaria reſtitutio:quia etiā maior repeteret: vt in l. error.j. ad l.Fal.Sol.verū eſt ſi eſſet error facti,quo caſu nō haberet locū iſta l.inquātū loquit de reſtitutiōe:ſed hic fuit error iuris. Sed vltimò oppo.ad idē:q; nō ſit neceſſaria reſtitutio:vt in l.interdū.ff. de cōdi.inde.vbi dicit q; ꝓſona facit locū repetitioni:nec poteſt intelligi illa l.qd' repetat per reſti.in inte.qa cōgrueret tit. in quo ſituata eſt,ſed repetit per condi.indebi.ſine reſtitutione.Sol.ſi talis minor non legitimè ſolueret,nec cum authoritate tutoris:vel etiam curatoris,qñ ipſum habebat:& tunc fateor cōtrariū.Nam tunc nō tranſtulit dñium eius quod ſoluit,ideo ſi extat,pōt vendicare:& eſt cōſumptū,pōt cōdicere:quia talis ſolutio nō liberauit eū ab obligatione naturali qua tenebatur, poſtquā non trāſtulerat dñiū:& ſic nō inducat liberationē, nō prohibetur inducere repetitionē:ſed hoc debet intelligi qñ ſoluit legitimè cū authoritate tutoris,vel curatoris,quo caſu liberat à naturali obligatione,& ſic mero iure non inducit repetitio,etiā re extante:quia quia translatū eſt dñium:ideo neceſſaria eſt reſtitutio,per quam recuperat ſolutū:& aduerſarius recuperat naturalē obligationē quæ per ſolutionē fuerat extincta:vt ſ.tit.ꝓxi.l.j.& ij.& hoc voluit glo.mag.circa fi.in effectu. Sed tunc extra gl.opp.quia aut minor peret reſtitutionē ad id quod ſoluit: aduerſarius obijciet cōpenſationē de naturali debito quo pōt obijci.l.etiā.ff.de compen.Solu.dicit gl.in l.cum is qui.§.j.ff.de condi.indebi.& in d.l. interdū.q; cōpenſatio pōt obijci peteti.nō aūt repetenti:ne repetitio quæ cōcedit à iure,hoc caſu ſit fruſtratoria.Bal.dicit ſubtilius:q; cū minor petit ſe reſtitui,nō erat obligatus naturaliter,cū illa naturalis obligatio erat extincta per ſolutionē:vt ſ.dixi:ergo nō poteſt obijci compenſatio.poſtquam minor recuperat quod ſoluit,tunc aduerſarius recuperat naturalem obligationem, & non eſt tractandum de compenſatione:cum executio ſit iam facta.Cætera dic vt no.in d.l.interdum.

Si aduerſus dotem reſtitutio poſtuletur. Rubrica.

2 ☞ *Beneficium reſtitutionis in integrum (licet concedatur ex priuilegio ætatis) tranſmittitur ad hæredem,quando concernit læſionem patrimonij.*
3 *Prædia,an poſſint dari in dotem à minore?*
4 *Mulier maior omnia quæ habet poteſt dare in dotem,& quid ſi eſt minor?*
5 *Quòd aliud ſit lucere vltra patrimonium,& aliud vltra vires patrimonij.*
6 *Mulier minor non habens curatorem,ſi promittat in dotem vltra patrimonium ſuum, an ualeat promiſſio:& quid ſi habebat curatorem?*

LEX VNICA.

VOniam. † aduerſus dotē immoderatā reſtituit mulier minor,& eius hæres.h.d.ſecundū Bart.In text.ibi [dediſſe.] ſ. illi qui tantam dotē nō merebatur inſpecta qualitate perſonæ ſuæ,& etiam vxoris, & cōſuetudine loci:ſi autē merebat:tunc licet dediſſet oīa bona in dotē,in nō eſſet læſa:quia vtit iuri cōi:vt j.de iure dot.l.nulla. ſed ſi dediſſet plus quā haberet tūc diſtingue vt in gl.fi.licet Ia. de Are.videat tenere q; qñ maritus meret dotē datā,etiā ſi excedat patrimoniū,vel vires eius,nō dicat lædi.quod falſum eſt:qa nō ſequitur ille meretur:ergo mulier bene facit dare pluſquā haberet,quia hoc non feciſſet diligēs perſona. † In tex. ibi. [ſi ad te hæreditas &c.] No.ergo q; beneficium reſtitutionis in integrum licet concedatur ex priuilegio ætatis,tranſmittitur tamē ad hæredem:quia nō eſt merē perſonale,cū cōcernat læſionē patrimonij.alias ſecus.l.quia tale.ff.ſolu.matri.& facit l.non ſolū.ff.de integ.reſti. † In glo.iij.ibi. [ſed an prædia poſſint dari in dotē?] ſubaudi à minore cum decreto iudicij,vel ſine:& videtur q; etiā cum decreto non poſſunt dari cum non poſſint alienari niſi ex cauſa æris alieni ſoluēdi:vt in l.ob æs.allegata in gl.in toto ti.de reb.eorum.& hoc nō negabat æs alienū.Gl.tamen tenet contrarium per l.Titia.ff.de iure dot. vt ſicut poſſint alienari ex cauſa æris alieni: ita ex cauſa dotis:& eſt ſpeciale fauore dotis:& hæc

a ¶Vltra patrimoniū. An appellatione patrimonij intelligatur de qualibet re tẽporali? vide per Archi. in c. ei qui appellat. §.nominatiões.in iij. col.ij.q.vj.

b ¶In criminibus.ſubaudi atrocibus. q̃ dicuntur crimina enormia, & quæ mediocria,& quæ leuia. Vide p Car. zaba. in c. vlti. in vj.q. de tẽpo. ordi. & q̃ ſunt crimina grauia, grauiora & grauiſsima. vide Abb.in c.tuæ. de pœnis. & in c. qualiter. el.ij.de accu.

c ¶Maleficium. An in maleficijs voluntas coacta habeatur pro voluntate, vide per Abb.conſi.iiij.

vera. Intellige ergo iſtã l. q̃ interuenit decretũ iudicis:ſi illa mulier habebat p̃dia.q̃ dedit oĩa ſua bona in dotẽ: & ſic valuit datio:aliàs nõ valuiſſet. & ſic nõ eſſet neceſſaria reſtitutio:ſed poſſent prędia vẽdicari.& de eis nihil lucrareť maritus ex pacto,vel à l.quia nõ eſſent dotalia.& pactũ nõ operať niſi ſup̃ dote.quidã tñ reſpõdẽt ad illã l. Titia vt in gl.& tenẽt q̃ etiam cũ decreto non poſsint dari quod eſt falſum.In ſeq.glo.ibi. [vel aget pro fructibus.]dic hæc vera ſecũ dũ Pet.pręcedẽs aũt ſibi non placet: qa illa mulier nõ fuit leſa in pacto de lucrãdo,ſed in datione dotis. Tu dic qd̃ etiã præcedẽs eſt bona,quia lædiť in vtraq;, ſi enim dedit maiorẽ dotẽ quã ille mereť, ille plus lucrať quã debeat lucrari, potuit ergo præhabita reſtitutione repetere totũ illud qd̃ habuit vltra cõpetentem,vnà cũ fructibus perceptis cõſtante matrimonio qm̃ illos non lucratur pro oneribus matrimonij ſed ſolum vſq; ad debitã quantitatẽ & etiam ipſa mulier quæ dedit ſi viueret,poſſet petere reſtitutionem,vt in dote nõ ſit niſi quãtitas debita:& reſiduum ſibi reſtituatur.Opi.autẽ Mar. poſita in l.fi.gl. communiter nõ tenet,videlicet quod beneficium reſtitu. in integ.quod eſt extraordinarium,cõcurrat cum ordinario.ad idem nec obſtat l.in cauſæ.§.Põponius.ff.eo.in quo Mar.ſe fundabat
4 quia ibi competebat ad diuerſa.†In glo.fi.ibi.[dic q̃ mulier maior omnia quę habet põt dare in dotẽ.]ſubaudi etiã non merẽti. & licet lædať,non reſtituiť in integ.ſed minor dicto caſu reſtitui tur ſi autem maritus meretur:tunc licet mulier ſit minor, dando omnia ſua nõ lædit̃ nec reſtituitur ſed ſi dedit vltra vires, lo-
5 cum habet diſtinctio ſequens.†In gloſ.ibi.[ſi verò vltra vires.] Nota illum modum loquendi q̃ aliud eſt dicere vltra patrimonium aliud vltra vires patrimonij quod declarat vt in gloſ. ſed Pet.dicit hãc differentiã non eſſe hic fiendam & q̃ etiam quan-
a do p̃miſit vltra p̃rimoniũ * mero iure valet,p̃miſsio.Nã ipſe põt ſe obligare in mille millibus:licet ipſe non habeat in patrimonio niſi centũ,& obligatur efficaciter.vt l.cõtinuus.§.illud.ff.de ver.
6 obli.†Et ideo tenet q̃ ſi mulier minor non habens curatorẽ promittat in dotem vltra patrimonium ſuum, quia cum nõ habeat niſi c.promittit cc.valet promiſsio mero iure: quia potuit ſe obligare ſicut maior:vt in l.ſi curatorem habens.ſ.de in integ. reſtit. & ideo ſibi neceſſaria eſt reſtitutio:ſicut ſi promittatur infra patrimonium,tamen vltra vires patrimonij,vt hic ſubij̃cit gl. ſi verò habebat curatorẽ,tunc aut promiſit ſine vllo & valet promiſsio ipſo iure etiam vſq; ad congruentem quantitatem : quia non potuit ſe obligare.vt in d.l.ſi curatorẽ habens aut cũ illo, & eius authoritate:& tunc aut iſte ſciebat promiſsionẽ eſſe vltra patrimonium vel vires patrimonij.& idem qa videtur dolosè authoritatem ſuã interpoluiſſe. & hoc quantũ ad obligandum minorem.ſed in præiudicium ſui poteſt valere.l.cum poſt.§.j.ff. de admi.tu.Si verò ignorabat,& ſic bona fide & tunc poſſet procedere diſtinctio glo.aut promiſit vltra patrimoniũ,& nõ valet ipſo iure quatenus eſt vltra,aut vltra vires:& valet,ſed reſtituitur.

Si aduerſus delictum ſuum &c. Rubrica.

2 ☞ *Minor quãdo in totum excuſetur in delictis, & quando iuuetur per reſtitutionem?*
3 *Differentia inter crimen,delictum,maleficium, & peccatum.*

LEX I.

1 IN criminibus. †Aduerſus delictũ dolo cõmiſſum minor nõ
2 reſtituitur.ſecus ſi culpa.hoc dicit.†In tex.ibi.[in
b criminibus.]ſubaudi atrocibus: * & cum agiť criminaliter.Si aũt non ſint atrocia,ſed cõmunia tũc ſubuenitur quatenus miſeratio ętatis patitur:vt ff.eo.l.auxiliũ.§. in delictis.Itẽ ſi non criminaliter,ſed ciuiliter ageretur tũc ſubuenitur in hoc vt habeatur p confeſſo,vel trãſigẽte.vt ff.e.l. in cauſæ la.ij̃.§.nũc vidẽdũ.ſecũdũ Pe.& Cy.vel diſtingue plenius ſecũdũ Bar.q̃ aut loquimur in infante,& ille videť in totũ excuſatus qa nõ habet animũ nec tũc videť delictũ cõmiſiſſe.vt ff. ad l.Cor.de ſica.l.infans.& de fur.l.impuberem. Aut loquimur in maiore infante:& tunc aut eſt tale delictum quod in eum nõ cadit:& idem:vt in l.proxima.Aut cadit,& tunc commiſit dolo:& non iuuatur per reſtitutionem:vt in prin.huius l.ſed minor pœna ex officio iudicis ſibi imponitur:vt in d.§.in delictis. & l.aut facta.in fin.de pœnis.Aut commiſit per culpam,& iuuatur per reſtitutionem in integ.in totum:vt nulla pœna ſibi imponatur:
3 vt hic in ver. [ſi tamen delictum.] †No.hic illa duo vocabula l.crimen.& hoc importat dolum.& aliter non dicitur crimẽ. ſẽ delictum:& hoc eſt generaliùs:& poteſt committi cum dolo,&
c ſine dolo.Eſt & aliud vocabulum, quod dicitur maleficium, & in quo differat à prædictis.vide Bar.in l.aut facta.in princi.ff. de pœnis.Eſt & aliud vocabulum.ſ. peccatum, & in quo differat à prædictis:vide gloſſ.de pœni.diſt.j.c.ſi peccatũ.& per prædicta ſunt expeditæ omnes gl.quæ ſunt hic.

2 ☞ *Maius eſt delictum commiſſum in faciendo (quia poteſt cadere in minore) quam in non faciendo.*
A dolo præſumpto in præteritum minor conſeruatur illeſus ipſo iure.
Minor,an poſt dicta teſtificata, admittatur ad producendum teſtes?
3 *Mater minoris negligens infra annum petere tutorem filijs pupillis,non priuatur eorũ ſucceſsione,ſi moriantur infra pupillarem ætatem: & quid ſi antequam labatur annus facta eſt maior, & quid ſi poſt annum?*

LEX II.

1 LIcet in delictis. †Delictũ cõſiſtens in non faciendo,non cadit in mi-
nore:ideo ab ipſo ſeruatur ipſo iure illæsus. h. d.notabiliter,& ſemper allegatur.l. † & ſic maius eſt delictũ
2 commiſſum in faciẽdo:quia poteſt cadere in minore:vt in l.pęce.quã in non faciendo:vt no.in l.ij̃.j.ad ſille.& quod not.Bar.in l.ſi quis in tantam.j.vnde vi. Adde q̃ etiam à dolo præſumpto in præteritum minor conſeruatur illæsus ipſo iure : quia liceret quibuſdam præſumatur dolus in maiore:non ſic præſumetur in minore,etiam ſi conſiſtat in faciendo:vt in l.vbi exigitur. & ibi no.per glo.ff.de eden.ſed à præſumendo in futurum minor non excuſatur:quòd tamen dic vt no.Bar.in l.j.ff.de ope.no. nuntia. §.nuntiatio.in quæſtione illa.vtrum poſt dicta teſtificata minor admittatur ad producendum teſtes?& conſtat quod maior non admittitur propter timorem ſubornationis,qui eſt dolus de futuro:vt in auť.at qui ſemel.j.de.p̃b.ſed dubitať an ille dolus de futuro præſumať in minore,ſicut in maiore, quia ſi nõ præſumitur,ſicut nec dolus de præterito,admittitur ad producẽdũ.aliàs
3 ſecus.dic ergo vt ibi.†Et no.optimam l.pro matribus remanentibus viduis,quæ tenentur infra annum petere tutorem filijs pupillis.aliàs priuantur eorum ſucceſsione,ſi moriatur infra pupillarum ætatem.l.ij̃.§.ſi mater.ff.ad tertu.nam hoc eſt verũ ſi ſint maiores xxv.annis.tempore quo maritus moritur:ſi verò minores.tunc excuſantur ab illa pœna.vt licet negligant:eam non patiantur:& quotidie ille caſus accidit de facto:& illud clarè procedit ſi per totum annum quo deberet petere tutorem, fuit minor. Sed pone q̃ tempore mortis mariti habebat xxiij̃.annos cum dimidio,vel vltra,puta decem menſes:& poſtea infra annũ effecta eſt maior,non incipiat ſibi neceſsitas petendi infra reſiduum temporis:& ſi non facit,incidet in pœnam:illũ caſum habui de facto:& dixi q̃ ſi reſtabant tantum de anno quòd posſit commodè petere,& facere illi dari, incidit in pœnam ſi non fecit.Si autem in reſiduo temporis quod reſtabat nõ potuiſſet hoc commodè facere, attenta conſuetudine vel ſtylo curiæ, prout erat in caſu poſito:tunc non incidit : & pro hoc quod habetur in l.cum ſtipulatus ſim mihi à proculo.de verbo.obliga. Sed quid ſi fuit minor per totum annum:poſtea effecta eſt maior:tamẽ filius adhuc erat pupillus: puta duorum vel trium annorum. & ſic adhuc egebat tutore,an neceſsitas incipiat currere matri à tempore quo facta eſt maior:vt debeat infra annum ab illo tempore petere, vel per ſeipſam tutellam accipere ſub beneficio inuentarij̃:& ſi non facit,incidit in pœnam ſi filius moriatur in pupillari ætate?quilibet prima facie diceret quòd ſic: quia ceſſante excuſatione,ſcilicet minoris ætatis,debet ceſſare excuſatio:vt extunc incipiat incumbere neceſsitas.argu.in l.Titia.§.vſuras.ff.de legatis ſecundò.In contrarium facit quod no.glo.infrà in quib. cau. in integr.reſtitu.non eſt neceſ.l.j. & iſtam partem tenet Bald.in pluribus locis.& dicit ſe ita conſuluiſſe: & poſtea reperijſſe Speculą.hoc idem tenentem in titu.de reſtitu. in integ.§.j.verſic.ſed quid

quòd si ipsa mulier. tangam fortè in d.l.j. & per Bar. in aut. si ca. priuil. de episc. & cle. & in l. precibus. de impu. & alijs substitu.

Si aduersus usucapionem &c. *Rubrica.*

Si aduersus usucapionem &c.

Præscripio quæ non est inchoata contra defunctum, non currit ipso iure contra minorem.

Præscripio triginta annorum inchoata contra defunctũ, cui minor successit, quòd durante minori ætate, & illa finita excitetur.

Præscripio quæ non est inchoata contra defunctum, currit contra minorem qui ei successit sine spe restitutionis.

Quæ sit actio competit præscribenti, sed ille qui præscripsit habet uerum dominiũ, utile uel directum.

Ago contra te ad fundum & ad fructus perceptos ex fundo, iam sunt x. anni uel ultra, quod non habeam necesse petere te condemnari ab ipsos fructus, sed possum petere te condemnari ad æstimationem, quia non est uerisimile quòd extent.

LEX VNICA.

Contra. †Aduersus cursum præscriptionis. inchoantis contra defunctũ cui minor successit: & cõpletis cõtra ipsum minorẽ. minor restituit in integ. h.d. secundũ intellectũ glo. ma. in fi. q est verus reiectis alijs. & illa l. nõ corrigit per l. fi. j. in qui. cau. in integ. rest. nõ est necess. vbi dicitur † q hodie minor ipso iure seruatur illæsus aduersus cursum præscriptionis quia nõ currit ipso iure minori, sed incipiũt currere post quã est maior. nã hoc habet locũ in præscriptionibus nõ inchoatis contra defunctũ: sed inchoãdis cõtra minorẽ, quia nõ inchoat. sed si erãt inchoata cõtra defunctũ, cõtinuant cursum cõtra minorẽ & cõplentur. aliàs esset dicere q dormirẽt durante minori ætate. quod regulariter nõ reperit iure ciuili, nisi in præscri. xxx. an. inchoata cõtra defunctũ cui successit: qa durãte minori ætate dormit: & nõ currit. & illa finita excitat vt in l. sicut. circa fi. j. de præscri. xxx. an. & de hoc plenè no. in l. ei cui. ff. de mino. † Inquantũ autẽ dicit hic q restituit in præscriptione legali: sed si esset cõuentionalis & inchoata cõtra defunctũ, curreret cõtra minorẽ sine spe restitutionis: vt in l. Emilius. ff. e. ti. de min. In j. glo. magistri: sed quasi dominiũ]. gl. nõ bene loquit per præscriptionẽ longi tẽporis acquirit dñiũ vtile, nõ autẽ quasi dñiũ: vt no. in aut. nulli tricẽnale. j. de bo. mat. licet p vsucapionẽ triẽnij acquirat ẽtã directũ. & ibi no. sed quasi dñiũ cõpetit ante præscriptionẽ cõpletã, & sic præscribẽti. nõ autẽ illi qui præscripsit. ille enim habet verũ dñium, vtile, vel directũ: sed ille q nõdũ præscripsit, sed præsumit, quia habet titulũ vel bonã fidẽ, dicit habere quasi dominium vt no. in l. postulassem. de dã. infe. quod facit cõpetere publicianã, nõ rei vendicationẽ: vt in toto titu. de publi. habet ergo locũ illa in vsucapione & præscriptione longi tẽporis. & illa, dicitur vsucapio. vt in toto tit. vsuca. ff. eo. In glos. ibi. [& not.] dic hoc quod sequit in gl. emanauit timore cõtrarij de l. fi. j. in quib. cau. in integ. rest. nõ est necess. per quã videbat nõ procedere hãc l. inquantũ vult vsucapionẽ vel præscriptionẽ currere cõtra minorẽ. quod etiã glo. corroborat per alia argumẽta. sed solue vt in fi. glo. & per id quod ẽ. dixi: quia omnino procedit in inchoanda cum minorẽ. nõ autẽ inchoata cõtra defunctũ, cui minor succes[sit. † In gl. ibi. [quia tãto tẽpore. s. trienij retineri nõ potest.] Illa gl. allegata ad vnũ. q si ago cõtra te ad fundũ. & ad fructus percepturo fundo iam sunt x. anni. vel vltra, non habeã necesse petere te condẽnari ad ipsos fructus: sed possim petere te condẽnari ad æstimationẽ, quoniã nõ est verisimile q extẽt: sed q sint consumpti. quia nõ tanto tempore possunt durare. licet vt plurimũ petãtur condemnari ad fructus, si extant. & si nõ extant ad æstimationem.

Si aduersus fiscum &c. *Rubrica.*

Privilegiatus utitur suo privilegio contra privilegiatum.

Quid si privilegiatis eodem privilegio?

Procurator Cæsaris de quibus causis recognoscat?

Procurator potest dici longe minus iusto, licet non sit ultra dimidiam iustè.

LEX I.

Si probus. †Minor restituit etiã aduersus fiscũ: & tũc procurator cæsaris vnà cũ præside erit iudex. h.d. cũ l. seq. cũ primo dicto cõcordat. l. in fraudẽ. §. fi. ff. de iure fis. † Et sic not. q priuilegiatus vtit suo priuilegio contra priuilegiatũ: hic sunt priuilegiati diuersis priuilegijs. nã minor est priuilegiatus vt restituat in integ. si lędat. de fisco autẽ nõ reperitur iure cautũ qđ in hoc sit priuilegiatus: licet habeat alia priuilegia. s. de tacita hypotheca & vt p̃ferat alijs. De hoc tamẽ dic vt no. in l. respu. j. quib. ex cau. ma. † Qñ aũt sunt priuilegiati eodẽ priuilegio: an alter contra alterũ possit vti, vt vnus minor cũ alio? dic vt in l. verũ. §. fi. cũ l. seq. ff. de mino. & ẽ ĩsto brocardo dic p Cy. in aut. quas actiões. §. de sacr. ec. † Cõtra secũdũ dictũ. s. cõtra. l. ij. in opp. q solus procurator cæsaris sine p̃side sit iudex inter fiscũ & priuatũ, etiã ipso iure: vt j. vbi causæ fis. l. ad fiscũ. Sol. Cy. hic in additiõibus videt distinguere, aut loqmur de causis meri imperij, vt sunt causæ criminales, & de illis se nõ impedit procurator cæsaris, sed solus p̃ses. l. nec qcquã. in pri. ff. ẽ of. procõ. & j. vbi cau. fis. l. j. Aut loquimur de causis mixti imperij, & tũc vterq; simul est iudex, ita loqmur hic, nã resti. in integ. cum expediat iudicis officio nobili, & ad priuatã vtilitatẽ, est de imperio mixto vt no. in l. iubere cauere. ff. de iur. om. iud. aut in causis merè iurisditiõis simplicis, & in illis procurator cæsaris solus est iudex inter fiscum & priuatũ, vt in d.l. ad fiscũ. Adde q est verũ in loco vbi dictus procurator cæsaris reperit, aliàs p̃ses erit iudex: vt j. de bo. va. l. si vacãtia. li. x. & ibi no. per Bar. adde q dicã j. in l. fi. † No. etiã l. j. dũ dicit [pretio longè minore iuncta gl. secundũ d. Raph. q pretiũ potest dici longè minus iusto, licet non sit vltra dimidiam iusti.

2 *Quando camera uendit bona rebellium, quòd quilibet habens ius in talibus bonis comparere debeat ante uenditionem factam: ad impediendum eam, & protestandum ut hic. & si compareat post uenditionem, quod remedium habeat, & quis erit iudex & num. 4.*

3 *Quando camera uendit, quæ sint necessaria ut ualeat uenditio? & non possit retractari, etiam beneficio ætatis.*

4 *Si fiscus uendidit rem minoris, tanquam debitoris: an ille minor poterit ex priuilegio minoris ætatis restitui ad rescindendam uenditionem oblato debito ipsi fisco?*

LEX III.

1 Dicto. †Quando fiscus vendit rẽ minoris tanq; sui debitoris, nõ iuuat minor beneficio restitutionis: nisi fraus intercesserit vel solẽnitas seruata not. h.d. not. In tex. ibi, [nullam admittunt quæstionẽ] hoc est dicere q casus quem proponebat iste minor imperatori, nõ faciebat ad propositũ edictũ diui Marci. in quo cõtinetur q qñ fiscus vendit rem alienã: & dñs non conqueritur infra quinquenniũ, emptor est securus. sed infrà quinquenniũ si conquerit & probat, potest ab emptore eã auocare, & emptor habet regressum cõtra fiscũ de euictiõe: sed si dñs esset minor, audiretur perpetuo. nã illud edictum loquitur quãdo fiscus vendit rem vt suã. Pone exẽplum. si bona alicuius rebellis sunt confiscata, & fiscus capit possessionem omniũ, & vendit: tamen inter illas res quas rebelles possidebant, erat quædã possessio quæ non erat sua, sed mea. & fiscus illã vendidit tanquã suã, si sum maior tpe venditionis, vsq; ad quinqueniũ possum eã rescindere. si sum minor, perpetuò, & hoc olim. hodie per tit. j. de quadri. p̃scri. emptor statim est securus. & nõ põt ab eo res auocari: sed ille q erat dñs põt agere cõtra fiscũ vsq; ad quinquẽniũ ad recuperationẽ pretij. si aũt erat minor, dicit gl. q vsq; ad quadrienniũ põt recuperare rem. Doc. dicũt cõtrariũ. q ad rem nõ datã regressus nec intra quadriẽniũ, nec post: sed bene põt agere cõtra fiscũ etiã post quadriẽniũ. & in hoc differt à maiore. de hoc dic vt no. per Cy, post Pet. in l.
2 neq; j. de resti. mili. † Et sic not. magnũ periculũ qñ camera vẽdit bona rebelliũ: vnde quilibet cõpareat antevenditionẽ factam ad impediendũ eã ne fiat, & protestet q talis possessio nõ vendarur qa est sua, & nõ rebellis, & si hoc facit, & eo nõ obstãte vendatur poterit vẽditionẽ per oĩa retractare per l. singularẽ. ff. de resci. vẽ. l. fundus. & j. de distrac. pig. l. si residuũ, sed si veniant post vẽditionẽ, non habet remediũ nisi cõtra camerã ad pretiũ, sed in casu quẽ proponebat ille minor imperatori. fiscus nõ vẽdiderat rem ipsius minoris tãquã suã. s. fisci: sed tanquã ipsius minoris, ꝓpter debitũ fiscale. in quo pater suus vel ipse tenebat. † quo casu ad
3 hoc vt venditio valeat, & nõ possit retractari etiã bñficio ætatis, plura sunt necessaria: de qbus hic p gl. Sed plenius per gl. j. de fi.

o

¶ Longi temporis. Adde auth. nisi ꝺ homa. c. quicunque episcopus. xvj. q. iij. gl. in c. vlti. xviij. q. vlt. Doct. in c. ad aures. de præscri.

b ¶ Priuilegio. Adde Bal. in auth. habita. C. ne fil. pro patre. Cy. in l. quo tempore. in vl. col. C. de resti. mi. Abb. in nono no. c. auditis. de rest. in integ. Pau. de Ca. cõsi. cccxij. inci. viso puncto suprascripto.

c ¶ Imperij. An causæ meri & mixti imperij possint delegari? vide gl. in cle. j. de offi. dele. Inn. in c. super quæstionum. eo. tit. Bal. in l. j. in ij. col. C. vbi de cri. agi opor. Lu. Ro. & Pau. de Ca. in l. j. in §. j. ff. de offic. eius cui man. est iur.

Si aduersus creditorem. &c. *Rubrica.*

L E X I.

1 

VM & ipse, †Minor q petit se restitui aduersus creditorē fœneratitiū, restituit: nisi creditor probet ipsum forè effectū locupletiorē ex pecunia mutuata. h. d. cū l. seq. scīdm cōem intellectū gl. & doc. Et est spāle in odiū foneratorū q̄ sufficit minori petēti restitutionē aduersus eū allegare & ꝓbare se fuisse minorē tp̄e mutui facti. Itē allegare q̄ pecunia non fuit versa in suā vtilitatē: sed ꝓdita. tñ nō habet ꝓbare necesse, sed potius cōtra creditor habet necesse ꝓbare cōtrariū, licet secus sit regula. q̄ minor debet ꝓbare nō solū minorē ætatē: sed etiā læsionē: vt in l. nā & postea. §. si minor. ff. de iureiu. & de materia harū ll. habetur ff. de min. l. patri pro filio. §. si pecuniā. qui loquit̄ in creditore nō fœneratio, sufficit: notabilis l. est. Sed oppo. q̄ nō sit speciale odio vsurariorū, vt habeat necesse ꝓbare pecuniā versam in vtilitatē minoris. cū idē sit in alijs nō vsurarijs: vt j. de p̄di. min. l. si p̄diū gl. hoc nō soluit, sed remittit ad ibi no. sed plenius dicit gl. ſ. de in. resti. l. fi. quorū verba Bar. hic trāscripsit. & nō fecit mētionem de eis: & etiā fuerunt verba Iac. bu. dic vt in dictis locis plenè no.

Si minor ab hæreditate se abstineat. *Rub.*

2 ☞ *Veritas non indiget adminiculis uerborum.*

3 *Filius abstinendo ab hæreditate paterna: an hodie remaneat hæres nomine?*

L E X I.

1 

SIVOS. †Filius qui se nō immiscuit hæreditati paternæ nō indiget restitutione, cum sit tutus ipso iure aduersus creditores hæreditarios: sed si se immiscuit, vel bonorum possess. agnouit, & sit læsus, potest restitutionē in integ. petere aduersus aditionē. h. d. In tex. ibi: [nō immiscuistis. subaudi expræsè vel tacitè capiēdo bona hæreditaria, sed tacuistis, per aliquos fortè annos, & nō fuistis protestati q̄ non intendebatis obligari huic hæreditati: vel creditoribus hæreditarijs, vnde propter hoc creditores cōueniebāt vos, tāquā tacitè volueritis hæreditatē acceptasse, eo maximè quia eratis filij. & si filius, ergo hæres. Imperator dicit, q̄ si non apparet vos immiscuisse, ista taciturnitas &
2 omissio protestatiōis, nō noceret vobis. †quia veritas nō indiget adminiculis verborū, & ad hoc semper allegatur ista l. & veritas apparet eo ipso q̄ nō probatur contrariū: quia pro negatiua præsumitur. Sed contra de. l. j. §. qui sunt in potestate. ff. si quis omis. cau. test. vbi dicitur q̄ filius statim mortuo patre in cuius erat potestate, velit nolit efficitur hæres ipso iure. Nec ob. beneficium q̄ habet à prætore, vnde possit substituere. quia hoc nō facit quo minus de iure ciuili etiam de l. xij. tab. infigatur sibi hereditas etiā inuito. So. illud est verū quo ad nudū nomen. & etiam quantū ad vtilitatē. vt decedēs etiam ignorās sibi hæreditatē delatam, eam transmittat ad quoscūq̄ hæredes: vt plenè no. in l. ex militari. §. fi. de testa. mili. & etiam cōfirmantur tabulę pupillares, & dationes tutorū. vt hic. & in l. si filius qui patri. de vul. & pup. nō quantum ad hoc vt obligetur creditoribus hæreditarijs cū effectu, nisi se immiscuerit. & hoc vult illa. l. & istud propter beneficiū prętoris q̄ cōcedit sibi vt abstinere possit sicut quilibet volūtarius hæres propter q̄ beneficiū redactus est ad instar emācipati: vt in l. nam nec emancipatus de le. j. Ideo si creditores conuenirēt filium, & filius cōpareret, nō tamē apparet q̄ cōparuerit vt hæres, nec creditores probauerūt institutionē, non habent intentionē eorū fundatā propter hoc solum q̄ ille erat filius: & propter quod deberet illis solui. & hoc voluit glo. in l. si cum dotem. §. transgrediamur ff. sol. ma. & per Doc. in l. necessarij ff. de acqui. hæredi. & ꝓ hoc est expedita gloss. quæ est hic. †Dicunt quidam per hanc legem
3 quod hodie filius abstinendo se ab hæreditate paterna, non remanet hæres nomine: cum habeat beneficium abstinēdi ab ista l. imperiali. quæ pōt facere ipsum desinere esse hæredem: vt no. in l. in substitutione filij. ff. de vul. & pup. licet prætor per suū edictū nō potuerit. vt inſti. de bo. pos. §. quos aūt: sed veritas est in contrarium: quia illa l. non intendit dare ptātē abstinendi de nouo. sed refert & fundat se in potestate datā ab edicto prætoris. Idem esset in instituto: nisi expresè diceret contrarium nam de illa opinione multa mala sequuntur, & perderetur existentia sui hæredis cum

a Et aduerte diligenter. Adde q̄ hoc dictum Pau. de Ca. alleg. do. Bar. soz. i suo cōſ. q̄ inci. & elegāter & subtiliter. col. ij. in contrariū tamen alle. tex. in l. fundus. ff. de rescin. vend. & tex. hic in l. ij. & q̄d ibi bar. Bal. & Ang. vbi sit differentia an agatur aduersus fiscū. & erit iudex procurator cæsaris. an aduersus priuatum & erit iudex præses prouinciæ. & tenet Bal. in l. si minori. C. de iur. fis. li. x. & videtur casus in l. vnica. C. de 4
vē. rerū fis. li. x. & ibi a
hoc tenet gl. & sic aliquando attribuitur iurisdictio procuratori cæsaris, aliquando præsidi & sic ordinario. sed pro concordia idem d. Bart. in d. cōſ. dicit q̄ possumus dicere q̄ ambo habeant iurisdictionē. s. procurator cæsaris, & præses prouinciæ. & sic ordinarius & alleg. ita tenere. d. Io. de pla. in d. l. vnica. C. de ven. re. fis. & sic dicetur vtrique attributā iurisdictionem demonstrati uè: prout habetur in l. j. ff. de off. cōsu. & in l. j. C. de off. præfe. vr. & in auth. habita & ibi declarant naturā Bal. & Sali. C. ne fi. pro pa. Vel scdò q̄ possumus dicere: prout dicit præfatus d. Io. de pla. in d. l. si minori vbi dicit q̄d quando agitur cōtra emptorē, nō solū coram præside q̄ est iudex inter priuatos. l. j. ij. & iij. C. si vē. pi. aga. sed etiā coram pro curatore cæsaris, qui est iudex inter fiscū & priuatum vt probatur hic in l. j. & ij. vel inter duos priuatos, quorū alter habet causam à fisco ad cuius defensionē se offert fiscus. & dicit q̄ illa lex reddit in hoc singularis. videlicet q̄ licet priuilegiatus superueniens ad defensionē emptoris pro euictione rei venditę nō immutet forum rei, nec trahat actorē ad forū ipsius auctoris. l. venditor. ff. de iud. tamē secus est in fisco, qui superuenies ad defensionē vēditoris trahit actorē ad forū suū. i. coram procuratore cæsaris. 8tra.

instr. & iur. hastæ fiscal. l. j. lib. xij. & j. de præscrip. xxx. an. l. j. quorum si aliquid deest, vē ditio ipso iure non valet. & potest reuocari etiam per maiorem sed hic deficiebant duo s. solēnitas subhastationis, etiā quia fuit vendita minus iusto pretio dolo & fraude interueniente, ideo poterat ille minor nō ex priuilegio minoris ętatis, sed de iure cōi ab emptore rem auocare soluēdo tñ debitū ipsi fisco. et fiscus tenebitur emptori de euictione Poterit etiā soluere ipsi emptori illud ī quo tenebatur fisco: quia potest quis soluere creditori creditoris sui. l. si opera, de dolꝰ exce. & hoc si ille emptor iam soluerat pretiū fisco. per ea q̄ no. s. q̄ me. cau. l. iij. in glo. mag. Et aduerte diligēter. quia tex. hic circa fi. ibi dum dicit [si aditus rationalis nr̄. &c.] videtur velle q̄ tunc inter dñm vendicantem rem, & emptorem, & sic inter duos priuatos sit iudex procurator cæsaris. q̄ est notādū si quis emat à camera cōis rem alicuius pro debito fiscali: & postea cōueniatur à domino: tanquā vēditio fuerit malè facta coram potestate, pōt emptor petere se remitti ad iudices camere: qui tenēt locū procuratoris cæsaris. & isti erūt iudices. Casus est hic notabilis & singularis. vnde volēs retractare talē venditionē, bene cogitet qualiter potest obtinere, si illi qui vēdiderūt rē habēt esse iudices in retractatione vēditiōis. Oportet ergo q̄ habeat ius clarissimū, ad hoc vt illi veniant cōtra factū propriū, vel suorum antecessoriū. Sed hic quæro: q̄d si omnia requisita interuenerūt hoc casu, sed facta venditiōe cōpareat aliquis dicens rem venditā fuisse sibi obligatā, & ideo nō potuisset vendi in sui præiudiciū? Respōdeo debuit hoc dicere tēpore quo subhastatur: si hoc nō dixit, nō debet audiri si subhastationes sciuit vel scire potuit, quia censet ius suū remisisse, casus est notabilis. j. de remi. pig. l. si hypothecas. & est spāle in vēditiōe q̄ fit p fiscū vt ibi no. per gl. in l. sicut. §. nō videt. ff. qui. mo. pig. vel hy. so. secus si fieret per aliū etiā illo sciēte, & patiēte. vt in illo tex. & sic not. tu Paduan. q̄ qñ emis à camera cōis rem alterius pro debito fiscali cū solēnitatibus req̄sitis, nō habes necesse facere cridas q̄ durēt p annū scdm formā statuti noui Paduani, q̄a illud habet locū qñ fieret vēditio p alio debito quā fiscali: vel qñ ipse dñs venderet. sed sufficit tibi ad excludēdū oēs, q̄ nullus tp̄e subhastatiōis cōparuit ad cōtradictionē: alias esset secus. vt ſ. dixi. sed q̄d si ille debitor erat minor, an poterit ex priuilegio minoris ætatis restitui ad rescindendā vēditionē oblato debito ipsi fisco? Gl. hic vī dicere q̄ nō. dū dicit [i qua vēditiōe nec maiores, nec minores iuuātur.] In cōtrariū facit j. si ꝓpter publicas pēsitatiōes. l. fin. Breuiter si fuit req̄situs minor cū tutore vel curatore vt solueret debitū fiscale, & nō soluit. & sic est cōstitutus in mora: amplius nō audiet. ita debet intelligi ista gl. alias secus. q̄a non esset in mora. & ita ꝓcedit l. cōtraria. q̄ not. & ita videtur declarare Bar. in l. pe. j. de fi. instr. & iur. hastæ fisc. sed si res nō esset vēdita, licet ꝓpter vectigal nō solutū fuisset confiscata: restitueretur in integ. vt ff. de min. l. si ex causa. §. si in commissum. & si esset pupillus, audiretur ipso iure sine restitutione vsque ad xxx. dies. vt in l. Imperatores. §. j. ff. de publi. Tenementi. quia quotidiana sunt illa. & declarata male hic per doctor.

cim omnibus effectibus suis. quod est periculosum dicere.

1 Q Presentes in ciuitate uel loco, debēt citari personaliter, sed absentes à ciuitate possunt citari ad domum: & si nuntius perquisiuisset presentem in ciuitate, & reperire non potuisset, posset eum citare ad domum: & qualiter faciet relationem?

2 Minor petens restitutionem aduersus additionē hereditatis: qualiter necesse habeat probare se lesum ex additione?

3 Sufficiat generale proclama quòd quicunque uoluerit contradicere ne talis restituatur, compareat infra talem terminum: an autem necesse sit singulos citari personaliter uel ad domum?

4 Restitutione in integrum, an contestetur lis? nu. 6.

5 Quando possit ad diffinitiuam perueniri, lite non contestata?

6 Iudex ex officio etiam nemine petente, postquam concessit restitutionem aduersus additionem & hereditas est repudiata: debet prouidere ne bona hereditaria dissipentur, dando curatorem bonis, & faciendo inuentarium apud acta.

AVTHENTICA.

SI omnes. Ista auc. est vulgaris. & ponit practicā l. C. in eo quod ibi dicitur in ver. quòd si pro hærede. † & docet qualiter sit cōcedenda restitutio aduersus additionē hereditatis. & cōtinet plura. nam prima facit q sint citādi omnes creditores hæreditarij tā præsentes quā absentes.a Intellige de præsentibus in ciuitate, vel in loco in quo petit restitutio: nō tamen si sunt præsentes in iudicio, quia tunc nō sunt citādi: vt no. in l. j. C. de in ius voc. & in c. fi. de cēc. lib. vj. in nouel. debet tamē eis assignari terminus ad dicendū quicquid volūt, & possunt, quare restitutio nō sit cōcedenda: & deberent expectari usq; ad lapsum termini. † Et no. q illi q sunt præsentes in ciuitate, vel loco, debēt citari personaliter, quia nūtius de facili potest hoc facere: sed illi qui absunt à ciuitate, possunt citari ad domū: quia nō de facili nūtius posset eos quærere per mundū: vt j. quo. & qñ iud. l. ab eo. & hoc fortè fuit de mente istius auc. alias superfluè videtur loqui. dū dicit præsentes vocādos. & postea idem dicit de absentibus.b si in modo vocandi nō esset aliqua differētia, si tamē nūtius ipsum perquisiuisset per ciuitatē, & reperire nō potuisset, posset citare ad domum: debet tamen in relatione de hoc facere mentionē. secus quando absunt. quod dic vt no. in c. causam. de dolo & cōtu. & per Bar. in l. si filius. § . Iulia. de dam. infec. debēt etiā citari legatarij: vt in gl. quo nū de ipsorū præiudicio agitur, cū repudiata hæreditate legata imbuatur. Nec obst. de iure deli. l. fi. §. sed legatarij. vt ibi not. nā quādo bona non sufficiunt, creditores sunt melioris conditionis quā legatarij. sed in casu illo sunt equalis condi. & si illa citatio non fiat, nō valeret sentētia: vt in gl. Intellige quo ad præiudicium nō citatorū. sed quantum ad citatos bene valeret secūdum doctores quia fatuus iudex: vt refert Bald. qui credebat quòd si omnes essent citati excepto vno, nō valeret sentētia. quod est fatuum. & iō dicit Bal. in inuētario quod cōficitur per hæredē, vt nō vitietur: licet aliqui creditores non fuerint citati. imò valet quantū ad citatos: licet illis non citatis præiudicium non fiat, quia causæ sunt separatę & diuersæ per l. etiā. ff. de min. † Et per prædicta videtur q minor petēs restitutionē aduersus additionē hereditatis, necesse habeat probare se læsum ex additione. quod facit, probādo hæreditatē esse dānosam. & plus esse in debitis q̄ in bonis: alias ad quid citarent creditores? aliàs si creditores pro hac contrarium, q bona sufficiunt, non erit restitutio concedenda, & interest creditorum vt nō concedatur vt habeant certam portionem quā conueniant: si tamen esset multum implicita dubitatio q necesse haberet ire per litigia: licet appareret aliàs q nō esset dānosa, propter hoc solum posset restitutionem petere. ff. de min. l. minoribus. xxv. an. De hoc vide hic per Cy. & quod no. Inn. in c. causam. qui filij sint legi. ante fi. ij. col. Secundò vult ista authē. q creditores citati debeant expectari per tres menses, quod intellige. nisi prius cōpareant. nam tūc finita causa dilationis finiretur dilatio l. à filia. §. alendo. ff. ad Treb. Item habet locū hoc de iure cōmuni: sed statuta terrarum dant alios terminos, & illi sunt seruandi. † Sed quæritur. an sufficiat generale proclama q quicunq; voluerit cōtradicere ne talis restituat, cōpareat infra talem terminū: siue fiat per præconē in loco cōsueto, siue per edictum in scriptis affixum, an autē sit necesse singulos citari personaliter, vel ad domū? Doct. dicunt q illi quos constat esse creditores, sunt tantū citandi singulariter: sed quo ad illos qui ignorāt sufficit tale proclama generale, quod tamē nō præiudicabit absentibus à loco ad quorū notitiam peruenire non potuit: vt not.

c Inn. in c. in nostra. de procu. & vide in d. c. fi. de elec. in nouella. Statuta etiā terrarū dāt certum modū: & vt plurimū videtur mihi q fiant illæ citationes gñales: quia difficile est ire per singulos. † Tertiò dicit ista auc. q non cōparentibus creditoribus infra terminū datur restitutio: & sic valet sentētia diffinitiua etiā lite non cōtesta. nō em potuit lis cōtestari si creditores qui faciebāt partem in hoc iudicio, non cōparuerūt. sed contra de l. Papinianus exuli. in fi. ff. e. vbi in restit. integ. contestatur lis. Sol. est verū qñ quis p restitutionē petit aduersariū condēnari ad aliquid dādū, vel fiendū sibi: sed in casu isto nō petit illos creditores condēnari ad hoc, sed solū remoueri obstaculū additiōis, propter q nō poterat hērditatē repudiare: postquam eā adiuerat. vt in l. sicut. j. de repu. hē. Vnde petit rescindi additionē, & reponi in eo statu in quo erat antecq̄ adiret. & sic non pōt postea repudiare. Petit aūt à iudice hoc fieri: nō aūt à parte. quo casu quia in cōtumaciā istorū creditorū nō pōt huic minori consuli per missionē ex primo vel secūdo decreto. idcirco cōsulitur vt possit peruenire ad diffinitiuā lite nō contest. & ad hoc allegatur illa auc. & l. iij. in fi. regū. in fi. & c. j. de eo qui mit. in poss. lib. vj. propter q dicit la. Bu. fuisse determinatū. cum quidā fuisset cancellatus de matricula indebitè, & peteret se in ea remitti. poterit lite nō cōtesta. ferri diffinitiua. & eodē modo si quis peteret se cācellari de bāno. nā in contumaciā syndici cōis. à quo nihil petitur dari vel fieri, poterit ad diffinitiuā peruenire. 6 Tene mēti. † Sed qd si creditores vel aliqui eorum cōparuissent, & vellent litē cōte. & litigare? & vellent ostēdere q restitutio nō est cōcedēda. Rñdeo deberēt audiri per gl. q̄ est in c. per venerabilē qui filij sint legi. quæ dicit q licet in causa appellatiōis parte absente nō sit lis cōte. vt no. in l. fi. § . ill. iud. j. de tempo. app. Si verò pars est præsens. & vult cōtestari, necessaria est cōtesta. facit c. per tuas. de appel. & illa glo. reputatur sing. prædicta procedūt qñ restitutio petit principaliter. si autē incidenter, tunc indistinctè sine nouo libello, & sine cōtestatiōe pōt cōcedi: vt in c. cora. de in integ. rest. & ff. de autho. tu. l. defendente. cum ibi no. secundū Bal. hic facit q not. Bar. in simili. in l. cū procurator. ff. de ope. no. nū. Vltimò not. in fi. q iudex ex officio etiā nemine petēte postq̄ cōcessit restōnē, & hērditas est repudiata, debet prouidere ne bona hērditaria dissipētur: qa hoc cōstat sibi vt iudici q hæreditas iacet. & sic pōt de facto supplere: dādo curatorem bonis, & faciendo fieri inuentarium apud acta.

a Absentes. Adde doct. in c. cū omnes. de cōstit. & ibi Fely.

b De absentib⁹. Adde glo. in verbo ipsorum in c. præsentiū. de testi. li. vj. & diffusè per Fel. in c. cū omnes. de cōsti. ver. prima fuit opi.

c Vt no. Inno. Adde eundem Innocen. in causam. qui matri accu. poss. & in c. Albe. extra de testi. Bar. & Bal. in l. fi. C. de iu. de li. & Bar. in extraua. ad repri. in versi. per edictum. Car. in suo cōsi. lxxiij. col. j. Pe. de Ancha. in consil. cclxx. inci. In primo dubio. & in cōsi. xcij. incip. prima facie. & per Ale. de Imol. in cōsi. cvj. col. pe. in v. li. Fran. Cur.

LEX II.

SI cum aui. † Minor potest mediante beneficio restitutionis adire hæreditatē auitā, quā repudiauerat: et repudiare paternam, quam adiuerat. h. d. in effectu. An autem sine beneficio restitutionis possit hoc facere quis? dic vt in illa. l. difficili. j. vnde lib. l. qui se patris.

In quibus causis in integr. restitutio non est necess. Rubrica.

☞ Quando defunctus fuit interfectus, hæres non debet adire hæreditatem: nisi prius accusset occisores: & faciat eos puniri, & quid si hoc non faciat?

1 Illud quod dicitur quòd mater negligens petere tutorem filio infra annum à morte mariti, priuetur hæreditate filij, si decedat in pupillari etate, si ipsa mater erat minor: an iste annus incipiat currere nisi à tempore quo est effecta maior?

LEX I

¶ Restitutio quæ semel est denegata per sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam. 2 non potest amplius petit

3 Num auxilium extraordinarium, quòd concurrat cum alio extraordinario.

LEX IIII.

Cum circa. † Si minor fuit pronũciatus maior per errorẽ hoc probato nõ nocet sibi pronũciatio quominus possit petere restõnẽ aduersus cõtractus, vel quasi cõtractus: in quibus docet se fuisse læsum. h. d. secũdum intellectũ quẽ habeo a in ista l. & semp̃ habui. licet Doc. ipsum nõ tangant: sed nunc reperi do. Raph. in fi. ipm̃ tangentẽ, quod mihi placuit. nam secundũ illũ congruit huic ti. quia minor volẽs cõse qui legitimã administrationẽ bonorũ suo rum, & nõ esse amplius sub curatione. adi uit iudicẽ, asserendo se maiorem, dicens q; erat natus tali tempo re. puta illo anno quo dominatio Venetiarũ: habuit ciuitatem Pa duæ. & non est verum. imò fuit natus tempore guerræ Vngaro rum: iudex ꝓnunciauit ipsum esse maiorem, & habere legitimã administrationem. postea ille minor cõtraxit cum aliquo, vel li tigauit cum aliquo, & postea sentẽtia fuit lata contra eum. vole bat in integ. restitui. opponebat de illa ꝓnunciatione. ipse autem dicit illam fuisse factã per errorẽ, quia credebat se fuisse natũ illo anno: quo tn̄ nõ fuit, & docet de errore, certè non nocet sibi. sed huic lec. obst. l. minor .xxv. an. addito præsi de. ff. de mino. Sol. ibi loquit in debitoribus soluentibus ipsi minori, qui si sunt bonæfi dei, & crediderunt dictæ pronũtiationi fauore liberationis, ipso iure liberãtur: nec minor restituitur. etiam si pecunia non sit sal ua. sed hoc intelligo qñ se obligauit, & vult restitui aduersus ob ligationem. quę non est ita fauorabilis sicut liberatio. Tene men ti hunc casum singularẽ iuncta ista l. † Sed gl. quæ est hic. & etiã Doc. ipsam sequũtur. ponit casum q; ille minor asserebat se mi norẽ fuisse tẽpore cõtractus, & petebat se restitui: & aduersarius excipiebat q; imo fuerat maior. & non erat restituendus. iudex pronunciauit cõtra minorẽ: quia putauit esse probatum q; fue rat maior: certè licet illa pronũtiatio transiuerit in rẽ iudicatam, adhuc potest minor iterum petere restõnẽ aduersus dictũ cõtra ctum. & aduersus dictam pronũtiationẽ probãdo errorẽ. sed tũc nõ cõgruit aliquo modo huic ti. sed potius cõgrueret ti. seq. Itẽ si bi ob. fortiter l. j. sequẽtis ti. vbi habet q; si restõ semel est denega ta per sententiã quæ transiuit in rẽ iudicatã, amplius nõ põt pe ti. Timore huius gl. in fi. videt soluere duobus modis. Primo qñ fuit denegata restõ per sniam diffinitiuam, hic verò lata erat in terlocutoria duntaxat: quia cã principalis erat cã restõnis: & arti culus de ætate erat incidens. super quo nõ erat ꝓnunciandum: sed fuit ꝓnunciatũ de facto. & nõdum erat lata snia diffinitiua, certè poterit probari error istius interlocutoriæ, & hoc modo nõ denegabitur restitutio. Sed fertur sententia pro minore, vel dic quòd erat lata diffinitiua, sed cõceditur restitutio ex noua causa. quod ibi promittit: quia dicitur q; ętas maior fuit falsò probata. & hoc voluit gl. in fi. licet obscurè loquatur. Bart. autẽ dat aliam solutionẽ, quę non placet: tn̄ esset singularis si esset vera. quod il la l. loquatur quãdo fuit denegata propter defectum probatio nis lęsionis: secus qñ propter defectũ probationis: sed hoc non habet in se rationẽ diuersitatis quæ bona sit: licet ipse conet assi gnare. Tene primũ intellectũ secũdũ quẽ illa l. cõgruit ti. & red ditur notabilis. In gl. j. ibi: [& sic errore ductus iudicauit eũ ma iorem] dic ille error potuit esse in ꝑte. i. in ipso minore, qui allega bat se maiorẽ quia dicebat se natum tali anno: cũ nõ esset. Idem potuit esse in iudice. Item in testibus. & si fuit in iudice, dic quòd iudicauit: scilicet in mente sua postquam viderat acta, nõ tamen expressit in snia: vt j. sequit in gl. In glos. ibi: [sicq; nõ restituen dum.] Dic subaudi si dedit sniam cõtra eũ, q; non erat restituen dus. quæ sentẽtia fuit diffinitiua. In gl. ibi: [& hoc non expresso errore in sententia.] hoc ideo dicit glos. quia si fuisset expressus error, illa sentẽtia vltima esset ipso iure nulla: vnde non esset ne cesse petere aduersus eam restitutionẽ: & sic innuit glo. q; nunc nõ petatur restitutio quæ fuerat denegata per istam sententiam, aduersus cõtractus: vel aduersus aliam sentẽtiam: sed petatur ad uersus illam sentẽtiam denegantẽ restitutionẽ: certè etiam posset intelligi q; petatur restitutio illa eadem quæ fuerat denegata pro pter nouam causam. † In glos. ibi: [nec vnum auxilium extra 3 ordinarium aliud tollit.] Not. illam glos. quæ semper allegatur a q; vnum auxilium extraordinarium " concurrit cum alio extra ordinario. de hoc dic plenè per Barto. in l. j. in prouinciali. de oper. no. nunt. Breuiter ista lec. glos. quam sequuntur Doct. est difficilis eam sustinendam, etiam nec congruit literæ. dum dicit [falsa opin. te præsumpsisse.] & sic ille allegauit se maiorem, sed illa lec. vult quod allegauit se minorem fuisse tempore contra ctus: vnde venit difficultas istius legis.

¶ Extraordinarium. Adde glo. in l. in cau sæ. ff. de mino. Cyn. in l. pen. C. si tu. vel cura. in. vj. q. gloss. & Bart. in l. j. in. §. vnde quæritur. ff. de publi canis.

Si sæpius in integ. resti. postuletur. *Rubrica.*

a ☞ *Præscriptiones iudiciales, quòd etiam hodie currant ipso iure minori.*
Facilius conceditur appellatio, cùm sit de iure communi quàm restitutio in integrum, quæ est de iure speciali.
b *Princeps quòd etiam concedat id quod ab eo non fuit petitum.*

LEX I.

1 SI post sententiam. †Si restitutio fuit semel denegata, iterum non conceditur nisi ad appellandū: vel nisi ex noua causa. h.d. totus tit. secundū Bar. In text. ibi: [nec obtinuistis.] & sic duæ sententiæ latę erāt contra istos minores: & à neutra appellauerunt. Prima fuit lata super fundo secundū gl. qa fuerunt condēnati ad dandū fundū. Secunda fuit lata super restitutione in integrum, quā petierant aduersus illā primā: si ergo iterū petatur restitutio: aut petit̄ aduersus illam primā sententiā, & sic petitur restitutio denegata, & tunc si cōcederet̄, illa secunda sententia esset fruſtratoria: & nihil operaretur, quod esse non debet: quia decreta iudicū non debent esse illusoria: vt in l. si prætor. ff. de iudi. Si autem peteretur aduersus hanc secundam sententiam, & sic non peteretur eadē restitutio denegata: sed noua restitutio aduersus sententiā denegantē: & tunc si concederetur, restitueret̄ ad restituendum. quod similiter esse non debet: vt in l. interdū. ff. de mino. debuerunt ergo appellare ab hac secūda sententia, si credebāt eā malè latam sed si omiserunt appellare, aduersus hanc omissionem nō denegatur restitutio: imò concedit̄ vt possint appellare ab hac vltima. & sic collige plura & sic q tempus appellandi quod est hodie decem dierū, olim verò biduū, vel triduum, currit minori. Sed restituit̄. nec corrigitur ista. l. in hoc per l. fi. §. in quibus causis. licet illa sit nouior ista, quia hoc etiā est confirmatū per iura
2 nouissima: vt in aut̄. de app. & j. quæ tēpora. † & est speciale in præscriptionibus iudicialibus, vt etiā hodie currāt ipso iure minori. vt ibi dixi. Itē not. q facilius conceditur appellatio, cū fit de iure cōi, quā restitutio in integ. quæ est de iure speciali. potētius em̄ etiā est ius cōmune, vt no. in l. j. §. si aduer. ven. per glo. & in l.
3 eius militis. §. si militia. ff. de testa. mili. † Item no. in fi. q princeps concedit id quod ab eo non fuit petitū. nā isti minores petebant à principe se restitui aduersus primā sententiā latam super fundo: quā restitutionē semel petierant, & fuit eis denegata, & Imperator illam eis non concedit, vt patet. dum dicit [rursus vt ea quæstio &c.] sed bene concedit restitutionē ad appellandū ab hac vltima, quod tñ non petierant: nō sic posset facere alius inferior à principe, vt in l. fi. j. de fideic. li. Contra istā l. opponitur de l. vlt. ti. præcedēti secundū lec. glo. Sol. vt ibi dixi. Bar. autē aliter soluit, q ista l. intelligatur qñ fuit denegata, quia non fuit ꝓbata læsio. illa verò qñ fuit denegata, & non fuit ꝓbata minor ætas. & assignat rationem: quia in primo casu bis fuit cognitum de iustitia istius minoris primo tempore primæ sententiæ latæ super fundo. secundo tempore secundæ sententiæ latæ super restitutione: sed de ætate non fuit cognitum nisi tempore secundæ. & hoc est vna truffa. quid enim si petita fuit restitutio aduersus cōtractum, & fuit denegata, quia non fuit probata læsio? certè tūc de iustitia minoris non fuisset cognitum nisi semel: quia non fuit nisi vnum iudicium, & sic non haberet locum ille titu. imò iteratò posset peti, quod est contra. l. sequē. vt ibi no. in glo. & sic ille tit. habet locum non solum quādo fuit petita restitutio aduersus sententiam, sed etiam quando aduersus contractum, quòd esset falsum tenendo rationē Bart. In gl. ibi [nisi ad appellandū, vt hic.] subaudi à secunda sentētia, per quam fuit restitutio denegata. & ab ea non fuit appellatum: potest etiam peti, & debet concedi si hoc magis vult ad prosequendam appellationem interpositam à prima quam non fuit prosecutus. vt §. glos. posuit dum dixit: [& tempus cucurrit] subaudi appellatiōis prosequendæ. & sic deserta fuit appellatio secundùm Bartol. non autem est concedendum vtrunque: quoniam alterum sufficit ideo debes intelligere, vt in l. quòd in hæredem. §. eligere. ff. de tributoria.

c ☞ *Vxor quæ est in potestate mariti, interdum est etiam sub cura alterius curatoris, & sic non potest celebrare contractum cum consensu mariti tantùm, sine consensu curatoris.*
d *Restitutio semel denegata, qualiter supereueniente causa iusta possit iterum peti.*

LEX II.

1 QVanquàm. †No. hic quod interdum pupillo vel pupillæ datur curator, licet regulariter dandus sit tutor glos. dicit q hic fuit adiunctus tutor propter largū patrimoniū vel dic quia non habebat tutorē, nam interdū pupillo non habēti tutorem datur curator. de cuius officio dic vt not. in l. curatorem. de tuto. & cu.
2 da. ab his. † Item not. hic in fi. quod interdū vxor alicuius quę est sub potestate mariti, est etiā sub cura alterius curatoris. & sic pōt celebrare contractū cū consensu mariti duntaxat. sed requireret̄
3 consensus curatoris. † In glo. ij. ibi [contra quos est §. tit. j. l. fin.] Dic hæc vera vt ille tex. & etiā. l. sequens posit intelligi siue causa superueniat de nouo, quæ non suberat tēpore denegatæ restitutionis. siue suberat, & de nouo peruenit ad notitiā. Sed qualiter pōt exemplificari primū q superueniat causa noua, ex qua sit concedēda restitutio quæ prius concedēda nō erat. Rñ. pone exemplū. si petita fuit restitutio aduersus lapsum tēporis instantiæ, quę fuit denegata ex eo q suberat tutor & curator, à quibus poterat consequi suū interesse, & erant soluendo. vnde fuit iustè denegata. vt patet in l. properādū. §. fi. j. de iudi. postea verò effecti sunt non soluēdo: certè illa est iusta causa propter quàm posset peti restitutio semel denegata, & superuenit de nouo. & sic non facit videri sententiā denegatam fuisse iniustā, sicut qñ iudex appellationis rescindit sententiā ex noua causa. In fi. glo. sic̄ [vel non videtur denegata.] hæc vera: quia sententia denegās restitutionem fuit rescissa per appellationem, & si pronuntiatur bene appellatum, & malè iudicatum. non censetur denegata ei effectu restitutio. vñ non conceditur restitutio semel denegata.

De his qui ueniam ætatis impetrauerunt. *Rubrica.*

a ☞ *Cōcedere veniam ætatis est de reseruatis principi, sicut restitutio aduersus infamiā*
b *Statuta dicentia quòd maior xviij. uel xx. annis habeatur in omnibus pro maiori xxv. annis, an ualeant?*
c *Contrahentes non debent remanere decepti authoritate legis, uel rescripti principis, quibus confici contraxerunt cum aliquo.*

LEX I.

1 EOs qui. †Aduersus gesta post impetrationē veniæ ætatis iudici intimatæ restitu-
2 tio non conceditur. h.d. † In text. ibi. [principali clementia.] & sic notatur, q concedere veniam ætatis ad solum principem pertinet, & est de reseruatis principi: sicut concedere restitutionē aduersus infamiā, quia solus princeps & senatus hoc pōt. l. j. §. de qua. ff. de postu-
3 lan. iuncta l. iij. circa prin. ff. de munici. † non ergo videntur valere statuta dicentia quòd maior xviij. vel xx. ann. habeatur in omnibus pro maiore xxv. ann. vt est Florentiæ. Sed quòd imò valet si talis populus non recognoscit superiorem, saltem de facto: quoniam in suo territorio locum principis tenet. vt not. Cy. in l. ea lege. de cōdi. ob cau. circa fi. & Bar. in l. apud hostes. ff. de capt. Secus in populo subiecto alicui dño, vel alteri populo. vñ populus huius ciuitatis non posset facere tale statutum: nec va-
4 leret. nisi confirmaretur per dominationē Venetiarū. † In fi. tex. ibi. [principali authoritate.] No. quia semper allegat q nō debent contrahentes remanere decepti authoritate. l. vel rescripti principis. quibus confici contraxerunt cū aliquo. & vide qđ no. j. de pet. hære. l. si putas. in fi. primæ glo. Quæritur hic si minor impetrauit veniam ætatis. & postea vult ei renūtiare, vt hic habeat restitutionem aduersus cōtractus. An possit? dicit Pe. hic quòd sic. cum eius fauore fuerit sibi concessa. ergo &c. vt in l. si quis in conscribendo. §. de pac. bene facit. l. si iudex circunuētō. ff. de mino. & quod no. j. de repu. quæ fiunt in iudicio. l. vnica. in glo. debet tamen hoc publicè fieri. vt deueniat in notitiam cuiuslibet, sicut & ipsa venia ætatis debet insinuari publicè. vt j. l. proxi per rationem istius tex. ne contrehentes decipiantur: & hoc per l. fi. & si populus. §. proscriptum. ff. de institoria.

a ☞ *Impetratio ueniæ ætatis non prodest nisi insinuetur coram iudice competenti. i. ordinario loci: & ab ipso reincipiatur administratio bonorum.*
b *Impetrans, an teneatur probare illud de quo facit mentionem in suo libello supplicatorio. an autem probatio incumbat aduersario qui uult dicere impetrationem fabro petitam?*
c *Si continentur aliqua in rescripto, quæ non fuerunt narrata per partem, sed per principem, an illa sint probanda per impetrantem, uel stetur narrationi principis?*

4 Vbi requiritur examinatio persone, debet quis per seipsum comparere, & non admittitur procurator.
5 Masculus differt à fœmina in etate necessaria ad impetrationē ueniæ: quia debet habere duos annos ultrà fœminam: sed non differunt in infantili uel uirili ætate.
6 Fœmina non potest citari ut personaliter compareat, etiam ubi masculus posset citari ut compareat in loco uirorum: sed in aliquo loco honesto sic, ut in aliqua ecclesia: & iudex ibit ad eam examinandam.
7 Aetas potest probari per testes: sed euidentius & clarius per scripturam.
8 Venia etatis non prodest, quantum ad hoc ut bona immobilia possint alienari sine decreto iudicis, & quid si contractus alia ratione sit nullus?
9 Statutum quòd etas. xviij. ann. intelligatur etas perfecta & legitima. an erit legitima quantum ad alienationem bonorum immobilium, ut possit fieri sine decreto iudicis?
10 Statutum si dicat uelere contractum minoris. xxv. annorum. & maioris. xx. an tale statutum faciat ipsum censeri maiorem solum quantum ad ualiditatem contractus, licet deficiant requisita in contractibus minoris: ut non tollat beneficium restitutionis in integrum?

LEX II.

OMnes. †Masculus maior. xx. an. & fœmina maior. xviij. possunt impetrare veniam ętatis. secus si sunt minores, & præfata venia postquam est concessa. debet insinuari coram iudice competente: & probari dicta ætas tam per masculum quàm per fœminam. masculus tamē nō admittit̄ ad probandum per procuratorē, sed per seipsum: fœmina verò bene pōt per procuratorem. Itē masculus debet probare morū institutа: sed fœmina non tenetur hoc probare. Item talis concessio non facit ipsum haberi pro maiore quantum ad venditionem rerum immobilium, nō interueniente decreto iudicis: imò ea non obstante nō valet alienatio. hoc dicit ista l. cum l. sequē. †No. quod impetratio veniæ ætatis nō prodest, nisi insinuetur coram iudice competenti ideſt ordinario loci & ab ipso reincipiatur administratio bonorum. hoc habetur clarius in l. ea quæ. circa principium. j. de temp. in integr. restitu. sicut nec prodest esse tutorem, nisi decernatur administratio per iudicem cum solennitate debita. vt. j. arbi. tute. l. fi. & quod plenè no. in l. iij. ff. de legi. tut. & debuit facere iudex. illam registrari in actis publicis, & ponere in camera communis, vel in loco consueto: vt quilibet possit videre & instrui nec decipiant̄ cōtrahētes.
*Item no. in ver. [ita vt post.] ibi. [probent.] &c. quod impetrās ventur probare illud de quo facit mentionem in suo libello supplicatorio. facit de rescrip. lib. vj. c. statutum. §. cum verò. circa fi. ibi primò fidem iudici faciat &c. de hoc est magnum dubium. an incumbat impetranti, an autem aduersario qui vult dicere impetrationem surreptitiam quasi falsum expressérit. quasi ꝙ narrata sint falsa. de quo per Cyn. in l. præscriptione. circa. fi. §. si contra ius vel vtil. pub. & in Spe. de except. §. nunc dicendum. ver. licet autem. & per Ioan. an. in addi. Spe. in ti. de clandestina desponsatione: sed si continentur aliqua in rescripto quæ non fuerunt narrata per patrem, sed per principem, an illa sint probanda per impetrantem, vel stetur narrationi principis: dic vt in clemen. literis. de proba. in text. & glos. † Item not. tertiò quod vbi requiritur examinatio personæ. debet quis per seipsum comparere. & non admittitur procurator secundùm Bal. ideo quando aliquis accusatur vel inquiritur de maleficio per ipsum commisso, potest citari vt personaliter compareat, vt videat iudex quo vultu & qua trepidatione loquatur. vt in l. fi. §. de procu. iusti. l. de minore. §. tormēta. ff. de quæst. & no. per Cy. in l. reos. in fi. de accu. †Quarto not. quòd masculus differt à fœmina in ætate necessaria ad impetrationē veniæ: quia debet habere duos annos vltra fœminam: & sic tardus pubescit. sicut & in ætate puerili, sed in infantili non differunt: quia vsq; ad septimum annum durat infantilis ętas tam in masculo quàm in fœmina. nec etiam differunt in ætate virili. quia post. xxv. an. dicetur habere legitimam ætatem, & virilem tam masculus quàm fœmina. vt. §. si minor se maiorem dixerit l. j. & hoc ita dicit Cyn. pro illa lege.
†Item no. quòd fœmina non potest citari vt personaliter compareat etiam vbi alias masculus posset citari secundùm Bal. hoc verum vt compareat in loco virorum in insula palatij: sed in aliquo loco honesto. vt in aliqua ecclesia. & iudex vadat ad eam examinandam bene consueuit citari. & ita practicatur quando necessaria est præsentia personæ. †No. etiam ibi. [probare possit testibus &c.] quod ætas potest probari per testes, sicut per scripturam, euidentius tamen & clarius per scripturam: maximè quando est de longinquo. vt. §. si mi. se. ma. dix. l. si alterius in fi. cum ibi no. per glos. & plenius per Bart. in l. de ætate. ff. de mino. †Vltimò no. hic in l. seq. quod venia ætatis nō prodest, quātum ad hoc vt bona immobilia possint alienari sine decreto. nec reputat̄ quātū ad hoc maior. Sed quid si contractus alia rōne sit nullus? vt si dicat statutū non valere contractū minoris. xxv. ann. sine certa solennitate, aliquis minor impetrauit veniā ętatis, & post ea contraxit sine vllā solēnitate, an valeat? Respōdeo. cum sit spāle in alienatione immobiliū, qd̄ per impetrationē veniæ nō dispenset̄ circa omissionē solēnitatis, in cōtrarium puto esse ius cōe: & sic. n. talis venia tollit nullitatē cōtractus proueniētis ratiōe minoris ætatis, & etiā tollit restitutionem in integrum eo casu quo cōtractus est validus. vt in l. j. §. e. & etiā operat̄ vt quadriennium datū ad petēdum restōnē in integrum aduersus gesta ante dictā impetrationē, incipiat currere per impetrationem venie, & post intimationē ipsius, etiam ante cōpletum. xxv. an. aliàs nō nisi post ipsum completum: non tn̄ finitur dictū tēpus nisi post cōpletū. xxv. & sic poterit esse quinquennium: licet realiter sit quadriennium continuū: & hoc habet̄ notabiliter in d. l. ea quæ. j. de temp. in inte. rest. iuncta l. fi. eo. ti. †Sed pone dicit statutū qd̄ ætas. xviij. an. intelligatur ætas perfecta & legitima. vt Florentiæ an erit legitima quantùm ad alienationem bonorum immobilium, & possit fieri sine decreto iudicis? videtur qd̄ non arg. huius. l. ꝙ illud statutum videtur quodāmō concedere veniā ætatis. Cōtrariū puto: quia illa l. loquitur quādo fit cōcessio per rescriptū: qd̄ nō est ita fauorabile, sicut qn̄ ꝑ modū legis vel statuti: ideo puto qd̄ quantū ad oīa reputabat̄ ætas legitima, & valebit contractus sine solēnitate quæ requirit̄ in cōtractibus minoris. & si lædat̄, nō petere restitutionē. ꝑ hoc bn̄ facit. auth. sacramēta. §. si aduer. vē. quia iuramētū facit vt minor reputet̄ maior, & nō possit dicere cōtractū nullū rōne minoris ętatis, nec petere restitutionē in inte. †sed si diceret statutū valere contractū minoris. xxv. an. & maioris. xx. tūc tale statutū facit ipsum cēseri maiorē, solū quātū ad validitatem cōtractus, vt nō possit ipsum dicere nullū: licet deficiat solēnitas requisita in contractibus minoris: & sic poterūt alienare sine decreto: sed nō tollit beneficiū restōnis, si in tali cōtractu lædantur. & hoc tenuit Iac. de bel. in quæstiōe disputata per eū. quæ incipit. lege perusina cauetur: de qua in addi. Spec. de in inte. resti. §. j. in additione quæ incipit. saluo quod dicitur. & vide bona verba Bal. in auth. si captiui. §. de epis. & cleri. quam glos. allegat hic pro contraria, sed solue per ibi no. per eum, & ad dictam decisionē vide bonam gl. & magistram. j. si de momen. pos. fuerit appellatum. l. vnica. & aliquantulum tetigi in l. exigendi. §. de procura.

1 Tardius pubescit. Adde l. minorem. ff. de ritu nupt. & in c. cōtinebatur. & in c. attestationes. de despon. impu.
2 Aetas. Adde gl. in ver. pfect⁹. in proœ. vj. in. §. quem librū. Cy. in l. si infanti. C. de iure deli.
3 Potest citari. Adde Ange. in authen. de temp. nō sol. col. viij.
4 Per testes. Adde glo. & Bart. in l. ij. ff. de excu. tu. Bart. in l. ij. in. §. si à pupillo. ff. pro empto. Spe. in ti. de proba. in. §. j. ver. restat.
5 Aetas pfecta. Adde glo. iusti. de fiduciaria tutela. in ver. si perfecte. & Signo. de homede. de medio. ī fino consil. clvj. & quando fit detentatio detracta legitima, an intelligatur de naturali, an verò de accidentali. & sic. de dispensata. per Alex. de imo. in cōsi. ij. co. ij. ver. iij. & col. vij. ver. non obstat. l. fi. in. j. vol. & duplicatū in. ij. vol. consi. lxxxvij. Franc. Cur.

2 ☞ *Aetas. xxv. annorum dicitur perfecta & legitima, & etiam nupta.*
Si factum est legatum impuberi cum peruenerit in suam ætatem quòd intelligatur ideſt postquā fuerit effectus pubes.
3 *Statutum quòd si aliquis decesserit cum filijs masculis legitimis & naturalibus, non succedant fœminæ, & aliquis decesserit cum filio masculo originaliter bastardo, sed legitimato, quòd ille non excludat filiam fœminam.*
4 *Si alicui facta fuit substitutio si decesserit sine filijs legitimis & naturalibus, & decessit cū filio legitimato: an locum habebit substitutio?*
5 *Quòd aliud sit dicere si decesserit sine filijs legitimis, ut comprehendatur legitimatus, & aliud si decesserit sine filijs legitime natis.*
6 *Quis dicatur legitimatus? & quis legitimus & naturalis? & nume. 5.*
7 *Quis dicatur uerus ciuis, an originarius tantum, an susceptus de gratia?*

LEX IIII.

SI quis. †Si in l. vel vltima voluntate fit mentio ætatis legitimæ vel perfectæ, intelligitur de naturali perfectione ideſt de illa ætate quæ est legitima & perfecta per l. scriptam. non autem de illa quæ per rescriptum principis specialiter concessum: & semper allegatur. h. d. ista l. †In tex. ibi [perfectę ętatis.] supple vel iustæ. Nam

a ¶Substitutos. Adde Iaſ.de trno.in l.ſi qs posthumos.in princ. ff.de libe. & posthu. Ang. in diſputatione inci. Nobilis quidam genere.& eādē Paul. in l.cùm acutiſsimi.j. de fideicō. Alexā.de trno.in cōſil.lxvij.co. ij. verſi.nunc deſcendo.in j.vo.& in cōſil. ij.co.vo.duplicatū in cōſ.lxxxvij.in ij. vo. Franc.Cur.

ætas.xxv. annorū dicitur perfecta & legitima,vt hic,& etiā iuſta.ff.de leg.iij. l. cū filio.in fi.Sed pone quod ille in quē verba diriguntur,erat impubes:& factū fuerit ſibi legatū cū peruenerit ad legitimā vel iuſtā ætatē,certè potuit habere reſpectū teſtator ad pubertatē,vt habeat legatū ſtatim cùm fuerit effectus pubes.vel ad virilē ætatem peruenerit,poſtquā fuerit effectus xxv.an. vt in d.l.cū filio.circa princi. quæ eſt optima:quid in dubiū?Rndeo intelligit de ætate xxv.annorū.vt in fi.illius l. no.per gl. Si aūt dixiſſet cū in ſuā ætatem peruenerit.in

3 telligitur.ſ.poſtquā fuerit effectus pubes.vt j.e.l.circa prin.†Vltimò illa l.allegatur.ſi ſtatutum dicat ꝙ ſi aliquis deceſſerit cum filijs maſculis legitimis & naturalibus, non ſuccedant fœminæ & aliquis deceſſerit cum filio maſculo originaliter baſtardo: ſed legitimato:ꝙ ille non excludat filiam fœminam. Item ſi aliquis accipiat emphyteuſim per ſe,& filios ſuos legitimos & naturales,ꝙ non veniat legitimatus:quia nō eſt legitimus per l. ſcriptā

4 ſed per reſcriptum.†& ſi alicui fuit facta ſubſtitutio ſi deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus:& ipſe deceſsit cum filio legitimo,locum habeat ſubſtitutio:ſed contrarium videtur determinare Bal.in ij.quęſtio.j.de fideicō.l.eam quā.circa mediū,& in l. cum acutiſsimi.dicēs ꝙ in legitimato eſt verus ſtatus legitimorum:ideo in omnibus habetur pro legitimo, etiā quantū ad excludendum fœminam vt in vltima quæſtione de ſubſtitutione. Iaco.de are.diſputando tenuit cōtrarium, quòd legitimatus ex-

a cludat ſubſtitutos.vt refert Ioan.and.in addi.Specu.de ſucc.ab inteſt.in fi.quia legitimatio eſt actus iuris ciuilis: nihil em̄ aliud eſt niſi eſſe habilem ad ea quæ ſunt de iure ciuili: ſed princeps hanc habilitatem poteſt verè concedere:vnde non videtur con-

5 ceſsiſſe fictè.arg.l.quia ratio.ff.de condi.inſti.†vnde omnes concordant quòd legitimatus eſt verè legitimus,non fictè:licet non ſit verè legitimè natus:ſed fingatur legitimè natus:aliud eſt dicere ſi deceſſerit ſine filijs legitimis,quia tunc comprehenditur legitimatus:ſufficit enim quòd ſit legitimus tempore quo deceſſerit,& aliud eſt ſi dixerit ſi deceſſerit ſine filijs legitimè natis,quia ille verè non eſt legitimè natus,ſed fictè:& verba debent intelligi de vera & propria ſignificatione,non de ficta.l.iij.§. hæc verba.ff.de nego.geſtis.nec obſtat iſta l.quæ loquitur de ætate perfecta,niſi naturaliter perficiatur:illa enim perfectio naturalis nō poteſt vere tribui per principem,ſed fictè: vnde ille qui impetrauit veniam ætatis, non habet ætatem perfectam vel legitimam verè,ſed fictè:mihi autem videtur quòd licet de proprietate verborum verum ſit id quod dicunt doct.tamen non eſt verum ſecundùm intentionem loquentis,ſiue teſtatoris, ſiue ſtatuētium, quorum verba debent intelligi ſecundum conſuetudinem loquendi.vt in l.liberorum.§.quod tamen caſsius.de legat. iij. & l. quam Tuberonis.§.j.ff.de pecu.& quod not. in l. ſtipulatio iſta habere licere.§.hi qui.ff.de verborum obligation.¶licet communis vſus loquendi eſt ꝙ ille dicitur legitimus & naturalis qui legitimè natus eſt ex viro & vxore.legitimatus aūt ſemper remanet cū illo noīe ſecundū vulgarē vſum loquendi,quia dicitur ille eſt naturalis tm̄: ſed legitimatus. ideo puto contrariū eius qd̄ dicunt doc.& ita dixi in deciſione illius q̄ſtionis quā anno præterito diſputaui:ſed ſi aliquis eſſet legitimatus nō per reſcriptū, ſed de iure cōi per cōtractū matrimonij ſubſequutū:vel quia datus eſſet curiæ,vel per alios modos,de quibus in auth. qui. mod. nat.effi.legi.& no.per glo.in c.per tuas.qui fil.ſint leg. tunc talis legitimatus cōprehēderetur per verba ſtatuti,vel teſtatoris. per id quod habetur in c.innotuit.de elec.& per gloſ. & vide de his quæſtionibus Ant.de But.in c.per venerabilem.qui fi.ſint leg.in vltima quæſtione principali.vbi tractat de effectu legitimatio-

7 nis.†& etiā vide quod no.Bald.in l.ciues & incolę.j. de app. in ver.quærit gl.ſ.qui dicaf verus ciuis:an originarius tm̄:an ſuſceptus de gratia.nam dicit ꝙ in dubio ſi ſtatutū loquitur de ciue, debet intelligi de originario,quod eſt notandum,non tamen aſſero pro firmo quòd ſit verum.

Si maior factus ratum habuerit. *Rubrica.*

LEX I.

1 SI inter minores.†Quæro in quo differat iſte tit.ab alio ti. poſito in quinto libro huius voluminis circa finem,qui ſimiliter incipit:ſi maior factus. Reſpondeo iſte loquitur qn̄ contractus celebratus erat validus,tamen erat læſus minor.& ſic competebat in integrum reſtitutio,quàm reſtitutionem tollit ratificatio facta poſtea in maiori ætate, ille verò loquitur quando cōtractus erat nullus: quia non interuenerat decretum in alienatione rei immobilis:& tunc ratificatio facit ipſum valere vt ex nunc,nō vt extunc: & etiam facit ipſum inexpugnabilem ratione læſionis:ſi fuit ſcienter facta:& his diebus in examine cuiuſdam dixi illa verba cuidā doctori qui intelligebat illum titu.quando cōtractus eſt nullus,& ſic intricabatur intellectus eius, & ipſe dixit nunc intelligo:& prius non intelligebam. In l.ij.gl.opponit de l.iij.§.ſcio.ff.de minori.vbi per actum factum poſt minorē ætatem circa actum geſtum in minori ætate,per quē inducitur tranſactio illius actus, non tollitur in integrū reſtitutio.& iſte tex.vult contrariū quod ratificatio ſubaudi expreſſa vel tacita tollat: ſed reſponde quòd ibi actus ille factus poſt minorem ætatem veniebat in cōſequētiam actus geſti in minori ætate: ideo trahitur ad tempus illius actus,& non inducitur ratificatio:hic verò non veniebat in conſequentiam,ſed contrà quòd idem eſt quando veniebat in conſequentiam,vt in l.liberis.§.j.ff.de libe.cauſa. ſed reſponde ꝙ ibi ratione delicti commiſsi in ætate minori.

Vbi & apud quem cognitio in integrum reſtit. agitanda ſit. *Rubrica.*

2 ☞ *A ſententia vicarij principis ſeu procuratoris cęſaris ſolus princeps reſtituit, non alius inferior,& an ipſe idem vicarius?*

LEX I.

SI quid. Lex iſta & etiam lex finalis loquuntur de ſecunda parte rubricę,ſcilicet,apud quem iudicem cauſa reſtitutionis in integrum ſit agitanda.l. autem ſecunda loquitur de prima parte, ſcilicet, vbi

1 ſeu in quo loco:& iſta prima l.h.d.†A ſententia delegati à principe ſolus princeps reſtituit non alius inferior.hoc dicit ſecundū primam lec.gloſſ.ratio eſt:quia fungitur vice principis, & quod vicarius facit,ipſe princeps facere videtur.vt j.l.fi.poſt prin.ibi, vt videatur ipſe &c.& ſic talis delegatus eſt maior quolibet ordinario,in cauſa ſibi delegata,vt in cap.ſtuduiſti.de offi.deleg. ſed reſtitutio nō poteſt peti corā inferiori iudice,ſed corā ſuperiore, vel coram eodem ſi eſt ordinarius.l.præfecti.cum l.ſeq.ff.de minoꝝ.ſed an illo caſu coram eodem delegato poterit peti?gl. ſi. innuit quòd ſic.Sed Doc.dicunt contrarium.in l.iij.§.ſi aduer.rem iudi.quia functus eſt officio ſuo lata ſententia illam autem glo.

2 referas ad lec.ſequentem ſecundū quàm. hoc dicit.† A ſententia vicarij principis ſeu ꝓcuratoris cæſaris ſolus princeps reſtituit. non alius inferior.hoc dicit,ſed an ipſe idem vicarius?dic quod ſi illo caſu:quia ordinarius.dic ſuprà,de offi.eius qui vi. alterius gerit,in rubro & nigro.& in titul.de offic.vica.& in iſto caſu verum dicit gloſſ.ſi.

2 ☞ *Si ego paduanus, & tu Vicentinus,cōpromiſimus in aliquē vicentinum,qui talis ſententiam contra me,& pro te,coram quo,& in quo loco debeam petere reſtitutionem in integrum?vel dicere laudum iniquum?*

3 *Laicus in cauſa quam habet cum illo laico,ſi petat abſolutionem à iuramento coram ſuo vicario epiſcopi ad effectum agendi,& ille concedat,& abſoluat:quod efficiatur iudex inter eos etiam in cauſa principali.*

4 *Minor ſi eſt læſus in non proſequendo appellationem:vel in non appellando, coram quo iudice petet reſtitutionem:an coram iudice à quo,vel coram iudice ad quem?*

LEX II.

1 QVoniam.†In integrū reſtitutio aduerſus cōtractū poſtulāda eſt corā iudice rei,non corā iudice actoris.h.d.Et vt ſit magis dubia, pone caſum de tribus locis,ꝙ quidam minor paduanus in ciuitate Vicentiæ trālegit cū quodā Bononiēſi,& aliquid ſibi ſoluit noīe trāſactiōis:nūc vult petere reſtitutionem,& recuperare quod dedit:dicit hic quod debet adire iudicē ciuitatis Bononię quia regula eſt gn̄alis ꝙ actor ſequit̄ forum rei:ſed an in ciuitate Vicētiæ,vbi fuit celebratus contractus,ſi ibi reperiat̄? videt ꝙd̄ ſic p l.ſ̄.j.de iu.om.iud.qa in loco cōtractus ſortit̄ quis forū, ſed certè hoc eſſet verū.ſi ageretur ad obſeruationē cōtractus: ſed ſi agitur ad eius reſciſsionē; ſecus:quia tūc agit̄ ad diſtractū: & ita no.

no. hic Bal. ſecundū Gul. de cu. facit quod no. per Bar. poſt Gul. in l. qui loco certo. ff. de cōdi. indebi. & ita ex improuiſo reſpōdi cuidā doctori me interrogāti primo anno quo huc veni, de quo fuit ille miratus. nec pro tūc erā memor iſtius dicti Bal. Sed opponitur de his quæ habētur ſ. l. proxi. Solu. ibi qñ petit reſtitutio aduerſus ſententiā, tūc poteſt peti corā ſuperiore illius iudicis qui eā tulit. vel corā eodē ſi erat ordinarius nō corā alio pari vel minori. hic loquitur qñ petitur aduerſus cōtractū, tūc nō eſt inſpicēda maioritas, vel minoritas, vel paritas: ſed eſt adeūdus iudex territorij vbi reus habeat domiciliū. per regulā generalē quæ eſt q actor ſequatur forū rei vt l. ij. j. de iur. om. iudic. † Et ita inducit Bar. ad nouā quæſtionē: Pone quod ego Paduanus, & tu Bononienſis cōpromiſimus in quēdam Vicentinū, qui tulit ſententiam cōtra me, & pro te. volo petere reſtitutionē in integrū, vel volo dicere laudū iniquū, corā quo iudice debeo hoc dicere: & in quo loco: an corā poteſtate Paduæ: vel Bononiæ: vel Vicētij? & dicit ipſe q aut laudū non habet executionē ex forma ſtatuti, quo caſu ſi vellem agere ad obſeruātiam laudi, deberē agere ex compromiſſo impleto per laudū. vt not. in l. ij. ff. de arbit. & tūc quia cōqueror de cōtractu, quia cōpromiſſum eſt cōtractus ſeu trāſactio, debeo adire iudicē Bononiæ per hāc legem, ſed ſi ex forma ſtatuti laudū haberet executionem: tunc nō cōquæror de cōtractu, ſed cōquæror de laudo lato à Vicentino: ideo debeo adire ſuperiorē ipſius arbitri.[a] & ſic poteſtatē Vicentiæ per l. præcedentē. & Doc. vidētur tranſire cū Bar. ſed ego nō intelligo illam concluſionē. nam ipſe non declarat de quo ſtatuto loquatur, q det laudo executionē. an de Paduano, vel Vicentino, vel Bononiē? ſ. præterea ridiculum valde videtur eſſe q habeam aliquo caſu adire poteſtatē Vicētiæ, quia ille nō eſt ſuperior illius arbitri in hac cognitione ſibi data, cū eam nō dederit ipſe poteſtas: ſed nos compromittētes: nec in ea recognoſcebat illum in ſuperiorem. & per hoc tollitur l. præcedens. puto ergo q debeam adire poteſtatem Bononiæ per hanc l. & per talem rationē: quia ille qui eſt iudex competēs in iudicio præparato. eſt etiam in iudicio præparante, ſeu præparatorio. vt j. de rei ven. l. ordinarij. in fi. in verb. ib eodem iudice. & ibi elegāter hoc no. Bal. dicēs per illum tex. 3 † q ſi laicus in cauſa quam habet cum alio laico, petat abſolutionem iuramēto corā vicario epiſcopi ad effectū agendi, & ille abſolvat & abſoluat, quod efficitur iudex inter eos etiā in cauſa principali, quæ trahitur ad illam curiā, propter abſolutionem à iuramēto. quod eſt ſingulare, & iſto anno habui ſuper hoc diſcepta cauſa reſtitutionis in integ. eſt præparatoria ad cauſam principalem. nam ſi ſic illa cauſa eſt præparatoria ad finē agendi: & ecōtra ſi ipſe erat actor, ego Paduanus erā actor & reus. Bononienſis fuit abſolutus: peto reſtitutionē in integ. vt agere poſſim nō obſtante laudo: & ſic illa cauſa eſt præparatoria ad finē agendi, & ecōtrà ſi ipſe actor habebat ſequi forum meum: & ego nō poſſum petere coram iudice meo: nec puto in hoc adeundum iudicem Vicentinum quoquo modo. † Item quæro. quid ſi minor eſtimās in non proſequendo appellationem, vel in non appellando coram quo iudice petet reſtitutionē: an corā iudice à quo, vel coram iudice ad quem? vide Bar. de hoc poſt Iaco. de are. in l. penul. de appel. & etiam in q. præceden. vide quod no. Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. in ver. quæro qui eſt iudex cōpetens &c. & quod etiā not. glo. in l. ij. in fi. gloſſ. j. quib. quib. ex cau. maio.

a ¶ Arbitri. Adde quod no. in l. ſi ſuſpecta. §. fi. ff. de inoff. teſta. & Bal. in addi. Spe. ſ. ti. de arbi. col. ij. ver. petitio. & vide Pet. de Anc. in ſua diſp. inci. C. Iaicus. Ant. de bu. in c. fi. de fo. cōpe. & ſ. c. qntaudlis. & ibi Abb. ſ. col. xvij. de iureiur. Fede. de ſeſ. in ſuo cōſi. cclxxiij. & vide Ang. in l. qui ad certū. ff. loc. ibi videt velle q corā iudice rei. & in d. l. ſi ſuſpecta. quod corā iudice arbitratoris. cogita. Fran. Cur.

1 Quæ cauſa reſtitutionis in integrum, licet ſit de imperio mixto: poteſt tamen delegari.
Quæ dubitatur an poſſit cognoſcere de cauſa reſtitutionis in integrum?
1 Ea quæ facit iudex delegatus cenſentur fieri à delegante.
Ideo quæritur ſi electus ad ſcribendum in omnibus cauſis quæ uentilantur coram poteſtate, uel coram tali iudice, & contingat poteſtatem aliquam cauſam delegare alicui doctori, quòd ille doctor non poterit aſſumere alium notarium ad ſcribendum coram ſe.
4 Licet dicatur delegatus poſſit ſubdelegare, & quando? tamen cauſam reſtitutionis in integrum alteri delegare non poteſt.
2 Quæ ſit mandato iuriſdictionis: ut ſi delegantur omnes cauſe quæ uertentur inter tales homines, puta tales parochiæ, ueniunt etiam cauſe reſtitutionis in integrum: ita ſic in mandato generali procuratoris.
1 Cauſa reſtitutionis, non poteſt compromitti in arbitros.

LEX III.

CVm ſcimus. † Iudices ordinarij habentes iuriſdictionem cum adminiſtratiōe, & etiā delegati ab eis, & delegatus à principe, ſiue ſpecialiter, ſiue generaliter ad vniuerſitatē cauſarū: ſiue in quadā alia cauſa, de reſtit. in integ. in illa incidat. poſſunt de reſtitutiōe cognoſcere, ſiue petat̄ à minore, ſiue à maiore, eo caſu quo eſt cōcedenda: ſed ſubdelegati à delegato, & etiā arbiter, & ordinarij, nō habētes adminiſtrationē (licet habeant iuriſdictionē) cognoſcere de ea nō poſſunt. h. d. tota lex. quā diuiſde in quatuor partes: quia primò ponit dubitationē veterū. vſq; ibi. [Iancimus.] ſcd'ò ponit deciſionē. ponendo tria genera iudicū: q poſſunt de reſtitutione cognoſcere, vt in ſummario. vſq; ibi: [ſed ne quis.] tertiò ponit alia tria genera iudicum nō valentium de ipſa cognoſcere. vſq; ibi. [ſed ne quid.] quartò & vltimò declarat quæ dixerat in ſecūda parte de delegato à principe, vel ordinario, quod poſſit cognoſcere. vt intelligatur tribus modis. Primò qñ cauſa reſtitutiōis foret ſibi ſpecialiter legata. Secūdò qñ erat delegatus ad vniuerſitatē cauſarū generaliter: & tūc poteſt reſtituere: etiā ſi principaliter adeat̄ ſuper reſtitutione in integr. quia iſta cauſa cōprehēditur ſub illa generalitate. licet ſit mixti imperij: ſicut aliæ cauſæ ſimplicis iuriſdictionis. Tertiò poteſt intelligi qñ eſſet ſibi delegata quædā cauſa ſpecialis: puta ſuper fundo inter te & me, & lite pendēte: & ego minor ſui læſus in aliquo actu. quia fortè nō probaui in termino, nō poſſum corā illo delegato petere reſtitutionē, incidenter aduerſus lapſum termini vt probare poſsim: nec tūc eſt neceſſarius libellus, nec litis conteſt. & ſi cauſa mea agitabat̄ per procuratorē, poteſt ipſe procurator ſine ſpeciali mādato eā petere. vt in c. ſuſcitata. de reſt. in integ. licet ſi vellet principaliter petere, regrereret̄ ſpeciale mādatū. vt no. j. tit. ij. l. vnica: eodē modo in illo delegato ſuper fundo, quia pōt adire ſuper hac reſtitutione, quæ incidēter petat̄: licet nō fuerit ſpecialiter & expreſsè ſuper ea delegatus: ſic nō poſſet adire ſuper reſtitutiōe quæ principaliter peteret̄, niſi eſſet ſpecialiter ſibi delegata: vel eſſet delegatus ad vniuerſitatem cauſarum. & 2 hoc vult tota lex. † Not. primò ex hac l. & ad hoc ſemper allegat̄, q cauſa reſtitutionis in integ. licet ſit de imperio mixto, quia expedit iudicis officio nobili, & ad priuatā vtilitatē. nihilominus pōt delegari. & eſt ſpeciale. regulariter ſecus. q a cauſæ mixti imperij delegari nō poſſunt: cū requiratur cauſę cognitio. vt in l. iubere cauere. ff. de iuriſ. om. iud. & ibi no. & dicit illud fuiſſe verū etiam de iure antiquo. vt patet circa fin. dum dicit. [q & veteribus nō fuerat incognitum.] nō tamen de iure antiquo cōpetebat magiſtratibus municipalibus, qui nō habebant niſi ſimplicē iuriſdictionē: quæ nō eſt imperiū. vt eſt caſus in l. ea quæ. §. magiſtratus. ff. ad muni. hodie verò per hanc l. glo. hic & ibi videntur tenere q cōpetat iure magiſtratus: & ſic magiſtratus municipales. id eſt, caſtrorū & villarū, licet imperium nō habeant, poterunt reſtitutionē cōcedere per hanc l. quæ tribuit hanc poteſtatem iudicibus habētibus tribunal. & per conſequēs certū territorium. Quidā autem habēt iuriſditionem ſine certo tribunali, & per cōſequēs ſine territorio. Pone exemplum in rectore vniuerſitatis, qui poteſt cognoſcere inter ſcholares in quocunq; loco honeſto. & ita intelligo hanc l. q coram eo nō poterit peti reſtitutio per tex. in ver. [hos tantum.] dū dicit. [qui vel certæ adminiſtrationi cui & iuriſditio adhæret.] nā doc. intelligūt de habētibus territorium. & not. ex illo text. q iuriſdictio adhæret territorio, quod declara vt ſubtiliter not. Bar. in l. j. ff. de iuriſ. om. iudic. circa fi. Sunt etiam quidam iudices ordinarij, qui habent iuriſdictionē ſine adminiſtratione: qui non poſſunt cognoſcere niſi inter conſentientes. vt ſunt iudices cartularij, & notarij, qui in eorum priuilegijs hoc habent. vnde in eorum ſubſcriptionibus dicunt. talis imperiali authoritate notarius, & iudex ordinarius: iſti non poſſunt cognoſcere de reſtitutione. vt hic in gloſſ. quæ incipit. non habent, de his no. in l. j. ff. de iudic. † Item not. in ver. [vt videatur.] quod ea quæ facit iudex delegatus, cenſeantur fieri à delegante: & ideo dicit Bald. per hunc tex. ſecundùm Iac. But. q ſi aliquis notarius ſit electus ab ſcribēdū in omnibus cauſis, quæ vētilantur coram poteſtate, vel coram tali iudice, & cōtingat poteſtatē aliquā cauſam delegare alicui doctori, quod ille doctor nō poterit aſſumere alium notarium ad ſcribendum

3

a ¶ Delegatus poſsit. Adde tex. in c. ſi pro debilitate. de officio delega.

coram ſe: quia id quod ipſe facit, cenſetur fieri à poteſtate. Tene menti. ea ẽ iuriſdictiõe vtiẽ delegatus, qua delegãs. nec habet propriã iuriſditionẽ: ſed vtitur iuriſditione delegantis. l. j. §. qui mandatam. de offi. eius cui man. eſt iuriſdi. & hic circa mediũ legis, dum dicit. [vel apud eos qui danẽ à iudicibus qui propriã iuriſditionẽ non habent &c.] nam loquitur de ſubdelegatis: qui danẽ à delegatis: qui delegati ꝑpriã iuriſditio-
4 nem nõ habent. † Itẽ no. ꝙ licet aliquando delegatus poſsit ſub-
a delegare, vt qñ eſt delegatus à principe, vel proconſule. j. de iudi. l. à iudice. vel ad vniuerſitatẽ cauſarũ. vt ibi not. attamen cauſam reſtitutionis in integrũ ſibi ſpecialiter vel generaliter delegatam alteri delegare non põt. & hoc voluit illa gloſſ. quæ incipit. [id eſt, non habent.] in ver. [& ſi quæras.] Ita intellige illã gl. licet Rapha. non ita intelligat. imò dicit ꝙ delegatus à principe poterit eã ſubdelegare per l. à iudice, quod non placet. non per hoc videẽ ſentire quod hic tex. intelligaẽ in ſubdelegatis ab eis: qui ſubdelegare non poſsint: ſed tũc non haberet dubium gl. aũt videẽ intelligere in delegatis, qui ſubdelegare non poſſunt regu-
5 lariter. tñ fallit in cauſa reſtitutionis. † Vltimò no. circa finem ibi: [vel ſi generaliter dati] quod in generali mandato iuriſditiõis, vt ſi delegantur oẽs cauſæ quæ vertũtur inter tales homines, puta talis parochiæ, vel talis quartæ, veniãt etiã cauſæ reſtitutionis in integrũ, non ſic in generali mandato procuratoris: quia nõ veniunt. imò requiriẽ ſpeciale mandatũ. vt ff. de minori. l. illud. §. ſi
6 talis. & no. in l. j. j. ti. ij. & do. Raph. hoc no. hic & bene. † No. etiã illud quod omiſi circa mediũ. quod cauſa reſtitutionis non põt compromitti in arbitros: quia eſt de imperio. vt in l. non diſtinguemus. §. de liberali. ff. de arbi. dicit tñ hic Cy. quod bene poſſet arbiter concedere reſtitutionẽ, quæ peteretur incidenter coram eo ratione alicuius læſionis contingentis in cauſa quæ coram eo ventilaẽ. per c. fi. extrà de reſti. in inte. & per l. quoties. j. de iudi. & quod habetur in fine huius legis.

De reputationibus quæ fiũt in iudicio in integ. reſt. Rub.

2 ☞ *Diſpoſitio facta in fauorem alicuius ut non ſit in damno, non debet operari ut remaneat in lucro, cum iactura aliena.*
Quis dicatur interceſſor? & quòd plures ſint modi intercedendi.
3 *Si emi rem à minore, & de mandato eius ſolui pretium creditori ſuo, & poſtea minor reſtituitur contra me ad rem an poſsim repetere quod ſoluit*
4 *Minor reſtitutus ad rem venditam, ſi non vult uti reſtitutione, non poterit emptor eũ inuitum compellere, ut rem recipiat, & reſtituat pretium.*
An beneficio quod habeo à te, poſsim uti contra te inuito te?
5 *Mulier ſi ſuſcipiat in ſe obligationem debitoris mei animo nouandi: eodem inſtanti debitor meus primo liberatur ipſo iure, & mulier obligatur ciuiliter & naturaliter ſed quia in eodem inſtanti incipit mulieri competere exceptio uelleiani contra me, abſque aliqua reſtitutione petita per eam. Idcirco eodem inſtanti reſtituitur mihi actio priſtina utilis, contra priſtinum debitorem.*
6 *Reſtituto minore, non reſtituitur eius aduerſarius, qui fuit in dolo.*

LEX VNICA.

1 OVi reſtituitur. † Reſtituto minore oĩa reponunt in priſtinum
2 ſtatũ. etiã contra tertiũ. h. d. Et declara hanc l. vt dici in l. j. & ij. ſ. ſi aduer. tranſactio. in text. † Not. in prin. huius l. quod diſpoſitio facta in fauorẽ alicuius vt non ſit in dãno, nõ debet operari vt remaneat in lucro, cũ iactura aliena. ſufficit eñ quod operetur primũ ꝓpter quod facta eſt, & illud põt allegari ad multa, & ſæpe de facto eſt opus hoc conſiderari in conſiliis occurrẽtibus. Itẽ no. in ver. [ſed & ſi interceſſor.] ꝙ ſi minor ſuſcipit in ſe obligationem debitoris mei aĩo nouandi, dicitur interceſſor: & tñ ipſe ſolus eſt obligatus: quia debitor liberaẽ ipſo iure. in plus ergo ſe habet nomẽ interceſſor, ꝙ illud nomẽ fideiuſſor, qui non põt dici, niſi ſubſiſtente obligatione principali, ſed interceſſor põt dici etiã illa extincta. plures eñ ſunt modi intercedẽdi, de quibus dic vt no. in l. in ꝑſonã. §. j.
3 ff. de pac. † Sed quæritur circa iſtũ ver. quid ſi emi rem à minore, & de mãdato eius ſolui pretiũ creditori ſuo, & poſtea minor reſtituitur cõtra me ad rẽ, an poſsim repetere qd ſolui? videẽ ꝙ ſic ar. huius ver. qa reſtituto minore, reſtituitur aduerſarius eius. etiã cõtra tertiũ, vt hic. in cõtrariũ facit: quia ille recepit qd ſibi debebatur. l. ſi pœnę. §. j. ff. de condi. inde. Cy. diſtinguit ſecundũ Pet. ꝙ aut ille erat creditor minoris ex cã lucratiua: & tunc prima pars eſt vera, quia conuenientius eſt ꝙ ille non lucretur, quã quod ego ſim in dãno. arg. l. at ſi quis. §. ij. vel iij. ff. de relig. & in l. ff. §. licentiam. j. de iure deli. Aut erat creditor ex cauſa oneroſa: & tunc ſi minor non eſt ſoluendo, tunc reſtituar aduerſus creditorẽ: & ſic ab eo non poſſum recuperare: & idem argumentum in l. planẽ. la. ij. in §. j. ff. de leg. j. aut eſt ſoluendo: & tunc debeo agere cõtra minorem: qui ex mea ſolutione fuit liberatus: & ſic eſt perinde ac ſi ſibi ſoluiſſem, quo caſu ab eo poſſem recuperare, vt in primo caſu huius l. In glo. quæ incipit. [ſi locupletior eſt?] dic. nã ſi pecuniam perdidiſſet minor, non teneretur eam reſtituere emptori, & tamen emptor rem emptam reſtituet minori: & ſic totũ damnum erit emptoris, & incumbit ipſi emptori onus probandi quod minor ſit factus locupletior, & pecunia ſit ſalua. vt not. in l. ſi prædium. infrà de prædi. minor. & l. ſi prædiorum. niſi minor exercuerit officium publicum: tanquam induſtrioſus & prudens, quia tunc incumberet ipſi minori probare quod pecunia ſit perdita, vt ſuprà qui & aduer. quos. l. j. ſecundùm ſecundam lect. gloſſ. In glo. ibi. [l. ſi per impreſsionem.] dic quod ibi emptor non recuperat pretium: & tamen reſtituit rem propter eius delictum commiſſum in emendo: quia intulit impreſsionem
4 venditori. hic verò carebat delicto. † In eadem gloſſ. in fin. ibi. [ff. eod. l. ſi iudex.] dic ſi minor venditor obtinuit pro ſe ſententiam ſuper reſtitutione in integrum ad rem venditã, & poſtea non vult ea vti, nec mittere eam executioni: non poterit emptor ipſum inuitum compellere vt recipiat rem ſuam, & reſtituat pretium per illam l. quia cum hoc quòd poſsit recuperare rem conſequatur ex priuilegio dato minori, quòd poſsit venditionem reſcindere, non poteſt ipſe emptor illud priuilegium retorquere contra minorem, & eo vti illo inuito poſtquam minor non vtitur cum effectu. & de iſto articulo an beneficio quod habeo à te poſsim vti contra te inuito te? dic vt not. per doct. in l.
5 petendæ. infrà de tempore in integrum reſtitut. † In gloſſ. quæ incipit. [& ita.] ibi. [ſecus in muliere intercedente dic.] nam ſi mulier ſuſcipit in ſe obligationem debitoris mei, animo nouandi eodem inſtanti debitor meus primò liberaẽ ipſo iure: & mulier obligatur ciuiliter: & naturaliter, ſed quia in eodem inſtanti incipit mulieri competere exceptio velleiani contra me abſque aliqua reſtitutione petita per eam. idcirco eodem inſtanti reſtituitur mihi actio priſtina vtilis contra priſtinum debitorem: ſed quando minor ſuſcepit: ſicut ſibi non competit exceptio niſi reſtituatur in integrum. vt in l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiuran. ita nec mihi reſtituitur actio contra priſtinum debitorem, niſi prius reſtituto minore: & ita fuit intentio gloſſ. quod ergo glo. dicit quòd mulier ab ipſo initio ipſo iure non tenetur. intellige ſanè, non quòd ipſa non obligetur ciuiliter & naturaliter: quia tunc diceret falſum. vt l. ſi mulier in re. ff. ad velle. ſed vult dicere quòd ſibi incipit competere exceptio velleiani ipſo iure. abſque aliqua reſtitutione: & ſic ab ipſo initio non tenetur cum effectu: ſed minor ſic. niſi reſtituatur. In glo. ibi. [vel dic verius.] dic iſta glo. ſubtiliter loquitur. nam eo caſu in quo minori neceſſaria eſt reſtitutio, quia eſt efficaciter obligatus: cum natura reſtitutionis ſit omnia reponere in priſtinum ſtatum. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de mino. reſtituto minore, reſtituitur eius aduerſario actio in veterem debitorem, vt hic: ſed ſi minor nõ fuit efficaciter obligatus: ſed naturaliter tantum, quia ſine tutore, vel ſine curatore, cum ipſum haberet: licet hoc non obſtante debitor meus à me liberetur, cuius obligationem in ſe ſuſcepit animo nouandi: non tamen mihi reſtituitur actio vtilis contra eundem: quia hic non interuenit reſtitutio minoris: & ſic ceſſat ratio de qua ſuprà, ſed ſi contingeret minorem reſtitui aduerſa naturalem obligationem, quod aliquando contingit. vt in gl. quod declaratur per Bartol. in l. Marcellus. ff. de fideiuſſo. aut ſecundum gloſſ. reſtitueretur mihi actio in veterem debitorem.
6 † Vltimò. l. iſta limitatur vt hic dicitur in gloſſ. in verſic. [niſi dolo creditoris.] quia reſtituto minore, tunc reſtituitur aduerſarius eius, quando non fuit in dolo: aliàs ſecus. vt ff. de fideiuſſo. l. ſi Titius. & in l. qui res. poſt principium. in ver. huic applicatur. ff. de ſol.

Etiam per procuratorem cauſam in integrum reſtitutionis, agi poſſe. Rubrica.

2 ☞ *Tutor uel curator, an poſsit petere reſtitutionem in integrum?*
3 *Quid in ſyndico uniuerſitatis? an dicatur habere legitimam adminiſtrationem?*

LEX

LEX VNICA.

CAusam. †Glo. intelligit hanc l. quãdo procurator habebat speciale mandatũ, nã in generali mandato ad causas vel lites nõ cõprehenditur causa restitutionis. sed hic dubitatur an sufficiat dicere ad petẽdã restitutionẽ in inte. cõtra quãcunq; personã &c. an autẽ sit necesse dicere cõtra talẽ. & in tali causa. Pe. tenet hãc secundã partẽ. Bar. tenet contrariũ. quia sufficit speciale mãdatũ, nõ autẽ requiritur singulariter quod habeat similitudinẽ individui: differẽtia enim est inter speciẽ & ogi. si autẽ requireret q̃ specificaret causa, vel persona, potius dicetur singulare quàm speciale. quod ꝓsequere vt no. Bar. in l. Titius. ff. de don. & etiã tãgit. in l. Titius. ff. de lib. & posthu. simiter no. per eũ in l. si quis in prin. testamẽti. de leg. iij. †Sed quæritur, an hic tutor, vel curator possit petere restitutionẽ in integrũ: Doc. dicunt q̃ sic. quia cùm habeãt legitimã administrationem. nõ requirit aliud speciale mãdatũ: qa quæ possunt fieri cũ spãli mãdato, possunt etiã fieri ab eo qui habet legitimã administratio nẽ, vt no. in l. præses. s. de trãsac. & l. mãdato generali. ff. de proc. Sed quid dixi de speciali mãdato, procedit q̃n restitutio peteret principaliter: sed si incidẽter, puta in causa in qua procurator habuit mandatũ fuit læsus minor in aliquo articulo: vt quia non probauit infra terminũ: certè procurator licet nõ haberet mãdatũ speciale ad petendã restitutionẽ in integrum, nihilominus potest eã incidẽter petere, vt in c. suscitata. de in integ. resti. & in c. eorum. & quod no. Bart. in l. cũ procurator. ff. de ope. no. nuntia. *Quid in syndico vniuersitatis? dubiũ stat, an dicat habere legitimã administrationẽ. Cy. hic secundũ Pet. distinguit. an sit syndicus vniuersitatis ciuitatis, castri, vel villæ: & tunc dicitur agere officiũ publicũ, & habere legitimã administrationẽ. l. munerum. j. defensore. ff. de mu. & ho. ideo nõ requiritur in eo speciale mandatũ. Imuit ergo Cy. q̃ quælibet vniuersitas facies ciuitatem: castrũ, vel villã, habet beneficiũ restitutionis. sicut minor. l. respublica. j. quib. ex cau. ma. sed de hoc est ibi magna disceptatio: vt ibi per Cy. Si verò talis vniuersitas nõ facit ciuitatem: castrum, vel villam, vt sunt vniuersitates artiũ: tunc talis syndicus dicitur gerere officium publicũ, & sic non habet legitimam administrationẽ. vnde indigeret speciali mãdato. Innuit ergo q̃ ciuitates vniuersitates habẽt beneficiũ restitutionis. tu dic q̃ vniuersitates quæ regũtur per alios: æquiparẽtur minoribus, qui etiã regũtur per alios, & illæ habẽt beneficiũ restitutiõis: sed si nõ per alii, sed per seipsos gerũt negotia eorũ: vt sunt vniuersitates artiũ: vt patet in vniuersitate scholariũ, quæ conuocatur in omni negotio præiudiciali: tunc nõ habent restitutionẽ in integ. & hoc videtur esse de mente doc. vt not. in l. iusiuran. & ad pecunias in §. defensor. ff. de iureiur. magnę autẽ vniuersitates solent regi per alios, quia difficile est semper eas cõgregare. nec etiã expedit rei publicæ semper cõgregare adunantiã generalem: ideo tunc priores & consiliarij: sed paruæ villæ solent sępius totũ populũ cõgregare: ideo nõ habẽt restitutionẽ. Tene mẽti: quia verba Cy. quæ ponit hic, semper allegãtur, q̃n syndicus vniuersitatis dicitur habere legitimã administrationẽ, & sic æquiparet tutori, vel curatori, & quando nõ: & sic æquiparetur procuratori. Quod autem dixi de speciali mandato, procedit quãdo restitutio petitur principaliter: sed si incidenter puta in causa in qua procurator habebat mandatũ, & fuit læsus minor in aliquo articulo, vt quia nõ probauit in termino, certè procu. licet nõ haberet speciale mandatũ ad restitutionẽ. nihilominus posset eã incidenter petere. vt in c. suscitata. & in c. coram. de in integ. restit. & quod not per Bar. in l. cùm procurator. ff. de ope. no. nun.

In integ. restitutione postulata, ne quid noui fiat. Rub.

Tenente appellatione à diffinitiua, nihil debet innouari in præiudicium sententiæ: & quid pendente causa restitutionis, vel supplicationis?

LEX VNICA.

POstulata. †Pendẽte causa restitutionis in integrum, nihil debet innouari. h. d. & sic in hoc æquiparat causæ appellationis. vt ff. nil no. app. interpo. nõ aũt per omnia: quod dic vt dixi in l. j. §. si aduer. liber. & in l. j. si aduer. rem iudi. Et glo. exemplificat tribus modis: sed duo primi tendunt ad hoc, q̃ pẽdente restitutione in integ. nihil sit innouandũ in præiudicium petentis. vnde si petitur aduersus venditionẽ: res vendita non poterit per aduersariũ alienari lite pendente. & si fiat contrariũ, non transit in eũ dominiũ, & poterit retractari per viã attentati. vnde minor nõ habebit necesse dare libellum, nec intẽtare rei ven. contra secundũ emptorẽ. sed iudex aditus super restitutione in integ. ex officio suo retractabit alienationem: auferendo illi rem manu militari. & videtur q̃ etiam lite pendente super restitutione, sicut in attẽtatis pendente appellatione. quod dic vt plenè no. in c. nõ solum. de app. lib. vj. Item ponit exemplũ in sentẽtia lata contra minorẽ: quia si petitur restitutio aduersus eã, non debebit mitti executioni lite pendente. †Contra hoc opponitur de c. suscitata. de restit. in integr. vbi mittitur executioni præstita cautione de restituendo, si petens restitutionẽ obtineat in causa. Sol. illud q̃n restitutio in integ. non habet executionẽ in prõptu. quia nõ offerũtur probationes in promptu. aliàs haberet locum quod hic dicitur. Item habet locũ quãdo esset suspicio cõtra petentẽ restitutionẽ q̃ hoc faceret animo impedidi executionem. vt j. de fal. l. satis apertè. quod cõtingit q̃n habet altiorem indaginẽ. nisi executio esset irretractabilis, quia tunc indistinctè impediretur: vnde dicit Bar. q̃ minor nõ possit capi pro executione, etiã quãdo haberet altiorẽ indaginẽ. quia illa iniuria capturæ nõ posset retractari. ad hoc facit quod in simili not. in l. ij. de app. reci. & in l. ea lege. ff. de cõdi. ob cau. Quid autẽ si pendẽte supplicatione? dic vt in aut. quæ supplicatio. s. de precib. impe. offer. in hoc ergo differt causa restitutionis à causa appellationis: quia pẽdente appellatione à diffinitiua indistinctè nihil debet innouari in præiudiciũ sententiæ: sed nõ sic pendente causa restitutionis, vel supplicationis, quia interdũ innouatur præstita cautiõe. Secũdo modo glo. intelligit q̃ nihil innouetur in præiudiciũ aduersarij. nam si minor restituitur ad rẽ, acuersarius debet recuperare pretium, si minor ex eo est factus locupletior. pone ergo q̃ erat locupletior tẽpore litis contestate, super restitutione postea desinit esse locupletior. dicit gl. quod hoc non nocebit aduersario, quominus recuperet pretiũ. dicit Pe. q̃ illud videtur iniquũ: quia secundũ hoc illa cõtestatio & diligentia quã habuit minor, sibi nocebit. nã si nõ fuisset cõtestatus, q̃cunq; perdidisset pecuniã, damnũ non erit suum: sed aduersarij. nunc est suum. & hoc est cõtra l. nõ solet. de reg. iur. quia contestatio non solet nocere actori, sed prodesse: dicit ergo Pet. glo. istam procedere si minor recusabat restituere pretium, & super hoc erat litigium: cum tamen saluum esset si restituisset. & non fuisset perditum: sed si super hoc non contendebat minor: imò paratus erat restituere, dũmodo restitueretur sibi res, locum habet oppositio. nec ista glos. dicere verum. tene menti.

De restitutionibus militum: & eorum qui reipublicæ causa absunt. Rubrica.

2 *Tempus ad quod fit restitutio, licet sit minus quàm tempus infra quod potest restitutio peti: tamen datur integrum tempus ad petendum.*

3 *Tempus bonorum possessionis petendæ, currit absenti causa rei publicæ.*

4 *Impedito de facto, an currat tempus?*

5 *Si fuit absens causa reipub. etiã si potuit mittere procura. & nõ misit, ei nõ imputatur.*
Quid in absente non causa reipu. sed probabili tamen, ut studiorum, vel mercaturæ?
Quid in absente nec ex causa reipu. nec probabili?
An ille qui potuit actum facere per se, teneatur mittere procuratorem?

6 *Absens causa reipu. si læditur in lapsu temporis, habet beneficium restitutionis, ut subducatur tempus absentiæ: & illud ad hæredes suos transmittat.*

7 *Minor qui decessit hæreditate non adita, an transmittat beneficiũ restitutionis in integ.*

LEX I.

1 ISi valerianus. †Beneficium restitutionis in integrum, quod incœpit cõpetere defuncto, trãsmittit ad hæredẽ eius. Secus si nõ incœpisset cõpetere, qa nõ fuisset læsus functus in eius vita: licet lędat in morte. qa quod nõ habuit, trãsmittere nõ potuit de rigore iuris. h. d. illa l. subtilis valde: sed de æqtate bñ trãsmittit. vt l. pãtonius. ff. de acq. hęr. per quã ista l. singulariter suppleẽ. dicit tñ Pet. q̃ tũc hæres nõ restituit ex ꝑsona defuncti: sed ex ꝓpria ꝑsona. sed hoc vĩ impossibi

a ¶Magnæ autẽ. Et q̃ magnæ vniuersitati & non paruæ detur restitutio in inte. adde eundẽ Pau. de ca. in cõsil. cccxvij. Bar. cepol. in l. cũ qui victigal. q. ij. ff. de ver. sig. Fran. Cur.

b ¶Pendente appellatione. Adde l. quædã mulier. ff. famil. er. & in l. scio. in §. fin. ff. de appel.

le:& impublicaret contradictionem quod veniat tanquam hæres:& nō veniat ex perſona defuncti:ſed propria, ſecundū Bal. Ideo dic quod veniat ex perſona defuncti.nō de rigore: qa bñficiū reſtitutionis nō incœpit cōpetere defuncto ante mortis articulū:ſed incipit cōpetere in mortis articulo,ſed in cuius perſona radicaſ?In defuncto nō videſ radicari:qa eſſet radicatio momē tanea,propter hoc Pe.dicit ꝙ radicatur in perſona hæredis. Tu dic ꝙ radicaſ in perſona defuncti,quia eoipſo quod incipit mori,etiā antequā perfectè ſit mortuus,læſio cōpletur: quia tūc incipit eſſe certū quod moriēs amodo nō poterit adire, vel bonorū poſſeſsionē petere.arg.in l.pen.ff.qñ dí.leg.ced. & in l.ſi filius hæres.de libe.& poſthu.& l.fi.de cōdi.inſtit.& ſi dicaſ. ſi ita eſt. ergo tranſmittitur de rigore iuris: quia ſi in vita defunctus fuit læſus,eodē pūcto incipit ſibi cōpetere beneficiū reſtitutionis: ergo ipſum tranſmittit de rigore per hanc l.tñ contrariū patet per d.l.Pantronius.iſta oppoſitio ſemper fecit me dubitare: ſed dic ꝙ illa læſio licet cōpleaſ in articulo mortis,antequā perfectè ſit mortuus.tñ hoc nō cōtingit propter abſentiā, quæ facit reſtitutionē cōpetere:ſed contingit propter mortē,quæ non facit eam cōpetere,quia moriens hæreditate non adita,vel bonorū poſſeſsione petita,non tranſmittit hæreditatē,nec bñficiū reſtitutionis ad eā adeundā:ſed hoc quia hic ſi non fuiſſet abſens, veriſimile eſt quod nō diſtuliſſet vſq; ad mortis articulū:& ſic abſentia fuit cauſa differendi.idcirco licet de rigore nō tranſmittaſ bñficium reſtitutionis.quia læſio cōtingit propter mortē, quæ in hoc non eſt priuilegiata,tñ tranſmittit de æquitate,quia propter abſentiā diſtulit:ſed ſi non fuiſſet abſens,non tranſmitteret:hæc eſt ſubti-
2 lis imaginatio illorū duorū iuriū.†In tex.ibi:[intra annū vtilē.] Dic hic eſt caſus ꝙ licet tēpus ad quod fit reſtitutio,ſit minus q; tempus infrà quod pōt reſtitutio peti, nihilominus datur integrum tēpus ad petendū.nam hic loquitur de bonorū poſſeſsiōe ex linea tranſuerſali.quæ debet peti infrà centū dies, vt colligit ibi [poſt exactos dies,] illa verò quæ deferē ex linea aſcēdentiū,vel deſcendentiū,debet peti infra annū. vnde de illa non loquitur,quia diceret poſt elapſum annū.& tñ ſi illi centū dies lapſi ſunt in abſentia,& ad eos fit reſtitutio,datur annus vtilis intra quē petit & finiaſ reſtitutio,qui annus cōtinet. cccLxv. dies. vt l.cū hæres.§.ſtichus ſi hæredi.ff.de ſta.lib.& hodie dareſ quatrienniū continuū,vt in l.fi.j.de temp.in teg.reſti.Quidā legiſtæ tenuerunt cōtrariū,ꝙ tunc dabatur vtilis annus,& hodie datur quadrienniū,qñ petitur reſtitutio aduerſus contractū,vel qñ petitur aduerſus lapſum tāti tēporis quantū eſt hodie quadriēniū. Sed ſi aduerſus lapſum minoris tēporis,dicebant nō dari maius tēpus ad reſtitutionē petendā,quàm ſit illud à quo petit reſtitutio. Alij dicebant cōtrariū.ꝙ quātuncūq; modicū ſit illud tps ad quod datur reſtō,puta decē dierū lapſorū in abſentia, nihilominus olim dabaſ annus vtilis & hodie quadrienniū.& illa opi. approbaſ in cle.j.de in inte.reſt.certè eſt etiā caſus in hac l. ſi bñ cō ſidereſ.Aduertendū tñ ꝙ licet detur integrū quadriēniū hodie ad cām finiendā,debet tñ inchoari infra tantū tps quantū eſt illud ad qd fit reſtō.Vnde ſi fiat ad decē dies debet infra decē dies inchoari.& ſi fuerit inchoata,poterit expediri vſq; ad quadrienniū:ſed ſi nō eſſet inchoata infra decē dies excludereſ à reſtōne petēda.gl.eſt ordi.in l.Diuus.in vlti.gl.& in l.fi.in prin.glo. magnę ff.de in integ.reſti.& ſic negligētia tāti tēporis in inchoādo quantū eſt illud ad quod daſ reſtō,excludit reſtōnē. Canoniſtæ tñ ſentiunt cōtrariū in illa cle.& dicunt hoc eſſe de mente iſtius tex.ꝙ ſufficiat inchoare infra quadriēniū qñcunq;: dūmodo infra quadriēniū expediaſ.vt ibi no.gl.ſed Bar.tenet cōtrariū in l. ab hoſtibus §.ſed quod ſimpliciter.ff.qui.ex cau.maio.ſuſtinēdo gl.prædictas:& ad illā cle.rñdet,ꝙ potius facit probādo ſuū intellectū.Ego reſpondeo clarius,ꝙ illa cle.nō dicit aliquid de inchoatione;ſed bene dicit de finiendo:ꝙ cauſa reſtōnis debet fieri infra integrū quadrienniū,etiā cū datur aduerſus lapſum minoris tēporis,ſed infra quātū tps debeat inchoari. illa cle. nō declarat.ideo ſtandū eſt in hoc prędictis gl.illud tñ modicū tēpus infra quod debet inchoari:nō incipit currere niſi poſt reuerſionem,& poſt lapſum alterius modici tēporis,quod daſ ad cōponēdas ſarcinullas,& quęrendū aduocatū,& procuratorē.de quo loquit ille §.ſed ꝙ ſimpliciter.prout determinat Bar.poſt prin.il la & multa alia circa illā materiā.de qua in l.quod tēpore.j. eod. & ſunt de apicibus iuris & pauci intelligūt.& multę ſunt diuerſitates inter doc.de quibus per Cy.in l.fi.j.de temp.in integ.reſt. In ſex.ibi: [poſt exactos dies.] ſic ergo ante dies exactos mortuus eſt,puta poſt lapſum.l.dierū cū reſtarent adhuc alij. l. tunc quia nō erat adhuc excluſus à bo.poſſeſsione /per lapſum tēporis,nō cōpetebat ſibi reſtō quæ non cōpetit niſi læſo,& ille non erat læſus quouiq; vixit:ideo ad hæredē nō trāſmittit beneficiū reſtōnis:qd ipſe nō habebat de rigore iuris à cōtrario ſenſu huius tex.eſt ergo hic caſus cōtra Ia.de are.q dicebat (vt refert Cy. in l.fi.) ꝙ ſi alicui cucurrit in abſentia aliqd tps preſcriptiōis,nō tñ totū,& cū præſcriptio nō eſſet cōpleta,reuerſus eſt: & ſic poterat adhuc agere de iure cōi,ꝙ nihilominus ſtatim poſt reuerſionē pōt petere reſtōnē in integrū, vt de præſcriptione ſubducaſ illud tps qd cucurrerat in abſentia eo quia actio ſua erat effecta per hoc breuioris vitæ.nec obſtat:quia reſtō nō concurrerat cū auxilio iuris cōis:vt in l.in cauſæ.in prin.ff.de mino. quia verū eſt ad idē:ſed ad diuerſa pōt cōcurrere:vt eo.l.Pōponius, ſed hic de iure cōi pōt adhuc agere ad rem,cū preſcriptio nō ſit cōpleta.Iſta verò reſtō nō datur ad rē:ſed datur ad ſubducēdū tps: ſed hæc opi.improbaſ per docto.& eſt caſus hic cōtra eū: quia ſi eſſet vera,cōpeteret beneficiū reſtōnis, etiā ſi deceſſerit añ dies exactos,ad ſubducendū illos dies exactos:ergo & illud trāſmiteret ad hæredes,cuius contrariū hic patet à cōtrario ſenſu. Nō obſtat quod actio ſit effecta breuioris vitæ:qa hoc nō eſt conſiderandū.poſtquā pōt adhuc agere:& reſiduū præſcriptionis interrūpere ſecundū Pet.qui reprobat Ia.de ra.per l.pater q caſtrē
3 ſe.ff.de caſtrenſi pec.quę eſt iex optima ad hęc.†Not. primò ex hac l.ꝙ tps bono.poſ.petendæ currit abſenti cā reipublicæ.& in hoc minor eſt melioris cōditionis quā abſens:qñ à curſu tēporis minor ipſo iure ſeruaſ illæſus.vt in l.fi.§.in qui.cau. abſens verò nō:hoc tñ intellige,ſi abſens ſciebat bo.poſ.ſibi delatā:& ſic licet nō potuerit eā petere per ſeipſum ꝓpter abſentiā,potuit tñ eā petere per procuratorē de iure:vt in l.iñ.§.acquirere.ff.de bo.poſ. Sed ſi ignoraſſet,nō curreret:quia tūc nec per ſe,nec per aliū petere potuiſſet de iure,ſicut nō pōt adire hæreditatē, qui ignorat eā ſibi delatā.Sed tūc opponit.ſi potuit eā petere per ꝓcuratorē, nō reſtituitur:quia fuit negligēs immittendo ipſum, & negligēti iura nō ſubueniūt:ſed impedito.l.nō enim.ff.quib.ex cau.ma. iſtā oppoſitionē & præcedentē ſentit gl.mag.in verſi.[Itē qūo:] & rñdet ꝙ potuit habere procuratorē,quē nō habet militia impeditus.vnde videt ſibiꝑſi contrariari dū primò dicit ꝙ potuit habere procuratorē,& poſtea dicit ꝙ fuit impeditus propter militiā habere.nam ſi fuit impeditus,ergo nō potuit habere. cuius contrariū glo.ſ.dixit.Sol.glo.eſt ille potuit habere.i.potuit de iure bono.poſ.petere per procuratorē ; ſed de facto propter militiā fuit impeditus ipſum habere:quia forte nō reperit.& hæc eſt cā concedendę reſtitutionis.primū verò eſt cauſa ꝙ tempus currat
4 ipſo iure,ſed tunc oppo.extra glo.†ſi fuit impeditus de facto tēpus non debet currere.quoniam ad hoc vt currat tempus vtile, neceſſe eſt quòd non ſubſit impedimentū iuris,vel facti.vt in l.j. de diuer.& temp.præſcrip.illa verò ſunt contraria quod currat, & quod detur reſtitutio,primum enim præſupponit quòd non fuit impedimentū, ſecundū præſupponit quòd fuit. Quidam dicunt ꝙ bene fuit impeditus de facto,non tamen per omnia,quia bene potuiſſet (ſi voluiſſet) laborare in habendo:ſed non ita facile potuit habere,ſicut ſi fuiſſet prȩſens: ſed iſtæ ſunt truffæ. Dic ergo ꝙ debet intelligi.etiā qñ non fuit quoquo modo impeditus de facto:& ſic potuit de iure & de facto petere per procuratorem,ſi voluiſſet.meritò cucurrit ſibi tps.tñ ideo datur reſtō quia poſtquàm erat abſens cā reipublicę nō potuit ſibi imponi quare nō miſit ꝓcuratorē,quia cautus ꝓ ſeipſum feciſſet.oportebat eū informari an hæreditas eſſet ſoluendo,vel non. ne implicaret oneribus hæreditarijs, & hoc diligentius feciſſet per ſe quàm per procuratorē.vnde poſito quòd potuerit,& non miſerit,non dicit fuiſſe negligens:ideo daſ reſtitutio:licet gloſ. hic in ver. [ſecus ſi fuiſſet.] dicat cōtrariū.& nō bene.ſed ſi fuiſſet abſens non ex cauſa reipublicæ,ſed ꝓbabili, vt ꝓpter mercantias, bñ imputareſ ſibi quare nō miſit ſibi ꝓcuratorē,ſi nō fuit impeditus de facto:& tūc poſſet ꝓcedere gl.ſecus ſi non potuit de facto.l.necnō.in prin.ff.qui.ex cau.ma.ſi verò fuiſſet abſens ex cā neceſſaria,& non ꝓbabili:tunc etiā ſi fuiſſet impeditus mittere procuratorē de facto,non ſubuenit ſibi.vt in l.Papinianus ex
5 li.ff.de mino.Et ſic intelligo tres caſus. † Primus fuit in abſentie cauſa

est reipublicæ: & isti etiam si potuit de facto mittere, & nō mi-
sit, nō est imputandū: postquam per seipsum fuit impeditus: Se-
cūdus casus in absente nō cā reipublicæ, ꝓbabili tñ occasione:
vt studiorū, vel mercātiarū: & isti bñ imputat̃ si potuit: & nō mi-
sit. & dicit fuisse negligens. secus si non potuit, Tertius. quando
aut ex causa reipublicæ, nec probabili. & isti imputatur. etiam
si non potuit de facto mittere, de iure aūt quilibet istorum mit-
tere potuit procuratorē. vt in d. §. hoc iure. & hinc sumpta occa-
sione Cy. ponit hic vnā longam distinctionē an ille qui non po-
tuit actum facere per se, teneatur mittere procuratorem: & si nō
misit, an sibi imputetur. de quo etiam tangit Bar. in l. ij. ff. si qs
cumio. †Secūdò no. ꝙ absens causa reipublicæ si lædatur in la-
psu tps, habet beneficum restōnis: vt subducat̃ tēpus absentiæ.
vt infra eo. l. ꝙ tēpore. Tertiò not. quòd illud transmittit ad hære
des suos. cōtra hoc opponitur. nam ille non excluditur ꝓpter ab
sentiā sed propter lapsum temporis: si em̄ tempus non fuisset la-
psum, absentia eū non excluderet: sed lapsus temporis: nō est cā
restitutionis concede aliàs frustratoria essent iura, quæ dicunt
non petentem bo. posſ. infra tēpus excludi ab ea, sed non obstā-
te exclusione haberēt restōnē in integ. So. vt in fi. glo. quia verū
est ꝙ lapsus tēporis excludit: tñ verisimile est quod si non fuisset
absens, nō permisisset labi tempus. excludit ergo lapsus tempo-
ris propter absentiam: & ideo datur restitutio de rigore. Sed tūc
contra glo. opponitur. si hoc idē debet esse, si excludatur per mor
tem: & nō per lapsum temporis: vt si decessisset ante dies exa-
ctos: licet enim lapsus temporis adhuc eum non excluserit: ta-
men excludit ipsum mors, quæ de se non est priuilegiata: vt fa-
ciat restitutionē concedi. aliàs frustratoria essent iura dicētia hæ
reditatē nō agnitam non transmitti, si hoc non obstante daretur
restitutio hereditatum, quia verisimile est quod si non fuisset ab
sens, nō defuisset vīq; ad articulum mortis. idcirco dicūt Doc.
ꝙ transmittit restōnē de æquitate. vt in l. Pantonius. ff. de acqui.
hære. quare em̄ non transmittit de rigore? Doc. dicunt qd' læsio
non contingit propter absentiam, sed propter mortem, & ego di
co ꝙ non contingit propter mortē tm̄, sed propter cām consum-
ptā iniicet absentiā, sicut cōtingit ꝓpter lapsum tēporis tamen
tunc cum absentia. si ergo exclusio proueniens ex lapsu tē-
poris mediante absentia est causa transmittendi de rigore, eadē
ratione videtur ꝙ exclusio proueniens ex morte mediante absen-
tia debet esse cā transmittendi de rigore. Cuius contrariū dicūt 1
Doc. per d. l. Pātonius. nec video resp̄sum ad hāc oppositionē.
vtrōq; possumus dicere ꝙ vtroq; casu trāsmittatur de rigore: et ꝙ
hic nō debeat sumi argumētū à cōtrario sensu. & reperiatur cō-
trarium in iure. vt d. l. Pātonius. & quia læsio cōtingit in vita eū in
cipit mori qñ decedit ante dies exactos, sicut qñ decedit post ꝙ
autem dicitur in l. Pantonius de æquitate ꝙ nō referatur ad trās
missionem sed ad restitutionē in integrum. quæ semper cōcedi
tur de æquitate, non de rigore. trāsmissio verò sit de rigore. † Et 1
sic inducuntur ad quæstionē de minore qui decessit hæreditate
non adita, vt licet non transmittatur beneficiū restōnis in inte-
grum, quia non fuit læsus quousq; vixit, cū semp̄ potuerit adire:
quia tūc dicitur in mortis articulo, scilicet cū incipit mori, antecq;
possit mortuus, quia perdit volūtatē. sine qua adire nō pōt. 2 a
& illud cōtingit verisimiliter propter minorē ętatē. quia creden
dum est ꝙ si fuisset maior, nō tamē distulisset transmittere bene
ficium restōnis. Doc. dicunt de æquitate. Nos possumus dicere
eisdem rōne etiam de rigore. et de hoc plenè per Bar. in l. q duos 2
ff. de reb. dub. quæ opinio cōiter seruat̃. tanq; vtilis: licet quidā
doctores ipsam impugnēt. sed do. Raph. post impugnationē
eā sustinuerit. licet audiuerim ꝙ do. Rapha. cu. tenebat cōtrariū.

LEX. II.

Liquid. †Absens causa reipublicæ restituitur ad-
uersus præscriptionē quæ currit tpe absen
tiæ super re sua, vel super actione personali sibi cōpetē
te, & hoc infra annū vtilē. q incipit currere post reuer-
sionē. h. d. In tex. ibi. [diminutum est.] gl. exponit vsucaptū, vel
præscriptū. & sic perdidit actionē realē. i. rei vendicationē. vt dif
fert à sequenti. In tex. ibi. [actione.] subaudi personali qa debi-
tor erat obligatus actione aliqua temporali, vt redhibitoria, vel
quāto minoris. vel actione de dolo, quæ tollūtur tēpore. Nā illæ
præscriptiones currūt ipso iure absenti. vt ś. l. ꝓxima. licet nō cur
rat minori. & no. qa illa l. recitat effectū edicti prętoris facti sup
hac materia. de quo habetur in l. j. ff. eod. & pōdera. quia illa verba proferuntur in rem
non in personā. dū dicunt [si quid de bo-
nis eorū diminutum. est &c.] sed edictum
de minoribus loquitur in personā. qa dicit
ꝙ cū minore gestū esset &c. vt ff. de mino. b
l. j. §. j. & hoc est vtile propter vnum quod
habetur. j. eo. l. si cum militaribus. vbi gl. æ-
quiparat absentiam minori. sed do. Rapha.
nō placet ibi illa æquiparatio ꝓpter id qd'
dixi: vt ibi tāgam per hāc. l. In tex. ibi [intra
annum vtilem] iste annus non currit durā-
te absentia: licet alia tēpora bene currāt. vt
ś. dixi. quia si curreret, aduersus cursum restitueretur: & sic dare
tur restō ad restituendū. qd' esse non debet sicut nec currit mino
ri durante ætate: vt hęc habent̃ in l. interdum. ff. de mino. & infrà
de in integ. resti. l. fi. incipit ergo currere post reuersionē: & si añ
cursum cōpletum iterum se absentaret causa reipublicæ, desine
ret currere: & post reuersionē reinciperet. vt ff. qui. ex cau. ma. l.
necnō. §. si quis sepius. & postquā totū est decursum in præsen-
tia, non restitueretur, nec aduersus dictū cursum, nec aduersus
læsionē cōtingētē in absentia. vt j. l. proxi. in fi. in ver. postea quā.
vbi probantur prædicta. Hodie verò datur quadriennīū conti-
nuum. vt in d. l. fi. ad inchoandā & finiendā cām restōnis. in quo
tēpore dic per omnia idem quod suprà dixi in anno vtili. cū lo-
co eius succedat. ar. ad hoc. j. de non nu. pe. l. in cōtractibus. in fi.
princi. dum dicit. licet biennium pro quinquennio statutum est.

a ☞ *Ille qui fuit absens causa reipubli. si petat restitutionem aduersus præscriptionem an debeāt fieri duo iudicia: scilicet unum per quod rescindatur usucapio, uel præscri-
ptio, & aliud per quod uendicetur res. & nu. 1. & 5.*

1 *Tempus datum ad petendum restitutionem, an incipiat statim currere eo reuerso & numero. 1.*

4 *Quando datur restitutio ad tempus lapsum in absentia, an semper detur quadriennium licet fuerit absens mino. tempore quàm per decem dies tantum?*

5 *Si incœpi contra te absentem præscriptionem. xxx. an. & tu stetisti absens per annum tantum, postea reuersus tacuisti per. xxix. an. quibus potuisti agere, & nō egisti an finito tempore præscriptionis habebis adhuc quadriennium ad petendum restitu-
tionem?*

LEX. XXIII.

Quod tempore. Lex ista legit̃ duobus mo-
dis. †Primo secundū lect. Mar. secūdo secundū lect. Bul. Debes enim scire qd'
inter prædictas glossatores super eo quod dicitur. ś. l. 1
proxima. fuerunt contrariæ opi. in duobus. Primò quia Mar. te-
nuit quod tunc sit verum quod absens causa reipublicæ post re
uersionem restituatur aduersus præscriptionem: vel vsucapio-
nem rei suæ quando dicta præscriptio vel vsutapio fuit com-
plecta durante absentia, vel completur post reuersionem infra
modicum tempus. quod relinquitur arbitrio iudicis, quod datur
ad componendas sarcinulas, & quærendum aduocatos, & pro-
curatores, quod quidem tempus habetur pro absentia. cum in il
lo sit impeditus propter prædicta. & propter absentiam præteri-
tam. ideo est priuilegiatum tempus absentiæ. sed si compleretur
post reuersionem: & post modicum tempus, * tunc quia fuit ne a
gligens in agendo cum posset, non restitueretur ad subducen-
dum de præscriptione tempus ꝙ currit in absentia: & dicit esse
casum de his omnibus in l. ab hostibus. §. sed qd' simpliciter. cum
l. seq. ff. quib. ex cau. ma. †Secundò Marti. fuit in opi. ꝙ non de 2
beant fieri duo iudicia. ś. vnum per quod rescindatur vsucapio,
vel præscriptio. quod dicitur iudicium rescissorium: & expedit̃
iudicis officio nobili, & aliud per quod vendicetur res sua per
vtilem rei vēdicationem quæ dicitur rescissoria, quia frustra fit
per plura, quod potest fieri per pauciora, vnde ipse tenuit quod
in eodem libello debeat petere vsucapionem, vel præscriptionē
rescindi, & rem suam sibi restitui. sed Bul. in vtroq; dicto fuit in
contraria opin. †Primò quod licet vsucapio, vel præscriptio nō 3
fuerit completa in absentia, vel infra modicum tempus post re-
uersionem: sed dudum post, nihilominus ea completa, & nō an-
te cùm ante posset agere de iure communi, petere posset restitu-
tionem in inte. ad subducendum tempus quod currit in absen-
tia: & quod annus vtilis, * ꝙ olim currebat ad petendā restitutio b
nē. & hodie quadriēniū, nō incipit currere dicto casu statim eo
reuerso, vel statim post modicum tēpus: sed post cōpletam vsu-

1 ¶ Modicū tēp⁹. Qd dicat modicū tp̄s. vt de in l. j. ff. si qs caut. Ant. Corse. i tract. de min. i pe. co. ver. qd dicat modicum tempus.

b ¶ Annus vtilis. Adde qūo accipit̃. gl. in l. ann⁹. ff. de calū. gl. fi. & ibi Cy. in ꝛ. q. in l. fi. C. de tēp. in te. rest. et gl. fi. in l. cōtra maiores. C. de inoff. test.

a ¶Durat anno. An iste annus sæpius habetur pro cõpleto vide c. si annũ. de iudi. lib.vj.& ibi Arch.& Doc. gl.in c. subdiaconus.lxxvij.dis. gl. in c. cũ in cunctis. de elec.glo.& doc. in c. cum vigesimum. de offi.deleg.

capionẽ, vel præscriptionẽ & de hoc dicit esse casum in l. necnon.§. si quis sæpius.ff. quib.ex cau.ma. Itẽ in secundo ipse tenuit ꝙ imò sunt necessaria duo iudicia,s.rescissorium:ꝙ qđ petat rescindi vsucapionẽ vel præscriptionẽ,si erat cõpleta: vel ad subducendũ tẽpus qđ cucurrerat in absentia: & hoc facto qa restitutione concessa restituit per edictum prætoris actio pristina vtilis: quæ
a prius erat directa: & durat anno.[a] licet prima esset perpetua de qua loquitur l.fi.j.quib.ex cau.ma.debet institui nouum iudiciũ infra annum,per quod vendicet rem suã,si perdiderat actionẽ, realem seu dominium vel si actionem personalem,agat actione vtili ad condemnationẽ aduersarij quia frustra iura inuenissent ista duo remedia:scilicet officium iudicis nobile:per quod fit restitutio,& dicitur rescissorium:& actionem rescissoriam ad rem vendicãdã,vt in l.in honorarijs.§.sed cum rescissa. ff. de actio.& obliga.si sufficeret vnum tantum iudicium:& pro illa opin.facit d.§.sed cùm rescissa.& d.l.fin.& quia illa l.est obscura, & potest induci in vtroq; dicto pro mar. & etiam pro Bul. ideo quilibet eorum ponebat casum suo modo vt probaret suam opi. & non opin.alterius,& gl.ponit casum:vt clarius detur intelligi in vsucapione triẽnij,& sic in re mobili militis vsucapta tempore absentiæ:quia Mar.vult quòd vsucapio fuerit completa in absentia. vnde ponebat casum quòd ego incœpi vsucapere titulo & bonafide quandam rem mobilem cuiusdam militis ipso præsente,& tenui & possedi eam per biẽnium postea se absentauit causa rei publicæ:& ipso absente per alium annũ qui restabat compleui vsucapionem, dicitur hic quòd ipso infra annum vtilem à die reuersionis potest petere contra me restitutionem in integrum ad rescindendum vsucapionem, & vendicandũ rem suã: quia petit in eodem libello vsucapionem rescindi, & rem suam restitui.Sed si taceret per annum à die reuersionis,amplius non audiretur,et quod hic fuerit vsucapio completa in absentia,ipse probat per istum tex.dum dicit quod annus vtilis incipit curre re statim post reuersionem,nam si non foret completa etiam secundũ Bul.non incíperet currere statim post reuersionem:cum adhuc posset agere de iure communi, sed inciperet currere post eam completam.Sed contra ipsum quod vsucapio non sit completa in absentia facit tex.in versi.[possessum:]quia non dicitur quod fuerit vsucaptum vel prescriptum,sed dũtaxat possessum vnde dicit Bul. quod fuit completa post reuersionem & etiam post modicum tempus:sed Mar. supplebat ad text. dum dicit [possessum]subaudi & vsucaptum.Item contra ipsum Mar. facit tex.dum dicit [medij temporis] quia ponendo casum prout ipse ponit,ille annus vltimus qui cucurrit in absentia, non dicitur tempus medium vsucapionis:sed dicitur vltimum sed Mar. dicebat quòd tex.non dicit de tempore medio vsucapionis, sed de medio inter primam præsentiam antequã se absentaret, & secundam postquã fuit reuersus & certè ille annus vltimus vsucapionis fuit medius inter dictas præsentias:sed Bul.ꝓpter prædicta ponebat casum alio modo,& inducebat istã l. pro sua opi. ego incœpi possidere titu.& bonafide rem quandam mobilem cuiusdam militis,& tenui ipsam per annum ipso presente,postea se absentauit,& stetit absens per annum, postea reuersus est, & post reuersionem tacuit per alium annum, & sic compleui per vsucapionem partim ipso præsente, ꝙ partim ipso absente dicitur hic quod ea completa poterit infra annum vtilem petere restitutionem, vt subducatur de vsucapione ille medius annus,qui fuit tempus medium vsucapionis inter primũ annum & vltimum:quo subducto instituet nouum iudicium vendicando rem suã vtili rei vendicatione,sed post lapsum anni si tacuit, amplius non auditur & tenendo istam lect.istud verbum [possessum:]stat propriè & nihil debet subaudiri, & similiter illud verbum [medij tẽporis]stat propriè,& intelligitur de medio tẽpore vsucapionis: qa principiũ & finis vsucapionis fuerunt in præsentia:sed medium fuit in absentia & illud tantum subducitur contra istam tamen lec.facit text. ille dum dicit annũ vtilem inchoari statim post reuersionem:quia si vsucapio nõ erat cõpleta in absentia,etiam secundùm Bul.restitutio nõ concedebatur ni post vsucapionẽ completam:cũ prius posset agere de iure cõmuni ergo nec annus ad petendam restitutionem debet incipere nisi post completam vsucapionẽ: quia non debet incipere tẽpus ad agendũ antequam agere possit:sed officiũ iudicis ad petendum restitutionẽ non oritur nisi post completam vsucapionem:ergo nec tẽpus ad ipsum implorandũ incipit ante currere. Bul.fatebat & supplebat tex.dũ dicit dicit. [postea quã is reipublicę causa abesse desijt.]supple et post vsucapionẽ cõpletã nec est extranea ista suppletio:qa & alibi in simili fit in l.iij. §. si quis hæredi.ff.de sta.lib.vbi dicitur infra annũ à die mortis.& tñ suppletur,& aditæ hæreditatis,& illam opi.Bul.tenuit Dy.insti.de act.§.rursus.Bar.& Bal.hic,sed lec. Mar.tenuerunt Pe.& Cy.& tenet etiã do. Rapha. & ego etiã semper tenui tam hic quàm in §.sed qđ simpliciter.et ille §.si quis sępius.in quo principaliter se fundat Bul.nihil faciat pro eo, quia põt intelligi sinè quocunq; inconuenienti,quod etiã vbi fuit vsucapio cõpleta in absentia. & eodẽ modo omnes leges quas Bul.adducit pro se.Nam ille §. sed quod simpliciter.vbi Mar.se fundat,ita clarè videt probare suam opi. ꝙ non sit ad ipsum dare responsum. Or videte quæsta lege che è reputata difficile,voi intẽdere te testo pero che la
4 intenderebe vno puto paruulo.†Cętera dic & declara vt plenè no.per Bar.in §.sed quod simpliciter. Et quod gl.mag.circa fin. ibi dũ dicit [si tanto tẽpore &c.]recitat vnã opin.quã reprobat in l.j.per illũ tex.& hodie clarius hoc declaratur, & reprobat in cle.j.de resti.in integ.quòd quãdo datur restitutio ad tempus ipsum in absentia,nõ semper datur quadriennij: sed ita demum si illud tempus erat tantũ quantum quadriẽnium,vel maius.Si autẽ minus,tunc ad petendam restitutionem non datur nisi tantum tẽpus quantũ est illud ad quod peritur restitutio: ergo si illud non est nisi decẽ dierum,non dabuntur nisi decẽ dies.quod est falsum vt probatur per d.l.j.§.eo. bene tamen est verum ꝙ infra decem dies debebit inchoari iudiciũ restitutionis et postquã erit inchoatum,poterit durare per quadriennium secundùm gl. nostras iuris ci.in l.diuus.& in l.fina.de in integ.re. licet gl. iuris canonici dicat contrariũ,vt ibi dixi. Licet autem illa gl. non procedat in tẽpore restitutionis petendæ:quia illud semper est vniforme,procedit tñ in tẽpore restituendo:quia licet iura dicant ꝙ actio rescissoria vtilis,quæ cõpetit data restitutione,duret anno. vt in l.fi.j.qui.ex cau.ma.& in l.in honorarijs.§.sed cum rescissa. ff.de act.& oblig.illud tamen debet intelligi quando esset læsus in anno,vel vltra quia tantum stetit absens.Sed si minori tempore,puta per mensem,talis actio non duraret nisi per mensem:qa non restituit nisi mẽsis:& de hoc est casus in l.fi.ff. de mino.& l. si debitrix.§.fi.ff.ad velleia.& not.ꝑ Cy.in d.l.fi.in vij.q.j. qui ex
5 cau.ma.†Item scias quòd tenẽdo op.Bul.sequeretur tale inconueniens ꝙ si incœpit contra te absente præscriptionem xxx. annorum:& tu stetisti absens per annum,tantum, postea fuisti reuersus,& tacuisti per xxix.annos,quibus potuisti agere, & non egisti,finito tẽpore præscriptionis habebit adhuc quadriennũ ad petendũ restitutionẽ,vt subducatur iste primus annus,& restitutione concessa poteris vẽdicare vsq; ad annũ & eodem modo si incepi talem præscriptionem contra te minorẽ,& post primum annũ effectus es maior,& tacuisti per xxix.annos,et postea habebis quadriennium,vt subducatur ille primus annus:& sic in quinquagesimoquinto anno tuæ ætatis restitueris propter minorem ætatẽ,quod Iac.de Ra.& Pe. visum fuit valde inconueniens:vt in senectute restituaris.Ideo dixit Iaco.de Ra. quod imò ad subducendum istum primũ annum incipit currere quadriennium statim te reuerso, vel maiore effecto quia actio tua fuit effecta breuioris vitæ:sed glo.hic secundùm Bul.ibi. [antequam enim compleatur vsucapio.]tenet cõtrariũ cũ adhuc posit agere de iure communi: & ego in l.j.§. eo. dixi esse ibi casum cõtra eum.Pet.autem propter hoc inconueniens recessit ab ꝙ Bul.& tenet opi.Mar.ꝙ non restituatur nisi compleatur, præscriptio in absentia,vel in modico tempore post reuersionem vt in minori ætate:sed tunc de modico tempore post minorem qatem non est tractandum:quia illud non datur.vt no.gl.in l.j.§.si aduersus rem iud.qualiter ergo respõdetur ad tale inconueniẽs per illos qui tenent opi.Bul.vt est Cy.Bar.& Bal.hic licet idem Bar.in §. sed quod simpliciter distinguat inter præscriptionem longissimi temporis,in qua dicit habere locum opin. Bul. quia quælibet pars temporis operatur suum effectum in tali præscriptione & prescriptionem longi temporis in qua non fit,imò finis præscriptionis est ille qui operatur effectũ, s. acquisitionem dominij.

dominij. Et in ista dicit habere locum opi. Mar. sed salua reue rentia sua potius deberet dici totum ecōuerso, si bene conside remur. hic verò simpliciter tenet opin. Bul. Ad præfatum autem inconueniens respondet in §. sed quod simpliciter. quod si post reuersionem non fuit in sua potestate præscriptionem interrum pere, nunc nullum est inconueniens. quod post eam finitam re stituatur. licet post tam longum tempus. & idem dixit Iaco. de ave. limitando opi. Bul. vt tollatur tale inconueniens. q̄ dicta o pinio intelligatur quando reuersus ignorabat contra se præscri ptionem cœptam: quia fortè nesciebat rē illam fuisse suam. Vñ satis est q̄ ea finita, licet per longum tempus restituatur. certè si ignorauit, non solum restituitur ad illum annum absentiæ: imò ad tot si tempus præscriptionis decursum ex clausula generali si qua mihi iusta causa esse videbitur. prout determinat Bar. in l. j. §. si quis in venditione. ff. de iti. actuq; priua. & est glo. ordi. in l. fi. sic. ff. quemad. ser. amit. opi. ergo Bul. qui dicit restitutionē fie ri duntaxat ad tēpus absentię debet intelligi qñ sciebat. & tūc re manet inconueniens. Bar. autem tunc fatetur quòd si potuit in terrumpere cursum præscriptionis, & tacuit per integrum qua driennium: quod illa negligentia corrodat & consumat tempus restitutionis petendæ: & sic amplius non audietur. sed glos. quæ est hic. sentit q̄ negligentia in agendo commissa ante completā præscriptionem non absorbeat tempus restitutionis petēdæ sed ita quæ committitur post completam præscriptionem in peten do restitutionem, bene absorbeat de tempore restituendo. & ita intelligit. §. sed quòd simpliciter, in quo Mar. se fundat. & hoc vult glo. ibi. [tantò enim minus restituetur. quanto fluxit post modicum tempus, completa tamen vsucapione.] Breuiter istæ sunt inuolutiones mirabiles: ideo nullo modo placet opi. Bul. & ad ima in quibus se fundat. respondeo vt §. dixi. quia sine aliquo inconuenienti pñt intelligi quando prę scriptio fuit completa in absentia, & miror q̄ isti doc. sequuntur opinio. Bul. & prædicta omnia quantum ad primum articulum. in quo Bul. & Mar. fue runt discordes quantum autem ad secundùm. in quo Mar. vult q̄ non sit nisi vnum iudicium, quod expediatur iudicis officio nobili & quod rescindatur vsucapio, vel prę scriptio, & restitua tur res. Bul. autem vult quod sint duo. doct. nostri dicunt q̄ aut ille qui fuit absens fuit læsus in absenta tam in possessione quā in dominio: quia ipso absente incœpit præscribens possidere: & præscripsit. tunc sit vera opi. Mar. qui vt restitutio sit repositio in pristinum statum. & ipse an absentiam possidebat, et habebat dominium, & propter absentiam perdidit vtrunq;: ideo ad vtrū que recuperandum sufficit proponere iudicis officium nobile per quod rescindetur præscriptio: & restituetur res. & dicunt es se eam de hoc in l. si sine hærede. §. interposito. ff. de admi. tut. & in l. a te prætor. §. Item ei. ff. qui. ex cau. ma. nec tunc iste petens restitutionem habebit necesse probare dominium rei: sed solam possessionem ante absentiam, ex qua præsumebatur dominus: aut non fuit læsus in possessione propter absentiā quia præscri bens incœperat ante possidere. sed compleuit præscriptionem ipso absente. & tunc sit vera opi. Bulg. quia reuersus implorabit officium iudicis rescindens & petet præscriptionem vel vsuca pionem rescindi: quia in illa tantum fuit læsus. qua rescissione facta, intentabit vtilem in alio iudicio. et ita intelligatur. d. l. in ho nore. §. sed cum rescissa. dicit autem Cy. secundùm Pet. q̄ in primo iudicio rescissorio habebit necesse probare summatim de dominio illius rei: vt videatur q̄ interest sua restitutionem pete re. Et in secundo iudicio habebit necesse probare plenè se fuisse dominum ante præscriptionem. & sic in primo iudicio probare plenè de dominio: talis probatio cum sit facta præter naturam il lius iudicij, quod cum sit præparatorium vel rescissorium, non requirebat plenam probationem: talis probatio non facit fidem in secundo iudicio: sed erit necesse q̄ iterum probetur: quæ ver ba sunt singularia, licet Bal. visus fuerit Pe. reprobare: nesciens fi. non considerās q̄ dicebat. & postea in fi. videtur approbare: sed eius verba notare. Sed dubium est posito q̄ possint fieri duo iudicia dicto casu. an sit necessarius vnus libellus, an autem pos sint ambo cumulari in eodem libello, saltem conditionaliter. vt peto vsucapionem vel præscriptionem rescindi: qua rescissione facta peto declarari me dominum, & aduersarium condemnari ad restituendū. Bal. hic videtur sentire quod nō & q̄ sint necessaria duo iudicia duplici ratione. Primò. quia ista sunt talia qd' sententia absolutoria lata in primo, parit exceptionem rei iud. in secundo: ergo non pñt cumulari. vt in l. fundum. & l. fundi. ff. de excep. Ista ratio nihil valet. quia procederet si cumulatio fieret simpliciter, & non conditionaliter. per ea quæ no. per Cy. in l. j. infra de iudi. & per no. in l. conductores. infra. loc. & in l. j. ff. de act. emp. in gl. & tetigi in l. edicta. §. de eden. Secunda ratio sua est: quia actio rescissoria non est nata antequam præscriptio sit rescissa: ergo super eo non potest fieri contestatio lit. sic & nec cumulari. sicut non potest cumulari. petitio hæreditatis cū que rela inofficiosi testamenti: quia nascitur post quærelam latam. vt no. in l. qui de inofficioso. ff. de inoffi. testa. sed salua reuerentia ibi gl. expresse determinant contrarium in fi. q̄ querela & pe titio hæreditatis possunt cumulari cōditionaliter. nec ob. q̄ non sit nata adhuc. hoc tollit per not. in l. nuda. j. de cōtrahen. stip. vbi fit cōtestatio antequā actio nascatur. & nascitur. in ipsa cōtesta tione: eodem modo potest dici quod fiat sub conditione cū na scetur. i. post rescissam præscriptionem: ideo puto contrarium q̄ possint cumulari: & si dicatur. quę ergo differentia erit inter istū casum quando fuit læsus in possessione: & præcedentem, post quam vtroque casu potest expediri in vno iudicio? Respondeo qa in præcedenti expeditur totū per iudicis officiū nobile. sed in secundo rescisio præscriptionis sit per iudicis officium nobile. & restitutio rei fit iure actionis rescissoriæ. Item in precedenti ca su nō possunt dictari duo iudicia sed vnū tātū. in hoc verò secū do pōt actor dictare duo, vel etiā tātū vnū, cumulādo duo reme dia. dñs aūt Raph. tenet q̄ etiā in hoc secūdo casu nō possunt di ctari duo iudicia: sed vnū tātū: quia licet ꝓpter absentiā nō sit læ sus in possessiōe, attñ poterit possessionē petere per ea quę in si mili habent. in l. si mulier. ff. de cōdi. ob. cau. vbi si liberaui te per acceptillationē ob cau. quę nō est sequuta, possum cōtradicere pecuniā debitā. & tñ eā tibi nō solui: sed liberationē præstiti, ne fi ant per plura quę possunt fieri ꝑ pauciora: & dicit ipe q̄ satis est icōueniēs q̄ de vno cerasco fiāt duo boli. & ita itelligit op. Mar. q̄ sit vera indistinctè: sed in hoc nō recedo à distinctione doc. ꝑ illum. §. sed cū rescissa. si actor vul vt fiant duo iudicia. supplēdo (vt dixi) q̄ potest fieri etiam vnum. Cætera dic vt not. in. d. §. sed quod simpliciter. & per Cyn. hic. & in l. fi. j. de tēpo. in integ. rest.

2 *& Quis dicatur latitare, & quod per adiudicationem quæ fit ex secundo decreto, debi tor perdat dominium.*

3 *Cum contra absentem non possit peruenīri ad secundum decretū, qualiter prouideatur creditori si non vult tantum expectare quòd absens redeat, & pro quo nullus venit ad defensionem*

4 *Contra absentem quando possit peruenīri ad secūdū decretum? & quando restituatur?*

LEX. IIII.

1 IGnorare. † Contra absentem non latitantem potest peruenīri ad primum decretū: non ad secundùm: sed postquam incœperit latitare, ex primo decreto interposito contra non latitātem po terit peruenīri ad secundum. h. d. In tex. ibi: [possideri.] id est cre ditorem in possessionem mitti. non tamen possidet: sed detinet. vt l. iij. §. fi. ff. de acqui. pos. & l. si duo. §. si creditores. ff. vti. pos. & sic modicum fit præiudicium absenti: quia nec perdit dominū, nec possessionē: sed duntaxat incommodatur: & attentatur per creditorem missum in tenutam: quia potest percipere fructus, et ingredi possessionē, & aliqua facere contra voluntatē debitoris: ideo quia non est magni præiudicij, potest fieri cōtra absentē cā reipublicę. licet non sit cōtumax: sufficit enim q̄ nō defendat sic cut pōt fieri cōtra pupillū. vt in gl. quæ tñ potest dici cōtumax.

2 † In tex. ibi [venditionem autem.] vel aduocationē, quę dicunt fieri ex secundo decreto: & sunt prę iudiciales: qa debitor perdet dominum: ideo nō possunt fieri nisi cōtra latitātē. i. turpiter se oc cultātē: quia cū nuntius vadit ad ipsum citādum, absc̄ōdit se: vel facit dici q̄ nō est ī domo: & nūtius ita refert. vt in l. Fulcinius. § quid sit aūt latitare. ff. quibus ex cau. in pos. eat. & per illum tex. Bar reprehendit Iac. de are. qui tenuit q̄ ad secūdū decretū con tra latitatē nō possit peruenīri: nisi etiam primum fuerit interpo sitū contra latitantē. q̄ est falsum. & est hic casus. quia fuit inter positū tpe absentiæ causa reipublicæ: & sic nec latitabat, nec erat cōtumax: quia vtrūq; illorū præsupponit delictū, seu dolū verū vel præsumptū. vt in l. cōtumacia. ff. de re iudi. & in hoc neuter istorū est: & tamē virtute ipsius primi decreti interpositi contra nō latitantē peruenītur ad secundū, si postea incipit latitare. vt

3 hic. † Sed quærit Bart. quid si creditor nō vult tantum expecta-

a ¶Priuilegiat⁹. Adde Bar.in l.verū.in §.Itē quæritur.ff.de mino. Bal.i l.ĵ. C. de priui. fisci.Abb. in c.in præ sentia.de probatio.in xv.col.

b ¶Militū. Adde Bar. in l.ex eo. ff.de testa. mil.l. veterani. ff. ad legē fal.l.ĵ. C. nego. ne mili.xŋ.& inst.de test.mil.in princi.per Spec. in ti. de procu. §.j.ver. Itē ꝙ est mi-les.& in ti.de acc.§.j. Itē excipit. Ianisimè per Alexā.de Imo.in l.Centurio. colū.tiĵ. ver.vlti.ff. de vulga. & pup. Franc.Cur.

I. Marcellus. ff. rerū amo. & ibi no. & l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur. eodē modo in cauſis ſpiritualibus: in quibus procedit ſine ſolenitate iudiciorū: vt in cle. diſpēdioſam. de iudi. olim nō iurabat de calūnia: cū illud iuramentū cōcernat ſolēnitatē: ſed iurabat de veritate dicenda ſecundū canones, hodie ꝑ c. j. eo. ti. li. vj. inductū eſt qđ etiā de calūnia iuret in eis nō ſolū de veritate: vbicūq; aūt nō iurat de calūnia, iurat tm̄ de veritate: & etiā vbi fuit iuratū de calūnia, gn̄aliter pōt in ſingulis actibus exigi iuramentū malitię vt in c. ij. eo. tit. Iſta tm̄ nō fuerūt inuenta de iure ciuili: ſed per cōditores canonū. q ſum mi legiſtæ fuerūt: & cōſideraverunt mentē iuris ciuilis: & etiam rigorem verborum: & temperauerunt rigorē cum intentione.

☞ *Teſtis qui depoſuit cum iuramento, ſi repetitur per iudicem ut declaret dictum ſuum: non eſt neceſſe iterū ſibi deferri iuramentum: nec partem aduerſam citari.*

2 *Poſtquam pars iurauit de calumnia: ſi dētur poſitiones, & petitur q. eis reſpondetur per uerbum credit, uel non credit: nō expedit q. iterum iuret; & quid ſi calumnioſè reſpondeat.*

4 *Si recuſaret iterum iurare de calumnia: quòd non habeatur pro confeſſo, cùm non poſſit arctari?*

AVTHENTICA.

1 HOc ſacramentum, †No. hīc quod nō eſt pluries iurādū de ca-
2 lumnia ſufficit em̄ qđ ſemel ſit iuratū. in prin. poſt litē
5 cōte. † & dicit Bal. per hoc qđ ſi teſtis qui depoſuit cū iuramēto, repetit per iudicē vt declaret dictū ſuū: nō eſt neceſſe iterū ſibi deferri iuramentū. Ex hoc ſequit quod nō eſt neceſſe partē aduerſam citari: quia nō citat niſi ad videndū iurare teſtē: nō aūt ad audiendū depoſitionē ſuā, quæ debet fieri in ſecreto: vt j. de teſti. l. ſi qñ. & ibi no. Si ergo nō habet neceſſe iterū iurare
3 ſimiliter nō habet neceſſe partē citare. † Itē dicit Bal. per hāc auth. quod poſtquā pars iurauit de calūnia, ſi dentur poſitiones, & petit: quod reſpōdeat eis per verbū credit: vel nō credit: nō expedit qđ iterū iuret: ſed virtute præſtiti iuramēti rn̄debit: ſed ſi fortè iudici videbit, poterit deferre iuramētū malitię: ſi videat quod ca-
4 lūnioſè rn̄deat per verbū nō credit. † Ex his ſequit qđ ſi recuſaret iterū iurare de calūnia, nō haberet pro cōfeſſo: poſtquam nō pōt arctari. loquit aūt auth. poſt lit. cōte. ſed in cōtingētibus ante I. C. remanet incorrecta. & ibi dixi. Itē dicit Cyn. qđ etiā poſt lit. cōte. I. C. in ſcd'o caſu. in ver. ne aūt remanet incorrecta;: quia ibi agit de magno præiudicio. ſ. de tortura: quæ nō pōt reſtaurari: iō qui eam petit fieri, debet iurare de calūnia ſpāliter ſuper hoc. licet in prin. gn̄aliter iurauerit. ar. ff. de iniur. l. Item apud Labeonem. §. hoc edictum: quia vbi maius periculum cautius eſt agendum; vt ff. de carb. edic. l. j. §. Pomponius.

3 ☞ *Generale iuramentum de calumnia inuentum per hanc legem, quod prius non erat ad ſolennizandum iudicium debet præſtari poſt litem conteſtatam; & quid ſi eſſet præſtitum ante, & quid de particulari?*

5 *Quòd debeat præſtari incontinenti poſt litem conteſtatam: & quid ſi non petatur incōtinenti, & non præſtetur, q. non uitietur proceſſus, & in quacunque parte litis poterit peti, & debebit præſtari.*

Quid præſtetur à partibus antequam ab aduocatis.

4 *Copia articulorum uel poſitionum an ſit danda parti cum termino ad deliberandum, ut poſſit ſe inſtruere cum aduocato ſuo quid habeat reſpondere.*

5 *Teſtes poſſunt inſtrui à parte, uel ab aduocatis in modo teſtificandi, ut non deficiant in redditione cauſæ bona fide & quò ad ea quæ conſiſtunt in iure.*

6 *Litis conteſtatio quomodo fiat?*

7 *Quando ſit per confeſſionem, an ſit neceſſarium iuramentum calumniæ?*

8 *De calumnia an prius iuret actor quàm reus?*

9 *Si mutatur inſtantia, an debeat iterum iurare?*

10 *Quid ſi mutetur iudex, & non inſtantia?*

11 *Quando coniuncta perſona agit pro coniuncta, quæ ipſorum iurabit de calumnia?*

LEX II.

1 CVm & iudices, †Lex iſta primò loquitur quando partes litigant per
ſeipſas, qñ debeant iurare de calūnia: & per quemmodum: quia incontinenti poſt lit. conteſt. & generaliter ſuper tota cauſa quilibet per ſe tam reus quàm actor quod putat ſe bonā fouere cauſam: & illud introducit per hanc l. quod olim non erat: & hoc vſq; ad §. [quod obſeruari.] poſtea qñ litigant per alios vſque ad §. [quod ſi actor.] & primò qñ per legitimos adminiſtratores. vſq; ad ver. [ſi autem abfuerit.] poſtea quando per procuratorem de quorum mandato conſtat vſque ad verſi. [hoc etiam .] poſtea quando dubitatur de eorum mandato. In tertia parte. l. punit recuſantes iurare. vſque ibi: [ſed prædictum ſacramentum.] ibi quarta. in qua declarat ad quas lites iſta l. extē datur: cum multa introducat de nouo. quæ non erant introducta per iura vetera: & dicit quòd ad lites cœptas poſt iſtam l. &
2 quid iuris ſit in pendentibus tunc declarat. † Not. in iſta prima parte quod generale iuramentum de calumnia inuentū per hāc l. quo prius non erat ad ſolennizandum iudicium, debet præſtari poſt litem conteſt. ᵇ ſi ergo eſſet præſtitum ante, non ſufficeret
b & poſſet reiteratio peti poſt litem conteſt. ſed particulare in occurrentibus ante lit. conteſt. quod non pertinet ad ſolennizandū iudicium, bene poteſt præſtari ante: vt dixt in l. j. & in auth. ibi poſita. † Secundò no. quod debet præſtari incontinenti poſt litem
3 conteſt. ſi tamen non petatur incontinenti, & ſic non præſtatur, non vitiatur proceſſus, & in quacunq; parte litis poterit peti, & debebit præſtari: & hoc hodie eſt deciſum. vt in c. j. eo. tit. libr. vj. Tertiò no. quod præſtatur à partibus antequam ab aduocatis: & ex hoc arguit gloſ. quæ incipit. [per hoc apparet.] quod qñ reus reſpondet litem conteſtando, nō debet inſtrui ab aduocato ſuo qui nondum iurauit: quia non debet exercere officium aduocationis antequā iurauerit. Iudex ergo qñ iubet reo ꝙ reſpōdeat libello, debet dicere aduocato ſuo (ſi ibi eſt preſens) ꝙ remoueat ſe, & ſtet ad partem facit c. paſtoralis. extra de iudi. & idē in interrogationibus quæ fiunt ante litem conte. ad præparationē iudicij. de quibus in ti. de interro. act. Sed quid in reſpōſionibus quæ fiunt ad articulos vel poſitiones? nam illæ fiunt poſt lit. conteſt. & poſt iuramentum præſtitum ab aduocatis. videtur ſecus à cō-
4 trario ſenſu huius gl. † Ex quo ſequitur quod danda ſit copia articulorum vel poſitionum parti cum termino ad deliberandum vt poſſit ſe inſtruere cum aduocato ſuo quid habeat reſpondere. & hoc in aliquibus locis ſeruatur. In contrarium: quia hodie aduocati non iurant: ideo videtur quod nulla danda ſit copia: ſed quod debeant legi coram parte: & incontinenti habeat reſpondere. nam aut continet aliquid de facto ſuo: & tunc non debet habere terminum ad reſpōdendum: cum debeat eſſe certus. vt in c. excommunicato. de reſc. Idem ſi de facto alieno, ſi poteſt eſſe certus. Si verò eſt factum de quo poſſit dubitare, pōt reſpōdere dubito, & petere terminum ad deliberādum. nam præſumptio eſt poſtquam iurauit de calumnia vt non petat malitioſe: & cauſa differendi iudicium: vt j. ea. l. [§. quod obſeruari.] in glo. ſi. dicit tamen Spe. in tit. de poſitionibus. quod ſi clientulus eſſet homo ſimplex, & de leui poſſet decipi in reſponſionibus, poſſet aduocatus ipſum inſtruere potius in iure quàm in facto, tūc aduocatus poſſet aſsiſtere in reſponſionibus: non dico vt detur ſibi copia cum termino ad deliberandum: ne excogitet malitiam, & vide quod no. Bal. circa prædicta in l. ij. §. vt lite pēdente. & Inno-
5 cen. in cap. per tuas. extra de teſtib. † dicit etiam Bal. hic quod Rofredus in vtu. de ſenatuſconſul. Liboniano. dicit quod etiam teſtes poſſunt inſtrui à parte, vel ab aduocatis in modo teſtificandi, vt non deficiant in redditione cauſæ bona fide & quò ad ea quæ conſiſtunt in iure. pone enim quod articulus erat ſuper fama: poteſt inſtrui teſtis qui eſt imperitus, quid ſi interrogetur quid eſt fama, non debeat reſpondere id quod publicè dicitur vel dicat id quod dicitur à maiori parte populi: aliàs nō cōcluderet dictum eius: vt no. per Bar. in l. Labeo. ff. de ſup. leg. Item allegat ille tex. dum dicit [niſi poſt narrationem & reſponſionē.] qđ ſi reſpōſio poſsit eſſe duplex. ſ. negatiua, & affirmatiua, & hic ſim-
6 pliciter dicat reſpōſionē, † qđ litis conte. nō ſolū fit negādo narrata, prout narrant in libello: ſed etiā ſi confiteantur contenta in eo. vt hic. & j. tit. j. l. rem non nouam. & no. per doct. in l. j. j. de lit. conteſta. hoc tamen verum. niſi dicat expreſsè contrarium quod non animo litem conteſtandi: & tunc fieret ſibi præceptum de ſoluendo cum certo termino, vt haberet locum l. ſi debitori. ff. de iudi. & idem ſi ante datum libellū confiteretur: quādo autem poſt datū libellū reſpōdendo ad ipſum negat: & ſic inducitur litis conteſtatio, proceditur ad vlteriora in cauſa: & peruenitur ad ſentētiam diffinitiuam. Et aduerte quod gl. j. l. at qui natura-

§. cum

1 ſ. cū me. ff. de neg. geſt. ſentit † q̄ qñ cōteſtatio fit per confeſsionē, nō fit neceſſariū iuramētū calūniæ ſed illud poſſet procedere qñ cōfitereť narrata prout narranť: ſed ſi confitereť narrata: puta quòd mutuaui tibi decem ducatos: tamen petita fieri non debere: quia fortè intendis opponere exceptionem ſolutionis', vel pactū: tunc potius videris negaſſe, & ideo vterq; debet præſtare iuramentum. † Sed quis noſtrum prius? hoc quærit glo. quæ incipit. [ſi ergo.] in fi. & dicit quod ego qui ſum originarius actor licet confeſſus fueris intentionem meam & ſic non habeo neceſſe probare: ſed tu qui in exceptione videris actor. Bald. dicit q̄ putat iſtum ordinem nō eſſe de ſubſtantia iuramenti, q̄ prius iuret actor quàm reus: nā in hoc ipſe nō facit vim. facti l. ſi mancipiū. §. ſi cōl diuidundo. ff. de euic. vbi præpoſteratio vnius iudicij ad alterū non vitiat proceſſum licet in contrarium faciant no. in l. prolatam. j. de ſenten. q̄ ſecus ſit in actibus vnius iudicij: quia ibi non debet eſſe præpoſteratio, & vitiat. vt in c. exhibita. de iudi. ſtarem tamen in practica dicto Bal. quia illa eſt leuis ſolennitas: & modicæ importantiæ, ideo non vitiat omiſsio. vt in l. circa fi. ff. de ven. inſpi. † Vltimò quæritur ſi mutatur inſtātia, an debeat iterum iurari? & certè hoc poteſt contingere duobus modis, primo quādo per appellationem quo caſu prima inſtantia non fuit peremptа, ſed executioni mandata per ſententiam diffinitiuam, ad quam ipſa ordinabatur: tamen inſtantia cauſæ appellationis eſt diuerſa à principio. & tūc inter gloſſatores fuit opi. quas gl. hic recitat an debeat præſtari nouum iuramentum, & videbatur q̄ nō: quia virtus primæ inſtantiæ trāsfunditur in ſecundā. & ſic videť q̄ cū omni ſua qualitate. Cōtrarium tamen determinatur hodie in c. ij. eo. ti. li. vj. vbi approbatur opi. Jo. de qua hic in glo. Secundò pōt contingere qñ prima inſtātia fuit peremptа per lapſum tēporis: non aūt executioni mandata: quia nō fuit lata ſnīa, vnde oportet de nouo eam inchoare. vt in l. cum lite mota. ff. iudi. ſolui. & tunc minus dubitationis habet: quia virtus primæ inſtantiæ nō trāsfunditur in ſecundam, imò permittitur prima inſtantia cum omnibus concernentibus ordinem iudicij: vt eſt litis cōteſt. & iuramentū calumniæ. licet non percentа probatoria. vt ſ. de arbit. l. cum antea. in fin. ideo de nouo eſt iurandum ſine dubio: quia illud iuramentum ſolennitatis inſtantiam, non iſtam. † Si verò non mutaretur inſtantia. iudex, non eſſet iterū iurandum ſecundū gl. licet loquať ſub dubio fortè, ſed nō eſt dubitandū: nec in cōtrarium facit l. cùm apud Sempronium. iudi. ſol. & l. iij. in princi. quia ibi de cautione iudicatum ſolui in qua habetur reſpectus ad perſonam iudicis, alio mutato iudice perimitur: quia ſententię alterius iudicis ſe non ſubiecit: ſed illius de quo confidebat nos loquimur in iuramento de calumnia in quo non habetur reſpectus ad perſonā iudicis: ſed ad inſtantiam ad quā ſolennizandam fuerit præſtitum, & hæc durat eadem ſi autem non mutetur inſtantia: nec iudex, ſed actio. adhuc glo. tenet non eſſe de nouo iurandum quia fuit iuratum ſuper facto propoſito: & illud non mutatur: licet mutetur actio quæ a per errorem fuit inepta actio propoſita. † Vltimò quærit glo. quando cōiuncta perſona ' agit pro coniuncta quæ ipſarum iurabit de calūnia? & iſta quæſtio potius concernit §. [ſi autem abfuerit.] vbi qñ cauſa agitatur per procuratorem ſuiipſius principalis dñs debet iurare, idē ergo videtur in caſu noſtro. ſed contrarium dic aut iſta coniuncta agit pro ſuo intereſſe quo caſu etiam inuita coniuncta perſona poteſt agere. vt in l. iij. & ibi de li. cau. & tunc ipſe agens reputatur principalis, ergo ipſe debet iurare aut agit non pro ſuo intereſſe, ſed pro intereſſe coniunctæ perſonæ & tunc cùm habeat mandatum à l. vt poſſit agere ſine mandato l. ſed & hæ. in prin. ff. de procu. dicitur habere legitimā perſonam: ſicut tutor & curator, ideo ſicut illi iurant vt in §. [quod obſeruari.] ita & iſta coniuncta nunc agens.

1 *Quando fiant poſitiones, & eorum reſponſiones?*
Differentia inter articulos, & poſitiones ut an ponens uel articulans uideatur affirmare uel negare in eis.

AVTHENTICA.

NIſto iuramento. † Per iſtam auť. additur vnum ad iuramētum de calumnia, vltra illud quod continet princ. I. C. nam ibi dicitur q̄ iurant partes ſe credere iuſtam cauſam fouere: tam actor in agendo, quàm reus in reſiſtendo hic dicitur q̄ etiam aliud debet iurare q̄ neuter iſtorum exiget ab alitero probationē aliquā, niſi quā putat neceſſariò exigēdā: ideo ſi peto à te centū. qa mutuaui tibi, cum tu hoc ſcias vel ſcire debeas, nō debes exigere à me q̄ probem: ſed confiteri veritatem: ſed ſi peto v. quæ mutuaui patri tuo: qa de hoc nō potes eſſe certus, bene potes exigere à me probationem:

¶ Coniuncta perſona. An cōiuncta p̄ſona admittať ſine mā dato in beneficialib⁹ vide per Bal. in c. cū pridem. in vlt. col. de pactis.

2 † & ex iſta auť. ſumpta eſt materia poſitionū. nam cū actor neceſſe habeat p̄bare ea quæ fundāt ſuā intētionē, ſi reus negauit narrata in libello, vel petita fieri debere: & ſua intentio fundatur ex multis, vt ſciat ſuper q̄bus habeat neceſſe teſtes p̄ducere, faciat ſup oēs ſingulos articulos: & interroget aduerſariū: an credat illos veros: & ſic ab eo nō exigať p̄batio quā aduerſarius ſcit non exigēdam. Rñſio. aūt fiūt per verbū credit, vel nō credit: qa eodem mō de calūnia iurať cū ſit iurm credulitatis, nō veritatis: vt in [§. quod obſeruari.] & ſic ex iſtis duobus tex. inuēta eſt materia poſitionū, & rñſionū: quæ ante iſta iura nō erat inuenta: licet quidā dicāt cōtrariū: q̄ per l. Offilius. de leg. iij. ſed Doc. dicunt q̄ ibi loquiť in interrogatiōe p̄paratoria. de qua in tit. de interro. actī. † Et aduerte q̄ eſt differētia inter articulos & poſitiōes. Primò eī dant articuli, & pars quæ dat, nō videť cōfiteri contenta in eis: ſed dicit ſe velle illa p̄bare, ſi fuerint negata: & poſt reſpōſionem illos articulos qui fuerunt negati dat iteratò per modum poſitionum: & tunc contenta in eis videtur affirmare: nec poſſe poſtea reuocare niſi ex cauſa iuſti erroris: & ſi in eis eſſet aliqu contrarietas manifeſta, diceretur periurus: vt habetur in text. & per Ioan. An. in nouella. & etiam per gl. in c. fi. de iureiuran, lib. vj. vbi omnino vide.

2 *Legitimi adminiſtratores iurant in animam ſuam proprtam cùm iurant de calumnia: & an eorum reſponſiones faciant præiudicium pupillo uel adulto? & nume. 4.*
3 *Quid in procuratore ſpecialiter conſtituto ad iurandum de calumnia?*
4 *Quid ſcit ſcire?*
Quòd dicatur quis eſſe certus de eo quod uehementer opinatur.
5 *Tutor, uel curator: an teneatur ſubire iuramentum in litem pro pupillo, uel adulto?*
6 *Cum filiusfamilias poſsit conueniri uel agere cum conſenſu patris, ſi habet legitimam etatem: an tunc ipſe filius iurabit de calumnia: & quid in adminiſtratoribus eccleſiarum, uel hoſpitalium: & quid ſi conueniatur pater? & nu. 8.*
7 *Adultus debet ſubire iuramentum ueritatis, licet curator iurauerit de calumnia.*
8 *Si pater conuenitur ex facto & nomine filij, an filius qui melius eſt informatus de ueritate quàm ipſe filius, poſsit interrogari de ueritate: & iurare teneatur?*
9 *Quando diſceptatur an conuentus ſit minor, uel maior: & ſic an ſit ei dandus curator, an debeat iurare de calumnia?*
Quid ſi diſceptatur de iuriſdictione.
10 *Quòd quilibet articulus cauſe dicatur habere propriam inſtantiam, quando expectatur pronuntiatio iudicis: licet non ſit diffinitiua, & in ea præſtetur iuramentum de calumnia: & qualiter in ea ſit dare conteſtationem, uel quaſi?*
11 *Proteſtatio qua poteſt uti uolens agere contra minorem tanquam maiorem non obſtante exceptione minoris ætatis.*
11 *Teſtis debet iurare de ueritate: & quando etiam de credulitate?*
13 *Qui iurat de calumnia, q̄ debeat iurare quatuor.*
14 *Verbum credo, an habeat uim confeſsionis? ut ex eo oriatur actio.*
15 *Caſus in quibus non tenetur quis reſpondere poſitionibus per uerbum credit, uel nō credit: uel non tenetur reſpondere, & ſi reſpondeat ſponte, quòd ualeat reſponſio. nu. 16. 19. & 20.*
16 *Si teſtis in dicto ſuo aliquid impertinens dixit non ſtatur in hoc eius dicto. & quid in poſitionibus? & nu. 15.*
17 *Quæ ſunt probabilia, ſunt punibilia.*
Poſitiones fiunt ad releuandum ponentem ab onere probandi.
Ponens interrogatur an credat poſitiones eſſe ueras: ne ponat eas per calumniam.
18 *Poſitio, qualiter dicatur negatiua?*
19 *Si ſit poſitio alicui qui ſemel reſpondit, an teneatur iterum reſpondere?*
20 *Excluſus à probando per lapſum termini, non poteſt facere poſitionem.*

1 §. Quod obſeruari. † Legitimi adminiſtratores ſiue litigēt per ſe in cā pertinēte ad illū cuius negotia adminiſtrāt, ſiue illi litigāti authoritatem præſtēt, debēt de calūnia iurare: nō aūt illi: & iurāt in animā
2 propriā ipſorū. nō illorū. h. d. vſq; ad §. ſi aūt. † No. tex. in ver. ibi. [iureiu. affici:] & infrà dū dicit [ex animi ſui ſciētia &c.] q̄ iſti legitimi adminiſtratores iurāt in animā ſuā p̄priā: ex quo ipſi afficiunť iuramēto: & ſi iurarēt falſum ſciēter, ipſi ſunt periuiuri: nō
3 principales † & in hoc differūt à p̄curatore cui datū fuit mādatū ſpāle: ad iurādū de calūnia. qđ hodie fieri pōt: vt in c. fi. eo. tit. lib. vj. qa iſti nō iurāt in animā ſuā: ſed in animā dñi: & illi afficitur iuramento: & ille eſſet periurus, non procurator: ſed ſi poſt iuramentum præſtitum à dño: & poſt litem conteſta. conſtitueretur

a ¶ Quod ſcire dicitur. Adde c. hoc videtur xxij.q.v. Car. Zab. in c.cū nobis.de ele. in xiij.no. & eundē. Car.in c.te nobis.in j.no.de cler. peregrinis.

b ¶ Quis eſſe certus. Quid ſit certum vide per Archi.in capi. ſecundo.de elec.libro vj.& qd ſit certitudo.vide Io.An.in c. certificari. de ſepul. gl. in c.conſtitutionem.de ver.ſig.li.vj.

procurator,quo caſu inſtātia facit tranſitū in eū:vt in l.in cauſæ.§.ſi ex parte.ff.de ꝓc. & hoc nō obſtāte ꝙ dñs iurauerit,iterū ipſe iurare teneť. vt eſt hodie deciſum per c.ij.e. tit.li. vj.qdā etiā dixerūt eē deciſum ꝓ auť. ſeq.quæ incipit principales.circa princ.vbi dum dicit,vel illæ ad quas negotiū in medio migrauerit &c.tūc talis ꝓcurator etiā ſi nullū habuit mādatū ad iurādum,quia nec expediēs fuit, poſtquā ipſe dñs principalis iurauit per ſeipſum,teneť iurare dictus ꝓcurator in animā ꝓpriā:quia iurat pro ſe:& nō pro dño:vt ibi:& ſi dicatur quare hoc:poſtquā dñs iurauit:quare ꝓcurator iterū teneť iurare? Reſponndeo ſi aduocati iurant pro ſe non obſtante iuramēto partiū vt in l.C.eadē & fortiori rōne teneť ipſe ꝓcurator iurare: in cuius perſona ſubſtātiať iudiciū:& poteſt plus nocere,

4 & plus prodeſſe:& iſtam rationē tangit Bal. † Item not.in verſi.

a [ſcientes.]iūcto tex.circa fi.in ver.[credit.]quod ſcire dicitur * illud quod quis vehementer credit:licet per veram cauſam & cōcludentem nō ſciat:quod eſt propriū ſcire.ſ.rem per cām cognoſcere.ſed ſcire per credulitatē eſt vehementer opinari per coniecturā:& adhuc ſcire dicit qñ animus eius ad hoc inclinať. facit l.ij.§.Idem Labeo.cum ibi no.de aqua plu.arc.bene facit.l.ſi ita

b §.pe.ff.de teſta.tu.vbi dicitur quis eſſe certus* de eo quod vehementer opinatur:licet non ſit verum in ſe. Oppo.pro declaratione glo.ꝙ iſti legitimi adminiſtratores non habeant iurare de calumnia:quia iſtud iuramentum principaliter ordinatur ad reſpōſiones fiendas per iurantem,vt reſpondeat veritatem, per id qđ habetur in auť.in iſto:ſed iſti legitimi adminiſtratores non debēt interrogari:nec habent reſpondere:quia ſi reſponderent aliquid quod tenderet in præiudicium pupilli,vel adulti:nec hoc noceret ipſi pupillo,vel adulto:vt l.certum.§.ſed an & ipſos.ff.de cōfeſ.nec per conſequens prodeſſet interroganti. ad quid ergo iuraťglo.non videns veritatem multum ſe inuoluit ſuper hoc cō trario.Docto.dicunt,& fuit originaliter dictum Pet. quòd imò debeant interrogari:& eorum reſponſiones faciunt præiudiciū pupillo,vel adulto. Nec obſt. contrarium: quia debet intelligi ſanè quia tutor,vel curator nō compulſus à iudice,vel compulſus,vbi non poterat compelli de iure ad reſpondendum confiteretur aliquid in præiudicium pupilli, vel adulti: ſed quando compulſi vbi poterant compelli:puta ad reſpondendum libello,vel poſitionibus: tunc ipſi poſſunt agnoſcere bonam fidem, & confiteri veritatem:quia non debeant pro commodo alieno animam ſuam damnare: ideo ius præſumit quòd confiteantur veritatem: & vult quòd eorum confeſsio præiudicet pupillo, vel adulto mero iure:licet fortè reſtituantur in integrum ex iuſta cauſa:& propterea ipſi iurant. nam & idem in procuratore reſpondendo libello,vel poſitionibus:vt plenè not.in l.non ſo-

5 lum.in princip.ff.de procur. † Iuramentum autem in litem non tenetur tutor vel curator ſubire pro pupillo, vel adulto; vt l.videamus.ff.de in lit.iuran. Adhuc opponitur:quia ſequatur inconueniens:pone quòd vnus eſt tutor duorum pupillorum, alter ipſorum agit contra alterum,lex videtur dicere ꝙ ipſe poſsit præſtare authoritatem vtriq;.ff.de autho.tu.l.accipientis.ſi ergo habet neceſſe iurare de calumnia,neceſſariò incurret periurium quia non poteſt vterque ipſorum iuſtam cauſam fouere. Solu. imò non poterit tunc præſtare authoritatem vtrique nec hoc vult illa l.accipientis.& hoc not.gl.& ꝓ hoc eſt expedita tota iſta glo.magna.In glo.ſeq.quæ incipit.[vt patet in bonis filij aduentitijs:]ſubaudi in quibus pater habet vſumfructum:& ſic eſt legitimus adminiſtrator filij:vt in l.j.de bon.mater. ſecus ſi vſumfruct.non haberet:vt in caſibus not.in authen.excipitur.de bon.

6 quæ lib.† In glo.ibi[verum in filio:] quaſi dicat in legitimis adminiſtratoribus eccleſiarum,vel hoſpitalium , vel etiam infantium,qui ſemper conueniuntur:vel agunt: & non ipſi principales non cadit ſequens dubitatio: ſed in legitimo adminiſtratore filijſa.quæritur cum poſsit ipſe filiusfa.cōueniri, vel agere cum conſenſu partis,ſi habet legitimam ætatem:an tunc ipſe filius iurabit de calumniaſ& gl.ſecundū quoſdam tenet ꝙ ſic: quia ipſe reputatur principalis tex.autem iſte debet intelligi quando ipſe legitimus adminiſtrator agit,vel conuenitur: & non eſt iſte cuius negotia adminiſtrat:ſed certè ſequēs gl.melius loquit. quod etiam ſi principalis conueniatur vel agat cum cōſenſu legitimi adminiſtratoris, nihilominus ipſe adminiſtrator debet iurare: quia cum illud iuramentum præſtatur ad ſolennizandum iudicium,non cadit niſi in perſonam legitimam,ſed ille cuius negotia adminiſtrantur per legitimum adminiſtratorem, non dicitur habere perſonam legitimam:quia ſine illius authoritate nihil facere poteſt.ergo in eo nō cadit iſtud iuramentū,ſi tamen melius eſt informatus de facto quā legitimus adminiſtrator, vltra iuramentum de calumnia præſtitum à legitimo adminiſtratore poteſt ipſe interrogari:& tenetur præſtare iuramentum de veritate dicenda:quod non pertinet ad ſolennizandum iudicium:ſed ad veritatem eruendam, & ad releuandum aduerſarium ab onere probandi:ita vult gl.ſequens.facit l.ſi actor.ff.de procu.& eo.tit. ſ.l.fi.vbi qui melius ſcit veritatem poteſt interrogari, &; tenetur reſpondere. In glo.ibi.[in caſtrenſi autem vel quaſi.] Dic.q.d.in aduentitijs:non ita clarum eſt ꝙ filiusfa.agens vel conuentus cū authoritate patris præſtet iuramentum calumniæ:ſed in caſtrēſi vel quaſi clarum eſt:& ſine dubitatione:cū in illis pater non ſit legitimus adminiſtrator.vnde non debet ipſe iuramentū hoc ꝓeſtare:ſed ipſe filius:& ſubdit glo.cum conſenſu tamē patris. Sed in hoc malè loquitur:cum in illis habeatur pro patrefa.vnde nō requiritur conſenſus patris in aliquo:vt ff.ad Macedo.l.ij. & de caſtren.pecu.l.iij.lex autem fi.de bon.quæ lib.in §.neceſsitatem. loquitur in aduentitijs. In fi.glo.ibi.[reſpondeo ſic:]quia cum perſona ſerui legitimetur dicto caſu ad ſtandum in iudicio: per conſequens etiam ad omnes actus iudiciarios explicādos,& ad hoc tendit l.j.ſ.de his qui ven.æta.impe.alleg.in gloſ. Eridem eſſet in minore eo caſu quo habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio ſine curatore:vt in cauſa matrimoniali,vel beneficiali:vt in c.ex parte.cum ibi no.de reſti.ſpo.& in c.fi.de iud.li.vj. In gl. ſeq.quæ incipit:[ex hoc dicunt quidā.]ſubaudi & malè:qa glo. reprobat hanc diſtinctionē.j.in ver.[ſed tu dic.] vbi etiā melius loquitur quā gl.præcedens. In glo.ibi.[ſcit veritatē melius quā

7 curator.] Dic vt qa agit de facto ipſius adulti.ſed certè aliud eſt melius ſcire veritatē:ꝓpter qđ nō deferť iuramentū calūniæ:ſed veritatis,& aliud eſt ſcire qualitatē cauſæ.i.iuſtitiā eius: & illud magis cadit in curatore quàm in adulto:etiam ſi agatur de facto ipſius adulti:& propter hoc defertur iuramentum calumniæ ſibi & hoc vult glo.in ver. [ſed tu dic] † In gl.ibi. [an ergo de veritate dicenda iuret?]ſubaudi dicto caſu quo melius ſcit veritatem ipſe adultus quàm curator:vel etiam ita bene:& gl.tenet ꝙ ſic.& bene.nō obſtante ꝙ per procuratorem fuerit præſtitū iuramentū de calumnia:& probat:quia propter hoc ꝙ melius ſcit veritatem poteſt interrogari:ergo debet iurare de ipſa veritate dicēda:ꝙ autem poſſet interrogari:gloſſ.probat:quia lege cauetur ꝙ reſtituitur aduerſus ſuam confeſsionem & reſponſionem: vt in l.certum.§.vlt.ff.de cōfeſ.ſed ſi non deberet interrogari, nō eſſet neceſſaria reſtitutio.quia cōfeſsio ipſo iure ſibi non noceret:nec eſt dicendum ꝙ interrogetur:niſi quando melius ſcit veritatem.

8 † In glo.ibi.[Item dico in filio cuius nomine conuenitur pater.] Dic.i.ex cuius facto:& ſic melius eſt īformatus de veritate ipſe filius quàm pater,& idem in ſequētibus exēplis:tūc em̄ iuramēto de calūnia præſtabiť per ipſum patrē:vel dñm,vel abbatem qui cōueniuntur:ſed ipſe filius:ſeruus:vel monachus interrogatur de veritate quam melius ſciūt. An autem ipſe pater,dñs,vel abbas,poſsit reuocare confeſsionē vel reſpōſionē prędictorum, volēs probare contrarium,ne eis noceat?dic ꝙ ſic:vt no.in l.ij. j.ff.ſi ex noxa.cau.aga.patet ergo ꝙ in cauſis interdum præſtatur iuramentū de calumnia,interdum iuramētum veritatis. interdum iuramentū malitiæ:quod eſt inuētū à canoniſtis.de qua

9 in c.ij.eo.ti.lib.vj.† In gl.ibi.[Item quid ſi aliquis ſe minorem cens.] ſubaudi cū cōueniatur ab aliquo tāquam maior: ipſe aut aſſerit ſe minorem,& petit ſibi dari curatorē, cum cuius authoritate poſsit eſſe in iudicio:aduerſarius autem contradicat, aſſerens illum eſſe maiorem:& vult litigare cum eo tanquam cum maiore:& petit ne ſibi detur curator: quia per hoc iudex videť declarare ipſum eſſe minorem:& ſic poſtea ſi haberet ſententiā contra ſe, poſſet in integrum reſtitui: intereſt ergo aduerſarij ꝙ nō detur:quærit gl.vtrū ſuper illa diſceptatione iureť de calumnia:& gl.tenet & ſic:qm̄ illa diſceptatio dicitur habere inſtantiā. & expectať ꝓnuntiatio iudicis,tanquam ſuper emergenti.iuxta no.in

no.in l.de qua re.ff.de iudi.& ad hoc probandum tendunt ll.alle gatæ in gl.quę loquunt qñ diſceptat de iuriſditione an ſit iudex cõpetens,vel nõ nã expectat pronuntiatio iudicis iſta gl.eſt no
a rabilis†.& bene probat id qd dixi ſecundũ Bal.in l.j.ſ.eo. ꝙ qui libet articulus cauſæ dicit habere propriã inſtantiã,qñ expectatur pronũtiatio iudicis:licet nõ diffinitiua:ſed interlocutoria : & in ea eſt præſtandũ iuramentũ de calũnia.vt in hac gl.ergo in ea eſt dare conteſtationẽ,vel quaſi:quę fit poſt propoſitionẽ vnius partis,& contradictionẽ alterius. Et ex hoc ſequitur ꝙ ſi petitur executio inſtrumenti ex forma ſtatuti:licet nõ procedatur ordinariè,ſed executiuè:nec detur libellus : nec fiat litis conteſtatio. ſed ſolũ producit inſtrumẽtũ:& petitur verbo executioni mandare:& partẽ citari ad dicendum cauſam : & quare non debeat executioni mandari ſi cõparet, & cõtradicit.& cõtradictio vim conteſtationis habet & ex tunc dicit incipere inſtantia: & debebit iurari de calũnia:& niſi expediat intra tẽpus præfixum à ſtatuto,vſq; ad quod inſtantia durat,nõ poterit expediri poſt:licet nõ expectet ſnia diffinitiua:ſed interlocutoria per hãc gl.notabi
b le ſic ſubtiliter inductã.† In gl.ibi.[vel dic iurari de calũnia in facto principali.]ſ.locuta eſt gl.qñ actor vult ꝙ ꝓnũtiet ſuper dicto articulo an ſit maior,vel minor: & an ſit dãdus curator , vel nõ.ſed gl.vult ꝙ ipſe poſsit dicere dñe iudex ſuper ſedeat in hoc articulo,ipſe dicit ſe minorẽ : & ego dico ipſum maiorẽ.& ſum paratus litigare ſecum tanquã cum maiore : rñdeat libello tanquã maior,& iuret de calumnia tanquã maior , ſub cõditione ſi in eſt ꝙ ſit maior ſi poſtea apparebit minor, damnum erit meũ quia nõ valebit proceſſus:nec ſententia in mei fauorem , ſi non apparebit minor,non perdidero tẽpus meũ.Certè iſta gl.vult ꝙ actor debeat audiri:& ꝙ iudex debet ipſum cõpellere ad litigandum cum eo modo prædicto quod eſt valde ſingulare. & non bene notatũ per Doc.quod tamen videt limitandũ niſi ex aſpectu iudici appareat contrariũ & ſic debet intelligi qñ res eſt dubia vnde põt iudex credere ꝙ actor non ſine cauſa hoc petat;& velit ſe ſubijcere periculo,ne perdat expenſas & quod ipſe ſciat veritatem ꝙ eſt maior:tñ fortè pro nunc non põt oſtendere ſed conſilii oſtẽdere in futurũ ſigna bene iſtam gl. quia videtur mi
c hi valde ſingularis ita declarata.† In glo.ſuper ver. [ſic & quod dicit prin.ibi.[ſecus in ſacramento teſtis.] ſubaudi quod eſt verus vt etiã not.ff.de iureiur.ſuper rubrica.Fallit in quibuſdã caſibus in quibus teſtis iurat de credulitate ſed tunc non eſt proprie teſtis vt no.ff.de aqua plu.arc.l.ij.§.Idem Labeo.in gl. & ad
d cõ dilecti.de accu.In gl.ibi.[debere inſeri etiam de credulitate]ꝙ hoc reprobat ꝙ teneat interſerere ſed quid ſi interſerit. an videt teſtimonium qd primò protulit de veritate,ſi primò dixit ita eſſe & poſtea dixit ſe credere ita eſſe;Bal. dicit per hãc gl. ꝙ non vitiat & ita enim ſentiebant iſti de quibus in gl. aliàs fuerunt locuti,& dicit eſſe ſingulare & notãdũ. Adde quod no.Spec.in tit.de teſte.§.j.ver. Itẽ quod depoſuit de credulitate.
e Sufficit.† In glo.ibi.[ſed videtur quod non tenetur ad hoc reſpõdere cũ nõ iurauerit niſi ſuper tribus.] vult glo. dicere qui iurat de calumnia iurat tria , primò ꝙ putat ſe fouere iuſtam cauſam. vt ſ.poſt prin.huius l.et ꝙ non exigat ſuperfluam probationem. vtin aut.in iſto & ꝙ nihil dedit aut promiſit iudici ꝓ ſnĩa obtinenda.vt in aut.principales.Additur quartũ quod colligitur ex
f ijs.ꝙ nihil facit cauſa differẽdi litem ex quibus quatuor colligantur verſus qui ſequuntur in gl.ſi ergo pars aduerſa interroganda credat poſitiones veras vel non. videtur ꝙ non teneatur reſpondere quia hic non promiſit virtute iuramenti,ſ.reſpondere an credat,vel nõ credat propter quod quidã dixerunt ꝙ non debet ita fieri interrogatio an credat eas veras vel nõ; ſed credat ſuper illis debere fieri ꝓbationẽ,vel non.Et ad hoc vꝫ teneri per aut.in iſto certè nec ad hoc vꝫ teneri ; quia licet promiſerit non exigere ſuperfluas probationes ; non tñ promiſit rñdere an credat probationes debere fieri,vel nõ ſufficit ergo nõ exigat et ſer
uet iuramentũ abſq; eo ꝙ rñdeat glo.dicit ꝙ conſuetudo gñalis cõtrariũ admiſit ꝙ teneat reſpondere & dico ꝙ iſta conſuetudo fundatur in aut.in iſto ſi enim non rñdetur , ſi tñ ſciat in mente, ſua ꝙ ille poſitiones ſunt veræ tacendo & nõ reſpõdẽdo requireret ſuperfluas probationes:qm̃ altera pars timens non deficere in probatione adduceret teſtes ad illas probandas & ſic grauaretur non eſſet ſi iſte reſpondiſſet veritatẽ. Materia ergo interrogandi & reſpondendi ſumpta eſt ex iſta aut. in iſto ; ſed modus reſpõdendi credit vel nõ credit,habet origi
a nẽ ab illo.§.qd obſeruari:& ex princi.l.ꝙ iuramẽtũ calũniæ eſt credulitatis, & rñſiones fiũt ſuper illo iuramẽto:& ſic limitãtur
14 ſcd'm ipſum. † Sed an iſtud verbũ credo a habeat vim cõfeſsionis:& ſic ex eo oriatur actio:ſicut ex cõfeſsione facta in iudicio ꝓ verba affirmatiua:vt in l.j.j.de cõfeſ. Bald. hic notabiliter vꝫ tenere ꝙ nõ.dicẽs ꝙ magis releuet ab onere ꝓbandi quã ꝙ vim cõfeſsionis habet. certè etiã cõfeſsio releuat ab onere ꝓbandi:& nõ eſt propriè probatio:vt no.Io.An.ſuper rub.de ꝓba.& ꝓbat in l.Publia.§.fina.ff. depoſiti.videt ergo dicẽdũ ꝙ habeat vim cõfeſsiõis factæ in iudicio:& ſic oriatur actio ꝙ de directo confitetur debitũ,vt ſi fit mihi poſitio.pono ꝙ teneris mihi in centũ.nam dicis credo : illa eſt confeſsio iudicialis.ſicut ſi diceres fateor hoc eſſe verum:ſed poſitiones nõ ſic fiunt.ſ.ſuper iure debiti:ſed ſuper his quæ conſiſtunt in facto.puta pono ꝙ tali die & tali menſe mutuaui tibi x. Item ꝙ ꝓmiſiſti mihi reddere:licet dicas credo , nõ oritur actio: nam non eſt ſuper debito.nam iſta poſſunt ſimul ſtare ꝙ iſta ſint vera,& tamen mihi non teneris:quia reſtituiſti : vel feci tibi pactum de non petendo , vel præſcripſiſti: & iſta dant intelligere iſtum articulum melius quàm declaret Bal.intentio tamẽ mea eſſet fundata:niſi tu ꝓbares exceptiões.ſed primo caſu qñ pono ꝙ teneris mihi in centũ,ſi tu dicas credo,oẽm exceptionẽ excludis:quia ſi aliquã haberes,nõ teneris cũ effectu:& illud verbum credit cũ effectu intelligitur:vt in l.creditores.de verb.ſigni.& l.
15 eũ qui.§.j.vel ij.de ff.iureiu.† In gl.ibi.[Itẽ quid ſi ita.]dicit poſtquã gl.ſupra poſuit & determinauit de calũnia,tenet rñdere poſitiõibus partis aduerſæ per verbũ credit,vel nõ credit,ſecundũ gñalẽ cõſuetudinẽ quæ habuit originẽ ab iſtis text.hic vſq; in fi. gl.ponit aliquos caſus fallentiæ:in quibus rñdere nõ tenetur per verbũ credit,vel nõ credit:& iſta gl.nõ reperitur alibi in iure ciuili : & ſemper ad eam recurritur in materia poſitionum.Et eſt aduertendũ quod licet in iſtis caſibus & quibuſdã alijs quos addunt Docto.nõ teneat quis reſpõdere:ſi tamẽ ſponte reſpõdet, valet reſpõſio & cõfeſsio:ita determinat Spe.in tit.de poſitionibus.§.vj.poſt prin.Sed in cõtrariũ facit l.maritus.ff.de quæſtioni,vbi qui nõ debet torqueri:tortus & cõfeſſus nõ facit præiudicium ſibi:ſed dic ꝙ tunc ideo quia nõ ſponte confitet,ſed metu tormẽtorum;nos loquimur in eo qui ſpõte: & ideo ſi cõpelleret per iudicem de facto,poſſet dici contrariũ eius quod dicit Spe. per illam l.maritus.ad hoc tamen vt videatur coactus rñdere,oponat exceptionẽ ꝙ reſpõdere non tenetur.aliàs licet iudex iubeat ſibi ꝙ reſpondeat,non videtur coactus reſpõdere.per l.ait prætor.§.permittitur.ff.de min.& per l.ij.in prin.de iudi.Primus ergo caſus eſt qñ poſitio continet aliquid quod nõ cadit in ſciẽtia interrogati:quia nõ conſiſtit in facto ſuo:ſed in caſu fortuito. puta an Titius qui eſt vltra mare,ſit mortuus,vel non:& de hoc loquitur iſte ver,vſq; ad ver.[Item non ad ea.] vel cõſiſtit in facto alieno.vt in ver.[Item nõ de facto alieno.]qui caſus licet gl. ponat eos ſeparatos tamen ad idem tendunt:& tunc glo.dicit ꝙ poteſt reſpondere:dubito:nec iudex debet ipſos compellere vlterius reſpondere:licet quidam imperiti contrarium faciant : & tunc gloſſ.dat conſilium quòd reſpondeat præmiſſa negatione: quia tunc non videbitur fateri,vel negare:ſed illud conſiliũ eſt fruſtratorium;quia iudex non admittit hanc reſponſionem , per quam aduerſarius nõ releuatur ab onere probãdi:ſicut nec vult admittere reſpõſionem per verbum dubito: eadem ratione licet in vtroq; malè faciat, quia deberet admittere: ſi tamen eſſet tale quid,de quo dato termino poſſet informari de veritate, daretur terminus ad deliberate reſpõdendum per verbum credit,vel nõ credit:quo elapſo iudex poſſet ipſum compellere ad ſic reſpondendum per l.iuſiuran.& ad pecunias.§.j.ff.de iureiuran.& hoc poſſet eſſe etiam ſi poſitio aliquid cõtineret de facto ſuo, ſ.reſpõdeat.quod tamen eſſet de longinquo tempore ; vnde iſte poſſet habere ignorantiam.arg.l.peregrè.ff.de acquir.poſſ.vel eſſet pactum intricatum:vt l.emptor.§.Lucius.ff.de pact. nam per diligentem inquiſitionem poterit ad notitiam peruenire : ideo tunc dabitur ſibi terminus.facit quod no.in l.ſi res obligata.ff.de le.j. per Bar.& prædicta qñ incertitudo prouenit ex parte habentis reſpõdere,& ex qualitate rei contentæ in poſitione. ſi verò prc-

¶Verbũ credo. Adde ꝙ verbũ credo eſt verbũ dubitatiuũ,et regulariter nõ ꝓbat ſecundũ gl.& Doct. in l.teſtiũ.C.de teſti. gloſ.in l.ij.in ſ.pe.& ibi Barto.ff.de aqua plu.ar.gl.& Doc.in in c.quoties.de teſti.

a ¶ Pupillus potuit facere testamentū. Adde an pupillus doli capax. & proximus pubertati possit testari ad pias causas vide per Phi de Frā chis in rubri. de test. in vj.

¶ Pupillus potuit facere testamentū. Adde an pupillus doli capax. & proximus pubertati possit testari ad pias causas vide per Phi de Frā chis in rubri. de test. in vj. cederet ex parte interrogātis, vel ponentis ꝙ interrogatio vel positio esset obscura, & posset multis modis intelligi: tunc nō cogitur respōdere nisi prius declaretur qualiter ipsam intelligat: vt in l. certum. in prin. ff. de cōfes. Secundus casus est: qñ positio est impertinens: quia cōtinet aliquid quod nullo modo facit ad causam: vt si peto à te x. quæ mutuaui. & facio positionē quod Rex est in Francia: vt in simili no. in l. ij. §. circa. ff. de doli excep. talis namq; positio nō debet recipi per iudicem: & super ea nō sunt testes examinādi. l. si duo. §. Idem Iulianus. & ibi no. ff. de iureiur. & ibi vide Bar. hoc tamen verum, si nullo modo ad causam pertinet: secus si quoquomodo potest pertinere: vt est tex. cum gl. in l. iam nō dubitari. ff. de hær. instit. ante fi. in gl. mag. vt si facio positionem & talis est notarius, ad hūc fi. vt instrumētum quod habeo de manu sua, & sum producturus, fidem faciat. vel si ago rei vēdicatione pro dño prę sen ti. & facio positionem ꝙ iam sunt x. anni ꝙ erat dñs illius rei. nā hoc cōfessato præsumor hodie dñs. quia dñium nō mutatur tractu temporis. licet secus in possessione. vt no. in l. siue possidetis. j. de proba. licet ergo prima facie positio videatur impetinēs, tñ quoquomodo facit ad causam. Et no. ꝙ licet de iure cōmuni sit discutiendum ab ipso principio an positiones sint pertinentes, vel non: & reiciendæ sunt impertinentes. vt not. c. cùm contingat. de off. dele. quod fortè seruat in romana curia. vbi litigia durant perpetua, per statuta tñ terrarū prouidetur (vt lites abbreuient) ꝙ admittant indistinctè saluo iure impertinētiū & nō admittēdarum: & ideo tūc in calculo ferendę inīæ poterit opponi ꝙ nō debuit tali positiōi rñdere: & ꝙ habeat ꝑ nō rñso: qa necesse habuit rñdere ꝓpter statutū: reseruato tñ iure suo de impertinē

16 tia. †eodē mō si testis in dicto suo aliqd impertinēs dixit, nō statur in hoc eius dicto. iuxta no. in d. §. Idē Iul. vbi vide p Bar. & in l. momētaneæ. j. qui legi. perso. & l. si quis libertatē. in vlt. gl. ff. de pe. hære. Tertius casus est. quādo positio de qua interrogat, habet depēdētiā ab illa positione negata, vel cōfessata. nam potest respōdere illa positio pēdet, nec teneor aliter respondere: quia si respōderē aliter quā respōderim in prima, essem mihijpsi contrarius: & periurus: vt si primò posui ꝙ Titius fecit testamētū: post ea pono quòd me hæredem instituit: si primam negasti, ad secundam respondere non teneris: quia si eam cōfitereris, esses tibijpsi contrarius: & periurus: & sic loquitur gl. de contrarietate ipsius respōdentis: sed si positio cōtineret in se cōtraria, esset repellēda: & alia ratione nō esset ei respōdendum per l. primam. j. de furtis & l. ij. §. sed si alius. ff. quādo appella. sit. & similiter si vna positio cōtrarietur alteri, ambæ essent repellendæ: & ponēs eoipso esset periurus: vt in c. fi. de iureiu. lib. vj. Et ad similitudinē eius quod dicit gl. dicimus ꝙ nec positioni captiosæ respōdendū est: & dicitur captiosa qñ ad quācūq; partē rñderet, se illaquearet, vt in l. qui iurasse. §. si pater. cū ibi no. ff. de iureiu. Quartus casus est. qñ positio est iuris & facti: vt si pono ꝙ pupillus potuit facere testa

a mentum' vel ꝙ cōtra minorem nō currit prę scriptio de iure, nō teneris respondere: sed potest dicere iuris est per l. ornamentorum. de aur. & arg. leg. & posito ꝙ respōdeas aliter quā iuris est: tua respōsio nihil operaretur: vt no. Bar. in l. nō fatetur. circa fin. ff. de confes. & etiam hoc verum de iure cōmuni & scripto, idem de iure municipali illius terræ vbi est litigium redactum in volumine statutorum. talia enim iura non sunt probāda: quia sunt notoria: sed si positio cōtineret ius cōsuetudinariū, quod est probandum: si negatur: tunc bene esset ei respondendū. Item si contineret ius municipale alterius terræ: quia etiam illud probandū. si negatur. idem si illius terræ: tamen non erat redactum in volumine statutorum: sed erat aliqua reformatio, quæ adhuc erat in ea mera communis. talia enim erant producenda, & probanda: iuxta no. in l. cùm prolatis. ff. de re iudi. & in l. præscriptione. §. si cōtra ius vel vtil. pub. per doct. & prædicta de iure disponente, sed si positio continet ius dispositum: puta seruitutis realis, personalis, vel dominium rei tali positioni bene est respondendū: sed tunc loquitur ista glo. Quintus casus est. quando positio est negatiua: per rationem quæ subijcitur in glo. tamen hodie contrarium est determinatum, quod admittatur positio negatiua: & sic ei sit respondendum: quia licet non posset probari per testes, potest tamen probari per confessionem: vt est casus. in c. j. de cōfes. lib. vj. hoc tamen videtur procedere quando parti incūbit onus probandi negatiuam: quia fundat intētionem suam in ea. iuxta no. per Bar. in l. hoc iure. ff. de verb. oblig. sed si nō habet necesse probare, vt intētio sua sit fundata: videtur impertinens talis positio negatiua: & ꝙ nō sit ei respōdendū. Pone exēplū. peto à te x. quæ mutuaui, tu negas me vnquam mutuasse: & intētio tua est fundata nisi ꝓbē mutuū: nec habes necesse ꝓbare negatiuā: nec posset probari per testes: quia non est coarctata loco & tempore vt j. de proba. l. actor. pone ergo ꝙ tu facis positionem negatiuā ꝙ ego tibi nunquā mutuaui, tenebor ne respondere sub iuramēto de calumnia? puto quòd non. ratione prædicta: quia est superflua: & per consequens impertinens. nam & superfluis posi-

17 tionibus non est respondendum secundùm Bald. hic. † Et no. gl. inquantum dicit quòd ea sunt punibilia quæ probabilia: & ꝙ positiones fiunt ad releuandum ponentem ab onere probandi: & quòd ponens interrogatur an credat positiones esse veras: ne ponat eas per calumniam. Tene menti ista tria. ad quæ ista glos.

18 allegatur. †Qualiter autem dicatur positio negatiua: dic hoc colligi ex effectu, non ex verbis. ideo cautela quavtuntur hodie procuratores. quia dicunt quòd res est absque eo quòd ita sciat credentes, per hoc positionem esse affirmatiuam: quia perverba affirmatiua prolata parum prodest: quia in effectu est negatiua: & tantum est hoc dicere quantum dicere non ita est, iuxta nota. per Barto. in l. inter stipulantem. §. j. ff. de verbo. obligatio. facit l. ij. §. j. si ser. vendi. cum ibi no. vnde si statutum diceret quòd non admittatur positio negatiua. talis positio non admitteretur. licet de iure canonico statutum sit quòd admittatur. & respondeatur

19 ei: vt in dicto capi. primo. de confes. libro vj. †Vltimò dubitatur. quid si sit aliqua positio, cui quis semel respondit: & nūc iterum super ea interrogatur, an teneatur respondere? glos. videtur hic sentire quòd sic, quia poterit aliter respondere quā prius responderit. nec erit periurus: quia respondit per verbum credit. & potuit tūc credere vnum, & nunc aliud ex iusta causa superueniēte. Breuiter postquam semel respōdit, si iterum interrogatur super eadem positiōe, vel fiat alia similis illi, seu cōtinens idē in effectu, potest dicere nolo respōdere, quia semel respondi: & illa interrogatio est superflua, ita videt sentire Bart. in l. si duo. §. Iulianus. circa prin. ff. de iureiu. & ita habeo nūc de facto: quia sæpe sunt post primas positiōes quibus erat responsum: quædam aliæ quæ vident idem cōtinere, & pars recusauit ei rñdere, nec iudex eam coegit: sed si ſpōte respōdere vult: tūc puto gl. procedere: & ꝙ potest aliter respōdere quā primò, propter iustam causam superueniēte. ad quod facit tex. ſ. de in integ. restit. l. de tutela. quod not. Bald. j. de appella. l. ampliorem. §. in refutatoriis. ad quod vide omnino quod no. Ioan. An. in dicto c. fina. de iureiu. lib. vj. in nouellis. super verbo post iuramentum. sed si nulla causa iusta superueniisset, foret periurus. quia quod semel credidit, hodie debet credere non superueniente noua causa. ad quod facit. l. filio. in princip. seu in §. j. ff. de adimen. leg. vbi quod quis semel scruit, præsumitur hodie scire. Vltra glos. docto. ponunt alium casum in quo quis nō tenetur respondere, scilicet qñ positio esset criminosa, quia si responderet per verbum credit, detegeret crimen suū. ꝙ nemo cogit facere: & de hoc per Canoni. in c. dudum. de elec. & Bar. examinat illū articulū hic. & Bal. ibi in quibusdam cōtrariat. Adde alium. quādo positio cōtineret aliquid quod esset decisum per īniam diffinitiuā. iuxta ea quæ no. in d. l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiu. Adde aliū. l. in causa criminali. in qua nō respōdetur per verbū credit, vel nō credit: sed affirmatiuè. de hoc dic per Bar. in l. Marcellus. rerum amotarū.

20 Adde alium. †quādo quis excluſus à probādo per lapſum tēmini, quia nō potuit facere positionem quam vellet probare per cōfessionē aduersarij: vt j. de nō nu. pec. l. in contractibus. §. illo. Cætera circa materiā positionum vide per gl. in d. c. j. de confes. lib. vj. & in Spec. de positionibus. & Iac. de Aret. fecit super hoc vnum pulchrum tractatum.

2 ☞ *Triplex practicatica ut iuretur de calumnia, quando causa agitatur per procuratorem. & vide nu. 6.*

3 *Si dominus iurauit de calumnia, an etiam eius procurator teneatur iurare?*

4 *Quid si est procurator in rem suam?*

5 *An cedens debeat ipse interrogari, cùm melius sciat veritatem: & an eius responsio nocebit aduersario?*

De fensor, an iuret de calumnia?

§. Sinautem

§. Sinautem. † Si causa agitatur per procuratorem, ipse dominus principalis debet de calūnia iurare. hoc dicit. & in hoc differt procurator à legitimo administratore. qui iurat, & non dominus: vt ſ. proxi. §. Et not. q triplex est practica. † Prima est q dñs qui totam litem vult agitare per ꝓcuratorem tempore quo constituit ipsum ꝓcuratorem apud iudicē loci vbi degit, iuret de calumnia super lite futura per ꝓcuratorē agitāda. siue sit actor, siue reus. & istam practicam ponit iste tex. q autem possit cōstituere procuratorem ad totam litē agitādam. ꝓbat hoc in legibus allegatis in gl. j. sed mirabile est qualiter sufficiat dñm iurare de calūnia tempore quo cōstituit ꝓcuratorē, cū causa nō sit adhuc cœpta. & tale iuramentum est pręstandū post quā cœpta est, & lis cōtesta. ſ. post prin. huius. l. Rñdeo illud qñ causa agitat per ipsos principales, sed si quis vult agitare eam totum per ꝓcuratorem: & ad iudiciū nūquam venire, pōt præstari ante ipsam cœptam. vt hic. quidam aūt dicebant q ipse prīò debet incipere. & de calūnia iurare. & postea cōstituere ꝓcuratorē. & ita intelligebāt istū tex. qñ cōstitueret ꝓcuratorem post lit. cōtest. per eū. gl. hoc nō tenet. quia alia iura dicunt q pōt cōstituere ꝓcuratorē ad totam litē. & ista fuerūt de mēte gl. j. q̄ ꝓ hoc remanet declarata. licet videat obscura. & Doct. eā nō declarāt. Secūdus modus practicādi est. q cōstituat ꝓcuratorē ad totā litem si vult absq; eo q ipse iuret de calūnia. postea ꝓcurator incipiet litē & eā cōtestabit. postea dabitur sibi terminus ad faciendū dñm cōparere in iudicio, & ad iurādū de calūnia: sed tūc occurrūt duo hesitationes, quid si dñs erat absens in longinquis partibus? quidā dicūt q dabit curator bonis: qui iurabit de calūnia: tanquā legitimus administrator. Bar. hoc impugnat. & dicit q tūc in subsidiū ipse procurator iurabit. ar. in l. j. ff. de insti. & si altera pars cōtēta non q procurator iuret, etiam si posset haberi copia domini de facili, poterit procurator iurare: ita colligitur ex no. in l. non solū. in prin. ff. de proc. quinimò etiam interdum altera parte inuita, qñ talis procurator præcisè compellitur litigare: quia poterit etiam de calumnia iurare. vt etiam colligit ex ibi no. Vnum est quod facit dubitare, quia secundū istam practicam si comparet in iudicio ꝓcurator de cuius mandato dubitatur, leges dicunt q debet admitti cū cautione rati: sed ad quid ꝑstabitur illa cautio, si post lit. contest. incontinēti habet necesse facere dominū comparere. & de calūnia iurare? Nam per hoc ratificabit gesta: & sic ista cautio rati nunquā pōt admitti. ad quid ergo superfluo præstat? & ff. ista lex. j. in §. hoc etiam dicit eam pręstādā. istud est quod not. glo. in prin. & nō rñdet, sed remittit ad no. ī l. Pōponius. §. sed & ff. de pecu. dic propter gesta. ante lit. cōtest. quæ dñs potest non ratificare licet ratificet gerenda. l. Iul. qui satisd. cog. & in illis cō mittet stipulatio. vel fortè pars altera nō exiget iuramentum de calūnia, vel nō iurabit q dominus compareat de iure. & tūc cautio nō erit inutilis. Datur tertius modus. & iste practicat, q dñs constituat ꝓcuratorem cum speciali mandato ad iurandum de calumnia. & istud hodie probatur: licet olim de hoc dubitaretur in ff. eo. tit. lib. vj. & dicit Bart. q debet habere speciale & singulare in tali causa, vt debeat iurare in animam domini: nec sufficere vt date mandatum in gñe ad iurandum in omni causa &c. quia illa ꝙlitas intelligeret de causis iustis. & sic si sumeret causam iniustam, & iuraret in animam dñi, non faceret dñm in periuriū incidere. quę verba perpetuò tene menti. Et per ea poteris infringere multos processus: quia vt plurimum procuratores constituuntur generaliter ad lites & causas. & nō specificantur causæ cum mandato de iureiu. de calumnia: si virtute talis mandati iurat, habetur pro non iurato: quia non est sufficiens: sed si pars adversa petijt iurari, & non fuit iuratum vt debuit, processus erit nullus. vt not. j. proxi. §. Tene menti perpetuò. orbasta. In gl. j. ibi. [videtur quod ad lit. contest.] ſ. per hunc. §. qui vult quòd iuretur de calumnia per dominum tempore qui constituitur procurator: quia cum sit præstandum post lit. contest. videtur debere intelligi ꝙlis per prius fuerit contestata per dominum: non tamē erat iuratum de calumnia: ergo non potest constitui procurator ad contestandum: nec; ad interrogationes quæ fiunt ante lit. cōtest. & sic non potest instituī ad totam causam. gl. tamē dicit / contrarium. sed non rñdet ad oppositionem. tu rñde. vt §. dixi. In gl. seq. in prin. notandum q gl. præsupponit aliam practicam quā ponat tex. ſ. q nō iuretur per dñm de calumnia tempore quo cōstituit ꝓcuratorē; & q fiat cōtestatio per ꝓcuratorem; & q post ea faciat dñm comparere, & iuuare de calūnia: vel quod mittat ad eū, & iuret corā iudice loci vbi est: vt ea. l. seq. §. hoc etiā. hoc præsuppositō videtur q cautio rati non sit pręstāda eo casu quo de mandato talis procuratoris dubitet: quia cū lite contest. non procedatur ad vlteriora prius quā per dñm fuerit iuratum, si iuretur: videtur dñm ratificare gesta & gerenda per procuratorē: & sic cautio rati nunquàm committitur: quia committitur si nō habetur ratum propter processum factum. gl. tamen dicit quòd imò etiam præstatur talis cautio. vt in d. §. hoc etiā. ad contrariū 3 respondet. vt §. dixi. licet gl. non respondeat. † In gl. ibi. [Respondeo. iudex cum cautela &c.] Dic hoc est truffa. vnde dic q licet iuramentum de calumnia quod habet solennizare processum, debeat præstari per dñm: attamen etiam ipse procurator iurabit de calumnia sua: non tñ istud iuramentum pertinet ad solennitatem: vt si admittatur cū fuerit petitum, vitietur processus: sicut vitiaretur qñ non præstaretur per dñm. vt j. e. §. sed quia veremur, sed quia pertinet ad obuiandū suæ calumniæ seu malitiæ. vt est casus. in c. ij. §. j. extra eo. tit. lib. vj. & probatur in l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infec. alleg. in fi. glos. ff. sed si procurator habens speciale mādatū à dño præstitit primum iuramentū in animam dñi: an teneatur etiā præstare per se in animā suā, sicut si primū fuisset præstitū per dñm? quidam q non. mihi videt contrarium eadē ratione. & sic iurat in animā dñi, & in animā suam. propter 4 hoc qd' gl. h. d. † In gl. ibi. [sed Placētinus distinguebat.] hęc distinctio nō placet: quia siue ꝓcurator in rem suā intēret vtilē suo noīe, siue exercitiū directæ noīe dñi cedentis, semper litigat ad suū cōmodū, vel incōmodū. ergo ipse reputat principalis dñs litis. & sic ad ipsum pertinet hoc iuramentū præstare: si tñ cōmodū esset reuersurū ad dñm, posset ꝓcedere qd' j. subjicit secūdū 5 Roge. † Item si quęrat an dñs. i. cedēs debeat interrogari ex eo q melius sciat veritatē. similiter debet distingui: an ad ipsum sit cōmodum reuersurū. & tūc pōt interrogari: quia tūc eius rīsio nocebit cessionario. & per cōsequēs sibi, sed si nō esset ad eū reuersurū. secus per ea quæ no. in l. fi. §. de procu. & Bar. in l. facta. §. si hæres. ff. ad trebel. In gl. ibi. [si autē non est in rem suam.] Dic §. gl. est locuta in procuratore actoris. hic loquitur in defensione rei: qui aliqñ defendit cū mandato. & tūc dicitur procurator. aliquādo sine, & tūc dicitur simplex defensor. & notandum q hoc secūdo casu ipse satisdat de iudicato soluendo: & si ferat sententia cōtra eū, mittitur executioni in bonis suis: nec recuperat à domino. nisi ꝓbet q dñs verè erat obligatus, & sic eū liberauit. In primo verò casu si dñs nō releuauit ipsum à satisdatione iudicatum solui. similiter habet ipse procurator necesse satisdare si vult admitti: quia nemo idoneus defensor est etiā cū mandato nisi satisdet. l. minor. in fi. ff. de procu. & sic potest conueniri ex sua satisdatione. tamen recuperat à dño: absque eo quòd aliter probet ipsum dñm fuisse obligatū: sed si dñs releuauerit (vt moris est) in instrumento procuratoris. satisdando de iudicato soluendo pro ipso: prout habetur insti. de satisda. §. si verò aliquis. tunc sententia non potest mitti executioni contra procuratorem. est ergo quæstio cum primis casibus talis defensor subire possit periculum, & litigare ad suum incōmodum, an ipse debeat de calūnia iurare, tanquam dñs litis: & plenius quàm gl. dic q in primo casu quando sine mandato sit: siue suscipiat in se iudicium animo nouandi nolente actore, siue nō. propter præiudiciū: de quo §. similiter in secūdo qñ pro seipso satisdedit: quia potest recipere periculum si dominus non esset soluendo: in vltimo casu qñ dominus satisdedit secus. Cætera dic vt in l. quam glos. allegat. 6 Sufficit. † In fine glo. ibi. [sed ibi est speciale.] Tu dic quòd ibi loquitur de iuramento calumniæ inuento per hanc l. ad solennizandum iudicium: quia istud non præstatur per procuratorem: sed per dominum: vt hic, sed loquitur in alio inuento per iura vetera. quod pluries præstabatur in causa ad remouendum calumnias: & illud poterat præstari etiam per procuratorem ad excludendum calumniam suam.

AVTHENTICA.

1 PRincipales. † Ista aut. tāgit quasi omnes partes huius legis: quia primò ponit quando principales personæ litigant per seipsas: & tunc ipsi habent necesse iurare. Secundò addit vnū ad l. C. & ad aut. in isto quòd continetur sub iuramento calumniæ. scilicet q nec dederunt, nec promiserunt aliquid pro sententia

a ¶ Appellatione perſonæ. Adde c roma. in §. vniuerſitatem ff ſen. excō. lib. vj. Ioā. An. in c. cum illis. de præbē. li. vj. in nouel. Ia. Bald. in auth. Item quæcunq;. C. de epi. & cleri.

obtinenda: exceptis perſonis de quibus in text. Tertio ponit quid iuris quādo partes litigant per procuratorem: & ipſæ ſunt abſentes: & procurator conteſtatus eſt litem: & eſt neceſſe q̄ dominus iuret de calumnia. quia mittitur ad eū ſi non poteſt comparere perſonaliter ad iurandum. vel ſi eſt mulier: aliàs cōpelletur venire. ſi iudici videbitur: poſtea ponit de pœna nolentium iurare. de qua in §. qd' ſi actor. vnde melius legeret iſta auth. poſt illum §. & not. in verbo per ſententiam. pro glo. quæ eſt in §. quod ſi actor. quod pœnam illius. §. non patitur ipſo iure per ſententiam. Vltimò ponit qn̄ litigaſ p̄ legitimos adminiſtratores: de q̄bus ī §. qd' obſeruari.

3 ☞ *Poteſt quis renuntiare fauori in eius fauorem introducto, ſecus ſi ob publicam utilitatem introductum eſt.*

3 *Clerici quando teneantur iurare de calumnia?*

4 *Sacramentum teſtis, an poſſit remitti?*

§. Sed quia,

Iſte §. eſt quædam interpoſitio inter præcedentia & ſequentia quæ deberent continuari. cùm in §. præcedenti loquitur quādo litigatur per procuratorem, de cuius mandato certum eſt: in ſequenti verò quando erat dubium. ſed in hoc §. interponitur vnū diuerſum à prædicta ma
3 teria. † q̄ hoc iuramentum non poteſt remitti per partes, cū ſit in-
2 uentum ob publicam vtilitatem. † quod not. ad materiam. l. ſi q̄s in conſcribēdo ſuprà, de pact. vbi poteſt quis renūtiare iuri ſuo. quod eſt verum quando merè in ſui fauorem inuētum eſt ſecus ſi etiam ob publicam vtilitatem: vt ſunt ſolennitates iudiciorum. puta q̄ detur libellus: vt in auth. aufferatur infrà, de lit. conteſta. Item q̄ lis conteſtetur: vt in eodem tit. & q̄ iuretur de calumnia. & iſta non poſſunt per partes remitti: vt not. in c. de cauſis. de offic. delega. & not. q̄ poteſt intelligi duobus modis. Primò, quādo ambæ partes inuicem ſibi remittunt expreſsè: & tūc remiſsio nō valet: quominus iudex ex officio poſsit ipſas compellere ad iurā dū: prout in ſimili. ff. de poſth. l. quos prohibet. ſed ſi iudex ſe nō intromittit, & partes perſiſterem in eadem remiſsione non exigendo alter ab altero, non vitiaretur proceſſus. Secundò poteſt intelligi quando altera pars remiſit alteri, & nō econuerſo: & tūc non valet remiſsio: quominus ea etiam nō obſtante poſsit petere quod iuretur: & ſi petat, & non iuretur: non valebit proceſſus: ſi nō petat, non vitiatur proceſſus: quia non eſt de ſubſtantia iudicij: niſi fuerit petitum. poteſt enim omitti. licet non remitti. vt in c. j. eod. tit. lib. vj. licet Barto. in §. quod obſeruari. videatur dicere propter hoc quod non vitiatur proceſſus. quòd non poteſt eſſe de ſubſtantia iudicij, vel de ſolēnitate. certè verum e : quòd non eſt de ſubſtantia ſi non petatur: ſed ſi petitur, bene eſt de ſubſtantia & ſolennitate: ſed quid ſi partes nō petunt: ſed iudex mādet q̄ iuret: & nō iuretur. puto proceſſum nō vitiari. quia exactio debet fieri apertè: vt ſit de ſubſtantia. In gloſſ. mag. ibi. [ſed Azo dixit etiam tacitè non poſſe remitti.] hoc placet. nā nec expreſsè nec tacitè remitti poteſt, ſed poteſt omitti. quod eſt diuerſum à re
3 miſsione. † In gl. ibi. [Item quid de clericis?] quicquid dicat gloſ. dic q̄ clerici coram iudicibus eorum quādo agitur de re peculiari vel prophana, ita iurant ſicut & laici: vt in toto ti. extra de iura. calum. Si verò agitur de cauſa ſpirituali: vt de titu. beneficij, ſiue decimarum, tunc in illis cauſis non ſeruatur ordo iudiciarius: ga nō requiritur datio libelli: nec lit. conteſt. ſimiliter nec requirebatur olim iuramentum de calumnia, quod pertinebat ad ſolennitatem. de qua loquitur iſta lex. ſed præſtabatur iuramentū de veritate dicenda: quod pertinebat ad ſolennitatem. hodie licet non requiraſ libellus. vel lit. conteſt. vt in cle. diſpēdioſam. de iudi. bene tamen præſtaſ iuramentum de calum. vt in c. j. eod. titu. lib. vj.
4 † In gloſſ. ibi. [Item ſacramētum teſtis.] puto etiam expreſsè remitti. dic de hoc eſt caſus. in c. tuis extra de teſt. & vide quod no. Bar. in l. poſt legatum. de fal. an teſtis qui non iurauit, ſi ferat falſum teſtimoniū, cōmittat falſum. poſtquàm iuramentū teſtis nō eſt de ſubſtantia teſtimonij. quia ſi eſſet, non poſſet remitti.

1 ☞ *Quòd etiam ſecundū iſtam legem præſtetur cautio rati, quando dubitatur de mandato procuratoris: licet uideatur nunquàm poſſe committi.*

Procurator ſi plenè probat de mandato, non eſt neceſſaria cautio rati. & ſi nullo modo probaret, non admittitur etiam cum cautione rati: niſi ſit connuncta perſona.

6 *Per cautionem rati firmatur & legitimatur perſona procuratoris, ſicut per oſtenſionē mandati: & quis ſit effectus.*

4 *Perſonæ appellatione non continetur uniuerſitas, quæ dicitur perſona ficta.*

5 *In cauſa uniuerſitatis admittitur quis cum cautione rati: ſicut in cauſa priuatorum.*

§. Hocetiam

† Qui admittitur cum cautione rati, nō
1 poterit in cauſa procedere: niſi poſt li. cō
2 teſt. faciat dominum de calumnia iurare. hoc dicit. † Et ſic patet q̄ etiam ſecundùm iſtam legem præſtaſ cautio rati, quando dubitatur de mandato: licet videatur eā nō poſſe vnquam committi: ex quo neceſſe habet facere principalem de calūnia iurare. declara vt dixi in §. ſinautem abfuerit. In text. ibi. [nullo mandato prolato.] id eſt, inſtrumento mandati: quod plenè ꝓbaret. vnde non eſſet neceſſaria cautio rati. ꝓbauit tamē ſemiplenè: ideo fuit admiſſus cum cautione rati vt ſequatur: quia diceret eſſe dubiū de mādato: ſed ſi nullo mō probaſſet, nullo modo diceret dubiū: imò certum de non mandato. & non admitteret etiam cum cautione rati: niſi eſſet coniuncta perſona: quod dic vt plenè not. in
3 l. j. ſ. de proc. † In text. ibi. ſuam perſonam firmauerit.] No. q̄ per cautionem rati firmaſ & legitimatur perſona ꝓcuratoris: ſicut ꝓ oſtenſionem mādati. & effectus huius eſt: quia poſtea non audietur aduerſarius, dicens ipſum non habere mandatum, & non debere admitti niſi mandatum oſtēdat: niſi ipſe aduerſarius hoc allegans vellet probare q̄ mandatum non habeat. quia tantùm valet cauiſſe de rato, quantùm mandatum oſtendiſſe, ad hoc vt iudicium non differatur. lata verò ſententia neceſſe habet procurator mandatum oſtendere: quæ omnia dic, vt dixi in l. j. de procu.
4 & not. in l. inter quos. §. alieno. ff. de dāno infect. † In text. ibi. [ſiue pro vna perſona.] Not. hic iuncto text. ſe q̄ appellatione perſo-
2 næ non continetur vniuerſitas. quæ dicitur perſona ficta & nō præſentata. vt in l. mortuo. ff. de fideiuſ. quia hic ponuntur vt diuerſæ. ideo notarij dicunt in inſtrumento mandati contra quālibet perſonam, collegium, vel vniuerſitatem. Nam ſi dicerent ſolùm contra quālibet perſonam, non videtur q̄ poſſet agere contra vniuerſitatem. contrarium videtur ſentire Cy. in l. metum. j. animaduertendum. ff. quod met. cauſ. ſed primam partem videtenere Cy. infrà, ad Treb. ſuper Rub. & adde quod not. Ioā. An.
5 in cap. ij. de reſcrip. lib. vj. in nouella ſuper gloſſ. vlti. † Not. etiam hic quòd in cauſa vniuerſitatis admittitur quis cum cautione rati. ſicut in cauſa priuatorum. In text. ibi. [faciat perſonas principales.] ſcilicet expenſis iuis, non aduerſarij. vt l. ij. in fi. ff. quibus ex cauſ. poſſ. ea. & in Specu. de iura calum. §. reſtat. in fi. vel dic quòd faciat ipſum principalem comparere: ſi poteſt commodè niſi ſit mulier. & hoc addit authen. principales. quæ videtur ꝛ ſtringere iſtum tex. dum hic dicitur quòd mittitur ad abſentem, quando ipſe abſens commodè comparere non poteſt.

2 ☞ *Vbicunque quis habetur pro confeſſo, an adhuc requiratur ſententia cōdemnatoria?*

1 *An quis poſſit renuntiare inſtantiæ ſaluo iure ſuo?*

4 *Propter contumaciam in non comparendo, an poſſit quis cadere à iure ſuo?*

5 *Interrogatus ſi reſpondere recuſat, qua pœna puniatur: & quid ſi recuſat reſpondere libello, & quid ſi poſitionibus?*

6 *Si actor cadat ab actione ex eo quòd recuſat ſubire iuramentum calumniæ, uel reus habeatur pro confeſſo, & propter hoc feratur contra eum ſententia, an poterunt appellare?*

7 *Statutum quòd in cauſa criminali contumax ponatur in banno, & habeatur pro confeſſo, & poſſit condemnari de crimine, an ſi fuit condemnatus, poſſit appellare?*

8 *Quando ex tenore libelli apparet aliquid contra ipſum actorem, propter quod reus deberet abſolui, licet reus uerè uel fictè confiteatur contenta in libello, non debet condemnari: ſed abſolui.*

9 *Bannitus licet ex forma ſtatuti habeatur pro confeſſo, non tamen ſequitur q̄ ſemper ſit condemnandus ſi ex defectu inquiſitionis uel eius formæ uenuiret abſolucndus.*

§. Quòd ſi actor.

† Actor nolens iurare de calum-
1 nia cadit ab actione: reus ver habetur pro confeſſo. hoc dicit. vſq; ad ver. ſic enim. cōcordat fi. in fi. extra eod. & de materia huius. §. habetur in Spe. eod. ti. fi. In text. ibi. [noluerit ſubire.] ſubaudi cum eſſet iuſſus à iudice iurare cum termino ſibi ſtatuto. argumen. eorum quæ not. Inno. in cap. extirpandæ. de præbend. quando dicatur commiſſum delictum negotium. & not. in l. j. infrà, de his quibus vt indig. la. text. ibi. [triſtitia iudicum.] hoc dicit. quia iudex ipſum triſtem
2 facit pronuntiando contra eum. † in text. ibi. [& liceat iudici ſententiam proferre.] licet ergo habeatur reus pro confeſſo: adhuc tamen requiritur ſententia condemnatoria: vt hic patet: & ſi hoc eſt in reo, potius debet eſſe in actore. vt requiratur ſentētia prætoria. quod tenet hic gl. & antequā ſententia ſit lata, ſi ille qui no cuſauit decederet. hęc pœna nō trāſmitteret cōtra hęredē eius vt poſſet hæres rei condemnari virtute dictæ tacitæ vel fictæ confeſſionis

confessionis: nec etiam hæres actoris repelli à iudicio. casus est singularis in l. eius qui delatorem. quam perpetuò tene menti. nã dicit hic Bartol. quòd illa fuit prima lex quæ fecerat sibi honorem in ciuitate Perusij. cum ipse ad hoc eam allegauerit: & nullus alius prius perpenderat. & idem vbicunque quis ex dispositione legis vel statuti propter contumaciam habet pro confesso. vt hæc pœna ad hæredem non transeat ante latam sententiã diffinitiuam, vt si in criminali causa ex forma statuti bannitus habetur pro confesso. & potest condemnari. Tene menti. In glos. j. in princ. ibi. [sed per sententiam.] Iubaudi priuatoriam iuris sui. vl' dic absolutoriam: quia iudex absoluet reum à petitione actoris, ac si actor non foueret ius. sed quid si reum condemnat actori, qui recusauerat iurare? Rñdeo, valet condẽnatio: nisi per prius pronuntiasset actorem cecidisse à iure suo secundum Baldum. sed si hic pronuntiasset non valeret: quia esset contraria præcedenti sententiæ. vt l. j. infrà, quãdo ꝙuo. non est necess. potest autem iudex virtute eiusdem processus pronuntiare actorem cecidisse à iure suo, sine alia petitione rei per modum libelli, & noui iudicij. sufficit enim petitio verbalis. & hoc vult Cynus. hic. Sed quid si antequam sententia feratur actor pœnitentia ductus vult iurare? dicunt Docto. quòd admittitur ad purgandum moram si res est integra: & ius rei non est effectum deterius. argu. in l. alia. j. de his quibus vt indig. & quod no. in l. criminali. j. de iurisd. omn. iudi. nam hoc videtur regulare in pœnis legalibus: vt euitentur per desistentiam vel purgationem moræ ante sententiam. l. qui cum maior. §. accusatione. ff. de bo. libe. † In glos. ibi. [cùm fortè nolit causam prosequi.] expone. id est, instãtiam. & vult dicere glo. quòd si sibi est licitum renuntiare instantiæ saluo iure suo: videtur etiam licitum recusare, & iuramentum præstare. Quare ergo punitur hanc pœnam? glos. d. quòd hodie non est sibi licitum renuntiare instantiæ saluo iure suo. imò tenetur vel prosequi vsq; ad sententiam, vel renuntiare liti & causæ. vt in authentic. qui semel. quomodo & quando iudex. Meritò ergo si recusat iurare, punitur hanc pœnam: ac si renuntiaret liti & causæ, postquàm non facit id quod est necessarium ad expeditionem causæ: certè hoc non erat statutum iure isto, & sic adhuc remanet contrarium glos. sed dic quòd aliud est expresè renuntiare instantiæ: quia tunc soluit expensas. aliud est recusare iuramẽtum præstare, & velle prosequi. quia tunc punit: vt hic. † In glos. ibi. [Solu. ibi debilente.] Dic quòd ibi in eo qui est contumax in non comparendo qui ꝓpter hoc nõ cadit à iure suo. hic in non iurando, quæ contumacia reputatur maior. aliquando etiam prima contumacia habet quem cadere à iure suo. vt in casu. l. locorum. infrà: de contra. ago deter. lib. xj. & in alio ff. de iure fis. l. secũda. §. senatus.

† Sed hic quæritur. quid i eo qui recusat rñdere interrogatus, qua pœna puniatur: ista enim sunt diuersa recusare iurare: & recusare respondere. Breuiter dic ꝙ aut quis recusat respondere interrogationibus quæ fiunt ante lit. contest. ad præparationem iudicij. de quibus hic in ti. de interro. act. & tunc erat prouisum per l. illius. ff. ꝙ haberetur pro confesso. vel pro negante: prout sibi dabitur est, & vtilius interroganti. vt in l. de ætate. §. qui tacuit. cũ simo. eod. tit. & idem si respondet: sed nõ ad ꝓpositum. vel non clare: vt ibi patet. Aut recusat respondere libello. & sic litem contestari, & non erat prouisum olim, vel etiam hodie, ꝙ habeat ꝓ confesso. imò proceditur cõtra eum tanquam contra contumacem ad missionem ex primo vel secundo decreto. vel etiam cogitur præcisè captis pignoribus, vel mulcta indicta. vt in l. j. §. quid ergo. ff. de ven. inspi. & quod no. in authẽti. qui semel. quomodo & qñ. ad. in gl. interdum recusat rñdere positionibus quæ fiunt post lit. cõtest. ad releuandum ponẽtem ab onere probãdi: & tũc olim fuit magna dubitatio: vt refert hic Cy. tamen hodie est hoc expeditum per c. ij. de confes. ꝙ habeat pro cõfessione illa positio cui recusauit respõdere: concurrentibus tamẽ tribus, vel quatuor. l. ꝙ fuerit iussus respõdere per iudicem: & quod ipse iussus fuerit præsens: & ꝙ sine iusta causa recusauerit. & ꝙ iam præstiterat iuramentum de calumnia. & altero deficiente secus. Vnde si ante iussum se absentauit, licet iudex faciat eũ citari, vt veniat ad respondẽdum positionibus, & ipse nõ compareat: nõ potest iudex pronũtiare eas haberi pro confessatis: vt est ibi casus. Spe. ti. in tit. de positionibus. §. nono. circa medium. videtur tenere ꝙ si fecit eum citari, cum commination ꝙ nisi compareat pronuntiabit eas haberi pro confessatis, ꝙ tunc possit in eius contuma-

ciam hoc pronuntiare. hoc tamen videtur a cõtra istum tex. posset tamen saluari dictũ eius, si iudex ad eum misit copiã positionũ & sic habuit notitiam: aliàs non potest dici ꝙ videatur fuisse confessus ea quæ ignorauit. nam etiã si esset præsens, deberent sibi b legi, ad hoc vt habeatur pro cõfesso. vt ibi no. Ia. autem Butri. quẽ videtur sequi Bal. j. de iureiur. l. generaliter. §. his de prẽsentibus. dat aliũ modũ, ꝙ mittat copia positionum ad iudicẽ loci vbi degit, & quod per illum interrogetur, vt sibi iubeatur ex parte iudicis causæ vt respo ndeat. & tunc perinde est ac si præsens coram iudice causæ fuisset iussus respõdere, sed certè poterit recusare comparere coram illo. Ideo præcedens practica videtur melior, ꝙ iudex causę mittat sibi copiam positionum, & iubeat sibi cum cõminatione ꝙ respondeat: aliàs habebit eas pro confessatis. si autem simpliciter faceret eum citari ad respondendum positionibus: tunc secus: quod etiam tenet Bar. in d. l. locorum. j. de omni agro deserto. Prędicta procedunt in causis ꝓphanis: sed in causis specialibus puta beneficialibus, videtur ꝙ non habeat pro confesso qui recusaret iurare de calũnia, vel de veritate: aut respõdere positionibus: ne alteri parti det vitiosus ingressus: quia fortè nullum ius habet in beneficio. nec propter fictam confessionẽ illius potest acquirere, cum non sit in eius potestate dare titulũ: & ita videtur sentire Spec. ar. in c. eũ qui. de eo qui mitt. in poss. nisi propter contumaciam in non comparendo, non fit missio ex primo decreto in beneficialibus, ratione prædicta. non etiam habẽt locum prædicta in causis criminalibus, vt no. Bar. in l. j. j. quomodo & quando iudex. in fi. tertiæ col. quia qui non deliquit per confessionem suam veram, vel etiam fictam, non propterea efficitur delinquens: vt in l. inter 6 omnes. §. rectè. ff. de furt. † In glo. seq. ibi. [tu dic secundũ Ioan. quod sic.] Cy. secundũ alios videtur tenere præcedentem opin. quòd appellari non possit. primò: quia est verus cõtumax. ergo non appellat, vt in l. & post edictũ. in fi. ff. de iudi. Secundò. quia frustratoria esset appellatio. nam iudex appellationis visa recusatione iuramenti, & ficta confessione, confirmabit sententiam cõdemnatoriam, sed communiter tenet ista glos. nec ob. prima ratio: quia verum est quòd vera contumacia tollit beneficium appellandi, quando committitur circa sententiam: quia citatus ad ipsam audiendam noluit comparere, sed hic non fuit commissa contumacia circa sententiam, sed circa processum. Præterea satis operatur ista contumacia: quod faciat haberi pro confesso, & dari sententiam contra se, non ergo debet inferri aliud præiudicium, vt appellare non possit. * glos. est singularis in cle. causam. circa fin. de elec. quæ est valde notabilis ad propositum. Ad secundam rationem respondetur, quòd imò non erat frustratoria appellatio. nam in causa appellationis poterit fortè ostendere quòd iustè recusauit iurare: si fortè de hoc habeat priuilegiũ. vel quòd licet habitus fuerit pro confesso, non tamen debebat condemnari. per id quod habetur in glos. sequen. & eodem modo si quis recusauit respondere positionibus, nam poterit ostendere quòd iustè recusauit: quia fortè non erat eis respondendũ, 7 secundùm ea quę no. in §. quod obseruari. † Et ex prædictis soluitur quæstio in qua Bald. consuluit. si statutum dicat quòd in causa criminali contumax ponatur in banno, & habeatur pro confesso, & possit condemnari de crimine: an si fuit condemnatus, poterit appellare? & determinauit Bald. quòd sic. per hanc glos. & per illam glo. in cle. causam. & etiam addit quòd poterit probare se maleficium non commisisse: quo facto sententia retractabitur: quia non deberet condemnari ex vera confessione. si apparet ipsum non deliquisse. vt in l. qui occidit. in fin. ff. ad l. aquid. & no. in l. vnica. j. de confes. in glo. multò minus ex ficta. 8 vt no. Bar. satis eleganter. in l. absentem. circa fi. ff. de pœnis. † In glo. seq. quæ incip. [per hoc.] ibi. [quid enim &c.] Not. istam glo. quæ reputatur singularis, quòd quando ex tenore libelli apparet aliquid contra ipsum actorem, propter quod reus deberet absolui: licet reus verè vel fictè confiteatur contenta in libello: non debet condemnari: sed absolui: quia censetur confiteri cum 9 omnibus suis qualitatibus. † & ideo allegatur ista gl. ꝙ licet bannitus ex forma statuti b habeatur pro confesso: nõ tñ sequit semp ꝙ sit condẽnandus: sed ex defectu inquisitionis, vel eius forma

a Vt appellare non possit. Adde Lud. ro. Alex. de imo. in l. nõ solum. in §. morte. ff. de ope. no. nun. Phi. in c. si iustus metus. de appel.

b Bannitus ex forma statuti. Adde Bald. in l. ij. ff. e. ti. & per Nellum in tractatu de bannitis.

a ¶ Pro actu triũ pſonarũ. Adde Barb. I rubri. extra eod. tit.

b ¶ Pro diſcretione. Adde c. Ifamis. §. triarũ. q. vij. Arc. & doc. I c. Statutũ. in §. inſup. de reſcrip. lib. vj.

veniret abſoluendus. vt nota. Bald. in l. ſi vnus §. pac. ff. de pact. per hanc gloſſam. Et adde quod no. per Bartolum. in dicta lege, abſentem. in fine. ff. de pœnis facit l. ſi filius cum patre. ff. de interroga. act. & quod no. Gulie. de Cug. ff. de iureiurand. in lege, ſi duo patroni.

1 ☞ Cõſtitutio reſpiciens litis ordinationẽ, locum habet in litibus futuris, ſuper negotijs præteritis, & in litibus pendentibus quo ad ea quæ reſtant.

2 Quando procurator conſtituitur poſt litem conteſtatam, & dubitatur de eius mandato: quando debeat præſtari cautio de rato?

4 Quid in cauſis in quibus non conteſtatur lis?

Ver. Sic enim.

† In ij. [ſed prædictum ſacramẽtum.] Not. prìò dũ dicit. [in ipſo litis primordio.] q̃ hoc iuramẽtum eſt præſtãdum à principio litis. i. ſtatim poſt litis cõteſt. ſed hodie declaratum eſt in c. j. e. tit. lib. vj. q̃ hoc nõ ſit de ſubſtãtia: quia licet nõ fuerit præſtitum à princip. (quia nõ fuit petitũ) poſsit peti in quacunq; parte litis, & debeat præſtari. ſed ſi fuiſſet petitum, & non præſtitũ, valuiſſent acta poſtea
2 facta. vt not. in §. ſed quia veremur. ſ. eo. l. † Item not. in ver. [ſin autem cauſæ adhuc pendentes inueniãtur.] ſecundũ Bart. quòd cõſtitutio reſpiciẽs litis ordinationem, locum habet in litibus futuris ſuper negotijs præteritis. Item in litibus pẽdẽtibus, quó ad
3 ea quæ reſtant, licet non quó ad iam geſta. † Item not. text. ibi. dũ dicit. [& in primo poſt hanc l. ingreſſu &c.] q̃ eo quod not. in l. nihil. ſ. de procu. quãdo procurator cõſtituitur poſt lit. cõteſt. & dubitatur de eius mandato, quãdo debeat præſtari cautio de rato? Et dicit quòd antequàm procedat ad vlteriora: ſed ſi pcederetur, & non peteret cautio, nõ poſſet poſtea peti. ſicut nec poſt litem cõteſtatam: ſi ante cõteſtationem nõ eſſet petita: quia quod operatur conteſtatio in his quæ præcedunt eam operatur etiam primus actus contradictorius. in quo ſequitur conteſtationem.
4 † Et vide in caſibus in quibus non conteſtatur lis, quia primus actus contradictorius habet vim conteſtationis: vt not. in c. j. de elec. lib. vj. non ſunt alia. Laudetur Deus.

Sequitur Liber tertius.

De iudicijs. *Rubrica.*

a ☞ Verbum iudicium, quot modis ſumatur?

b In iudicijs non eſt habenda diſcretio perſonarum.

1 † Quæro, quare loquitur in plurali, & nõ in ſingulari de iudicijs? Rñdeo, quia ſunt plures ſpecies iudiciorũ. Sunt enim quædam vniuerſalia: vt petitio hæreditatis. vt in l. j. in princi. ff. de rei vend. Quędam generalia. vt actio q̃ ſocio. ff. q̃ ſocio. l. q̃ ſocio arbiter. vel nego. geſt. vel tutelæ. Quædam ſunt particularia. vt rei vẽdicatio. quod dic: vt ff. de eden. l. j. in prin. gloſſ. mag. Item quędam ſunt ſimplicia. in quibus vnus eſt actor: & alter reus. Quædam duplicia. in quibus vterq; eſt actor & reus: vt ſunt iudicia diuiſoria. ff. eo. l. in tribus. & interdum vti poſſidetis. vt l. ij. de interdictis, quæ omnia proſequere. vt in Spec. eod. titu. per totum.
2 † Item hoc verbum iudicium ſumitur multis modis. Primò, pro
a actu trium perſonarũ: ' valet actoris, iudicis, & rei. vt in hoc titu. & ff. eod. & in c. forus. de verbo. ſignifi. Secũdò pro inſtãtia lit. vt j. eod. l. properandum. Tertiò, q̃ vltima voluntate. vt in l. j. ſuprà,
b de ſacroſanc. eccle. Quartò, q̃ diſcretione. ᵇ ff. eod. l. cum prętor. §. j. dum dicit. iudicio caret &c. Quintò ſumitur iudiciũ q̃ actione. vt in dicta l. in tribus. ff. eod. dum dicit in his tribus iudicijs, id eſt, act. & l. mora. §. in bonæ fidei. ff. de vſur. Sextò, pro ſententia. vt in l. epiſcopale. & in authẽtic. ibi poſita ſuprà, de epiſ. aud. & l. j. de re iudica. Septimò, q̃ cauſa ſeu q. vt j. de ordi. iudi. l. quæſtionum. Octauò, pro voluntate. ff. de fideicommiſ. libe. l. Thais. §. Lucius. Nonò, q̃ actis & ſcripturis, quæ fiunt in iudicio. vt not.
3 in authentic. vt præpo. no. impera. §. penultimo. † Et adde quæ not. per Archi. in princi. decreti. & quod in iudicijs non eſt habẽda diſcretio perſonarum: ſed ita magnum iudicabis, vt paruum. vt in c. in iudicijs. extra de regu. iur. lib. vj.

* ☞ Quando ſunt duo iudicia quæ ſic ſe habent q̃ ſententia abſolutoria lata ſuper uno, poteſt parere exceptionem rei iudicatæ ſuper alio: an poſſunt eodem tempore cõtinuari?

3 Per litis conteſtationem an fiat nouatio, & quid per citationem? & nu. 4. & 5.

4 Iudicium non incipit à citatione, ſed quaſi incipit quantum ad aliquos effectus primò: ut citatio ducatur actus iudiciarius: hinc eſt q. non poteſt committi die feriato, ut per ũ perpetuetur iuriſditio iudicis delegati: ut non expiret, & ut per eam præoccupetur iuriſditio, & interrumpatur præſcriptio xxx. annorum.

5 Si lata eſt ſententia pro actore, deſinunt currere uſuræ pendente tempore quod datur iudicatis: ſed eo finito currit uſura centeſima, quæ eſt legalis. & quid ſi feratur contra actorem?

6 Peremptio non cadit in eo quod non eſt in rerum natura.

7 Iudiciũ non admittitur ſuper futuro: & quod fundetur ſuper obligatione de præſenti.

8 Vſuræ quæ decurrunt tempore quo durat litigiũ, an poſſint in iudicium deduci uel petí.

9 Nouatio uoluntaria fit per ſtipulationem: & an poſſit fieri per aliam cõtractum cum ſtipulationem, & quid detrahatur priſtinæ obligationi?

10 Nouatio neceſſaria quæ fit per litis conteſtationem, quid operetur? & quid de nouatione quæ fit per ſententiam abſolutoriam? & nu. 9.

11 Quid de nouatione neceſſaria, quæ fit per ſententiam cõdemnatoriã? & nu. 9. & 14.

12 Pro ſententia, an agatur uis executiua? an actione iudicati?

13 In executione ſententiæ an requiratur cauſæ cognitio?

LEX I.

Vdicio cœpto.



Lex iſta eſt difficilis in recitatione. gloſſ. & materiæ. & conſueuit repeti. h. d.
1 † Per litis conteſtationem factam ſuper ſorte, ac etiam in parte vſurarum, non perimitur ſtipulatio vſurarum commiſſa vel committendæ nec impeditur curſus earũ lite pendente: & vſuræ quæ poſſunt peti iure actionis, ſi nõ fuerunt petitæ in iudicio ſortis, etiam illo finito peti poſſunt in alio iudicio. hoc dicit. Et primò præmittit vnum ad euidẽtiã vſq; ibi. [iupereſt.] Secundò determinat caſum de quo quæritur: & legitur duobus modis in gl. quæ incipit, [quæ pendente.] primo in ſtipulatione committenda. & ſic loquitur de vſuris futuri temporis currentibus poſt litem cœptam. alio modo vt loquatur de ſtipulatione vſurarum commiſſa: & ſic de vſuris præteriti temporis: quæ nõ omnes fuerunt in iudicio ſortis petitæ, & erat dubiũ, an illæ quæ non erant petitæ poſſent in alio iudicio peti. Nos poſſumus addere tertiam lect. quòd loquatur tam de futuris vſuris quàm de præteritis hoc modo. Mutuaui tibi centum, & tu per ſtipulationem promiſiſti x. quolibet anno pro vſuris. ſtetiſti per quatuor annos quòd ſortem non ſoluiſti. & ſic debes mihi quadraginta p vſur. egi ad repeti. ſortis. & etiam petij vſuras duorum annorum. lis durauit per triennium: deinde lata eſt ſententia condemnatoria in ſortem & vſuris duorum annorum: nunc facta executiõe ſentẽtiæ, vel etiam non facta: vellem petere vſuras aliorum duorum annorum, quæ cucurrerãt ante litem cœptam: & etiam trium annorũ, quibus durauit lis: quęritur an poſsim? Imperator rñdet quòd per conteſta. factam ſuper ſorte non fuit perempta ſtipulatio vſurarum. pro vſur. præteriti temporis: nec etiam probentibus currere lite pendente. Et ideo cucurrerunt: poſſunt ergo eas petere in alio iudicio iure obligationis & actionis, quæ non finiuntur lite finita: licet ſecus in officio iudicis mercenarij vt l. iij. C. depo. Sed ſecundùm primam lecturam, petij vſuras omnium quatuor annorum: non autem tempore quo durauit lis: quia tunc adhuc non erant commiſſæ vſuræ: ſed nũc commiſſæ ſunt, & volo illas petere. Sed ſecundùm ſecundam lecturam gloſſ. petij vſuras duorum annorum tantùm, & nunc volo petere aliorum duorum annorum qui cucurrerant ante litem cœptam: non autem volo petere pro tempore quo durauit lis. Ita text. ibi. [non eſt perempta.] Dic quòd non eſt perempta obligatio, & actio principalis, competens ad ſortem: vnde ſtipulatio vſurarum quæ eſt acceſſoria, habet cui cohæreat: ideo poteſt committi eo tempore quo lis durat. In text. ibi. [contingere poſsis.] ſcilicet in nouo iudicio. Secundùm verum intellectum: non autem in iam cœpto: quia eſſent duo iudicia. vnum ſup ſorte: alterũ ſuper vſuris. ſicut eſſent duo libelli, q̃ iudicia ſic ſe habẽt adiuicẽ, q̃ lata ſnĩa abſolutoria ſup ſorte, ex eo q̃ nõ eſſet lata ſup vſur. pareret exceptionẽ rei iu. ſup eis. q̃ ſi nõ eſt debita, non pot

non poterunt vsuræ currere, quia debitor prętensus non esset in mora. vt in l. lecta. §. sed cum sortis. ff. si cert. peta. † Et regula est in materia cumulat. q̃ quãdo sunt duo iudicia quæ sic se habent q̃ sentẽtia absolutoria lata super vno, potest parere exceptio. rei q̃ sentẽtia absolutoria lata super vno, potest parere exceptio. rei iudi. super alio: vt quã do vnum est super principali, aliud est sup accessorijs: puta fructus, vel super vsuris, nõ possunt eodem tempore cumulari. vt l. fundum. & l. fundi. ff. de excep. & per Dynũ in regula nullus pluribus. de regu. iur. libro vj. & per Bartolũ in l. edita. §. de edendo. dicet aliquis si ita est, positio casus quam §. feci non procedit. dum dixi q̃ in eodem libello petij sortem, & etiam vsuras præteriti temporis: & sic cumulaui ambo illa iudicia: dicit Dy. ĩ dicto c. nullus quòd in eodem libello bñ possunt cumulari. sed in alio libello dato post litem cõtest. sup vno, nõ tamẽ possunt cumulari. & ita loquit cõtrarium. Bart. nõ tenet istã distinctionem p. l. interdum. de pub. iud. & j. qñ ciui. actio præiudi. criminali. l. j. vbi ciuilis & criminalis ĩ eodem libello cumulari nõ possunt. & ipse idem Dy. dicit q̃ nõ est alia ratio, nisi q̃ sñia absolutoria lata in vno, facit præiudicium in alio. nec obst. auth. de fideiuss. §. sed neq̃. vbi psonalis & hypothecaria possunt ĩ eodem libello cumulari: & tamẽ absolutoria lata sup psonali parit except. rei iudi. sup hypothecaria: quia ibi est alia ratio, quod dic, vt ibi q̃ eum Pe. de bellapertica. & Cy. post eum, vident dicere q̃ etiã in diuerso iudicio potest cumulari iudiciũ vsurariũ cũ iudicio sortis dummodò nõ purè petãtur vsuræ: sed sub cõditione si ferat sñia p̃ actore ĩ sorte, quod dictum nõ placet: quia sic istud iudicium totũ fundaret super futuro. quod esse nõ potest. vt l. nõ quãdmõdũ. ff. eo. nec posset ꝓcedi sup isto secũdo libello dato sup vsuris, quousq̃ lata esset sñia pro actore sup sorte. Ad quod ergo frustra dabit̃ talis libellus: mihi videt̃, & semper visum est. quòd Dy. dicat veritatem: & p̃ eo est casus in ista l. ponẽdo, vt §. posui. quia in prio libello petij sortem & vsuras incurias. & dico q̃ sic video eas petere sub cõditione si feratur sñia p̃ me super sorte. arg. j. loca. l. cõductores. cum glo. & extra de test. c. Raynaldus in glo. quæ incipit. sed nũquid. Sed in alio libello dato super vsur. post lit. cõtest. sup sorte, nec purè, nec sub cõditione. potest cumulari hoc secũdùm eum. Primò, p̃ dictã regulã. & p̃ id quod ĩ dicit sed debeo expectare q̃ ferat̃ iudicium sortis, & si ferat̃ p̃ me sñia, apparebit q̃ vsuræ sunt mihi debitæ. & sic potero eas petere in alio iudicio: nõ autem in eodem. si est dubium an p̃ me ferri, vel nõ: & sic est incertum an vsuræ sint debitæ, vel nõ. Nec obst primo dicto. l. interdũ. & l. j. quãdo ciuilis actio: quia ibi sunt duo iudicia æquè principalia, quæ sic se habẽt q̃ sñia absolutoria lata super vno, potest parere excep. rei iudi. sup alio: quo casu nec in eodem libello nec diuersis possunt cumulari, sed vno expedito p̃ accusatore, poterit aliud inchoari: secus si contra eum: sed quãdo vnum est sup principali, aliud super accesso. debet distingui prout distinguit Dy. aut in eodem libello, & possunt cumulari. aut in diuersis, & tunc secus: & pro hoc quod no. in glos. in l. qui de inofficioso. in mag. glo. ff. de inof. test. quæ dicit quod in eodem libello potest intẽrari querela, & petitio hæredi. & tamẽ sñia cõtra actorem super querela pareret except. rei iud. super hæredi. Item dicit Bal. in iudicio restitutiõis in integ. quod vocatur rõcindens, & in actione rescissoria, vt posit cumulari in eodem libello: dicit tamen q̃ cumulatio debet fieri sub cõditione. mihi videt̃ quòd censeat̃ semper sic fieri: quia est de natura istorum iudiciorum. † In glos. ij. ibi. [quod fit lit. contest.] Cõtra gl. oppo. duobus modis: primò, quia p̃ cõte. fit nouatio volũtaria, p̃ quam tollitur prima obligatio sortis: vt l. solutionem vel iudiciũ. ff. de dol. & not. ibi gl. mag. post princ. ibi. [Item fit hæc volũtaria in cont. &c.] & p̃ cõsequens perimitur stipulatio vsur. cõmittẽ dã. vt ff. de noua. l. noua. cuius cõtrarium hic dicitur in text. Sol. intellige glo. in cõtest. facta cum eo qui inuitus venit ad iudiciũ. vt quia erat citatus, quo casu per cõtest. non fit nouatio voluntaria, sed necessaria. p̃ quam nõ tollitur actio prima, sed noua qualitas ei adijcitur. vt in ea glos. magn. sed si fieret contesta. cum eo qui non inuitus comparuit, sed sponte. vt si volebam agere contra te, & feci te citari: alius spõte comparuit, & suscepit in se iudicium animo nouãdi: quod facere nõ potuit te inuito: sed me cõsentiente. vt l. mãdato meo. §. j. ff. mã. tũc fateor cõtrarium. q̃ nõ proce 4 dere ista glos. nec iste text. † Secundo oppo. q̃ imò iudicium in 1 cipit à citatione. vt instit. de pœna teme. litigan. §. fi. & no. ş. de in 2 vocand. super Rubrica. Solu. per cita. propriè non incipit. sed quasi incipit quantum ad aliquos effectus. a primò vt citatio dicatur actus iudiciarius. hinc est q̃ nõ potest cõmitti die feriato, vt no. in l. dies festos. j. de ferijs. non sic in datione libelli. l. miles. §. sexaginta. ff. de adul.

a Incipit à citatione. Adde Bal. in l. j. C. de iur. & fac. ign. Paul. de ca. in gl. rubric. C. de in ius vocan.

Item vt per eã perpetuetur iurisditio iudicis delegati, vt nõ expiret, vt in c. gratum & c. relatum. de offic. dele. Tertiò vt per eam prȩoccupetur iurisditio. si sunt duo iudices ordinarij, quorũ quilibet habet iurisditionẽ insolidũ. & vnus facit citari, alter non potest se impedire. l. si quis postea. ff. eo. Item vt per eam interrumpatur præscriptio xxx. ann. vt l. sicut. de præscrip. xxx. anno. per istos autem effectus nulla fit nouatio. etiam necessaria, quia nulla qualitas adijcitur obligationi pristinæ: sed per conte. verè incipit iudex. & per eam adijciuntur plures qualitates pristinæ obligationi. de quibus in glo. mag. ver. [necessaria autem.] quartũ dicitur fieri nouatio. & illa faciebat dubium in hac l. vt not. in se. glo. In glos. seq. super verbo [vsurarum.] ibi dum dicit. [quæ pendente iudicio &c.] hoc non dicitur expressè in ista l. sed satis colligitur ex eo quod dicitur quod non est peremptoria: sed bene dicitur expressè in l. lite. de vsu. ff. Et ratio colligitur ex l. 5 non solum. de reg. iur. † Sed quæro. si lis est finita an postea currant vsuræ contra act. Respondeo si lata est sentẽtia pro actore, desinũt currere. & pendente tẽpore quod datur iudicatis, nulla vsura currit: sed eo finito currit vsura centesima: quæ est legalis. vt j. de vsu. rei iu. l. fi. & no. j. in gl. mag. circa fi. ibi dum dicit. [decedit autẽ. &c.] Si verò lata est sentẽtia cõtra actorẽ, non solum desinũt currere in futurũ: sed etiam in iam decursis obst. except. rei iud. si reus fuit absolutus, quasi nõ debitor. vel quia actor nõ probauit. vt in eadẽ gl. mag. ver. [fit quoq̃ necessaria per sententiam &c.] sed si lata est ex eo q̃ debitor soluit, non obst. exce. rei iud. in vsuris quæ ante solutionem cucurrerant: sed post solutionem non currunt. sunt enim duo debita diuersa. vnũ sortis: aliud vsurarum. & vno soluto remanet alterũ. vt ff de eo quod certo loco. l. centum Capuæ. & l. j. de sol. & hoc tenet hic Cyn. in ij. oppo. & in distinctione, sed si lata est absolutoria ex eo quod sic prȩscriptum obligationi sortis, similiter nocet in vsuris etiã præteritis. vt j. de vsur. l. eos. in prin. Nec ob. j. de luitione pig. l. intelligere. quia ibi duæ erant actiones: vna personalis. altera realis. s. hypothecaria. & minori tẽpore præscribit̃ personalis quàm hypothecaria. secundũ Cy. Secus quod ambæ sunt p̃sonales. i. principalis, & accessoria quę possunt peti vnà cũ principali: sed si nõ possent peti vt pœna, sublata principali etiã per solutionẽ tolleretur pœna. vt in l. ij. in prin. ff. si quis cau. Et per ista declarantur quædã dicta Cy. polita hic latis confusè. In glo. ibi. [quasi hæc nouatio.] certè in hac l. non dicitur q̃ fiat nouatio per conte. Respondeo bene dicitur in l. aliã. ff. de noua. In glo. ibi. [sed contrà est.] & ad contrariũ respondeo, q̃ procederet in nouatione voluntaria, de qua. j. in gl. mag. post prin. Nos loquimur de illa quę fit per contest. faciam cum inuito: quæ dicitur necessaria: & per eam non tollitur obligatio, sed noua qualitas ei adijcitur. per l. non solent. de reg. iur. & j. in glos. mag. ver. [alia necessaria.] In glo. ibi. [Alij dicunt.] scilicet timore dicti contrarij de nouatione: sed doc. dicunt q̃ ista lect. est vera in se. sed nullam habet dubitationem declaro: quia si stipulatio est iam commissa. & sic incœperunt vsuræ deberi: etiã si fieret nouatio voluntaria, per quã tolleretur obligatio principalis, non perimitur stipulatio vsurarum iam commissa: sicut nec per solutionem sortis: vt ş. dixi, sed ponendo quòd loquatur de vsuris futuri temporis. & in stipulatione nondum commissa, sublata ptincipali non possunt vsuræ currere pro sorte quæ non debetur. vel cuius obligatio est per- 6 emptoria. vt l. lecta. §. sed cum sortis. ff. si certum petatur. † In glo. seq. ibi. [secundùm primum casum.] scilicet quòd loquatur de vsuris futuri temporis. & sic impropriè dicit quòd non est peremptа: quia peremptio non cadit in eo quod non est in rerum natura. ar. l. nam & si sub conditione. §. rumpẽdo de iniusto test. certè licet non commissa est, tamen interposita. & ex ea oritur obligatio conditionalis, si debitor erit in mora soluẽdi ergo propriè loquendo potest in ea cadere peremptio. & tamen hic di- 7 citur quòd non perimitur. † In glos. quæ incipit. [quia nec poterat.] secundùm primam glo. communiter reprehenditur. nam procederet quod dicit gl. qñ totũ iudicium fundaret̃ super futuro: vt si non peterem sortẽ, sed peterẽ te condẽnari ad vsuras fu-

a ¶ Nouatio voluntaria. An nouatio voluntaria tollat priuilegiũ. vide per Bart. in l. aliã. ff. de noua. Bar. in l. si is qui. ff. de iure fisci.

b ¶ Actio in factum. Quotuplex sit actio in factum, & qñ & quõ competat. vide gl. in §. fi. instit. de interdi. Bal. in l. ex placito. i v. & viñ. q. C. de rerum permuta.

turi temporis, cũ erunt commissę, vel ad cauendum de ipsis soluendis. tunc enim quia est quòd mihi imputeť quare non peto sortem: & sic faciã cessare cursum vsurarum: & etiam quia totum iudicium fundať sup futuro, talis petitio non admittiť. ita loquiť l. j. §. j. ff. de vsu. & l. nõ quẽadmodum. ff. eo. sed quia hic loquiť quando petñ sortem: & sic nihil est qꝙ mihi imputeť, & fundo iudicium sup obligatione de p̃senti. dicunt Docto. qꝙ possum petere te condemnari nõ solũ ad sortem & vsuras præteriti tẽporis: sed etiam ad vsuras futuri temporis, quæ current quousqꝙ lis durabit. vt hæc habentur plenè in l. j. de ien. quæ sine. cer. quanti. Et ideo si nõ peterẽ sortẽ, sed peterẽ vsuras præteriti temporis, nõ possum adijcere rem futuri temporis. arg. eorum quæ habentur in l. j. j. de fideicom. hoc non placet: quia est quod mihi imputetur. fateor tamẽ quod si in annuis præstatiõibus peto aliquas iam p̃teritas: & sic fundo iudicium sup p̃senti possum etiam petere condemnationem fieri sup futuro: quia nõ est quid
1 QVisquis.† Executor qui fuit in prin.causæ perseuerare debet in ea vsq; in finem: nisi ex iusta causa fuerit remotus.quod facere potest quilibet iudex de executore quē ipse eligit:& ipsum etiā punire pecuniariter.Et si excessus mereatur corporalem punitionem, etiam illam potest imponere.si est de magnis iudicibus habētibus imperium:sed si de paruis,remittitur ad superiorem.h.d.cum l.seq. Primum dictum nō seruatur:cum in curia iudicis ordinarij sint plures nuncij.si feci aduersarium semel citari pervnum,possum postea facere citari per aliū:quicquid hic dicatur de hoc per Bar. in l.cum sententia.j.de sen.notarius tamen qui incipit scribere in vna causa,debet perseuerare vsq; in finem:& nō alius debet surrogari.nisi ex iusta causa.vt no.in aut.de hęre.& fal.§.si verò abſunt.in glo.super verbo inuentarium.& facit l.in fraudē. §. quoties.in l.j.in verbo manu commētariensis.ff.de iure fis.& vide omnino quod no.Bal.post Guli.de Cu.in l.repetita. in fi. de epis. & cle. † No. etiam in ista l.[omnibus iudicibus.]quod punitur pecuniariter de vno delicto,si non est sufficienter punitus, quia exigit pœnam corporalem, iteratò punitur per alium iudicē secundū Bal.& de hoc habetur in c.at si clerici.extrà de iudi.† Et dicit Guli.quod delegati à principe,vel ad vniuersitatem causarum,possunt sibi assumere nuncios:& executores: quos volunt. & ipsos remouere,& pecuniariter punire: sed alij delegati ab ordinario,& non ad vniuersitatem causarum, non debent eligere nec assumere nisi de nuncijs deputatis in curia ordinarij:& si esset sibi datus specialiter ab ipso ordinario delegante, non posset ipsum mutare sine illius licētia: & per hoc sunt expeditæ oēs gl.

De pedaneis iudicibus *Rubrica.*

☞ *Si partes sciēter litigauerūt corā delegato à iudice incōpetente,an ualeat processus?*
Quid si delegans erat competens ad cognoscendū de causa,tamen non poterat delegare?
Causa appellationis an possit delegari?

LEX I.

1 PRocuratori.† Delegatio facta à iudice incompetenti non valet:nec sententia lata per dictum delegatum.hoc dicit.sic j.titu.j.l.j.dic vt ibi: quia plura requirun tur ad hoc vt valeat delegatio facta ab ordinario.† In glo.si quæritur de duabus quęstionibus. Prima si partes scienter litigauerunt coram isto delegato,an valeat processus?& tenet ista glo.quod non.ista glo. verum dicit si iste delegatus nullam habebat iurisdictionem ordinariā:sed erat simplex priuatus.& ita probat l.priuatorum.quam allegat:sed si habebat iurisdictionē ordinariam, puta procurator cæsaris delegauit inter duos priuatos,puta potestatē.vel magistratū munici-

palem,quod poteſt fieri.vt l.prætor.ff.de iuriſ.om. iudi. & tunc eſt diſtinguendum.Aut litigauerunt coram eo tanquàm delegato:quod poteſt comprehẽdi ex actis:& tunc idem. Aut tanquã ordinario.& tunc valent acta & ſententia.poſito q̃ illi nõ eſſent de ſua iuriſdictione ordinaria. tanquàm prorogata iuriſdi. vt in L j.ff.de iudi.& j.de iuriſdi.omni.iudi.l.j.& ita no. per Cy.in l.j.j.
3 titu.j.vbi eſt ſimilis gloſ. † Item quæritur gloſ.quid ſi delegatus erat competens ad cognoſcendum de cauſa,tamen erat talis cauſa quæ non poterat delegari.iuxta no.in l.ſeq.ſi partes ſcienter litigant coram delegato:& non opponitur iſta exceptio cõtra delegationem,an valeat iſte proceſſus?glo.tenet quod non.quam tene menti:licet enim partes poſſunt facere iudicem competentẽ ex prorogatione:qui prius non erat competens: & ſic darent ſibi iuriſdictionem:non poſſunt tamen facere quod cauſæ quæ prohibent delegari à iure poſsint delegari:quia fauore publico emanauit prohibitio:cui non poſſunt renunciare.vt in l.ius publicũ.
4 ff.de pac.† Item no.glo.dum dicit de cauſa appellationis.quod illa cauſa non poteſt delegari. & ita quidam intelligunt authen. ad hęc ſ.de iudi.vbi allegaui iſtam glo.ſed communiter tenetur contrarium. & de iure canonico clarum eſt. vt patet in c. ſuper queſtionum.extrà de offi.delega. & ad authen.reſpondetur. qđ ibi alius eſt intellectus.vt ibi dixi.

2 ☞ *A delegato appellatur ad delegantem: & quid ſi appellatur à ſubdelegato?*

LEX. III.

1 PLacet vt iudicibus.† Delegati de qua cauſa cognouerint iudicare debent: nec poſſunt ad delegantem appellare.hoc dicit. In tex.ibi.[ad iudicium pręſidiale.]id eſt ad prælidem,qui eis delegauerat.Et no.quod regulariter prohibita eſt relatio ad ſuperiorem ordinarium. ſed ad principem ali-
2 quando permittitur.vt in titu.j.de rela.in l.j.in fin.† No.quod à delegato appellatur ad delegantem. Quid ſi appellatur à ſubdelegato eo caſu quo poteſt ſubdelegari,an appellabitur ad ipſum delegatum delegantem. An autem ad primum delegantem?diſtinguitur inter delegatum principis, & delegatũ ab ordinario. quod dic vt in l.j.ff.quis & à quo appelletur.in fi.per Bar.& tangitur.j. titu.j. in fi.ſecundùm diuerſas lecturas. Et emanauit iſta l.cõtra delegatos ab ordinario:qui poſtquam audiuerant de cauſa,non audebant dare ſententiam. ſed remittebant ad delegantẽ vt daret. quod procedit ex miſerrimo animo. vt in l. properandum.§.ſinautem vtraque. & hic prohibetur ne hoc fiat: quia de qua re cognouerit iudex de ea quoque pronunciare debet.vt in l.de qua re.ff.de iudicijs.

LEX. IIII.

1 PLacuit quoties.† Si iudices delegati cauſas terminare impediunt, debent alij ſurrogari loco ipſorum.hoc dicit. Et ſi hoc impedimentum erat longo tempore duraturum.ſecus ſi breui.& in l.ſi longius.ff.de iudi.in princi.& l.ſi legationi. Superior ergo lex loquitur quando poterat expedire,& nolebat:& tunc alius loco eius non ſurrogatur.hic quando non poterat. Et Guli.de Cu.allegat iſtam l.in l.& quia.ff. de iuriſ.om.iudi. ad limitationem.l.iudicium ſoluitur.ff.de iudi.vbi habetur: q̃ ſi ſuperior iudex,vel delegans poteſt inhibere inferiori vel delegato ne in cauſa procedat,& delegationem vel iuriſdictionem reuocare. & tunc ſoluitur iudicium:dicit ipſe q̃ hoc poteſt facere,quando aufert ab vno,& committit alteri.vt hic:ſecus ſi non committeret. iſtud non eſt verum. nec probat iſta l.quia loquitur quando delegatus non poterat cognoſcere propter impedimẽtum ſuperueniẽs.& ſic delegãs nolebat ad ſe aduocare cauſam: ſed ipſum alteri committere quod poteſt:ſed ſi vellet ad ſe aduocare,& delegationem reuocare:poſſet etiam lite conte.quia delegatus non efficitur dominus lit.per conteſtationem:vt in d.l.iudicium.differt tamen an vetet procedit per eum:& ſoluitur iudicium:an ad ſe aduocet:& tunc eodem ſtatu ad eum deuoluitur. vt dixi ſ. de iudi.nõ recordor vbi.& in c.intimaſti. de appel.& dictum Guli.
* reprobat*Bar.in l.& quia.ff.de iuriſ.om.iudi.dicens q̃ iſta l.nõ
2 probat*dictum ſuum.† In tex.ibi.[alium in locum eorum.]dic quod recipiet cauſam in illo ſtatu in quo erat apud primum.Sed quantũ tẽpus habebit ad expediendũ cãm?videt q̃ tantũ tẽpus integrũ.quantũ habebat primus.per l.ſi iudex.ff.de iu.ſed illa loquitur qñ finitũ erat tẽpus primi. & alius poſtea ſibi ſurrogatur ſine p̃finitione tẽporis.Sed ſi nõ erat finitũ,videt q̃ habeat illud tantũ q̃ reſtabat primo,& etiã tertiã partem temporis vltra.ꝗd dicit in l.ꝑperãdũ.§.ſinaũt in medio ſ.de iudi,vbi ſuppleꝯ vſq̃ ad tertiam partem temporis inſtantiæ:ſi tantum non ſupererat.

LEX. V.

1 QVædam ſunt.† Cauſæ minores,vel infirmæ iuriſditionis poſſunt per ordinarios ad nutum alteri delegari:ſiue impediantur ipſi procedere,ſiue non.hoc dicit.Et dicunt infirmę iuriſditionis cauſæ breues.puta ad duos.vel tres,aut quatuor aureos in qbus plus expẽderetur litigãdo quã eſſet ſumma quæ petitur vt auth.niſi breuiores.j.de ſentẽ.ex breui.reci.& in authẽ.de iudicibus.§.ne autẽ.& l.id eſt vſq̃ ad duos aureos. ff.de dolo. vel etiã maiores ſummæ,vſq̃ ad trecẽtos aureos.quæ dicunt minores:non infimæ.ſed ſi trãſeũt trecentos aureos.ſunt magnæ iuriſ. Et licet olim poſſent delegari ante l.ij.ſ.eodẽ per illã.l.ſtatuit q̃ nõ delegenter in totũ:ſed ſolum quò ad audiẽtiam,reſeruata ſententia.niſi ordinarius propter publicas occupationes, vel cauſarũ multitudinem impediatur in eis procedere:quia tũc poterit committere plenariè quò ad audientiam. & etiam ſententiam: iſte eſt caſus illius.l.difficilis.quæ per prædicta remanet clara, & ſic neceſſarium fuit primò videre hanc legem.quæ prima facie videtur illis contrariari.

2 ☞ *Ea quæ ſunt meri vel mixti imperij,an poſſint delegari?*

LEX. II.

1 PLacet nobis.† Iſta l.reputatur difficilis,& dicit Barto.quòd reputat eam difficiliorum quàm aliquam quæ ſit in codice:& hoc nõ eſt ꝓpter aliud,niſi qđ oportet diminare in intellectu eius:& diſtinguere illa quæ no reperiũt p̃ tex.diſtincta,cuius ratio gratia eſt ſciendũ quòd iſtud verbum iuriſditio eſt verbum generale:quia eſt poteſtas de publico introducta.vt notat in l.prima de iuriſditione omniũ iudicum.cum neceſsitate iuris dicendi et ęquitatis ſtatuẽdę.quę diffinitio cõgruit ſingulis ſpeciebus ipſius.Sunt autem tres ſpecies iuriſditiõis in genere ſumptę:ſcilicet merum imperiũ.quod cõſiſtit in illis quæ expediuntur iudicis officio nobili.& ad publicam vtilitatẽ.vt eſt cognitio cauſarum criminalium.Item mixtum qđ expeditur iudicis officio nobili.tamen ad priuatam,non publicam vtilitatem. vt mittere quem in poſſeſsionem ex primo vel ſecũdo decreto:vel dare tutores & curatores.vt in l.iubere cauere.& l.imperium.ff.de iurisdi.omni.iudi.Item eſt ſimplex iuriſditio.quæ cõſiſtit in his quæ expediuntur iure actionis.non autem officio iudicis,& ad priuatam vtilitatẽ.vt ſunt cauſæ pecuniariæ:vel quæ ad æſtimationẽ pecuniæ poſſunt deduci.Concedere ergo reſtitutionẽ in integ. eſt de imperio mixto.qa expeditur iudicis officio nobili. & ad priuatam vtilitatem.Quælibet autem iſtarum trium ſpecierum habet ſex gradus.ſecundũ q̃ conſiderauit ſubtiliter Bar.puta in ueſtigando.in d.l.imperiũ:dicens q̃ eſt imperium merum, maximum,maius,& magnum.paruũ,minus, & minimum. in ſingulos gradus exẽplificat.Similiter & mixtum.& ſimplex iuriſditio.q̃ eſt reperire maximum gradum iuriſditionis.vt cognoſcere de cauſa liberali.de qua loquitur fi.huius.l.& illa nec olim nec hodie poteſt delegari:niſi eo modo quo merũ imperium. & hoc vult iſta.l.in fin.Item maior iuriſditio, vt ſunt cauſæ pecuniariæ,quæ expediuntur iure actionis. tamen in defectum vel propter paupertatem non valentis ſoluere, deuenitur ad penam corporalem.vt in l.diuus.ff.de iniur.& iſtę ſimiliter ſecũdum nõ poſſunt delegari.Itẽ magnæ iuriſditiõis ſunt cauſę tranſcendẽtes ſummã trecentorũ aureorũ.vt in authẽ.de defen.ciu. §.& iudicare.& de iſtis loquit principium huius.l.dicens quod olim delegabãtur indiſtinctè maximè quãdo præſides nõ poterant in eis vacare:propter quodcũq̃ impedimentũ etiam lecte. hodie vult q̃ non delegent:ſed per ſeipſos cognoſcant:ſi nõ ſint impediti magno impedimento:& hoc vſque ibi,[ita tamen.]& cum iſto principio coniũge ver.[q̃ vſque adeo.] Nam poſſet quis dicere per diminuuntur iudicia pręſidum plus quã eſſent prius quia olim poterant cognoſcere & delegare:Reſpondetur quod poterunt delegare cognitionem,ſed reſeruare ſibi iudicia.& ſententias.ita intelligũt doc.illũ ver.Si verò ſint occupati magnis occupationibus publicis:vel multitudine cauſarũ,poterũt ex toto delegare quò ad cognitionem.& quo ad ſententiam. vt in ver.

[ita ca

[in tamen.] vſq; ad ver. [quod non ita.] quẽ intelligunt ita doc. & glo. quid autem de cauſis meri imperij, quæ olim nullo modo poterant delegari? quia non competebant iure magiſtratus. niſi propter abſentiam præſidis vt in l. j. ff. de offi. eius cui man. eſt iu ri. & in §. j. Reſpondetur in ver. [quod nõ ita.] q; nec hodie poſ ſint delegari. quia quod §. dictum eſt. vt poſsint cauſæ delegari propter magnas occupationes. procedit in cauſis ſimplicis iuriſ. magnæ nec medię. quę olim indiſtinctè delegabantur hodie nõ indiſtinctè. ſed ſecundũ quod dictum eſt per hoc tamen non in tendit aliquid immutare in illis quæ nullo modo delegabantur. vt erant cauſę meri imperij. in quibus ex offi. ſuo nobili habebat cognoſcere ad publicam vtilitatem. & idem de mixto imper. vt d. l. iubere cauere. fallit tamen hoc quando eſſet impeditus, ꝓpter abſentiam. vt d. l. j. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. Nec etiam inten dit aliquid immutare in cauſis liberalibus, in quibus agitur de ingenuitate & libertinitate: quæ ſunt maximæ iuriſ. nã nec olim nec hodie vult q; illæ poſsint delegari. h. d. iſta l. ſic planè decla rata. In quo ergo caſu loquitur. l. fi. huius titu. cum etiam aliæ. ll. quæ indiſtinctè videntur permittere præſidi vt cauſas ſuæ iuriſ. delegare poſsit. Reſpondetur in paruis & minimis: vt à trecẽtis infrà. Et per prædicta remanent expeditæ oẽs glo. quę nil aliud faciunt niſi q; tendunt ad declarationem literæ. ſed melius habe tur per prædicta quã per gloſ. In prin. ibi. [in quibus q; ipſi non poſſent cognoſcere.] id eſt non poterant. nõ tamen intelligas de impotẽtia iuris: quia imò poterant cognoſcere, ſi volebant: quia habebant iuriſdictionem & merum imperium. vt in l. illicitas. §. qui vniuerſas. de offi. præ. ſed intellige non poterant impotentia iuriſ. etiam propter alias occupatiões, etiam minimas. ſed hodie non poſſunt propter magnas. de quibus in ver. [ita tamen.] pro pter minimas non: vel etiam nullas non debent delegare. ſed per ſeipſos cognoſcere. vt ſtatim ſequitur. limitando tamen vt dicit in ver. [quod vſq;.] vt non poſsint delegare: quó ad iudicia. i. ad ſententias. ſed eas ſibi reſeruare: quantum verò ad cognitionem & audientiam poſſunt. ſicut olim poterant. † In tex. ibi. [vel per occupationes publicas.] ſubaudi etiam ſi propter eas non habe bent ſe abſentare, propter quas merum & mixtum imperiũ non poterant olim delegari. nec etiam hodie poſſunt per hanc l. vt j. ſequitur in ver. [quod non ita.] ſed ſi habebant ſe abſentare pro uinciam publicam: poterat olim imperium merum vel mixtum delegari. vt in l. j. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. hodie etiam pote nitnon obſtante eo quod dicitur in ver. [quod non ita.] In tex. ibi. [iudices dandi habeant poteſtatem.] ſcilicet in totũ nihil ſibi reſeruando aliâs non differret iſte caſus de magnis occupationi bus à paruis. In tex. ibi. [quod non ita.] quaſi dicat q §. diximus procedit in his quę olim poterant delegari. & indiſtinctè delega bãtur. nos volumus quod indiſtinctè delegãtur. & ſic volumus reſtringere, & non ampliare poteſtatẽ delegandi. vt vbi olim fie bat, hodie non poſsit. nec etiam licentiam delegandi cauſas inge nuitatis & libertinitatis: quæ non ſunt de iuriſdictione ſimplici. ſed maxima. imò volumus quod ipſi præſides per ſemetipſos co gnoſcant. vt in fi. Or ſufficiant iſta. In gl. j. ibi. [vel dic cauſas pe cuniarias.] Dic hæc vera per id quod ſequitur in glo. ſuper gl. fi. quæ opponit contra fi. huius l. vbi dicitur q; prę ſides ipſi habent cognoſcere de cauſa ſtatus, & non delegare. contra de l. j. j. de or. in. vbi dicitur q; præſes non poterat cognoſcere de cauſa ſtatus. multę habentur ſolutiones. ſed iſta eſt vera: quia iſta l. nõ intelligit q non poſſet propter defectum ſuæ iuriſdictionis. imò poterat. ſcil. propter qualitatem perſonæ. de cuius. ſtatu agitabatur: quia erat pupillus, quo caſu de quæſtione ſtatus non debet cognoſci durante pupillari ætate. ſed debet differri in tẽpus pubertatis. vt inſti. ff. de car. edi. Et hoc quãdo principaliter cognoſcitur: ſed in cidenter poterat cognoſcere. vt ibi habetur. Cætera quæ ſunt in glo. ſunt impertinentia quo ad intellectum huius l. ſed pertinent ad titu. ff. & C. de carbo. edicto. Non ſunt alia.

Qui pro ſua iuriſdi. iudices dare dariue poſſunt. Rub.

hoc ſciens ratificauit, an ualeant acta?

7 *Conſenſus partium non poteſt facere ſententiam nullam reconualeſcere, ut ualeat tan quàm ſententia. ſed ut pactum ſic.*

8 *Atteſtationes nullæ an poſsint conſenſu partium ualidari?*

9 *Delegatus principis an poſsit ſubdelegare cauſam quæ non erat delegabilis, niſi ex ſpe ciali priuilegio principis?*

Delegatus principis non utitur omni priuilegio principis.

Delegatio facta per principem mortuum uirtute legis ſcriptæ: an ſit maioris efficaciæ quàm facta per principem uiuentem?

LEX VNICA.

1 IN cauſarum. † Non poſſunt delegari cauſæ quę non pertinent ad iuriſdictionem delegantis: delegatus tñ prin cipis omnem cauſam ſibi delegatã ſubdelegare poteſt, quia nulla cauſa eſt quæ nõ pertineat ad iuriſdictionẽ principis: & per cõſequens illa quę per eum delegatur pertinet ad iuriſdictionem delegati: & cũ ap pellatur à ſubdelegato delegati à principe appellat ad ipſum de legatum. ſecundũ vnam lecturam. quę dicit ad eos: vel ad ipſum principem omiſſo medio. i. ipſo delegato ſubdelegante. ſecundũ aliam lecturã. quæ dicit ad nos. h. d. Et quia iſtæ duæ lec. ſunt in uicem contrariæ, tamen aliquando eſt verum vnum. aliquando aliud. dicvt no. in l. j. in fi. ff. quis & à quo appelletur, quia ſi quis delegatus eſt à principe: & poſtea ſubdelegat, ſi aliqd ſibi de iu riſdictione reſeruat, appellatur ad eum: non ad principem. & ita declaratum eſt de iure canonico in c. ſuper quęſtionum. de offi. dele. & iſto modo procedit prima lec. vt dicat ad eos. Si intelligi mus in delegato principis. Si autẽ nihil ſibi reſeruat, appellatur ad principẽ: & tunc procedit ſecunda lec. dum dicit ad nos. Sed ſi loquimur in delegato ab ordinario in eo caſu quo poteſt ſub delegare, appelletur ad ipſum ordinarium omiſſo delegato: qd' 2 dic vt hic plenè no. per Bar. in fi. Tria ergo † requiruntur ad hoc vt valeat delegatio facta ab inferiore à principe. Primum. q; ipſe ſit ordinarius iudex: quia delegatus non ſubdeleget. vt in l. iudi ces. §. de iudi. Secundũ eſt. q; cauſa quã delegat pertineat ad ſuã iuriſdictionem ordinariam. aliâs non valet vt in l. j. §. ti. j. Tertiũ eſt. q; cauſa de ſui natura ſit delegabilis: quia non ſit de imperio mixto, vel mero: vel non ſit de maxima iuriſdictione: vt in l. pla cet. & in l. ij. §. ti. j. ſed de iuriſdictione ſimplici, quæ competit iu re magiſtratus: vt in l. j. §. ſi verò. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. Eſt & quartum. q; delegetur in caſu in quo datur licẽtia delegã di, ſi eſt delegabilis. non ſimpliciter: ſed in certo caſu. vt in d. l. ij. circa prin. Eſt & quintum quod requiritur. vt non valeat delega tio: ſed vt delegatus poſsit compelli delegationem acceptare: q; ipſe ſit de iurit. delegantis. aliâs licet valeret delegatio, compelli non poſſet. † In gl. j. ibi. [niſi in caſu quando confirmatur.] dic. ſ. 3 delegatio facta de cauſa non pertinente ad iuriſdictionem dele gantis: & dic. [confirmatur]. ſ. ex cauſa de præterito: quia ibi pro conſulerat electus pro offi. conſulatus: nondum tamen fuerat in greſſus prouinciam: & ſic nondum habebat iuriſdictionem, vel exercitium: & tamen cauſam delegauit, non valuit delegatio: ſed ipſo ingrediente prouinciam confirmatur ex cauſa habente ori ginem ante delegationem: confirmatur tamen ex nunc nõ vt ex tunc. vt ibi habetur. & no. j. in alia gl. hic autem in prin. nõ ſuper uenit cauſa cõfirmans: ideo nõ valet. † In gl. ibi. & no. q; hic. No. 4 quod in prin. iſtius l. & qd' j. ſubijcitur. in ſequenti caſu. ſupple. ſ. in ver. [qd' ſi qs.] vel dic q; iſta eſt diuinatio, qd' ambo caſus poſ ſunt intelligi eodẽ modo. ſ. qñ cauſa nõ erat de iuriſdictione de legantis: tamen delegatus bene erat. & in prin. dicitur qd' nõ va let delegatio in ver. [qd' ſi quis.] quia qd' geſtum eſt corã eo nõ valet: verum qa hic dicitur q; delegatus nõ cõpellitur ſuſcipere delegationẽ. qd' non eſſet ſi foret de iuriſdictione delegantis. po ſito qd' delegatio non valeret: qa poſſet cogi de facto: ideo gl. ſic fuit locuta. q; in ſecundo caſu delegatus nõ erat de iuriſdictione delegantis: ſed certè etiã ſi delegatio eſſet valida, non cõpelleret tunc delegatus acceptare. vt patet in alia gl. ſup. verbo. [reſediſ ſent.] † In gl. quę incipit. i. [cõſenſum. ibi. [habebat aliâs iuriſdi ctionem.] ſubaudi ordinariã, puta præſes delegauit magiſtratui municipali qd' fieri põt. vt in l. prętor. ff. de iuriſ. om. iudi. & hoc ideo dicit gl. qd' ſi non haberet aliã iuriſdictionẽ, ex cõſenſu par tium ſpõte corã eo litigantiũ nõ poſſet acquirere. vt in l. priuato rum. j. de iuriſ. om. iu. Sed ſi habebat, põt acquirere ex ꝓgatio ne: vt in l. j. e. ti. gl. tenet q; acquirat per illã l. Tu diſtingue vt dixi

Que requirantur, ut ualeat delegatio facta ab inferiore à principe?

Delegatio facta ab eo qui eſt electus ad officium conſulatus antequam ingrediatur pro uinciam, qualiter confirmetur eo poſtea regrediente?

Quando cauſa non erat de iuriſdictione delegantis. tamen delegatus bene erat, an ualeat delegatio? & uide nume. 5.

Si præſes delegauit magiſtratui municipali, an ualeat delegatio?

Subaudiri tanquam delegatus. (cùm non eſſet) proceſſit in cauſa, & poſtea ordinarius

a ¶ Ex tribus psonis. Adde Barba in rub. extrà de iudi.

b ¶ Nō pōt esse Iudex ī cā ppria. In qb⁹ casi b⁹ qs pōt esse Iudex in cā sua. viō p Bar. ſ l. ſi qs sortè. in §. ſi. q̄s. ff. de pœnis. & p Ale. de imo. in cons. suo. cxxxv. col. j. & ij. in j. vol. Et qñ pos sit cognoscere de iniuria illata offō suo. p eūdē Ale. de imo. in cōſ. xxxv. col. ſi. y⁹ſ. iñ. ꝓsuppono. ſ ij. vo. & add an' eps sit Iudex cōpetēs in cā ppria. Et in his quæ sunt de ei⁹ mēſa. dic vt p Alex. in suo cō. lxxix. colun. ij. vers. qs igit. ſ j. vo. & in ꝓpoſito vid Per. de anch. ſ cōſ. cclxxvij. inci. Ex ꝓdicta facti narratiōe co. v. ver. venio ad qntū repetitū in cōſ. cccxxx. ex. Cur. Et adde tu. qñ qs posit eē Iudex in cā ppria. & dic vt p do. meū Soz. in cōſ. xcvj. colū. iij. ver. iij. qa. & ibi qd ſi cōcurrat volūtas aduersarij. in cōſili. cxx. colū. ij. circa prin. & ſ cōſ. cxxxvj. col. ij. ver. ad quo rū confirmatiōē. in cōſ. clxxxvij. co. ſi. et in cō. ccxxxj. co vij. circa ſi. Sua.

in l. j. §. tit. j. An litigauerunt coram eo, tanquā corā delegato. q̄ potest cōprehēdi ex actis: ſi ſe appellabat delegatum, vel cōmiſſarium alterius: & tunc non acquirit. quia censetur vt priuatus: postq̄ coram eo non litigauerunt: tanq̄ coram iudice ordinario per argumentū de tanq̄. vt in l. ſi pater. ff. de adop. Si autē tanq̄ corā ordinario, pōt procedere. vt dicit glo. Et hoc quando cā non erat etiam de ipsius ordinaria iurisdictione, ſicut nec de iurisdictione delegantis. Si autem erat tunc etiam ſi ignoranter litigassent, vel tanquā coram delegato, postquā in veritate causa erat de sua iurisdictione, & poterat in ea procedere, non attenditur error partium: imò valent acta ex ea iurisdictione. quam reuera habet inſpecta potius veritate. & hoc voluit Innocenti. in c. cum ex officij. de præſcriptio. facit. l. regula. §. j. vel ij. ff. de iur. & fact. igno. vbi In translatione dominij potius inſpicitur veritas quā falſa opinio transferentis. facit. ff. mand. lege ſeruum. Tene menti. In fi. gl. ibi. [videtur confirmari.] dic hoc intellige verum. vt dixi in prima glo. quando efficitur de iurisdictione delegantis ex causa de præterito, quæ habuit originem ante delegationem. argu. in l. ſi rem. §. fi. ff. de pigno. acti. ſecus ſi ex causa ſuperueniēte post delegationem. vt not. infra vbi de crimi. agi. opp. l. j. in gl. quæ incipit non oppoſita. Et p ꝓdicta procedūt qñ interuenit delegatio ſed erat nulla, qa cā nō erat de iurisdictiōe delegātis. † Sed ponamus q̄ erat: tñ delegatio nō interuenerat: & aliquis tanq̄ delegatus ꝓceſsit in cā postea ordinari⁹ hoc ſciēs ratificauit. An valeāt acta? videt q̄ ſic. p l. licet. ff de iudi. dic cōtra per notata in c. prudentiam. in prin. de off. dele. quia iudiciū fuit funditus nullū à principio. cū cōſiſtat ex tribus perſonis ⁊. ſ. actore. reo. & iudic: vt in c. forus. de ver. ſig. & hoc deficiebat per ſona iudicis: vñ nō pōt recōualeſcere. l. q̄ ab initio. de reg. iur. ſed in l. licet allegata in cōtrariū. iudiciū nō erat funditus nullū: quia erāt tres pſonę: imò valebat reſpectu pſonarū iterueniētiū in iudicio in earū ꝑiudiciū, nō tñ extēdebat ad illū cuius noīe tāq̄ ꝓcurator qs egerat. qa nō habuit mādatū. ſed ſuperueniēte ratihabitiōe extēdit ad eius ꝑiudiciū. Nō aūt recōualeſcit q̄ nullū erat qa nō erat nullū. vt dixi: & adde q̄ no. in l. j. j. de iur. fiſci. lib. x. or

7 ſufficiāt iſta. † In alia gl. quæ incipit [quo caſu:] ibi. [niſi hîc partes post ſententiā cōſenſiſſent.] Tu dic q̄ cōſenſus partiū non pōt facere ſnīam nullā recōualeſcere: vt valeat tanq̄ ſnīa. qa ſententia nō depēdet ex voluntate partiū: ſed à poteſtate publica. i. à iurisdictione proferētis: vt no in l. ſi diuerſa. §. de trāſa. facit tñ eā valere vt pactū: vel vt cōuentionē. & ita communiter intelligunt Doc. illā l. ij. quā glo. allegat. & de hoc per Bar. in l. ſi expreſsim.

8 ff. de appel. Sed † an atteſtationes nullæ poſsint validari cōſenſu partiū? vide Inn. in c. cū cā de teſti. ſup verbo præſumptione. In ea. glo. ibi. [ſunt ergo tria neceſſaria.] Dic ergo §. addidi alia duo: & ſic qnq; In gl. ſuper verbo [iudicandas.] in fi. ibi. [qd ergo ſi delegatus à principe.] Dic prēmitte q̄ iſte ver. hoc dicit de plano pōt intelligi qñ causa delegata à principe de ſui natura eſt delegabilis, vt qa eſt de ſimplici iurisdictiōe: & tūc eſt verū qd delegatus pōt eā ſubdelegare: nō habita diſtinctiōe an pertineāt ad iurisdictionē delegātis: vel nō: qa hoc nō cadit in principem,

9 ad cuius iurisdictionem omnes causæ pertinent. † Sed ponamus quòd causa de ſui natura nō erat delegabilis, princeps tamē ex ſpeciali priuilegio poterat delegare. vt ſunt causæ meri & mixti imperij: vt in l. placet nobis. verſ. q̄ nō ita & ver. fi. §. ti. j. An illa poterit ſubdelegari? gl. tenet q̄ ſic per iſtū tex. dū dicit [nullo perſonarū cauſarum ve &c.] No. verbū [cauſarum.] quaſi dicat ne ſiue ſit delegabilis de ſui natura: ſiue nō. Pet. de bel. partica cōtrà: quia delegatus principis nō vtit omni priuilegio principis. & princeps propter plenitudinem poteſtatis pōt illas cauſas delegare. Sed delegatus non habet illam plenitudinem. Item ꝓbat per pulchram rationem: quia nō debet esse maioris efficaciæ delegatio facta per principem viuentē virtute reſcripti, quā facta per principē mortuū virtute legis ſcriptæ. imò minoris. quia lex fit cum maiori maturitate. ſed ille cui committitur merum imperium per legem ſcriptam, nō poteſt ipſum delegare: quaſi ſit electa induſtria perſonæ propter magnitudinem cauſæ: vt in l. j. in prin. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. ergo nec ille cui committitur per reſcriptum. Et iſtam partem videtur tenere Ioā. An. in addi. Spe. de offi. dele. §. ex qui. poteſt. Alq̄ tenent contrariū. dicentes quod licet de originali natura tales cauſæ non ſint delegabiles. poſtquā tamen efficiuntur ſemel, & fuerunt licitè delegatæ per habentem poteſtatem, mutant naturam: & efficiuntur delegabiles in perpetuum. & allegat ad hoc l. pater filium. §. quindecim libertis. ff. de le. iij. vbi etiam tangitur per Bar. ad quod bene facit l. videamus. ff. quod me. cau. & iſta videtur cōmunior opi. tangit per Gul. in l. oēs. ff. de reſti. in inte. Et hic refert ſe habuiſſe longā diſputationē cum quodā venerabili doctore: qui poſtea fuerat effectus Cardinalis, nō tamen aliter determinat. In vlti. glo. in fi. diſtingue. vt §. dixi cōcordando literas. vel dic q̄ illa l. j. in fi. ff. q̄ & à quo appel. non loquitur in ſubdelegato. ſed in vicario, à cuius ſententia ſi appellatur ad illū qui ipſum cōſtituit, cum cenſeatur vnū & idem tribunal. & ideo videretur appellari ad ſeipſum: quia ſentētia lata à vicario, videtur lata ab illo qui deputauit. Et hoc eſt hodie expreſſum in vicario epiſcopi: vt in c. ij. de conſue. li. vj. Appellatur ergo ad ſuperiorem ipſius epiſcopi, ad quē appellaretur ſi ſentētia lata eſſet ab epiſcopo. Nos loquimur in ſententia lata à ſubdelegato. & qualiter cognoſcatur an ſit vicarius, vel delegatus ad vniuerſitatē cauſarum. dic vt ibi per Bar. quia vicarius ſedet in eod. tribunali, in quo ſedet ille qui ipſum deputauit: vt etiā patet in vicario poteſtatis: vnde nō habet iuriſdictionem delegatā ad vniuerſitatē cauſarū: ſed potius illā quē habet poteſtas: ſicut vicarius epiſcopi. delegatus aūt ad vniuerſitatem cauſarum ſedet in alio tribunali. In fi. glo. ibi. §. [de iudi. l. fi.] Dic q̄ ibi loquitur in arbitris electis ex neceſsitate iuris: qui nō ſunt ſub iudice delegato. ideo non appellatur ad ipſum delegatū: ſed ad principem in ſubdelegato, qui eſt ſub iurisdictione delegati. vnde appellatur aliquando ad ipſum delegatum, quando eſt delegatus à principe: & aliquid ſibi de iurisdictione reſeruat. ſecōdùm vnam lecturam: quæ habet hic ad eos. & eſt declaratum à iure canonico. vt ſuprà dixi.

Ne quis in ſuā cauſa iudicet. uel ius ſibi dicat. Rubrica.

a ¶ Quod quis poſsit esse iudex in cauſa propria. & quod in ea non poſsit ſibi ius dicere, quòd ſint diuerſa.

Iudex quando poſsit in cauſa propria cognoſcere?

3 *Si inferatur iniuria iudici, an ipſe idem poſsit uindictam ſumere, & punire?*

LEX VNICA.

1 Generali lege. † Lex iſta loquitur etiam in iudice ordinario. vnde licet poteſtas habeat iuriſdictionē vniuerſalē, tamen in cauſa ꝓpria non habet: nec de eo, pōt cognoſcere: nec ꝓnunciare. & eodē modo nec de cauſa familię ſuę: puta vxoris, vel filiorum, vel libertorū, vel familiarū. vt ff. de iuriſ. om. iu. l. qui iuriſdictioni ꝓ eſt. Sed delegatus bene pōt esse in cauſa taliū. licet poſſet recuſari. & ſi nō recuſatur, poteſt ꝓcedere: vt in l. in priuatis. ff. de iudi.

2 quę no. in d. l. qui iuriſdictioni. † In glo. ij. ibi. [ff. quod me. cau. extat.] vel dic quartò q̄ quis non pōt esse iudex in cauſa ꝓpria b vt in primo dicto. & ex hoc ſequitur quod nec in ea pōt ſibi ius dicere. i. ſentētiare. vt in ſecundo dicto. & ſic iſta duo dicta non ſunt vnū & idem: ſed diuerſa. de aliis cōtrarijs dic vt in glo. quia ſunt leuia. Adde aliū caſum in quo quis pōt esse iudex in cauſa ꝓpria. ſ. cū agitur an quis ſit iudex cōpetens in aliqua cauſa. Nā ipſe pōt de hoc cognoſcere. & ſup eo ꝓnūciare, vt in l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi. & tamē videtur esse cauſa ꝓpria. i. eſt de ſua iuriſdictione. quia de hoc recipit cōmodum pecuniariū, ſi ꝓnunciat ſe iudicem cōpetentem. Secus ſi perciperet. vt no. gl. in l. de iure. ff. ad muni. & hoc caſu quando quis percipit cōmodum. loquitur iſte tex. † Quærit hic Cy. & plenè diſputat de iſta qō. ſi infertur aliqua iniuria iudici, an ipſe idem poſsit vindictam ſumere, & punire inferentem: quia non ſolū ipſe offenditur: ſed reſpu-

3 blica:

bliter & breuiter tenet q̃ ſi iniuria eſt notoria, poſsit. quia tũc ma
gis exequitur quã cognoſcat, vel pronunciet. Non enim in noto
ris expedit cognoſcere vel ſententiare: ſed exequi, vel punire:
hoc tamen quando redundaret in iniuriam officij aliâs ſecus. Si
autem non eſt notoria: & ſic oportet cognoſcere & pronunciare
tunc ipſe non poſſet: ſed ad ſuperiorem. eſt recurrendum: & vi
de quod habetur in c. ex parte. de verbo. ſigni. per Inno. & etiam
in c. dilecto. cum ibi no. de ſenten. excom. lib. vj.

Qui legitimã perſonã ſtãdi in iudicio habẽt uel nõ. Rub.

1 ☞ Pupillus qui cõpromiſit cũ tutore, an poſsit proſequi litẽ corã arbitro ſine tutore? Monachus ſine licentia abbatis non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio: & fide iuſſores ab eo dati non obligantur.
2 Caſus in quo claudicat iudicium.
3 Quid poſsit facere iudex contra pupillũ, uel adultũ, non habentẽ tutorẽ, uel curatorẽ?

LEX I.

SI cũ eſſes. †Pupillus ſine tutoris authori
tate non habet legitimam per
ſonam ſtandi in iudicio: nec valet ſentẽtia lata cõ
tra eum. Idem in adulto litigãte ſine curatore. hoc
dicit. cum l. ſeq. Et poſſunt intelligi quando agũt:
tunc reus poteſt excipere q̃ non debent admitti ſine authorita
te ſuorum: adminiſtratorum: quia non habent legitimam perſo
nam ſtandi in iudicio. ideo facient ſibi dari tutorem, vel curato
rem ſi non habent. vt j. qui da. tu. poſ. l. in vniuerſis. intereſt enim
rei eos repellere: quia ſi obtineret ſententiam contra eos, ſibi nõ
non prodeſſet. vt in iſtis legibus. & ſi daretur ſententia cõtra eũ.
& pro illis, bene valeret. per l. non eo minus. ſ. de procu. quando
nõe conueniuntur, ſimiliter ſit cautus actor: ne admittat eos cõ
parentes niſi legitimè compareant cum authoritate ſuorum ad
miniſtratorum. aliâs procedat contra eos tanquã ſe non defen
dentes ad primum & ſecundũ decretum. iuxta ea quæ habentur
in l. ij. ſiue iij. ff. qui. ex cau. in poſ. ea. & in l. ſi minor. de bo. auth.
iu. poſ. Sed pone q̃ adultus non habebat curatorem: an tunc ha 1
bebat legitimam perſonam ſtandi in iudicio? videtur q̃ ſic. ſicut
habet ad contrahendum. quo caſu ciuiliter & naturaliter obliga
tur & cum effectu. niſi reſtituatur in inte. vt in l. ſi curatorem ha
bens. ſ. de in inte. reſti. Contrarium determinat glo. in l. cũ & mi
nus. ſ. ſi aduer. rem iudi. licet ibi dicat q̃ nulla lege hoc reperi
tur. lacta. ſ. fi. ff. de re iu. & in iſta l. ij. quæ indiſtinctè hoc vult
q̃ non valeat ſine curatore. & j. qui pe. tuto. l. j. & l. admone. vbi
quando vult litigare, debet petere curatorem. ergo ſi litigat ſine
eo, non valet, nec poteſt dici quod curatoris authoritas faciat ne
reſtituatur in inte. quia imò poteſt hoc non obſtante reſtitui. vt
in tit. ſi tutor vel curator interue. requiritur ergo ad hoc vt va
leat ſententia, vel proceſſus mero iure. aliâs ſentẽtia ipſo iure nõ
valeret. nec eſſet neceſſaria reſtitutio. † In gl. j. ibi. [l. ſi pupillus.] 2
lex iſta vult q̃ pupillus ſine tutore nõ poteſt compromittere in 3
arbitrũ ſed pone q̃ cõpromiſit cũ tutore. & ſic valet: poſtea ſine
tutore vult proſequi litem coram arbitro: an poſsit? glo. innuit q̃
nõ relata ad tex. qui loquitur quando vult litigare Guli. de Cu.
mulum no. dicit q̃ longa eſt differentia. quia ſi litigat coram iu
dice, non obligatur ciuiliter & naturaliter ex quaſi cõtractu: qui
conſueuit fieri in iudicio: quia non habuit legitimam perſonam.
& prohibetur à iure: & ideo ſi dedit fideiuſſores, ipſo iure nõ ob
ligantur: quia non ſubeſt obligatio principalis. l. cũ lex. ff. de fide
iuſſo. Sed ſi litigat coram arbitro, obligatur. ſaltim naturaliter. ſi
erat doli capax: ideo ſi dedit fideiuſſores, obligantur efficaciter:
& erit damnum ipſorum fideiuſſorum: vt in tit. de fideiuſ. mi. &
Lincuſæ. in prin. ff. de mi. quia compromiſſum & litigium corã
arbitris potius accedit naturæ contractus in quo poteſt natura
liter obligari: ſi eſt doli capax. vt in l. j. ff. de noua. quã naturæ iu
dicij. † Tenementi: nam non eſt diu q̃ fui interrogatus: quia qui
dam monachus ſine licentia abbatis litigauit, & dedit fideiuſſo
res. & dicebatur quod monachus poterat obligari naturaliter: &
ſic fideiuſſores ciuiliter & naturaliter. ſed certè in iudicio mona
chus non habet legitimam perſonam ſine cõſenſu abbatis: ergo
nec fideiuſſores obligantur. iuxta no. in l. ſi longius. ſ. j. ff. de iud.
in glo. Tenementi iſta dicta Guli. † In ſequẽ. glo. ibi. [non eo mi
nus.] & ſic claudicat iudicium. quod videtur reprobari à iure. l.
ſi cum dies. ſ. pe. ff. de arbi. ſed dic q̃ propter priuilegium perſo
næ vnius litigantium permittitur iſta claudicatio. vt l. Iulianus.
§. pen. ff. de actio. emp. ſed quando neutra a
pars eſſet priuilegiata, nõ permittitur. † In
glo. ibi. [ſecus in interlocutoria.] Intellige
ſanè ſecundũ Guli. Pe. & Cy. ſcilicet in in
terlocutoria de mittendo in poſſeſsionem:
nam illa bene poteſt fieri contra pupillum,
vel adultum ſine tutoris vel cura. authorita
te. quia fit contra abſentem: & tales haben
tur pro abſentibus. vt in l. ſi quis litigatorũ.
§. coram. ff. de arbi. ſed aliæ interlocutoriæ b
quæ feruntur contra abſentem, nõ poſſunt
ferri cõtra pupillum, vel adultum: ſi litigat
ſine tuto. vel cura. j. quomo. & quã. iudex.
l. ſi præſes. quod tene menti perpetuò. & ſic
dilationes datæ pupillo, vel adulto. ſine tuto. vel cura. non arctãt
j. de dila. l. ſiue pars. & l. ſi quando. & productio teſtiũ, vel inſtru
mentorum. Tene menti. quia eſt multum vtile: & declarat iſtam
materiam. Non ſunt alia.

¶ Pupillus ſine tuto. Adde quid ſi pupillus compromittit ſine authoritate tutoris & ſi fideiuſſorem præſtet an poſsit poni pœna à fideiuſſore ad quam pupillus aliâs nõ teneretur. vide per Specu. titu. de compẽ. iudi. §. j. verſ. ſed pone clericus.

¶ Monachus non habet legitimam perſonam. Adde doc. in c. cum I. & A. de ſentẽtia & re iud.

2 ☞ In cauſa poſſeſsionis ſeu poſſeſſorii ſi feratur ſententia contra minorem, cum ualeat ſine curatore: an poterit petere reſtitutionem in integrum.
3 Statutum ſi dicat quòd contractus factus à minore xxv. annis, maiore tamen xviij. ualeat, an poſsit peti reſtitutio?
4 Quid ſi ſtatutũ dicat quòd cõtractus geſti, uel acta geſta per maiorem xviij. an. ualeãt?
5 Caſus in quo agens poſſeſſorio retinendæ poteſt reconueniri petitorio: dummodo legitimè compareat, quando agens eſſet maior.
6 Seruus q̃ non poſsit intentare poſſeſſoriũ adipiſcendæ: & quid in minore ſine curatore?
7 An ſit differentia an quis agat interdicto unde ui, an condictione legis ſi quis in tantam. eodem titu. infrà unde ui?
8 Agens poſſeſſorio ſicut non poteſt ratione illius accumulare petitorium ſi agit ſine tutore uel curatore, ita teſtis inductus in cauſa poſſeſsionis, quòd non debeat interrogari de proprietate.
9 Si ageretur interdicto retinendæ, & uterque litigantium aſſereret ſe poſſeſſorem, & pariter de poſſeſsione probaret, q̃ tunc ille qui probat de proprietate præferatur.

LEX II.

MOmentaneæ. † In cauſa poſſeſsiõis ſeu poſ
ſeſſorij minor xxv. ann. habet
legitimam perſonam ſtandi in iudicio: etiam ſine cu
ratore ſi agit. hoc dicit. primò: ſed in cauſa proprieta
tis. ſeu in petitorio * non habet. hoc dicit. ſecundo. Si verò cõue
niatur, vel reconueniatur, nec in poſſeſſorio, nec in petitorio le
gitimam perſonam habet ſine curatore. hoc tertiò & vltimò di
cit iſta l. difficilis in tex. ad cuius declarationem tendunt omnes
glo. Et eſt ſingularis in primò & vltimò dicto. & in ſecundo. di
uide in tres partes. vt in ſummario. ſecunda ibi. [ſub colore.] ter
tia ibi. [nihil autem.] In prima agebat poſſeſſorio tantùm: & ad
uerſarius opponebat q̃ non tenebatur ſibi reſpondere: quia ve
niebat ad iudicium ſine tutore, vel curatore, & ſic non ſunt legi
timè. nam ſi ſententia feratur pro eo, eſſet nulla: ſed ſi feratur p
minore agente, eſſet valida. vt in l. non eo minus. ſ. de procu. in
tereſt ergo ſua cum eo non litigare. Contrarium determinat: ga
tale iudicium poſſeſſorium poteſt agẽdo moueri: & exerceri per
quancunq; perſonam. etiã ſi aliâs eſſet inhabilis. Ex † hoc ſequi 2
tur q̃ etiam ſi feratur ſententia contra ipſum minorem agẽtem,
& pro reo, erit valida. ſicut ſi interueniſſet authoritas tutoris, vel
cura. alâs reus deciperetur authoritate huius l. quod eſſe non de
bet. vt ſ. de his qui ve. æta. impe. l. j. in fi. Sed an poterit petere re
ſtitutionem in integrum? videtur q̃ non. eadem ratione per illã
l. j. & per glo. quæ eſt in l. exigendi. in vltima glo. ſ. de procu. be
ne facit in ratione ſui tex. cum glo. in l. j. ff. de appel. reci. contra
rium tamen determinat hic Bal. quia legitimatur perſona ſua. vt
perinde valeat proceſſus & ſententia, ac ſi interueniſſet tu. & cu.
authoritas. Sed ſi non interueniſſet, daretur nihilominus reſtitu
tio. vt ſ. ſi aduer. rem iudic. per totum. Sufficit ergo q̃ proceſſus
valeat mero iure: qui non valeret ſi non eſſet diſpenſatũ per hãc
l. Ad glo. quæ eſt in l. exigendi. Bal. non reſpondet. ſed dic q̃ lo
quitur quando legitimat̃ perſona alicuius minoris, vt agere poſ
ſit: vel interueniente pro alio: non quando pro ſe. vt hic. Et eodẽ
modo reſponde ad l. j. de appel. reci. Sed ad l. j. de his qui ve. æta.
reſponde, q̃ ibi minor ætas fingitur maior. quo caſu habetur pro
maiore xxv. an. ſicut in caſu quando minor iurat non venire cõ
tra contractum. nam iuramentum repreſentat eum maiorẽ xxv.
an. ideo denegatur reſtitutio. vt in aut. ſacra. puberũ * ſ. ſi aduer.
ven. * † Et ex hoc deciditur qõ notabilis. Si ſtatutũ dicat q̃ con
3

a ¶Quid autem.adde hoc & dic etiã vt per Spe.in ti.de pba.§.ñ.ver.xxij. & p Alex. in l.ñ.col.j.ff.de iurisdic.om.iud. & in l.j. ff.ſi cer.pet.a.& in l.ſi duo.§.idem Iulian⁹. ff.de iureiu. Frã.cur. tractus factus à minore xxv. an. maiore tñ xviij.valeat,an poſsit peti reſtitutio? Iac.de Bel.diſputauit hãc q.& Io. An.refert addi. Spe.de reſti.in inte.§.j.& inci.l.peruſina cauetur.breuiter dic ꝙ quicqd ipſe dicat. aut ſtatutũ dicit ꝙ maior xviij. an. in omnibus ſuis agẽdis habeatur pro maiore xxv. vt dicitur Florẽtiæ.& tũc duo operaẽ ſtatutum. primò ꝙ valeãt geſta per eum ſine curatore:quæ aliãs ipſo iure nõ valerent. Itẽ ꝙ nõ poſsit petere reſtitutionẽ in inte.per illã l.j. videl tñ ꝙ alienatio bonorũ immobiliũ non valeat per l.ij.eo. ti. Sed illa qñ per reſcriptũ minor ætas fingitur maior. Secus puto
4 quãdo per l.vel ſtatutũ.quia loquitur quãdo indiſtinctè.†Sed ſi dicat ſtatuũ ꝙ contractus geſti, vel acta geſta per maiorẽ xviij. an.valeant:& ſic nihil diſponũt circa ætatẽ,fingendo ipſum eſſe maiorẽ:ſufficit ꝙ ſtatutũ operet vnum.ſ.ꝙ valeãt mero iure,qui aliãs non valerẽt:ſed non tollit reſtitutio in integrũ per gl. mag. quę eſt j.ſi de nomẽ.poſ.l.j.Et ad prædicta vide omnino qd' no. Bal.in aut.ſi captiui.ſ.de epi.& cle. in ſecũdo dicto ſeu caſu minor agebat poſſeſſorio adipiſcẽdæ:& cũ ipſo cumulabat in eodẽ libello,vel etiã in alio durante iudicio poſſeſſorio,etiã petitoriũ: aſſerẽdo rem vel hæreditatẽ ad ſe pertinere,& petendo ita declarari,nõ interueniente authoritate tuto.vel cura. Aduerſarius excipiebat ꝙ non tenebatur ſibi reſpondere: niſi legitimè veniret ad iudiciũ cum authoritate illorum,ipſe replicabat ꝙ non tenebatur.quia cum ageret poſſeſſorio, habebat legitimam perſonã: & ſic ſub colore poſſeſſorij volebat agere petitorio, qd' erat maioris præiudicij:dicitur ꝙ non valebat.qa iſta eſt quædã obrepti tia petitio: maximè ſi iudiciũ poſſeſſoriũ eſt initiatũ ſine tutore vel curatore.Nã & idẽ cum eo,ſi poſtea ſine eo vellet agere petitorio.& iſte caſus colligit ex dictione maximè.& ſic ſunt duo caſus.& in prin.ponitur tertius.& in fi.quartus qui talis eſt. Pone ꝙ minor nõ agit poſſeſſorio:ſed cõuenitur ſine curatoris authoritate:ipſe non vult cõparere in iudicio.niſi habeat curatorẽ: aduerſarius vult quod procedatur etiam ſine illo. dicens ꝙ ipſe minor agẽdo cõtra ſe ſine curatore haberet legitimã perſonã,& ipſe nõ poſſet repellere eum.Idẽ debet eſſe econtrà vt minor nõ poſsit repellere agentẽ. Contrariũ reſpondetur. quia priuilegiũ poſſeſſorij vt legitimet perſonã minoris,nihil opitulatur quãdo minor conuenitur: quia tunc non ipſe, ſed curator potius debet conueniri.& hoc ſecundũ vnam lectu.quã tenet Bar. Vel dic ꝙ minor agebat poſſeſſorio retinẽdę,dicens ſe poſsidere,& ab aduerſario turbari,& declarari petebat ſe poſſeſſorem, & aduerſarium repelli à moleſtia ſeu conturbatione.Nunc aduerſarius cõuentus volebat ipſum reconuenire petitorio, dicendo ad ſe pertinere dominium:an poterit ſine curatore? videbatur ꝙ ſic propter naturam recõuentionis.per l.ſi.j.de ſen.quia cum agat ſine curatore,& habeat legitimam perſonam,non debet dedignari ſi reconuenſatur:etiam ſine curatore.Cõtrarium reſpõdetur.quoniam alterius naturę eſt cauſa petitorij,& alterius cauſa poſſeſſorij:cum vna ſit magis præiudicialis: quia grauamen illatũ in illa non poſſet reparari per iudiciũ poſſeſſoriũ.ſed ecõuerſo ſic.ideo dicitur poſſeſsio momentanea:quia præiudiciũ quod in illo poſſeſſorio ſit,parum durat:cum poſsit reparari per iudiciũ proprietatis.in quo ſententia lata præfertur ſentẽtiæ latæ in poſſeſſorio.
5 vt in c.cum eccleſia.& c.cum ſuper.de cau.poſ.& proprie.†Eſt ergo hic caſus ſecundùm iſtum intellectum.ꝙ agens poſſeſſorio retinendæ poteſt reconueniri petitorio,dummodo legitimè cõpareat:qñ agens eſſet maior.ſecundũ Ang. In tex.ibi.[actio].i. actus agendi.nam non ſemper poſſeſsio petitur per actio.ſed interdum per officium iudicis,interdum per indirecta. vt in glo.j.
6 † In tex.ibi.[per quancunq;.] ſubaudi etiã inhabilem.puta minorem ſine curatore.vel etiã ſeruum.vt j.ſi per vim vel alio modo.l.j.in hoc tamen differunt. quia minor quodlibet poſſeſſoriũ etiam adipiſcendæ poſſeſsionis poteſt intẽtare ſine curatore. vt j.ſubijcitur in ſequenti caſu.in verſic.[adipiſcendæ.] ſed ſeruus duntaxat poſſeſ.vel recuperandæ,vel retinendæ non autem adipiſcendæ.vt in d.l.j.ita intellige glo. hic quæ incipit.i.[quælibet perſona.]vt illa verba glo.[non ſic in adipiſcenda.] referanť ad ſeruũ:nõ autẽ ad minorẽ.Sed contrà ꝙ iſta verba generalia.[per quãcunq; perſonã.]recipiant reſtrictionẽ de habilitate.vt intelligat.[quãcunq; perſonã].ſ.habilẽ.vt in l.j.cum ibi no.ſ.ſac.ſan. ecclę.& l.vt gradatim.§.& ſi l.ff.de mu.& ho.Sed illud quando aliquid operatur lex.licet fiat dicta reſtrictio.nam ante illam.l.j. non erat licitum relinquere eccleſiąs.quia non erant collegia approbata.vnde ſatis eſt quòd per illam legem detur licentia relinquendi:dummodo relinquens ſit habilis ad hoc ſed hic nihil operaretur lex iſta ſi fieret iſta reſtrictio. quia regulariter quilibet eſt habilis ad agendum:ſi non reperitur expreſsè prohibitus ad quod vide per Iac.de are.& alios in l.j.§.j.de oper.noui nun. In tex.ibi.[alteri obeſſe nõ debet.]ſcilicet quominus poſsit agẽtem repellere,ſi vult litigare ſine tutore, vel curatore. Vltimò glo.ponunt hîc caſum in pupillo:ſed rectius ponitur in adulto. vt patet in fin.vbi facit mentionem de curatore.non tamen negatur quin habeat etiam locum in pupillo proximo pubertati. ſed ſi eſſet infans,vel proximus infantiæ, cùm videatur carere intellectu:etiam in poſſeſſorio non haberet legitimam perſonã ſtandi in iudicio agendo.argu.in l.ſi infanti.infra de iure delibe-
7 ran.& qd' nota.in l.j.§.ſufficit.ff.de adminiſtra.tuto. † In gl.j.ibi. [eſt ex vi conſtitutionis non interdicti.]No.quod per l.ſi quis in tantam.j.vnde vi.non corrigitur iſte titulus.& ideo eſt in electione actoris ſpoliati,an agat interdicto vnde vi.& tunc ſolam poſſeſsionem recuperabit.& hoc ſibi ſufficit.ſi ipſe erat prius dominus:vel agat condi.ex illa.l.ſi prius non erat dominus,ſed ipſe ſpolians.& tunc non ſolum recuperat poſſeſsionem: ſed acquirit dominium,quod ille ſpolians perdit.In fi.glo.ibi.[quia cito, debet expediri,et ſine mora.] Dic.ideſt ſine iudiciario ordine & ſic in eo non ſeruatur ordo iuris.Contrarium tenent doc. per tex.in inſti.de interdic.§.retinendæ. vbi lis conteſtatur.ergo & datur libellus.& ſententia lata eſt diffinitiua.vt infra de ſenten. l.poſt ſententiam & no.infra ſi de momen.poſ.l.j.in gloſ. & in l. quod fuſsit.ff.de re iudic.& per Inno.in c.cum venilłet.de inſtitu.Aliquando tamen in poſſeſſorio non requiritur libellus, nec lit.conteſtatio.vt quando non eſt legitimus contradictor.vt infra de edic.diui.adria.tol.l.fi.& l.momẽtaneæ.infra vnde vi. de hoc plenè per Bar.in l.naturaliter.§.nihil cõmune.in vltima.vel penultima.col.ff.de acquirẽda poſſeſsiõe.In glo.quæ incipit.[.i. quælibet perſona.]ibi.[ſi tñ pupillus ſuccũbens in poſſeſſorio.] dic gl.intelligit ſcd'm caſum huius l.qñ prius egit poſſeſſorio,& ſuccubuit:poſtea vult agere petitoriò ſine curatore. Cerè tunc nõ haberet dubiũ.nec illud verbũ.[ſub colore.]nec illud.[obreptitia petitio.]cõueniret huic caſui.ideo intellige vt dixi.qa volebat cumulare petitoriũ cũ poſſeſſorio in eodẽ libello:vel in diuerſis libellis.vnde videbatur ꝙ ratione adiũcti.ſ.poſſeſſorij haberet legitimã perſonã etiam in petitorio.ꝙ remouet iſta litera. In eadẽ gl.ibi[& ſimiliter &c.]dic iſta gl.ſentit ꝙ minor in poſſeſſorio non habeat legitimam perſonam pro alio:licet habeat ꝙ ſe.Contrarium tenent doctor.quia imo magis. per l.cũ mandato.ff.de minori & per l.quæſitum.ff.de in ius voc. †In vltima gl.
8 ibi[No.argumẽtũ.] Dic.ſ.ex iſto ver. [ſub colore aũt.] qa ſicut agẽs poſſeſſorio nõ põt rõne illius accumulare petitoriũ, ſi agat ſine tutore vel curatore:ita teſtis inductus in cauſa poſſeſsionis non debet interrogari de ꝓprietate.& ſi interrogatur vt rñdeat, nihil opitulať poſſeſsioni.vt in interdicto recuperãdę poſſeſsionis:ꝙ põt intentari ab eo qui non habebat dominium: ſed poſſeſsionẽ qua fuit ſpoliatus.Si enim inducit teſtem ad probãdũ poſſeſsionẽ ipſius,& teſtis pro eo deponit,& iudex interroget an ille eſſet dñs:& ipſe reſpondeat quod non:ſed erat ille qui ſpoliauit nõ debet attendi dictũ ſuũ,nec ferre ſententiã.etiam ſi eſſent plures qui hoc dicerent pro ipſo ſpoliato:cũ ſpoliatus añ omnia ſit reſtituẽdus.nec admittatur exceptio proprietatis.vt in l.ſi qs ad ſe fundũ.j.ad l.Iul.de vi.& l.ſi maritus.de do.ĩter vir.& vxo-
9 †Eſt ergo iſta interrogatio impertinẽs,ſed ſi iſta ꝓprietas opitularetur:vt quia ageret interdicto retinendæ poſſeſsionis,& vterq; litigantiũ aſſereret ſe poſſeſſorẽ:& pariter de poſſeſsione probarent.& tunc ille qui probat de proprietate, præfertur.vt in c.licet cãm.de proba.tũc ergo interrogatio non eſſet impertinẽs.& eſſet diſtinguendũ an iurauerit,dicere veritatem de poſſeſsione & tunc dicẽdo de proprietate,nõ ſtať dicto eius:qa dicit nõ iuratus.aut iurauit ſimpliciter ſup tota cã.& tunc bñ ſtabiť ad hoc
a ꝙ no.in l.ſi duo.§.Iul.ff.de iureiu.Quid aũt'ſi teſtis nõ interrogatus aliqd dicat extra articulũ?vt frequẽter cõtingit.vide Bar. in l.j.§.Diuus Anto.ff.de quæſtio.Et adde quod no.in l.ſi quis libertatem.de peti.hære.in glo.fin.& ibi per doctо.

Vt

Vt nemo inuitus agere uel accusare cogatur. Rubrica.

†Guli.de cu.vitramõtanus dicit vnũ bonum verbũ: q; si debitor principalis dedit plures fideiussores, deinde volens recedere trasdidit pecuniã debitã vni ex fideiussoribus: & creditor conuenit alium fideiussorẽ: si ille potest ostẽdere q; alius recepit pecuniam à debitore, potest agẽtem repellere: & petere q; primò ex cuius illum ad cuius manus pecunia peruenit. ar. ff. cõmo. l. vnde quæritur. sed si hoc non posset probare, posset creditor eligere quem vellet: maximè si renuntiassent beneficio diuisionis. Te ne menti & pluries allegaui istud dictum, & vide super isto tit. quod no. Inn. in c. lator. qui fi. sint legi.

1 *Vtrum quare possit petere examinari testes ad æternam rei memoriam? etiã si non sint senes, & valetudinarij, uel de proximo ab futuri, & non sic actor.*

Iudex quòd possit compellere filios uel hæredes ad accusandum occisores de morte patris, licet alius non possit ad hoc compelli.

Licet non possis me compellere ut agam contra te, potes tamen me compellere ut agam contra alium: & exigam, & tibi soluam.

Quando astringatur quis ad agendum pro alio?

Videns se absentare si dubitat ne postea contra eum absentem moueatur litigium, an possit compellere alium ad agendum?

LEX VNICA.

INuitus agere. † Per istam legẽ patet q; si dubitas ne moueã tibi litem, nõ potes facere mihi assignari terminũ intra quẽ nisi agam de cætero, agere nõ possumq; nec præcisè nec causatiuè cogor agere si nolo hoc verum nisi possis probare quòd vadam me iactando, vel diffamãdo q; sis debitor meus: vel quòd res quã possides, ad me pertineat. vt in l. diffamari. j. de inge. ma. de cuius intellectu per Inn. in c. cum quæritur. in gl. ij. de of. or. & per Cy. in l. in causis. j. de actu. & de adul. l. ob commissa. Et adde quod idẽ Inn. in c. causam. qui fi. sint leg. & de confir. vti. vel inuti. c. vlt. circa medium.

2 †Propter hoc ergo quod hic dicitur, prouisum est q; reus (in cuius arbitrio non est qñ agatur) possit petere examinari testes ad æternam rei memoriam: etiã si non sint senes, & valetudinarij, vel de proximo abfuturi nõ sic potest actor in cuius arbitrio est quando litem moueat: quia sibi potest imputari cur eam nõ mouit quod dic vt j. de testi. aut. si quis ab aliquo per Barto. & in c. quoniã frequenter. vt lit. non conte. Not. etiã verbũ [accusare.] non Gandi. in materia maleficiorum in prin. operis plenè dispu

3 tauit videtur tenere †q; iudex possit bene compellere filios, vel hæredes ad accusandũ occisores, de morte patris: licet alius non possit ad hoc compelli. †Adde q; licet nõ possis me compellere vt agam contra te: potes tamen me compellere vt agam contra alium & exigam, & tibi soluam & sic admittitur istẽ libellus ago vt agas. vt l. q; ff. ad l. rho. de iac. et l. cum in plures. §. messem. ff. locati. Lex etiam interdum astringit quem ad agendum pro alio. vt in casibus no. hic in glo. Fallit etiam quod hic dicitur quando ille qui vult compellere alium ad agendum esset forensis: & vel let recedere vt in casu quẽ ponit hic gl. in fi. secus in habente domicilium, licet velit se absentare: & dubitet ne ipso absente moueatur litigium: & obtineatur sententia contra eum quod interdum fieri potest ex forma statutorum, quando potest peruenire ad diffinitiuam etiam sine vera contest. vt est Florentiæ.

De ordine iudiciorum. Rubrica.

1 †Contra istam rubricã pro declaratione gl. opp. & loquitur in plurali [iudiciorum.] nam secundũ hoc l. j. huius tit. nõ conuenit rubricæ q; ibi nõ est nisi vnũ iudicium. & idem potest dici de l. ff. ij. Propter hoc gl. exponit [iudiciorũ.] j. de p̃stionibus iudicij quia potest esse vnũ iudicium: & tamen ibi sunt plures quæstiones, vna principalis altera incidẽs vel emergẽs. vnde dubitatur de ordine iplarum nã aliqñ incidens examinatur vna cum principali & simul cũ ea decidit saltem tacitè. vt in l. j. & aliqñ examinat prius quã principalis. vt si erat præiudicialis, vel maior. vt in l. ij. & iij j. de peti. hære. l. liber. j. de adul. l. quoniam Alexandrum. & insti. de act. §. præiudiciales. & differt iste tit. à titu. de ordi. cog. quia ibi quãdo vertitur q. status, seu libertatis, & seruitutis hic autem generalius loquitur lex autem fi. loquitur quã do sunt duo iudicia & sic rubrica stat propriè.

1 *Quæ dicatur quæstio principalis incidens & quæ emergens? & nu. 8.*

2 *Sententia lata super principali, an faciat præiudicium uel ius in incidenti? & nu. 7.*

4 *Causa nullitatis testamenti, & petitio hæreditatis ab intestato, quomodo possint simul cumulari? & nu. 5.*

5 *An eo ipso quòd quis dicit testamẽtum nullum, uel ruptum, censeatur petita hæreditas?*

Qui dicit testamentum inofficiosum, an uideatur hæreditatem adire? & quid si dicat nullum, uel ruptum?

6 *Causa status, seu filiationis, quando differatur in tempus pubertatis?*

7 *Pronuntiatione facta super principali causa, an censeatur facta super incidente?*

8 *Succumbens agendo in aliquo articulo, an possit postea illum deducere in alio iudici & per modum excipiendi?*

An sit uerum indistincte quòd super incidenti non sit pronuntiandum?

Quòd aliud sit pronuntiare expresse, & aliud repellere.

9 *Si non pronuntiatur super emergenti, an teneat processus ad ulteriora?*

¶ Potest cognoscere. An possit cognoscere de criminibus. vide gl. in c. si quis epẽ scopus. ij. q. vij.

LEX I.

1 ADite præsidem. † De incidenti q. cognoscitur simul cum principali, sed super ea non est necesse pronuntiare expresse: sed sufficit pronuntiare de principali tantum, cum per hoc videtur etiam super incidenti pronũtiatum. h. d. Et habet materiã notabilem & singularem. Primò consuluit quærẽtibus vsq; ibi. [neq; enim.] Secundò remouet dubium quod habebant vsq; ad fi. ibi. [quoniã.] Tertiò assignat rationẽ eius qd' dixerat casus est iste. Aduertatis rogo

2 vos quia multa bona veniunt dicẽda hic. †Et notandũ q; quæstio principalis dicitur illa q̃ mouetur per modũ agendi siue intentetur actio, siue officium iudicis nobile, siue interdictũ. Et de quacunq; re agatur: siue de proprietate, siue de possessione. sed q. incidens dicitur illa quæ mouetur per viã exceptionis, vel replica. seu triplicationis & concernit negotiũ principale: ita q; de cisa principali quæstione, in consequentiã censeat̃ etiã incidens decisa tacitè. vt j. l. proxi. in fi. ideo nõ est necesse q; decidatur expresse. vt in fi. huius legis. Sed quæstio emergens est etiã illa quę mouetur per modũ excipiendi, vel replicandi non tñ tangit negotiũ principale: sed concernit processum, vel personas intervenientes in iudicio. vt si opponat̃ defectus iurisditionis, vel inhabilitas actoris ad agendũ, vel procuratoris, vel q; libellus sit ineptus & talis q. si nõ decidit̃ expresse p̃ decisionẽ negotij principalis, non censetur tacitè decisa: cũ nihil habeat cõmune cũ illa & ideo requirit̃ expressa decisio & pronuntiatio. vt in gl. ma. fi. qd' tamen dic. vt j. dicam. In text. ibi. [præsidem.] & dic istud verbũ põt stare propriè pro præside, & tunc quod j. subijcitur. [& si super status causa cognoscere non possit &c.] debet intelligi nõ ex defectu suæ iurisd. qa cũ habeat merũ & mixtũ imperium, põt cognoscere* etiã de causis maximæ iurisditiõis vt est causa status. vt est casus in l. ij. in fi. §. de peda. iudi. sed non posset cognoscere. s. si pupillus conueniretur propter conditionem personæ suæ: propter quam q. status debet differri in tempus pubertatis. vt in j. gl. verũ quia non cõuenitur, sed agit & si expedit pupillo q; cognoscat̃, bene põt hoc casu cognoscere. vt hic in versi. [neque enim.] & in ver. [pertinet enim.] qui videntur cõtrariã illi ver. [& si super status causa.] sed patet quòd non contrariantur quia in diuersis casibus loquunt̃ potest etiã stare impropriè pro quolibet magistratu municipali: qui dicitur præses in loco vbi exercet officiũ. Ideo quotidie vdemus rectores huius ciuitatis vocari præsides & tunc quod infrà subijcitur q; de causa status cognoscere nõ potest debet intelligi. s. ex defectu iurisditionis, quãdo agitaret̃ principaliter per modum agendi quia cũ sit de maxima iurisdi. nõ cõpetit minoribus magistratibus, non habentibus merũ & mixtũ imperiũ vt sunt magistratus municipales de iure communi sed quãdo non mouet̃ principaliter, sed incidenter: bene potest cognoscere vt est in casu isto. & §. de iud. l. quoties. Ratio diuersitatis est: quia in primo casu cognoscit vt pronuntiet, & diffiniat expresse. vt in l. de qua re in prin. ff. de iudi. Sed in secũdo casu nõ cognoscit vt pnũtiet expresse qa nec est necessariũ: cũ sufficiat pnuntiare de principali, vt in fi. huius legis licet tacitè p̃ hoc cẽseatur pronũciatũ super incidẽti. s. quatenus expedit necessariò p̃ decisione principalis nõ vltra & sic eius pnũtiatio nõ facit p̃iudiciũ super incidenti, mouẽdo in alio iudicio, etiã inter easdẽ psonas p̃ modũ agẽdi, & sic isto casu nõ

3 habebit locũ distinctio quã facit hic Bar. † An sñia lata supprincipali, faciat p̃iudiciũ in incidẽti, in quo tacita etiã latavr̃, si etiã postea in alio iudicio deducat̃ prĩcipaliter sed solũ sua distinctio locũ habet qñ iudex q; pnũtiauit sup̃ principali, potuisset de in-

eidenti cognoscere.& pronuntiare etiam principaliter.Et no.qa Bar.hoc nō cōsiderauit nec perpendit.& tñ est necessariū ad de liberationem suæ distinctionis.vt infra dicā.& est subtile:& per alios non tāgitur.In tex.ibi.[agnatione filij.]Gl.exponit.i.natiuitate.quæ rūpit testamentum,Sed tex.magis propriè loquitur. nam quilibet nascitur:sed non quilibet agnascitur:sed ille tantū qui nasceretur viuente patre,nasceretur in potestate illius:& sic esset suus hæres:& ille tātum rumpit testamentum paternum,in quo reperitur præteritus.de hoc loquitur tex.in l.ij.§.si quis ex liberis.ff.ad tertul.Non sufficeret ergo ꝙ iste filius natus esset,si non agnasceretur.puta si non erat natus ex legitima vxore: sed ex cōcubina.quia esset naturalis:non legitimus.& hoc fortè dice-
4 bat aduersarius hæres institutus in testamento.†Et no.hic iūcto tex.cir.fi.ibi.[quid de hæreditate cognoscit &c.]Quod ista duo iudicia possunt simul cumulari.s.nullitatis testamenti & perit.hæred.ab intesta.& primum petitur declarari officio iudicis nobili.iuxta no.per Bal.in l.quæ sub conditione §.fi.ff. de cōdi. instī.Secundū verò petitur iure actionis.i.peti.hæred.Item primum est præparatorium secūdi.sicut etiam querela quæ potest intentari simul cum peti.hæredi. conditionaliter tamen. vt post quā fuerit testamentum declaratū nullum,vel inofficiosum, ꝓnuntiet hæreditatē ab inte.pertinere ad agentem. vt in gl.in l. q de inofficioso.in fi.glo.mag.ff.de inof.test.Vel potest dici ꝙ qñ in eodē cumulātur libello:semper secundum censetur condio-
5 naliter positum.vt dixi.in l.j.ś.de iudi.† An autem eoipso quòd quis dicit testamentū nullū,vel ruptum,censeatur petita hæredi tas?Bar.remittit ad no.in l.suus infra de repudi.hære. Breuiter hic dic ꝙ non.Sed quæritur an ille qui dicit ista in iudicio. & petit declarari se hæredē,videatur hæreditatē adire? & dicēdū est ꝙ sic.quia nihil impedit eum adire,si testamētū est nullum: non sic in eo qui dicit inofficiosum.quia posito ꝙ sic sit,quousq; pronuntiatum est,& rescisum testamētum,non defertur hæreditas ab intest.de hoc in l.quidam propinquus.ff.de bo.pos.tit.generali.Tamen Barto.in l.filio prætorito.in v.vel.vj.col.& circa fi. secundæ partis.l.ff.de iniusto testa.videtur intelligere illum text.
* aliter.s.quod isti tutores non petebant principaliter testamētum declarari nullum vel ruptum.sed agebant peti.hæred.vt ibi.[de hæreditate cognoscit &c.] de nullitate vel ruptura testamenti non habebant necesse facere mentionem in libello.sed si per aduersarium excipiatur de testamento,habebunt replicare de nullitate,vel ruptura.& sic venit incidenter in iudicio. vtraque tñ practica est bona:videlicet ꝙ nullitas & hēditas deducātur in libello,& tunc venit nullitas principaliter.vel quòd sola hæreditas. & tunc veniet incidenter. vt ipse idem not in dicta.l. quæ sub conditione.§.fi.vbi omnia vide.vt vtroque istorum modorum necesse habeant isti tutores ostendere pupill.eorum esse filium testatoris legitimum, & naturalem. & hoc probato, per prius aduersarius habebit necesse probare cōtrarim.& hoc vult gloss.super verbo[quæstionem.]quæ incipit.[s.de statu.] & sic q.status dupliciter veniet in iudicium incium incidenter.s.affirmatiuè ex parte agentium.& negatiuè ex parte conuenti secundùm Bald. In prima glo.mag.quæ format tria vel quatuor contraria contra text.qui vult quòd hic præies cognoscat de causa status ipsius pupilli,cum videatur debere differri in tempus pu-
6 bertatis.† recolligendo omnia distingue. Aut enim mouetur pupillo causa status non sui,sed defuncti.& illa non differtur: siue agat,siue conueniatur.vt in l.liber.infra de peti hæredi. quæ generaliter loquitur.sic & etiam in pupillo potest habere locum. quia illud propter quod differtur causa status,fuit introductum fauore pupil.quando agitur de statu ipsius pupilli: tunc autem distingue.Aut pupillus conuenitur, & sic patitur quæstionem status,& bonorum.tunc vt cesset conuentio & molestia, differtur causa status & bonorum in tempus pubertatis.nisi expediat pupillo quòd non differatur.quia fortè habet testes, de quorum morte vel absentia dubitatur.vt in l.iij.§.duæ autem sunt causæ. ff.ad carbo.Si verò agat,tunc aut petitorio, aut possessorio, petendo se mitti in tenutam bonorum defuncti, tanquam patris sui:vt inde alatur Primo casu aut agit peti. hæredi. contra illum qui contendit se esse hæredem vniuersitatis.& tunc quæsti. status non differtur: sed plenè cognoscitur, quia de pleno agitur præiudicio.ita debet intelligi ista lex.Nam ex quo agit,expedit sibi quod cognoscatur,quia non posset aliter obtinere sentētiā.

Aut agitur contra singulares possessores bonorum,qui non contendunt se esse hæredes, vel contra debitores hæreditarios qui nolunt soluere: negantes illum esse filium, & hæredem. tunc si ipse missus erat in possessionem bonorum ex carboniano, & satisdederāt de conseruatione bonorum, non habet necesse plenariè docere de filiatione. quia per prædicta videtur constitutus curator bonis hereditarijs.& sicut alius curator posset agere nomine hæreditatis, absque alia probatione filiationis. ita & ipse met.ita loquitur vltimum contrarium.glo.de l.penul. ff. de carbo.edic.Si autem agit possessorio.i.petit se mitti in possessionem ex carboniano edicto:& apponatur quod non sit filius testatoris, non habet necesse probare plenariè: sed sufficit summatim probari:& per coniecturas, vel similitudines fauore alimentorum. quia sanctius est quod alatur:licet non sit filius, quàm qꝫ fame moriatur,si esset filius & sic differetur. q. status quantum ad plenariam cognitionem.licet agat:non quantum ad summarium.& ita intellige glo.in versi.[sed expone.]vsque ad fin.Or-
7 sufficiant pro isto articulo.†In gloss.mag.fi.circa princi. est notandum quòd duo sunt articuli examinandi pro declaratione glo.primus est.quod iste text.in fi.dicit quod non expedit pronuntiare super incidenti.sed sufficit pronuntiare super principali causa,vtrum pronuntiatione facta super principali, censeatur tacitè facta super incidenti.videtur primo qd sic per. l.iij. eo.ti. in seq.vbi dicit quod vtraque q.censetur terminata. s. principalis expresè,& incidens tacitè. in contrarium l.si quis à liberis. §.si vel parens.ff.de libe.agno.& l.pen.de his qui sunt sui vel alt. iur.vbi si quis petit alimenta à patre tanquam filius, & pater dicit non esse filium, si pronuntietur pro petente:non propterea censetur pronunciatus filius: quominus pater in alio iudicio possit dicere eum non filium,& hoc probare. glo.hic distinguit quantum ad casum huius legis.quod aut fertur sententia in petitione hæreditatis pro puero, & censetur pronuntiatus filius. quia non potuisset talis sententia ferri pro eo de iure,si non esset filius.& sic in necessariam consequentiam venit.quia iudex qui vnum dixit,censetur etiam aliud dixisse, sine quo illud dicere non potuisset argu.in l.illud.ff.de acqui. hæredi. Et est verum. Aut sententia fuerat lata contra puerum,& aduersarius absolutus:& tunc non propterea censetur pronunciatum super incidēti,quòd iste agens non sit filius. Nam potest intelligi duobus modis.primò quod hoc sit fauore status.quia in primo casu sententia est pro statu.in secundo esset contra statum.vel sit ex eo quod in primo casu sententia super principali non potest stare sine incidenti,sed in secundo secus.Nam si reus absoluitur. potest videri absolutus ex eo quòd pupillus vel tutores non probauerunt filiātionem,quod necesse habebant facere, postquam agebant:absque eo quod aduersarius probasset ipsum non esse filium.vt hic,in gloss.super verbo[quæstionem.] in princip.& vterque intellectus est bonus.Et hoc est vtile. quia si aduersarius censetur in dubio absolutus ex eo quod actor non probauit filiationem,non ex eo quod reus non probauerit ipsum non esse filium,si pos.bon.peruenit ad puerum,& ille ageret tanquam hæres institutus,posset filius nunc se defendendo probare se filium:licet in alio iudicio cum agebat non probauerit: quia non venit contra sententiam.& excludet agentem. Non sic si videretur absolutus ex eo quòd esset probatum illum non esse filium vt hic habetur in tex.& gl.in l.Iulianus.ff.de condi. inde. nisi ex processu appareat cotrarium.puta quia possessor probasset plenè illum non esse filium:quia cū sententia referatur ad acta.l.in prętor.§.j.ff.de re iud.censeretur lata ex causa de qua constat in processu.vt etiam no.in l.hę enim causę.ff.de suspe.tu. l. si quis rem à non domino.ff.de exce.rei iud.& idem intelligas generaliter extra casum huius legis, qñ reus est simpliciter absolutus quia alio non apparente,cēsetur absolurus potius quia actor nō probauit intentionē suā,quā ꝙ reus ꝓbauerit suā exce.vt notat d.l.Iulia.Secūdus est articulus eo casu quo cēsetur tacitè ꝓnūtiātū super incidēti,an talis tacita renūtiatio faciat ius super ipso incidēti,intātū ꝙ ille nō possit in alio iudicio principaliter deduci ꝑ modū agēdi.sed ob.exce.rei iud.sup hoc dic plenius quā Bar. ꝙ aut est tale incidēs ꝙ nō pōt deduci nisi ꝑ modū excipiēdi.vt exceptio per prescri.& similes perēptorię.& tūc facit plenū prę iudiciū.ita no.Cy.in l.perēptorias.j.sen.rescin.non pol.Aut erat tale incidēs ꝙ poterat deduci,etiā ꝑ modū agēd.et fuit deducta solùm

sōlī per modū excipiēdi,& succubuit deducens postea vult de
ducere p modū agēdi cōtra eundē qa si cōtra aliū, nō est dubiū
q̄ posset. vt in ti. q̄ res iud. non noc. & tūc aut iudiciū in quo fuit
prius deductum, fuit summariū & non prohibet deduci in alio
iudicio plenario ita loquunt leges allegatæ in gl. de lib. agno. l. si
quis à liberis. §. si vel parēs. ff. de lib. agno. & l. pe. de his q̄ sunt
sui vel alie. iur. Aut fuit plenarium iudicium et tunc aut incidēs
concernit causam status, & dicit aut lata fuit sententia in fauo-
rem status, & præiudicat in alio iudicio aut cōtra statutū, & non
præiudicat. vt in j. gl. secundū vnum intellectū. Si verò non con
cernit causam status & tunc aut proponitur in alio iudicio per
modum agendi ad eundē finē, & tunc lata sententia super prin-
cipali non præiudicat in illo incidenti: nisi expressè illud inci-
dens fuisset reprobatum, tanquam nō verū & sic sufficit tacita
reprobatio & iste est casus in l. quod in diem. §. si rationem. ff. de
cōpen. & l. finaūt. ff. de neg. gest. Si verò proponatur ad aliū finē
etiam cū eodē tunc non præiudicaret snīa prius lata: etiā si fuis-
set incidens expressè reprobatū. vt in l. vendicantē. cū l. seq. ff. de
exic. Et prædicta qñ excipiens succubuit, seu ille qui mouit in-
cidens si aūt obtinuit tunc snīa lata super principali facit præiu
dicīū in incidenti vt si de incidenti nulla sit facta mētio. vt l. qui
Romæ. §. duos fratres. de ver. ob. & ibi tangit per Bart. in iij. col.
& in distinctione magna. Et prædicta qñ iudex habebat iurisdi
ctionē cognoscendi & pronuntiādi super illo incidēti etiā si fuis-
set principaliter in iudiciū deductū. Si aūt non habebat vt infe-
rior à præside de causa status, q̄ non potest cognoscere de statu
incidenter. vt l. quoties š. de iud. tunc dico distinctionem prædi-
ctam non vendicare sibi locū imò sententia lata super principa-
li non faceret præiudiciū in incidenti postea mouendo principa
liter in alio iudicio qa si non pōt pronunciare expressè, nec tacī
tè pronuntiatū debet ius facere: ne plus operetur tacita quā ex-
pressa. arg. ff. loca. l. q̄ ad certū & dixi in prin. huius legis. qa suffi
ciant tibi de istis duobus articulis. Prædicta vera nisi qñ ille qui
succubuit, excipiēdo iterū deduceret in iudiciū per modū agen
di ad aliū finem quā impugnandi snīam. Nam illā impugnare
nō posset quia quo ad vxorē eius potuit articulū decidere inci-
dentē, licet etiā principaliter ad quod facit quod no. j. de fi. in
fra. & in fi. vltimæ glo. †Sed quæro quid econuerso si aliquis
agendo succubuit in aliquo articulo, si postea vult illum dedu-
cere in alio iudicio per modū excipiendi, an possit? dicit Inno. q̄
non indistinctè in c. fi. de ordi. cogni. qa plus est succūbere agen
do quā excipiendo Tene menti. Restant alij duo articuli quorū
vnus ponitur per glo. in vlt. q. An sit verum indistinctè q̄ super
incidenti non sit pronūtiandū licet hoc dicatur hic tamē in mul
tis legibus habetur cōtrarīū q̄ allegant in gl. simpliciter gl. distin
guit inter incidentē & emergentē. Nam ille dicit articulus inci-
dēs qui tangit negotiū principale, & cadit in nomē exceptionis
peremptoriæ: sed ille dicitur emergēs qui concernit processum
vel personas existentes in iudicio & cadit in nomine dilatoriæ
exceptionis, quia posito quod sit vera non perimit intentionem
agentis sed differt à primo & dicit seruandū esse q̄d hic dicitur.
Intellige vt necessariò non sit pronuntiandum: cū sufficiat pro-
nuntiare super principali. Et tacitè censetur pronuntiatū super
incidenti, sine quo principale stare non pōt. vt j. e. l. fi. in fi. Limi-
ta quādo articulus incidens examinaretur per eundem iudicem
qui cognoscit de principali. Si verò per aliū, vt cū articulus ipi
us incidit coram iudice seculari, & reuertitur ad curiam ec
clesiasticā, vt iudex ecclesiasticus p̄nuntiet super eo. aliàs iudex
secularis nesciret quā sententiā deberet ferre ita not. in c. tuā. de
ordi. cogni. & per Mod. in cle. fi. de appel. Et nisi articulus inci-
dens moueretur, non solum excipiendo: sed quodammodo re-
conueniendo. vt in l. ij. §. si publico. ff. de adul. posito tñ q̄ nō te-
neatur p̄nuntiare, si de facto p̄nūtiat, valet pronuntiatio: & est
snīa interlocutoria. vt in l. viro atq; vxore. ff. sol. mat. & in l. intra
vtile. ff. de mino. Nisi fortè per hoc decideret totum negotium
principale tunc enim potest dici q̄ nō valet quia principale ne-
gotiū debet decidi per snīam diffinitiuā, non per interlocutoriā.
vt j. commi. vel epist. l. fin. ideo tunc faceret contra p̄ceptum
legis q̄ mandat vt iudex cū suo motu non properet vsq; ad diffi
nitiuā sententiā. vt j. de fal. l. vbi. & ff. de offi. præsi. l. obseruandū.
& hoc videtur sentire Bal. quod est notandū vt placet. Quando
autem non decidit totū negotiū principale, valet interlocutoria:
& de iure ciuili nō pōt appellari: qa grauamen quod infertur ex ea, reparat p̄ appella
tionem à diffinitiua: sed de iure canonico
potest appellari. Et ideo videbat q̄ si non
appellet, transeat in rem iudicatā: & nō pos
sit postea reparari in appellatione à diffini-
tiua tñ contrariū est determinatū hodie per
c. fi. de appel. lib. vj. per quod tollit istud du
biū & est singularis determinatio si tñ ap-
pellet, & succumberet in duplici appella-
tione, non posset reparari in causa appella-
tionis à diffinitiua. Et est casus in cle. fi. de
appel. Tene menti. Et q̄d dixi quādo pro-
nūtiatur expressè, idē si tacitè: qa iudex re-
pellet exceptionē: & nollet eam admittere, nec examinare. vt pa
tet in d. cle. fi. quæ incipit à repulsione &c. Nam aliud est pronū
tiare expressè: aliud repellere pōt autē iudex hoc licitè facere,
qñ cōprehendit malitiosè proponi secundū Inno. Et tunc si ap-
pelletur, ad iustificandā appellationem non sufficit q̄ obtulerit
se paratū probare incontinenti iuxta not. in c. interposita. de ap-
pel. sed debet probari veritas exceptionis. Sed si non malitiosè
proposuisset, tunc sufficeret illud quod dixi in d. c. interposita. &
ita not. in d. cle. fi. vtile est ergo vt iudex cū repellit hoc expressè
dicat: & faciat in actis constare. Super emergenti verò glo. tenet
q̄ sit pronuntiandū: qa sententia lata in principali non censetur
articulus incidens terminatus: cū non tangat negotiū principa-
le. vt in l. à p̄cedēte. j. de dila. † Sed alius articulus & vltimus est
si non p̄nuntiat sup̄ emergēti an teneat p̄cessus ad vlteriora. Ista
gl. sentit q̄ nō qa dicit q̄ nō pōt ad vlteriora p̄cedi. Bar. tangit in
d. l. à p̄cedēte & aliter videt terminare multi maximi viri super
hoc dubitauerunt. Mihi videt dicendū q̄ si tangit iurisdi. iudi-
cis q̄ op. q̄ est iudex incōpetens necesse sit pronuntiare intantū
q̄ si procedat ad vlteriora, nō pronuntiādo q̄ sit iudex cōpetēs,
nō valeat processus. qa tunc nō est certus de sua potestate & sic
posito q̄ causam habeat, non pōt eam exercere. arg. in l. quæro.
ff. de eo q̄ pro tuto. & l. properandum. §. & si quidē de iudi. š. per
no. per Bar. ibi. & in l. multū. de condi. & demō. Ideo tex. dicit q̄
cum dubitatur de iurisditione, pertinet ad iudicem corā quo agi
tur super hoc pronuntiare. vt in l. si quis ex aliena. ff. de iudi. &
in l. ij. §. sed et si dubitetur. & videtur hoc expressè determinare.
Inn. in c. præterea. de dila. secundum quosdam. Sed do. Ange. in
l. ij. ff. si quis in ius voc. nō ierit. dicit q̄ allegātes Inn. in loco præ
dicto non intelligunt ipsum: quia ipse loquitur quando iudex
procedit contra absentem & tunc bene debet pronuntiare ante-
quam procedat, si fuerit opposita exceptio incompetentiæ: sed
quando contra præsentem, non expedit quòd pronūtiet expres
sè si de illa exceptione cognouit, & examinauit, imò proceden-
do ad vlteriora censet tacitè pronūtiare mihi plus placet quod
suprà dixi. Dictū verò suum dico procedere in alijs excep. emer
gentibus non tangentibus iurisditionem, vt contra libellum de
ineptitudine, vel contra personam actoris q̄ non sit habilis isto
casu si examinauit exceptionem, & postea ea non obstante ad
vlteriora procedit, censetur pronuntiasse, & ipsam repulisse, ca-
sus est not. in c. ex parte. M. extrà de appel. Sed si contempsisset
exceptionem, & ipsam noluisset admittere, vel examinare: cum
hoc facit in contumelia. l. processus sit nullus sicut in simili not.
per Ioan. and. in nouel. in c. inter monasterium. de re iudi. & op.
excep. rei iudi. & sic iudex ipsa contempta procedit ad vlterio-
ra: & dat sententiam contrariam primę, nam tunc dicit quòd ha
bet locum. l. j. j. quando prouo. non est necesse. quòd sententia con
tra sententiam lata non valet quia contempsit l. nolendo exce-
ptionem admittere, & ad vlteriora procedendo: sed si non pro-
cedit, sed pronuntiat esse procedendum, potest à tali pronuntia-
tione appellari & tunc habet locum quod dicitur in c. interposi-
ta: de appel. quòd si obtulit se incontinenti probaturum, hoc so-
lum sufficit ad iustificationem app. aliàs requiritur quòd probe-
tur veritas exceptionis, & vide hic vnam addi. quę est infrà post
rubricam de lit. conte. ante. l. j.

¶ Sententia lata sup̄ principali. Adde Bart. & Bal. in l. si iudex. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Bar. in l. qui Romæ. in §. duo fratres. ff. de ver. obl. Bart. in l. finaūt. in §. fi. ff. de neg. gest. Ant. de but. in c. aduersario. de exce. Idē Ant. de bu. c. cum ecclesia. de cau. poss. & propric. Io. cal. in repe. c. intellexim̄us. in v. q. de ordine cognitionum.

1 ☞ *Aliud est compellere aliquem ad agendum contra se (quod non potest fieri nisi duobus casibus) & aliud est agere ad declarationem iuris sui, & facere citari volentem contradicere, & hoc potest indistinctè fieri.*

a ¶Tempus instãtię. An tempus instantiæ currat iacente hę reditate. vide per Barto. in l. fina. C. si pendente. appellati. mors interuenerit.

LEX. II.

1 SI quæstio. †Si.q.status incidit in iudicio diuisorio, prius de statu cognoscitur quàm feratur sententia diffinitiua. h.d. Et istud additur ad l.præcedẽ tẽ. vbi dicitur ꝙ de incidẽti cognoscit̃, & examinatur, sed non expedit super ea pronuntiare. Ista l. declarat ꝙ ista cognitio & examinatio fieri debet anteq̃ feratur diffinitiua sententia: cognoscitur tñ simul cum negotio principali. ni si esset. q. prę̃iudicialis: vt infra de adul. l. qm̃ Alexãdrum. & tũc non dicitur incidens. sed potius emergens: vt patet ex illa lege. In tex. ibi. [prius.] hoc potest intelligi duobus modis. Primo (vt dixi) si iste iam dedit libellũ super iudicio diuisorio, & tunc quęritur de statu anteq̃ ad sententiam diffinitiuam perueniatur, & non pronuntiatur, quia sufficit pronuntiare super diuisione. Itẽ potest intelligi ꝙ adhuc libellum super diuisione nõ dedit: quia fortè intellexit ꝙ illi volunt sibi obijcere quę̃stionẽ status: videlicet ꝙ ipse non sit patruelis, nec in eodẽ gradu cum eis: & tunc potest agere ad declarationẽ sui iuris, & petere hoc declarari, & offerre se hoc probaturũ, & tũc prius cognoscet̃ & ꝓnũtiabitur
2 quã det̃ libellus sup̃ diuisione. †Nec obst. ti. præcedẽs. Nã aliud est cõpellere aliquẽ ad agẽdũ cõtra se, & hoc non potest nisi in duobus casibus, vt ibi dixi. aliud est agere ad declarationem iuris sui, & facere citari volentem cõtradicere, & tunc indistinctè hoc fieri potest etiam per illum qui est in possessione sui iuris, iuxta no. in l. si duo patroni, in prin. ff. de iureiu. & l. si contendat de fideiuss. & l. Aurelius. §. centum. de lib. leg. tũc eñ nõ cõpellit aduersarium dare libellum. sed requirit eum vt contradicat. si putauerit sua interesse. Et si hoc non facit, sententia declaratoria illi prę̃iudicabit, iuxta ea quæ no. ꝑ Cy. ś. de aduo. diuer. iu. l. iij.

2 ☞ *Si petitur debitum ex instrumento, & allegatur falsitas instrumenti: quæ sit forma sententiæ contra reum?*

LEX. III.

1 CVm ciuili. †Si.q.ciuilis vel criminalis incidẽter mouet̃, debet vnà cũ principali terminari. h.d. Quasi dicat nõ debet incidẽs terminari de per se: vt in l. j. sed terminatur vnà cũ principali tacitè. & hoc addit ad l. j. vbi dicitur ꝙ sufficit terminare principalẽ: non tñ dicit ꝙ illã terminando cẽseatur terminasse incidentem: sed iustud bene dicitur, hoc intellige tacitè. & secundũ ea quæ dixi in l. j. In tex. ibi. [põt iudex dirimere.] subaudi & debet. nõ
2 autẽ per se terminare. q. incidentem. †In tex. ibi. [sua sententia.] Dic hoc potest intelligi vt dixi etiam quòd Iudex in sua diffinitiua expressè terminet causam principalem & incidentem: vt si petebatur debitum ex instrumento, & allegabatur falsitas instrumenti: potest condemnare reum. & declarare instrumentum nõ esse falsum, vel adijcere per modum causæ vel rationis hoc modo. quia reperimus tale iustrumentum non esse falsum. idcirco reum condemnamus. & gl. laborat in ponendo exempla &c.

2 ☞ *Si quæstio criminis non exsorbet ciuilem, poterit expediri ciuilis antequã criminalis.*
3 *Terminata causa possessionis per unum iudicem, an possit causa proprietatis moueri coram alio iudice?*
4 *Mota quæstione ciuili si accusetur mouent de falso, & sic non possit interim procedi in causa ciuili, an currat tempus instantiæ, & an sentẽtia lata in criminali mora per uiã accusationis ad pœnam criminalem faciat præiudicium in ciuili?*

LEX. IIII.

1 QVoniam. †Si.q. criminalis & quæstio ciuilis principaliter hincinde mouentur, antequam procedatur super ciuili, debet expediri & determinari. q. criminalis: tanquàm maior. h.d. cõcordat l. qui prior. ff. de iudi. Et in hoc differt à præcedentibus legibus. in quibus vna. q. mouebat̃ principaliter, & altera incidẽter. quo casu non terminatur incidens sine principali. hîc verò mouebatur quælibet earum æquè principaliter: & tunc vna terminatur sine altera. s. illa quæ maior est: qua terminata descenditur ad ci-
2 uilem. †Quidam intelligunt istam l. quando. q. criminis absorbet quæstionem ciuilem. puta agis contra me ex instrumento. Ego te accuso criminaliter de falso, & si apparebit falsum. q. ciuilis per te mota absorbetur, & sic. q. criminis est prę̃iudicialis. ideo quod præcedat. licet si eam non mouerem accusando, sed excipiendo, deberet terminari vnà cum q. ciui. vt in l. præceden ti. Si verò. q. criminis non absorberet ciuilem. & si agis cõtra me ad pecuniam. Ego te accuso de homicidio, nõ habet locum ista l. quia posito ꝙ esses homicidia: quia quousq̃ sis condemnatus, & bona tua sint publicata, non perdis administrationem bonorum tuorum: & sic potes agere contra me: vt l. reo criminis. ff. de fol. Non ergo subesset aliqua iusta ratio: vel causa. quare deberet supersederi ĩ tua. q. ciuili quousq̃ esset terminata causa criminalis, postq̃ est habilis ad agendum: ista opi. placuit Iac. butri. & Bal. & mihi placet: sed gl. & alij Doc. videntur intelligere istam l. etiam dicto casu quo in d. l. qui prior. propter maioritatis rationem. Et isto casu tenendo istam opi. prohibetur cumulatio quę̃stionis ciui. & crimina. & est vna de regulis prohibitiuis secũdũ Bal. in l. edita. ś. de eden. & vide Inn. in c. j. de mu. peti. pro intelec. huius. l. tenẽdo primũ intellectum, nõ semper finita crimina li potest peruenire ad ciuilem. Sed ita demum si est finita fauore
3 mouentis ciuilẽ secundũ gl. † Et hoc no. pro eo ꝙ dixi cõtra gl. in l. nulli. ś. de iudi. quæ vult ꝙ terminata causa possessionis per vnum iudicem, nõ possit causa proprietatis moueri corã alio iudice: sed corã eo. cert̃ nõ est verũ. quia postq̃ est terminata, habet obstare sequenti. sicut hîc. secundũ istum intellectũ. In text. ibi. [vt pote maius.] in hoc videtur gl. se fundasse, & etiã in alio ꝙ infra subijcitur. [quocunq; modo cessauérit.] vt ista l. habeat locum etiam quando. q. criminis non absorbet ciuilem: quia sufficit ꝙ sit maior, & quia si absorberet, non esset verum ꝙ quocũque modo fuisset terminata, possit super ciuili procedi: quia si esset terminata contra mouentem ciuilẽ, procedi non posset. ideo
4 tenetur opi. gl. cõmuniter. licet alia sit magis rationabilis. † Sed circa istam l. posset dubitari de quæstione iam disputata per Ricar. mal. si mota. q. ciuili accusetur mouens de falso: & sic nõ posit interim procedi in causa ciuili, an currat tempus instantiæ. & an sententia lata in criminali mota per viam accusa. ad pœnam criminalem faciat præiudicium in ciui. ꝙ frequenter contingit si mota. q. ciui. & productis testibus vel instrumentis acceletur producens: vel ipsi testes de falso ad pœnam criminalem: vide omnino per Cyn. infra qui accusa. non poss. l. j. circa fin. seu in vltim. quæst. & est quæstio notabilis.

De litis contestatione. Rubrica

2 ☞ *Quæ dicatur litis contestatio, & quæ stipulatio?*
3 *In contestatione an requiratur præsentia utriusque partis, & an requiratur actus hincinde?*
4 *Super quæstione emergenti quando non sit necessaria pronuntiatio iudicis?*
Si non appellatur à pronuntiatione facta super emergenti tacitè uel expressi, grauamen quod infertur ex ea non potest reparari per appellationem à diffinitiua.

1 † Super rub. de lit. cõte. s. ꝑ quã inchoat̃ iudiciũ: vt ś. de iudi. l. j. & efficit̃ res litigiosa: vt in l. ij. de lit. Et ꝑ quã quasi cõtrahũ: vt l. iij. §. Idẽ scribit. ff. de pecu. Et per quã mora trahit̃, si prius ꝑ interpellationẽ, vel alio mõ contrahatur vt nõ currat: vt in l. fi. ff. de triti. Et per quã bonæfi. pos. efficit̃ malæfi. fictiõe iuris: vt neat̃ de fructibus perceptis, & percipiẽdis: vt in l. q icit. §. penũ.
2 fi. ff. de vsur. Et à qua incipit tẽpus instãtiæ.ª vt l. ꝓperandũ. posprin. ś. de iudi. Et per quã res deducit̃ in iudiciũ: vt in l. j. huius
2 †Sed quæritur quæ dicatur lit. cõte. & quæ. sit eius diffinitio: ãcũt quidã ꝙ lit. cõte. est verborũ cõceptio, cõsistẽs in interrogatione, rñsione: seu in narratione negotij, & negatiõe: vt in l. j. Sed alij reprobant. dicẽtes ꝙ lit. cõte. est q̃dã effectus verborũ prædictorũ. & cõsistit in iure: sed negatio & narratio cõsistũt in facti sicut stipulatio quæ cõficit̃ ex verbis, dicit̃ cõsistere in iure ĩstes deponẽtes ꝙ Titius ꝑ stipu. mihi ꝓmisit. nõ ꝓbãt: qa antẽ tur de eo ꝙ cõsistit in iure. ꝙ ꝑcipere nõ possunt sensu corporeo: sed potius iudicio intellectus. vñ debẽt deponere de verbis quæ cõsistũt ĩ facto & q̃ poterũt ꝑcipi sensu corporeo, et dico ꝙ ficet sit interrogatio, & secuta est rñsio incõtinẽti. aliàs nõ ꝓbãt: iuxta ea q̃ plenè no. in l. j. j. de vsur. Guli. de cu. dicit ꝙ ista diffinitio potest tolerari, sicut tolleratur diffinitio stip. quę dicitur stipulatio verborũ cõceptio: vt ĩ l. v. in prĩ. ff. de ver. ob. & tñ. ẽ q̃dã effectus iuris resultãs ex verborũ cõceptiõe. q effectus appellat̃ sti. sicut hîc appellat̃ cõtestatio. ad ꝙ ẽ simul: & sic habet similitudinẽ cũ
3 stipulatiõe † vñ tenẽt Doc. ꝙ in cõtestatiõe requirat̃ ꝑsentia vtriusq; ꝑtis. & requirũt̃ verba hincinde. vt post narrationẽ facti interquatur

quã riſio cõtradictoria: vel cõſonans nec poſſet abſente altera parte fieri, & hoc tenet Bar. in l.j. Quotidie tñ videmus fieri con
2 trariũ. qa datur libellus in ſcriptis * & pars recipit & in ſcriptis reſpondet ex interuallo, opponendo primò exceptiones genera les & poſtea dicendo & in caſu quo teneat conteſt. litem, & reſpondere libello, nego narrata prout narrantur, & petita prout petuntur animo litem conteſt. & ſic nõ interueniunt verba, ſed ſcripturæ: nec eodem inſtãti fit narratio & reſponſio, ſed ex interuallo & nunquã vidi opponi quod conte. nõ ſit legitimè facta quicquid de iure in contrarium ſit ſufficiat in l.j. adde vnum
3 verbum. †Quæ ś. dixi in q. emergenti procedunt qñ ſunt tales quæ ſuſpendunt proceſſum cauſæ vt quando contingũt in perſona actoris, & rei, vel procuratoris ſed ſi non ſuſpendunt, vt ſi contingãt in perſona teſtium puta oppo. ꝙ teſtis non ſit recipiendus quia criminoſus, vel inimicus, vel infamis. & tunc non eſt neceſſe pronuntiare & per proceſſum ad vlteriora non cenſetur tacitè pronuntiatum ſed cenſetur exceptio reſeruata in calculo ferendæ ſententiæ. Ita videtur no. Bal. ſecundùm Nico. de erat. in auẽ. ſi teſtis. j. de teſti. Item ſcias ꝙ ſi non appellatur à pronuntiatione facta ſuper emergenti tacitè vel expreſsè, grauamẽ quod infertur ex ea non poteſt reparari per appellationem à diffinitiua licet ſecus in incidenti, quia tangit negotium principale & ſic eſt caſus in c. fi. de appel. lib. vj. Vltimo de materia huius legis & totius tit. vide omnino in Spec. de incidenti. quæſtionibus per totum in ſecunda parte. Spe. ibi multa dicit & tangit.

1 ¶ Per litis conteſtationem res deducitur in iudicium, & ſuper re que non fuit in iudicium deducta non poteſt ferri ſententia.
Verum poſtulatio, quòd non importet litis conteſtationem: & quid de verbo petitio?
2 Libellus debeat continere narrationem & concluſionem in ciuilibus, ut poſſit peruenire ad diffinitiuam licet ſecus in criminalibus.
3 Quidam ſero debeat reſponſio ſi reus nult negare, an debeat narrata prout narrantur negare, an etiam petita?
4 Quomodo fiat litis conteſtatio, & quid in criminalibus? & nu. x.
5 Per oppoſitionem exceptionum peremptoriarum, an inducatur litis conteſtatio?
6 Si quis reſpondeat non animo litem conteſtandi, an poſſit iudex hanc proteſtationem reprobare, & declarare ꝙ habeatur lis pro conteſtata?
7 Si reus nult litem conteſtari, quomodo procedatur contra eum?
8 Nunc mihi teneri ex tali cauſa: & tu dicis non puto vel non credo tibi teneri, an aliquo per hoc non ſit litis conteſtatio.
Quæ per talem reſponſionem factam poſitionibus, qualitercunque facta ſit, non inducatur litis conteſtatio.
9 Per confeſſionem factam ante datum libellum, non inducitur litis conteſtatio.
Quid ſi erat datus libellus?

LEX VNICA.

RES in iudicium. †Licet actor poſtulet & faciat reũ citari, & licet ipſi cõparenti poſtea petionem vel libellum offerat, & ipſe recipiat: nõ propterea dicitur lis cõte. ſed tũc demũ cũ narratum fuit negotium coram iudice per actorẽ, & ſubſecuta fuerit reſponſio rei animo
1 litigandi, & ad ſententiã perueniendi. h. d. cum glo. †In text. ibi. [deducta nõ videtur.] id eſt non cẽſetur lis conteſta. vt j. ſequitur in ver. [inter litem &c.] per quã cõteſta. res deducit in iudicium, vt poſsit ſuper ea ferri diffinitiua aliàs ſi non eſſet in iudicium deducta, ſecus. vt l. non põt videri. ff. de iudi. In tex. ibi. [ſi tamen poſtulatio ſimplex celebrata ſit.] quia petijt actor reum citari coram iudice dicens ꝙ volebat ab eo petere centum, vel talem rem & iudex citationem commiſit. Et not. ſignificatum huius verbi poſtulatio: quia nõ importat lit. conte. Secus in verbo petitio, ſeu petijt: quia non dicitur quis petijſſe niſi litem conteſtatus fuerit. vt l. amplius non petitum. ff. rem ratam haberi. In tex. ibi. [vel actionis ſpecies.] id eſt petitio, vel libellus continens petitionem fuerit deductus reo comparenti, & per ipſum receptus nõdum tamen reſpondit quia debet habere terminum ad deliberandum an velit cedere, vel contendere. vt in auẽ. offeratur quinimò etiam ſi dedit fideiuſſores de iudicio ſiſti: non dicitur lit. conte. vt ibi probatur in verbo data fideiuſsione. † In fi. ibi. [cum iudex per narrationem negotij.] ſupple & concluſionem. Nam non ſufficit narrare negotium puta ꝙ Titius recepit à me mutuò, vel vẽdidit mihi talem rem, niſi petam ipſum condemnari quæ petitio dicitur concluſio libelli & eſt neceſſaria in ciuilibus vt poſsit peruenire ad diffinitiuã, licet ſecus in criminalibus. vt no. per Cy. in l. in cauſis. j. de accu. & de fal. l. nec exẽplum quidam verò dixerunt idem in ciuilibus: ſed cõmuniter teneẽ contrariũ, vt patet ex no. per Bar. in l. j. ff. de edẽ. Ex qua cõcluſione declaraẽ narratio præcedens, et intentio agentis, qua actione intendat agere. vt l. Aurelius. §. ſticho. & ibi no. ff. de liber. leg. Non tamen eſt neceſſe narrare quæ cõſiſtũt in iure, qñ incipitur à narratione facti quia ex facto ius oriẽ. vt l. ſi ex plagis. §. ij. ff. ad l. aquil. vnde nõ habeo dicere ꝙ ex illo mutuo eſt mihi obligatus ſed ſi inciperem ab eis quæ cõſiſtunt in iure, qua dicerẽ ꝙ Titius eſt mihi obligatus. in c. non ſufficeret condẽnationem, vel aptitudinem libelli: niſi exprimerem cauſam exiſtentẽ in facto: ex qua reus reddatur certus, an velit cedere, vel contẽdere. vt plenè no. in l. j. ff. de eden. & requiritur ꝙ concluſio ſit apta, & quæ neceſſariò ſequatur ex narratione facti ſuper iuris prẽſumptione aliàs libellus eſſet ineptus, & nullus & quandocunq; de tali ineptitudine poſſet opponi. vt patet ex no. ꝙ Bar. in l. edita. ś. de edendo, in articulo de emẽda. libel. etiam poſt ſententiã ſi priùs non fuiſſet oppoſitum quia reddit ſnia null a data ſuper inepto libello. vt ſentit glo. inſti. de obli. & Bal. in l. actori. j. de iureiu. qui allegat text. in c. dilecti. de emp. &
4 vendi. Et ſupple hic & reſponſionẽ ſubſecutã vt in gl. †Sed oriẽ dubiũ qualiter debeat fieri reſponſio, ſi reus vult negare an debet narrata prout narranẽ negare, an etiã petitaẽ & cõmunis obſeruatio eſt ꝙ vtraq; negenẽ & ꝙ dicat nego narrata prout narranẽ, & petita prout petunẽ, fieri debere. Sed & ſi narrata tantũ negauerit, ſufficit ſecũdũ Inn. in c. j. extra eo. ti. qa ſi nego narrata, in conſequentiã nego petita: cũ ab illis dependeat petitio & ſi illa non ſunt vera, petitio non ꝓcedit. Sed quid ecõuerſo ſi negat petita fieri debere, & de narratione nihil dixit. Cy. videẽ hic variare. Alij dicunt aliter idẽ tenet hic Bar. & vide in Spec. e. tit. vbi plures mouenẽ q̃ſtiones. Et iſtã opi. videẽ ſentire gl. hic magna dũ dicit. [vt det mihi x. Titius & Titius dicit nego: vel non
5 eſt verũ vel ſimile.] Bar. † In tex. in fi. ibi. [audire ceperit.] ꝓ hoc vĩ ꝙ non ſufficiat dediſſe libellũ in ſcriptis, & reſpõſionẽ factã fuiſſe in ſcriptis, per quã reus negat narrata prout narranẽ, & petita prout petuntur: ſed requiritur ꝙ ambę partes ſint corã iudice, & actor dicat dico narrata in libello meo, & petita prout petuntur, fieri debere animo lit. conteſt. & reus econuerſo dicat eo dẽ modo negãdo aliàs iudex nõ audiret qa multa dantur in ſcriptis: q̃ nõ veniunt ad notitiã iudicis in principali & hoc non ſufficit ſed requiriẽ ꝙ iudex audiat: licet partes referãt ſe ad libellũ et ita ſeruaẽ in Romana curia ſed in alijs locis tanta ſolẽnitas nõ ſeruatur ſed ſufficit reſponſio per ſcripturã nec vnquã vidi fieri dubium. Sed pone ꝙ reus primò reſpondet ꝙ actor narrauit dicẽs dñe iſte fecit me citari ob talem cauſam ego nihil ſibi debeo an dicatur lis cõteſtata? Gul. de cug. mouet & allegat ꝙ ſic l. ſi ſine. in prin. ff. de interrog. actio. tñ ipſe determinat contrarium ſicut non valeret ſtipulatio ſi non præcederet interrogatio reſponſio num. vt l. j. §. j. de verb. obli. quia conteſtatio litis eſt illi ſimilis vt patet ex vi vocabuli. Item quid ſi libello nõ reſpondeat ille contra quem fuit porrectus, ſed quidam tertius comparens pro ſuo intereſſe, & negat narrata & petitaẽ? Reſpondeo non fit conteſtatio: vt poſsit peruenirì ad diffinitiuam cõtra illum contra quem fuit porrectus. vt not. Innoc. in c. j. in fi. extra eo. tit. Item pone ꝙ reus reſpondet petita fieri debere pro parte, & pro parte non. an dicatur lis legitimè conteſ. Bar. in l. permittẽdũ. ff. ſi pars hæredi. peta. dicit quòd ſic per illum text. Item quid ſi actor cum dedit libellum reo abſente, dicat narrata prout narrantur vera eſſe & petita prout petuntur & reus poſtea comparens actore abſente negat, an dicatur lit. conteſt. facta? tex. videtur ꝙ non in auẽ. qui ſemel. j. quomodo et qñ iu. vbi dicitur quòd reus tunc lite nõ cõteſtata poteſt litigare de iure ſuo, & peruenire ad diffinitiuã qd' non erat ante illam auẽ. ergo comparitio rei, & contradictio, nõ facit litem haberi pro conte. Item adde ꝙ lit. conteſt. retrotrahiẽ ad diem dati libelli. vt no. Cy. ś. de alie. iudi. l. j. in ix. q. In criminalibus verò quãdocunq; reus cõpareat, & neget accuſa. etiam accuſatore abſente habeẽ lis pro conteſt. & nomen eius recipiẽ inter reos: qa cum concernat publicam vtilitatem, iudex repræſentat perſonã accuſatoris ita no. Bar. in l. is qui reus. ff. de publ. iud. In gl. fi. ibi. [& Titius dicit nego, vel non eſt verum.] per iſtã gl. dicit Gul. de cu. ꝙ ſi reus reſpondet actori tu mentiris. cũ actor. dicat ipſum eſſe obligatum ex tali cauſa, inducitẽ lit. conteſt. licet

non fuerit vsus verbis cõsuetis.nego narrata prout narrant &c. Nec obst.l.turpia.ff.de lega.j.vbi verba iniuriosa vitiãt dispositionẽ.quia verũ est quãdo ei contrariantur.vt ibi.vbi testator intẽdebat bonificare legatariũ,& vtebatur verbis iniuriosis.secus si non cõtrariãtur.vt hic.quia si dico tibi aliquid qđ reputas falsum,licitũ est tibi dicere mẽtiris, quãdo agitur de tuo præiudicio.vt in l.quæ oĩa ff.de procu. † in glos.ibi.[vt si exceptionem
6 opponat [pacti,vel iurisiu.]īquãtũ dicit [pacti,]vult ista gl. qꝫ per oppositiones exceptionum peremptoriã inducaẽ litis contest.licet nõ dicat verba formalia.de quibus.ſ.sed in cõtrariũ est hodie decisum in c.j.eo.ti.lib.vj.cui decisioni standum est: licet de subtilitate iuris gl.videaẽ verius dicere,& melius:quia si dico te teneri mihi ad x.ex tali cã.licet non dicas nego me teneri. sed dicas feci sti mihi pactũ de nõ petendo,satis videris negasse te teneri.qa licet tenearis mero iure,non videris teneri:ex quo habes excep.quia nõ teneris cũ effectu.Bar.cõcor.gl. cum iure cano. vt ista gl.intelligatur quando exceptio peremptoria opponiẽ sta tim facta narratione per actorẽ.sed ius cano.intelligatur quãdo nõ statim,sed ex iteruallo.ista est nimia restrictio ad illud.c. sed in quãtũ dicit si illa exceptio opponereẽ in vim declinatoriæ ad impediẽdũ processum,non induceretur lit.contest. quia potius declinaret.vt ibi dicit gl.& idẽ de alijs exce.litis finitæ.sed si op-
7 ponatur in vim peremptoriæ,dicit idem qꝫ in excep. pacti. † In gl.ibi.[sed nõ animo cõtestãdi litẽ.]istũ arti.disputauit Mar. sil'. & tenuit istam glo.sicut responsio facta ad interrogationem, cũ protestatione qꝫ non intelligatur stipulatio.facit vt stipulatio nõ sit:licet verba patiãtur.vt in l.Iurisgẽ.§.qꝫ ferè.ff.do pact.ita facit vt nõ intelligatur cõtestatio.Sed an iudex possit repellere hanc protestationem,& declarare qꝫ habeatur lis pro contest.videtur qꝫ sic.sicut potest declarare contra non respondentem,vel nõ iurantem,qꝫ habeatur pro confesso.vt in l.ij.§.sinautem reus.ſ. de iura.ca.Doc.determinant contrarium.qꝫ postq̃ data est forma à iure,nõ potest Iudex derogari iuri scripto.arg.in l.j.§.j.ff.de fer.
8 †Quid ergo fiet ex quo non vult contest.Respõdeo. Iudex procedet contra eũ,tanquã si esset cõtumax in cõparẽdo ad primũ & ad secundũ decretum.vt no.in auth.qui semel. quomodo & quãdo iu.poterit etiã ipsum cõpellere captis pig.& mulcta indicta.arg.in l.j.§.qd ergo.ff.de vẽ.inspi.sed licet nõ fuerit lis cõtest. vt possit ad diffinitiuã peruenirí.quãtũ tñ ad interrũpẽdã p̃scri. vel perpetuãdã ac.postq̃ actor fecit quicqd potuit,habetur pro cõte.per l.eũ q.§.quæ iniuriarũ.ff.si quis cau.& audiui Bal. dicẽ tẽ se audiuisse à Bar.& vide qꝫ idẽ Bar.no.in l.j.ff.de priua. deli. In gl.ibi.[Itẽ puto per veritatẽ respõderi.]dicit Bar.id est de eo qꝫ vehemẽter opinatur,& crediẽ.vt no.in l.j.§.Labeo.ff.de aqua
9 plu.arcẽ.aliàs cõuẽtus de facto nõ posset litẽ cõtest.†Et no. istã gl.sing.qꝫ si dico te mihi teneri ex tali causa.& tu dicas non puto me tibi teneri in aliquo.& per hoc non fit.li.cõte.verbũ ergo credit nõ est sufficiens ad respondẽdũ libello, vt fiat cõtestatio. licet sit sufficiens ad respõdẽdũ positionibus.sed per talẽ respon sionem factã positionibus qualitercunq; facta sit.non inducit̃ litis cõtestatio.vt in c.dudũ.de elec.Bal.tamẽ videẽ sentire hic qꝫ
10 fiat litis cõtest.quia si dicit nõ credo,videtur negare. † Vltimò in gl.ibi.[sed puto,si erat libellus datus.] Ioã.an.in addi.Spe.eo. ti.tenet distinctionẽ istius gl.licet Guli.de cu.videaẽ tenere contrariũ.& Cy.hic in addi.Breuiter si nõ erat datus libellus, clarũ est qꝫ per confessionẽ non inducitur lit.contest. quia nec posset induci vt esset valida.vt in auth.offeraẽ.in fi.Sed si erat datus libellus:& tũc si constat qꝫ cõfiteatur non animo litigãdi: sed declinandi iudicium.idẽ.per l.si reus paratus.ff.de ꝓcu.& ꝓ id qđ ſ.no.gl.sed si aliter non cõstat,videẽ cõfessus animo cõt.litẽ. nõ vt litiget:sed vt feratur sententia diffinitiua.quę põt sibi ꝓdesse, vt habeat regressum de euic.quẽ nõ habet si nõ esset cõuictus ꝓ sententiam:vt l.vtique.ff.de rei.ven.& posito quod sentẽtia nõ esset lata,habetur pro condemnato per l.vnicam.infra de confe. Et no.mirabile.quod ista confessio facta post dationem libelli habet vim contest.proba.& sententiæ.vt dicit Specul. & quòd per confessionem posset fieri,sicut per contradictionẽ.satis probatur in l.ij.post princi.de iura.calũ. vbi loquitur magis largè quàm in l.rem non nouam.§.patroni.vbi dicitur per narrationẽ & contradictionem.sed ibi dicitur per responsionem.quòd potest intelligi tam de responsione,contradictoria,quàm de respõ sione consonante.Et vide hic per Cyn.& Bart.in Specu.eod.tit. vbi mouentur plures quæstiones.& ista materia est magis practicabilis & vtilis quàm subtilis,& similiter authen.sequen.

2 ☞ *Cuius fauore sit introductum,an actoris,uel rei, ut libellus detur in scriptis? & ꝙ debeat dari expensis actoris.& quare soleant fieri tres scripturæ?*
3 *Quando actor possit dicere reo quòd accipiat copiam à iudice,uel à notario suis expensis,& tunc non diceretur offerri libellus,sed edi.*
4 *Antequàm libellus offeratur,an requiratur citatio partis,& quomodo fiat ista oblatio?& nume.5.*
5 *In criminalibus debet mitti copia accusationis,uel inquisitionis.*
iure in filios: ſicut bonorum paternorum: ideo non erat neceſſaria expreſſa exhæredatio: ſed alium inſtituendo videbatur filiũ exhæredare: non ſic in patre. niſi exhæredaret expreſsè. quia cũ dominium per legem tranſeat in filiũ, neceſſe eſt q̃ pater ſibi auferat per expreſſam exhæredationem. aliâs non poteſt in aliũ cõferre. quia duo non poſſunt eſſe domini inſolidum eorundẽ bonorum: ideo pꝛeteritio non habetur pro exhęredatione. † In glo. quæ incipit. [etiam ſi ſcripti hæredes.] quæritur primò circa finhuius l. quid ſi teſtatrix vnum de filijs iam natis inſtituit in viij. vncijs, & aliũ in quatuor, & ſic primus habet in duplo plus quã ſecundus quantũ habebit iſte poſthumus præteritus. glo. vult q̃ etiam tunc habeat virilem. i. tertiã partem hære. ſicut ſi ſuccederent ab inteſtato. & ſic habebat locum ille tex. aliæ duę textiæ remanẽt apud inſtitutos: de quibus debebunt facere tres partes. & primus inſtitutus in viij. vncijs habebit. ij. & alter inſtitutus in quatuor habebit vnam. & ſic ſeruabitur voluntas teſtatoris. quę voluit vnum habere in duplo plus quã alium. vt l. qui cũ plures. ff. de vul. & pu. facit l. ſi ita. in prin. de li. & poſth. Sed op. in fi. gl. q̃ imò iſte poſthumus debet habere tantũ quantũ ambo iam nati. & ſic dimidiam partẽ hæreditatis: quia lege cauẽtur q̃ ſi teſtator diſtribuit totũ aſſem inter quatuor, puta inſtituit vnũ in ſex. vncijs alterũ in alijs ſex: quia hæreditas diuiditur in xij. varijs. * l. ſeruũ. §. hæreditas. ff. de hæ. inſti. & §. hæreditas. inſti. eo. ſi poſtea inſtituat alterũ in alteram partem, cenſetur tranſiſſe ad dupõdium: & facere de qualibet vncia duas. & ſic de xij. xxiij. & ſic duos aſſes. & cenſetur voluiſſe q̃ primi duo habeãt vnam, & alter inſtitutus ſine parte alteram habeat. vt inſti. de hære. inſti. §. ſi verò totus. ſed hoc eſt huiuſmodi: quia diſtribuit totũ aſſem inter iam natos: & poſtea lex illa habet pro inſtituto iſtum poſthumum: cui teſtatrix nullam partem aſsignauit. tertiò cẽſetur inſtitutus in alio aſſe. ſ. diuiſa tota hẽditate in xxiij. vncijs. primi duo habent xij. & ille poſthumus alias xij. & ſic tantũ ipſe ſolus, quãtũ primi duo. & ſic in effectu dimidiam partem hæreditatis. glo. ſoluit q̃ contrariũ loquitur in inſtituto ſine parte ab ipſo teſtatore. lex illa loquitur in eo qui nõ fuit inſtitutus à teſtatrice: ſed habetur pro inſtituto ab illa l. vnde noluit ipſum vocare ad aliũ aſſem, ſed ad virilẽ. ne ſit melioris conditionis quã alij duo. & ſatis debet ſufficere. In glo. fi. ibi. [ſed nullo inſtituto vel pro inſtituto habito cõpetit querela.] Illud nõ erat verũ iure veteri ante Iuſtinianũ, quia inſtitutus in minori parte quã ſit legitima, habebat querelã: & rũpebat totũ teſtamentũ. hoc corrigitur hodie, quia ſoliũ agit ad ſupplementũ, quod ſuccedit loco querelæ. vt j. eo. l. oĩmodo. j. eo. ſimiliter inſtitutus in integra legitima ſi in ea erat grauatus, habebat querelã. & hodie hoc corrigitur fauore teſtamenti: ne rũpatur, & remouetur omne grauamẽ. vt j. ea. l. quoniã in prioribus. & fortè habuit glo. reſpectũ ad dictas leges nouas. in q. tamen gl. videtur æquius dicendũ. q̃ ſi eſt vtilius & ęquius q̃ ille poſthumus pręteritus habeat querelã, ſibi ſit concedenda contra extraneum. † Quid enim ſi mater filiũ iam natũ inſtituit in legitima tantũ, & extraneũ in reſiduo? certè æquũ videtur q̃ poſthumus habeat querelam cõtra extraneũ, & totum q̃ habet ſibi auferat, & diuidat inter ſe & fratrem, quia non debet priuilegium habere ex illa l. pro hoc j. de teſta. l. hac cõſultiſſima. vbi ſi extraneus miſceretur cũ filio, teſtamentũ non ſolenne valet reſpectu filij tantũ: & nõ reſpectu extranei. facit etiam l. ſi. j. cõmunia vtriuſq; iudi. in verbo. ſi autẽ extranei. † Vltimò quærit Gul. de Cu. & Bar. poſt eum, quo iure ille poſthumus, petere poterit illam virilem portionem: an condi. ex iſta l. an actio. ex teſtamẽto? & dicunt quod actione ex teſtamento, quã habet mediante teſtamento, & hic formiter. condi. verò extra l. datur quando informiter. i. non mediante cauſa apta producere actionẽ. ſicut dixi. mus in iuramento informiter præſtito. quod parit vtilẽ actionem ex illa cauſa: & præſtitum informiter parit actionem in factum Breuiter Bal. dicit eos erraſſe: & credit q̃ per inaduertentiam. quia neutra iſtarum actionum competit: ſed ſola petitio hęreditatis. nam vnus hæres nõ tenetur alteri per actio. ex teſtamẽto dare partẽ ſuã. quia q̃libet accipit à ſeipſo: non à cohærede. vt l. ſed & ſi ſub cõditione. ff. de hære. inſti. & ſecus in legatarijs & fideic. quia capiunt ab hærede: nõ à ſeipſis. vnde ipſi bene habẽt actio. ex teſtamẽto. & hoc fortè voluerunt prædicti Gul. & Bal. aliàs maximè erraſſent. Vltimò quærit Bald. an ille poſthumus habebit remediũ. l. edicto. j. de edi. diui Adri. tol. vt poſsit petere ſe mitti in poſſ. bono. videtur q̃ non quia illud remediũ datur hęredi. ſcripto. ille autem dicitur ſcriptus, qui videri poteſt oculis corporeis. l. j. ff. de his quæ in teſt. delen. Sed iſte vilo teſtamento non poteſt videri ſcriptus. ſed bene poteſt intelligi oculis mẽtis. ipſe tamẽ tenet cõtrariũ. Intellige dictũ eius facta fide corã iudice, & confecta ſcriptura qualiter fuit filius talis mulieris defuncta, & præteritus in teſtamẽto: & tunc dabitur vtile remedium. ſicut dicunt glo. & doc. in inſtituto in præſentia teſtium ſine ſcriptura notarij. quia facta examinatione teſtium habebit remedium illius l. & ſimiliter venientes ab inteſtato facta fide quòd ſint propinquiores: & poſtea illa ſcriptura producetur coram iudice. & petetur miſsio in tenutam bonorum.

LEX IIII.

CVm ex cauſa. † Per querelam non retractatur libertas relicta per fideicõmiſſum: & ſemel data. h. d. ſupple hanc l. per l. Papinianus. §. fi. ff. eo. quia manumiſſus tenebit dare filio exhæredato xx. aureos pro ſeipſo. Item iſtud quod hic dicitur procedit: ſiue querela intentetur infra quinquennium, & ſic de iure cõmuni: ſiue poſt ex magna cauſa impedimẽti. & ſic de iure ſpeciali: & hoc in libertate data per fideicõmiſſum: quæ nullo modo retractatur: quia nititur duplici voluntate, ſeu conſenſu. videlicet teſtatoris & hæredis manumittentis. Sed in relicta directõ quę non nititur niſi voluntate teſtatoris, diſtinguitur. an intentetur querela intra quinquennĩũ, & ſic de iure communi debeat. imò reſcinditur: ſicut & alia legata nõ fauorabilia. an poſt quinquennĩũ de iure ſpeciali. & tunc idẽ q̃ in fideicommiſſaria: quia non reſcinditur. ſed ſoluit xx. aureos vt hæc habentur in tex. & glo. in dicto §. finali. cum l. ſequenti. ff. eodem.

2 ☞ *Querela quando dicatur præparata?*

3 *Querela non præparata quando tranſmittitur, non tranſmittitur ad extraneos: ſed ad deſcendentes tantùm.*

LEX V.

SI pater tuus. † Querela præparata tranſmittitur ad quoſcunq; hęredes. h. d. dicitur autem præparata poſt lit. conte. ſuper ea. vt hic: vel etiam poſt. aut ante datum libellũ poſt petitionẽ bo. poſ. gratia lit. agna. de qua in l. ij. ſ. eo. vel poſt contiouerſiam motã. cum appareret q̃ exhæredatus vult eam intentare. vt hic habẽtur in l. poſthumus. §. fi. cum l. ſeq. ff. eo. nam ſi poſtea exhæredatus decedat, tranſmittit ad quoſcunq; hęredes. vt hic. ſuprà niſi præparatione facta receſsiſſet per tranſa. vt §. de tranſ. lis mota. & ibi no. per Bar. tunc enim etiam quando eſſet præparata, non tranſmitteretur ad hæredem: quia odioſa, ſicut neceſſe iniuriarum tranſmittitur ad deſcẽdentes ipſius filij exhæredati. vt j. eo. l. ſcimus. in fi. ſicut lapſa hæreditas aſcendentis etiam non adita tranſmittitur ad deſcendentes. per tit. de his qui ante apertab. Et hoc quando competit contra teſtamentum aſcendentis ratione prædicta. Sed quando contra teſtamentũ fratris turpem perſonam inſtituentis, & fratrẽ pręterẽuntis. vt j. ea. l. fratris. & fratres. quo caſu loquitur illa l. glo. quæ eſt hic. videtur idem ſentire. dum alle. illam l. ſcimus. in fi. Pe. Cy. & alij tenent contrarium non eſt eadẽ ratio. nam hæreditas fratris nõ adita non tranſmittitur ad deſcendẽtes fratris. ergo nec querela cõpetẽs contra teſtamentum fratris. Tene menti. † In tex. ibi. [vel poſtquã propoſitum abſoluiſſet.] ſupple. & ad aliquem actũ exteriorẽ proceſsiſſet. per quem peteret de ſuo propoſito. & tunc diceretur querela pręparata vt ſ. dixi. Non autem ſufficeret propoſitum in mente retentum. ſicut nec in aditione hære. ſufficit volũtas adeũdi ſine aliquo actu exteriori. vt no. in l. pro hærede. in prin. ff. de acqui. hære. † In tex. ibi. [te hærede relicto deceſsit.] Idem ſi reliquiſſet inquẽtum extraneum. ſed quando tranſmittitur non pręparata, non tranſmittitur ad extraneos: ſed ad deſcendentes tantùm.

2 ☞ *Donatio inofficioſæ facta per patrem, qualiter poſsit reſcindi?*

3 *Filius exhæredatus: cui pater fecit relictum quod eſt minus legitima: non poteſt intentare querelam: ſed debet agere ad ſupplementum.*

LEX VI.

CVm quæritur. † Exhẽdatus nõ habet querellam ſi ſibi fuit relicta integra legitima: quæ eſt quarta pars bonorũ quæ habebat teſtator tempore mortis ſuæ. h. d. In tex. ibi. [an filij.] exhæredati ſub. etiam indebitè. quia ſine iuſta cauſa. nã nihilominus valebat teſt. nec

scilicet posset expugnari per querelã. hodie verò idem. si causa iusta fuit expressa: licet non esset vera quia seruata est solenni
1 tas à iure requisita de filijs instituendis, vel exhęredandis. vt l. in ter cætera. ff. de libe. & posthu. & l. Gallus. §. in omnibus. In tex. ibi. [si quartam bonorũ partem.] supple deducto ære alieno, vt ff. eo. l. Papinianus. & §. quanta. & §. quoniam autem. & istud de quarta corrigitur hodie per authẽ. nouissima. hic posita quia est tertia, vel semis. secundũ numerum liberorũ. † In tex. ibi. [mortis tempore.] hoc etiam corrigitur per auth. vnde si parens. quia non semper inspicitur tempus mortis, sed etiam inspicitur tempus anterius. si pater exrenuauit patrimonium suum per donationem. nam filio debetur licentia. i. quarta, vel tertia non solùm de bonis quæ pater habebat tẽpore mortis, quę fortè erant pauca sed etiam de illis quæ habebat tempore donationis: quę fortè erant multa. & sic rescinditur donatio inofficiosa per querelã inofficiosæ donationis. vt ibi. & in ti. proxi. quod etiam iure veteri digestorũ videbatur introductũ. vt in l. Titio Seio. & §. seq. ff. de leg. ij. sed si alio modo pater diminuebat patrimoniũ, sufficiebat & sufficit q̃ habeat quartam vel tertiam de bonis quæ reperitur habere tẽpore mortis. vt in hac l. Sed oppo. q̃ imò licentia secundum illa tempora sit quarta pars illius portionis quę tangit filiũ ab intestato. nõ autem quarta vel tertia omnium bonorum. vt j. eo. l. parentibus. Solu. aut quæritur de licentia filiorũ. & est quarta, vel tertia omnium bonorum inter omnes æqualiter diuidenda. vt in aut. nouissima: aut quęritur de legitima vnius filij, cum sint plures: & est quarta, vel tertia illius portionis quæ ipsum tãgit ab intestato. vt in d. l. parentibus. & hoc recidit in idem cum primo. † In tex. ibi. [inspicitur.] quia si sibi fuit relicta integra legitima, non potest intentare querelam. etiã si velit repudiare relictum. secus si non fuit relicta integra iure illo. sed hodie etiã tũc non potest intentare querelam: sed debet agere ad supplementũ. vt j. eo. l. omnimodo. quinimò etiã iure veteri quando filius erat exhæredatus & ti. legati, vel donati. causa mor. vel inter viuos fuerat relictum, vel datum aliquid minus licentia, non habebat querelam. sed agebat ad supplementum. casus est in l. si non mortis. eo. sed si non erat exhæredatus, sed institutus in minori parte legitimæ, habebat querelam iure veteri. sed hodie per l. omnimodo non habet: sed agit ad supplementũ. Sed oppo. quia filius instituto debebat habere legitimam iure instituti. & si non erat institutus, testamentum erat nullum: licet iure legati vel fideicõmiss. legitima esset relicta: vel si erat emancipatus, intẽtabat contrata. vt l. in tamen. §. qui rogatus. ff. ad Treb. & hoc est clarum secundùm omnes. Solu. verum est si non erat exhęredatus, nec institutus. licet indebitè. ad excludendum ipsum à querela sufficiebat relinquere iure legati. casus est huic. vel dona. vt in d. l. si non mortis. nõ tenebat eam acceptare, si nolebat: sed acceptando sibi prę iudicabat in querela: sed legitimã tenebatur acceptare: vellet nollet. & ita intelligitur illa l. quia tunc (cùm pater sit mortuus) non posset prouidere. si non acceptaret: sed quando vult donare, non cogitur acceptare quia potest prouidere pater ipsum instituendo. facit l. si verò. §. fina. ff. de bo. liber. Tene menti prædicta. quę declarant istam materiam.

1 *Per futurum quomodo legitima possit augeri, uel minui?*
1 *Quando hodie debeat aliquid relinqui filio iure institutionis: & quod deest suppleatur uel ex legatis, uel fideicommissis: quæ computantur in legitima: uel ex alijs quæ prouenunt ex facultate defuncti. & unde omnino. nume. 5.*
4 *Tam filius instituatur in aliquo, licet ei iure legati uel fideicommissi relinquatur maior hereditatis: testamentum non ualet.*
5 *Quis statutum auget legitimam, an etiam requiratur titulus institutionis?*
6 *Legitima quæ debetur ascendentibus, an debeat relinqui iure institutionis?*
7 *Quid etiam in testamento inter liberos debeat relinqui legitima titulo institutionis: & quid si noluit testari, sed diuidere bona sua inter filios.*
1 *In descendentibus si erat pater, & mater, an quilibet eorum debeat habere tertiam pro sua legitima. & an sufficiat una tertia inter ambos?*
1 *Quæ statuantur in legitimis debita iure naturæ non censentur statuta in falcidia uel Trebellianica. & quid econuerso?*
11 *Si ex pluribus filijs unus instituatur uniuersaliter, & alij in eorum legitima, an institutus computetur in numero, ut habeat partem legitimæ?*
12 *Si unus ex quatuor filijs est incapax, an portio sua remaneat apud alios tres?*
13 *Si unus eorum est exhæredatus, an portio sua remaneat apud institutum: an apud alios?*
14 *Si pater instituat filium uniuersaliter in omnibus bonis, & uxori suæ legat usumfructum communi bonorũ, quod uxor nõ debeat habere usumfru. nisi pro duabus tertijs.*
14 *Itane statuto quod extantibus agnatis usque ad quartum gradum mater non succedat, ex tunc debeat habere saltem legitimam?*

AVTHENTICA.

NOuissima. † Ista authẽ. cõtinet quatuor dicta. Primũ vsq; ibi: [quoquo relicti ti.] Secũdũ vsq; ibi. [ex æquo.] Tertiũ vsq; ibi [cuius portiõis.] Quartũ vsq; in fi. Primũ dictũ corrigit l. cũ quę rit. dũ dicit si quartã bonorũ. &c. & l. Papin. §. qm̃ aũt cũ seq. & aliàs similes. quæ dicũt legitimã omniũ filiorũ esse quartã partẽ totius hæreditatis. & sic tres vncias. nõ distincto numero liberorũ: & sic pater de dodrãte. idest nouẽ vncijs quæ faciũt tres partes: de quatuor poterat facere q̃ volebat, & relinquere etiã extraneis. dũmodo reseruaret filijs & quartã partẽ totius. vt in l. parẽtibus. per istã auth. augeẽ legitima. vt si tertia pars. i. quatuor vnciæ. si eĩ sint quatuor, vel pauciores filij. sed si plures, sit semis. i. dimidia. sic notaẽ per ius positiuũ posse augeri debitã iure naturæ: eo modo potest minui, vel etiã in totũ tolli. vt no. per Cy. in l. sancimus j. de nup. & Bar. ĩ l. Titio cẽtũ §. Titio gñro. de cõdi. & demõ. & Dy. in capit. indultũ. de reg. iu. in vj. licet videatur contrariũ quia ius positiuũ. nõ põt tollere ius naturale. vt inst. de iu. na. §. sed naturalia. sed quia ius successionis est de iure positiuo. sicut ius positiuũ potuit inducere: attenta tĩ ratione naturali ita potest tollere: & hæc est cõmunis opi. licet quidã dixerunt q̃ bñ põt minuere, sed nõ tollere. sed certè si nõ posset tollere, nec minuere. quia per hoc etiã tolleret minuendo vsque ad minimum. quod de bonis. §. fin. ff. ad l. fal. & quod dixi de iure positiuo cõ
2 muni. idem de iure municipali. quo ad eius territorium. † & sic per statutũ potest augeri legitima. vt in ciuitate Teruisina vbi est statutum q̃ ascendens non possit extraneis relinquere vltra tertiam partem bonorum suorum. reliquæ duæ tertię debent applicari venientibus ab intestato. idest descendentibus. & sic legitima sunt duæ tertiæ econuerso ad ius commune. quod dat potestatem testãdi de duabus tertijs. & non de alia tertia. istud ecõuerso & eo modo potest minuere, vel tollere: vt in statutis vrgẽtibus communiter per Italiam. q̃ existente masculo filia fœmina non succedat: sed debeat dotari. nam illi tali fœminæ nulla legitima debebatur. licet debeatur dos: si maritetur. & non aliter quia legitima est portio portionis debitæ ab intesta. vt l. parentibus. sed tali feminæ existente masculo q̃ nulla portio debeatur ab intestato quia statutum dicit q̃ non succedat ergo nulla legitima debetur. nec tunc dos succedit loco legitimæ: quia si succederet, nulla inesset conditio. vt. infra. eo. l. quoniam & tamẽ nũc conditio inest, si nubat. aliàs nõ debet & si decesserit antequam nubat, non transmittit ad hæredem: & hoc pluries vidi consultũ Secundum confirmat ius. C. Iustiniani. quod est in eadẽ. l. oĩmodo. Vbi dicit idem. sed tam ista quàm illa corrigunt iura vetera digestorum. quæ nolebant filio relinqui legitimam iure instituti. aliàs etiam si fuisset relicta iure legati, & fideicom. dicebatur filius præteritus. cum præteritio sit non instituere, nec exhæredare. vt j. de fideicom. l. pe & l. inter cætera. ff. de libe. & posthu. & l. gallus. §. in omnibus. iũcta. l. ita tamẽ. §. qui rogatus. ff. ad trebe. dicebatur præteritus. & habebat contratabu. filius cui iure fideicõmi. s. hæreditas vel pars eius erat relicta. † hodie verò per aliã auth. nouiorẽ. illa in ti. vt cùm de appel. cog. §. aliud quoq; capitulum. requiritur ti. institutiõis. saltem in vno nummo. & in hoc differt à iure veteri. quo tota legitima habebat relinqui iure inst. hodie sufficit quòd instituatur in aliquo. iuxta nota. in l. si quis priore. ff. ad trebel. & l. tertia. §. sed vtrum. ff. de mino. & hoc q̃d deest suppletur vel ex legatis: vel ex fideicom. quæ computantur in legitimam, vel ex alijs quæ prouenĩunt ex facultate defuncti. iuxta plene not. per Bar. in l. in quartam. ff. ad l. falci. vel si nihil fuit relictum vltra aliud modicum in quo fuit institutus, suppletur ab hærede. & interdum etiam à legatarijs: quibus relictæ sunt res testatoris in speciæ. vt no. per Bart. in d. l. in quar
4 tam. † Et est mirabile quod si filius instituatur in vno nummo tantum. valeat testamentum: & si non instituatur, sed iure legati vel fideicommissi relinquantur mille marchæ auri, vel maior pars hæreditatis. testamentum non valet. & hoc contingit. quia titulus institutionis est honorabilis: vt l. filium. de lega. præstan. & habet ius accresc. posito quod sit in certa re institutus. quod non habet titu. legati, & hoc in filio, sed in extraneo titu. institutionis in certa re alio instituto in toto, non habet ius accrescẽdi: vt l. quoties. infra de hær. inst. Aduerte tñ ad vnũ notabile dictũ
5 Bald. † si statutum augeret legitimam, nisi dicat expressè quod

a ¶ Falcidię. An appellatione falcidiæ comprehendatur Trebel. vide in l. ij. ff. ſi quis ali. teſta. prohi. & in l. j. in fi. ff. de iure co.

b ¶ Frater minor. adde cle. exiui de paradiſo. de ver. ſig. doc. in c. in p̄ſentia. de .pba.

debeat relinqui iure inſtitu. ſufficit q̄ relinquatur quoquo relicti tit. quia ſtatutū vult derogare iuri communi. & ſic non tantùm in quantitate, ſed etiam in modo relinquēdi cenſetur voluiſſe derogare. ita ſingulariter tenet Bal. & dicit ſe conſuluiſſe in l. maximum vitium. in vlti. col. vel in fi. pe. j. de libe. præte. Tene menti pro ſtatuto Teruiſino. quod frequenter venit prę manibus. ſuper quo plures habui conſulere. Aduerte etiam ad aliud dictum Bar. in l. pater filiū. §. fi. de lega. ij. qui tenet q̄ non ſufficiant verba directa inſti. niſi dirigantur ad ipſum filium: puta inſtituto filio in tali re vel cauſa, ſibi relinquo iure inſti. ſi autem dirigantur ad hæredem vniuerſaliter inſtitutum, vt quia grauetur quod filiū teſtatoris recipiat in cohæredem: licet illud verbum cohæredem importet inſtitutionem in ſe. vt l. verbis ciuſdibus. de vul. & pupil. ff. illo caſu nō importat. ſed potius fideicommiſ. per illum §. & ſic nō ſufficit in relicto facto filio pro legitima, quod perpetuò tenę menti. & ita reperio conſultum per do. Ioan. paiarenſem de ſenis. qui fuit doctor Bald. & per ipſum Bal. commendatur ſatis. quia erat maximus textualis: & circa prædicta vide quod no. Bar. in l. illa inſtitutio. ff. de hære. inſti. vbi recitat diſputationem Richar. malum. quā etiam hic de verbo ad verbum refert Alber. ſi pater per verbum commune relinquo aliquid relinquat filio. & vult teſtamē tum aptari ſecundū conſilium ſapientis, an ſapiens poſsit declarare q̄ addat illud verbum iure inſtitutionis? nam ſi hoc poſsit, teſtamentum non valet: quia verbum commune relinquo. prolatum ſuper certa rei quantitate, non importat titulum inſtitutionis: ſi non dicatur expreſsè alio reſtituto vniuerſaliter ſecundū cōmunem doctrinam doc. per l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Tre. ſed alio non inſtituto, ſecus. quod dic tamen. vt l. his verbis. eo. ti.

6 de hære. inſti. alia duo dicta huius aut. ſunt clara. † In gloſ. mag. quæ inci. [imò.] ibi. [iure inſtitutionis.] hodie in deſcendētibus. ſed quid in aſcendētibus, an legitima quæ debetur patri, vel matri, aut auo, vel auiæ, debeat relinqui iure inſtitutionis. gloſſ. & Bar. in l. ſiue. §. excluditur. de iure pat. ff. videntur tenere q̄ non: quia parentes æquiparantur patronō: præter quā in quibuſdam caſibus. de quibus ille non eſt: ſed patrono poteſt relinqui legitima quoquo relicti titu. etiam hodie. & eodem modo parentibus. Moder. doc. vt Bal. & Ang. tenent contrariū. per l. nam & ſi parentibus. ff. eo. q̄ relinquatur iure inſti. vt no. Bal. j. eo. l. omnimo

* do. & Ang. in aut. ex cauſa. j. de libe. præte. Bar. autem ſe fundat in glo. quæ eſt in l. j. §. j. ff. ſi quis à pa. fuerit manumiſ. tamen in l.

* filio præterito. ff. de iniu. teſta. * videtur ſentire idem quod Bal. præterea glo. j. tenent q̄ legitima parentum ſit aucta ſicut legiti-

7 ma filiorum. ergo & modus relinquendi debet eſſe idem. † In gl. ibi. [vel refert vtrum fiat ſolēne teſtamentum &c. quidam intelligunt ſolenne. ſcilicet in ſcriptis. non ſolenne ſcilicet nuncupatiuè: & ita intelligit Alberi. ſed certè illa non fuit intentio gloſ. ſed voluit dicere q̄ aut teſtator teſtatus eſt ſolēniter cum ſeptem teſtibus: & tunc requiritur q̄ relinquat iure inſti. aut ſine ſolennitate coram duobus inter liberos, & tunc ſecus illa opi. non habet in ſe rationem: quia ſic eſſet deterioris conditionis teſtamentum ſolenniter factum: & de iure communi, quā non ſolenne, & de iure ſpeciali. quod eſſe non debet. quia ius commune potentius eſt vt in l. eius militis. §. ſi militia. ff. de re mili. & quod no. per gl. in l. j. §. ſi aduer. ven. Poſſet tamen tertio modo intelligi. q̄ aut teſtator voluit teſtari, & tunc ſiue ſolenniter, & de iure communi: ſiue non ſolenniter. & de iure ſpeciali. requiritur q̄ relinquat iure inſti. ad hoc vt valeat. & ſic in hoc teſtamentum factum inter liberos non eſt priuilegiatum: licet ſit priuilegiatum in numero teſtium. & hoc fauore liberorū. quia intereſt eorum quod relinquat iure inſti. Aut noluit teſtari, ſed diuidere bona ſua inter filios, & ſic potius inteſtatus decedere, & tunc licet non vtatur his verbis iure inſti. valet diſpoſitio teſtatoris, vt j. fami. erciſ. l. quoties. & l. fi. cum ibi nota. nam non omnes ſciunt vti dictis verbis.

8 † In ea. ibi. [Item intelligo etiam in aſcendentibus quartam auctam.] ſed pone q̄ erat pater, & mater, an debeat habere quilibet eorum tertiam pro ſua legitima: an ſufficiat vna tertia inter ambos? dic q̄ ſic. per l. quodcunq; ff. ſi quod in frau. patroni. & l. ſi patronus. §. ſi plures. & in aut. vt cum de appel. cog. §. & hic quidem de hære. & fal. §. j. & ar. j. ad Ter. aut. defuncto. † In eo. in fi. ibi. [Item quarta Treb. vel iure inſti. &c.] no. ex iſta gl. q̄ ea quę ſtatuuntur in legitima debita iure natu. non cenſentur ſtatuta in falſi. vel Trebel. & ſic appellatione legitimę, non comprehenditur falci. nec Treb. ita dicit Ioan. An. in addi. Spe. titu. de ſucceſ.

10 ab inteſtato. & inducit ad pulchram qō. † Sed econuerſo appel-

a latione falcidiæ * vel cōtinetur interdum legitima debita iure naturæ: vt ſeq. aut. vnde & ſi parens. & etiam Trebellianica. vt in l. Titia. cum multis aliis ſimi. ff. ad l. fal. Vltimò circa primum dicium huius authenticæ dubitatur primò an inſtitutus computetur in numero liberorum. Pone enim q̄ teſtator habens quatuor liberos, vnum inſtituit hæredem vniuerſaliter: alios tres inſtituit in eorum legitima. illi petunt tertiam totius hæreditatis, inſtitutus dicit q̄ de illa tertia debet habere partē ſuam: vnde cum ſint quatuor vnciæ, & ſint quatuor filij, vult retinere vnam pro ſe. & aliis dare tres: illi dicunt q̄ non poteſt hoc facere: quia habet ipſe bonorum reſiduum: quod debet ſufficere ſibi: & ſic non debet computari in numero. ſed habetur perinde ac ſi non eſſet tres ſed tùm. quo caſu deberent habere integram tertiam: & ſic quatuor vncias. quęritur quid iuris? Guli. de Cu. tenet primam partē per inſtituto. vt poſsit retinere vnam vnciam pro ſe. per l. ab omnibus. §. ſi à Titio. ff. de lega. j. & de condi. & demon. l. qui hære-

11 §. fi. † Item quæritur. quid ſi vnus de quatuor filijs erat incapax

b quia deportatus, vel frater minor. ᵇ Reſpondetur q̄ portio ſua remanet apud alios tres. quia habetur pro mortuo. vt in l. ſi nec deportatus. ff. de bo. li. & l. j. §. fi. de contrata. & ex hoc ſequitur q̄ ſi erant quinq;, & vnus erat incapax, legitima aliorum quatuor non erit ſemis: ſed triens. quia non computatur in numero, ſicut

12 ſi eſſet mortuus. † Sed pone q̄ vnus de quatuor, vel vnus de ea-que erat exhæredatus: quid erit de portiōe ſua. an remanebit pones inſtitutū. an verò apud alios? illa eſt magis dubitabilis quaſtio. de qua & quibuſdam aliis per Bar. in l. pater filium. ff. con. per Dy. in l. planè. §. duobus. & ibi credo plenè tetigiſſe. ff. de le. j. & hoc tangitur per Gul. & Bal. qui Bal. hic aliter loquitur quā in l. pater filium. vbi videtur in omnibus cōtradicere Bar. dicit ibi. quia eſt ſublimis & alta materia. & Iac. But. diſputauit circa eam vnam pulchram qō. in qua Bar. tenuit contra eum. ſed Bal. hic & ibi tenet pro eo in vlti. glo. ibi prima verior eſt. & ſic no. q̄

13 † ſi pater inſtituat filium vniuerſaliter in omnibus bonis, & vxori ſuæ legat vſumfru. omnium bonorum: q̄ vxor non debet habere vſumfru. niſi pro duabus tertijs. de quibus poterat pater diſponere. etiam quó ad proprie. eodē modo de vſufru. ſed dicta tertia quę erat neceſſaria p̄ legitima filij, nō debet habere vſufru. quia ſicut pater de illa non poterat teſtari quó ad proprietatem: ita nec quó ad vſumfr. nec commodum proprietatis, quod habet filius in alijs duabus tertijs, tenetur compenſare cum vſufructu ſuæ tertiæ, & hoc vult illa glo. quæ communiter tenetur & obſeruatur: & ita no. in l. omnium. ff. de vſufr. quæ debet limitari. niſi teſtator inſtruxerit filium. Adde † an ſtante ſtatuto q̄ ſtantibus agnatis vſq; ad quartum gradum mater non ſuccedat, an tunc debeat habere ſaltē legitimā? & per dicta in prin. huius l. videtur q̄ nō. Sali. hic p̄, & cōtrà multa dicit. tandē tenet q̄ ſic.

2 *Mater quæ ſecundo nubit, licet nō poſsit ſecūdo marito donare, nel relinquere plus quàm uni ex liberis primi matrimonij, an poterit donare filijs ſecundi tantum plus quàm filijs primi?*

3 *Quæ dicatur immenſa donatio?*

4 *Quæ dicatur propriè falcidia: & quid computetur in ea? & quòd etiam improprie poſsit accipi pro legitima.*

5 *Si filia nō vult conferre dotē, an poſsit repudiare hæreditatē paternā, & retinere dotem?*

6 *Si pater recepit emphyteuſim pro ſe & uno ex filijs, an ille ſiue repudiet hereditatem paternam, ſiue non, poſsit ſolus ipſe retinere emphyteuſim?*

7 *Sicut donatio ſimplex poteſt eſſe inofficioſa, & reuocatur uſque ad legitimam: ita donatio ob merita facta: & ſic non poteſt pater remunerare aliquem in præiudicium filiorum, & legitimæ ipſorum.*

AVTHENTICA.

1 VNde ſi parens. † Donatio inofficioſa facta vni ex liberis, p̄ alios reuocatur vſq; ad legitimam ei debitam. & non vltra: & filius donatarius licet velit abſtinere ab hæreditate & retinere donationem: non propterea euadit quominus fratribus ſuis teneatur ſupplere legitimam ſi eam integram non habet. ſpecta quātitate bonorum quæ erat ante donationem. hoc dicit. Et pone caſum hoc modo. pater habens quatuor filios, vni eorū (quem magis diligebat) donauit decem vncias ſuæ hæreditatis, vel huic

vel ſuorũ bonorũ,quæ diuiduñt in duodecim vncijs poſtea ve-
niens ad mortẽ oẽs dictos filios æqualiter inſtituit hæredes vel
decesit inteſtatus:& ſic æqualiter veniũt ad ſucceſsionẽ in hæ-
reditate iſtius patrimonij non reperiuñt niſi duæ vnciæ de duo
decim qa non erant plures tempore mortis ſuæ:nã aliæ decẽ exi
erant patrimoniũ per donationẽ:& hæreditas cõſiſtit in bonis
quæ defunctus habebat tẽpore mortis,de iſtis duabus vncijs di
uidendis inter eos nullus eorũ põt habere vltra dimidiã vnius
unciæ: cõquæruñt ergo alij tres de dicta donatione quæ ſi non
fuiſſet facta: ſaltẽ ꝓ legitima quẽlibet eorũ tetigiſſet vna vncia:
cũ ſint quatuor & legitima eſt tertia pars:q̃ facit quatuor vncias
nec pater per teſtamentũ potuiſſet eos priuare dicta vncia ſine
iuſta cauſa:vñ petunt ab illo fratre donatario ꝙ debeat ſupplere
eis legitimã,& ſic dare tres vncias:vnã pro quodlibet et reſiduũ
teneat qa pater potuit priuare eos reſiduo ꝑ teſtm̃.vt in l.parẽti-
bus.eo.modo ꝑ dona. legitima erat olim quarta hodie tertia bo-
norũ quæ erãt defuncti tẽpore mortis ſuæ.vt in l.cũ quæriť.ſ.e.
ſed tẽpore mortis non erãt niſi duæ vnciæ,de quibus ab inteſta
to quẽlibet noſtrum tãget dimidia vncia:legitima ergo cuilibet
noſtrũ eſt tertia pars illius dimidię vos aũt nõ ſolum habetis ter
tiam,ſed totã dimidiã ergo habetis pluſquã legitimam:nõ ergo
poteſtis cõquæri quæriť quid iuris imperator corrigendo l.cum
quæriť inquãtũ dicebat inſpici tẽpus mortis, & bona quæ tunc
habebat defunctus:& vult ꝙ inſpiciať tẽpus donationis,& bo-
na quæ tũc habebat,& de illis debeať tertia cũ ergo inſpecto il-
lo tẽpore legitima cuiuslibet eorũ eſſet vna integra vncia,dona-
tio ꝑdicta q̃ diminuit illã legitimã,dicit fuiſſe immẽſa,& inoffi-
ciоſa.& ideo ille filius donatarius ex bonis donatis teneť fratri-
bus ſupplere legitimã, vt quilibet habeat integrã vnciam & ſic
cuilibet ſupplebit dimidiã vnciã alterã verò dimidiã habent ex
inſtitutione.Sed pone ꝙ iſte filius dixit ego repudio hæreditatẽ
habeatis vos illas duas vncias q̃ remanſerunt,& non detis mole
ſtiã in donatiõe mihi facta.An poterit hoc dicere?certè nõ quo
minus adhuc teneať eis ſupplere vt ſic habeant vltra illas duas
alĩ vncias& ſic vnciã ꝑ quolibet.Iſte eſt caſus ſingularis iſtius
1 authenticæ.& probať in l.j.j.tit.j.†In tex. ibi. [quendã liberorũ.]
dicit Odof.primi,vel ſecundi matrimonij non curo. Et per hoc
dicit Bal.qd̃ licet mater q̃ ſecundò nubit.nõ poſsit ſecundo ma
trimonio auferre vel relinquere pluſquàm vni ex liberis primi matri
monij,cui minus donauit,vel relinquit.& ſi contrariũ facit, re-
uocatur per liberos primi matrimonij:& ſecundus vir redigitur
ad inſtar illius cui minus donauit,vel reliquit.vt in l. hac edicta
ti.j.de ſecundis nup. Bene tamẽ põt donare filijs ſecundi matri-
monij plus quã filijs primi dũmodo filios primi nõ fraudet ſua
legitima.Caius eſt hic ſecundũ expoſitionẽ Odof.& expreſsior
tex.in auť.de nuptijs.§.pen. & hoc ipſe conſuluit & tenuit in l.j.
j.de inoffi.do.& ſi erit aperta via fraudandi in l.hac edictali, qd̃
non relinquat ſecũdo viro:ſed filijs natis ex eo. ſed certè nõ erit
fraudatio:qa illa lex prohibuit ſecundo coniugi donare nõ plus
quã filijs primi matrimonij:qa ille eſt eis magis exoſus: & ſic qñ
ex eo non habebat filios,vnde tunc ſiue relinquat ipſi viro,ſiue
liberis ipſius viri ex alia vxore, locum habet diſpoſitio huius
legis.Sed ſi habet liberos ex eo,illi non ſunt ita exoſi liberis pri-
mi matrimonij cũ ſint fratres eorũ.Ideo nõ tantum habent indi
quam.Tenementi hãc deciſionẽ ſed cõtra conſiliũ Bal.vidi con
ſiliũ ſũi lo.de ligna.& quã pluriũ aliorũ cõtemporaneorũ Bal.
qui in eodẽ puncto cõſuluerunt cõtrariũ qa fraudareť illa l.hac
edictali opinio Bal.magis placet:nec illi conſiderauerunt illũ §.
penult intellectũ Odo. †In tex.ibi.[donationẽ immẽſam.]dicit
glo.ꝙ immenſa donatio dicitur qñ excedit dodrantẽ.i. nouem
vncias:ſi enim nõ excedit,nõ eſt inofficioſa:quia reſiduũ. ſ. tres
vnciæ ſufficiũt pro legitima omniũ filiorũ illa glo.habuit reſpe-
ctum ad ius antiquũ.quo legitima erat quarta pars bonorũ:ho-
die verò eſt tertia,vel ſemis ſecundũ numerũ liberorũ.vt in auť.
præce.& ideo dicit inofficioſa,ſi excederet beſſem.i.viij.vncias.
& eſſent quatuor filij, vel paucíores: vel ſi excederet ſemiſſem
& eſſent quinq̃ filij,vel plures:ſi autẽ non excederet hoc intelli-
ge: verum ſi illud quod ſibi reſeruauit pro legitima filiorum eis
reliquit,& aſsignauit & ſic non ſint fraudati legitima ſed in eo
quod vltrà erat in quo ſicut poterat eos fraudare per teſtamen-
tum.vt in l.parentibus.j.eo.ita potuit per donationem. Si verò
aliud quod ſibi reſeruauit filij non aſsignauit,ſed alijs:licet dona
tio non fuerit inofficioſa à princip.ex poſtfacto:& reuocatur ac
ſi à prin.fuiſſet inofficioſa:vt no.j.titu.j.in l.j.in glo. magna ver.
Item octauò.& verſic.nonò quæro.licet alio modo quàm facto
ſuo perditum eſſet illud quod ſibi reſeruauit,nõ redderetur do-
natio inofficioſa:vt in d.verſi.nonò quæro.& ita hoc anno con-
ſului in quodam puncto miſſo de Bononia.in quo plures Doc.
ceſpitabant:& dicebant quòd cum à princip.non fuiſſet inoffi-
cioſa, non debebat retractari, & non conſiderabant quòd ex
poſtfacto efficiebatur inofficioſa facto patris:& ſic erat perinde
ac ſi princip.quia futurus euentus hoc declarat: quòd nõ reſer-
uauit pro filijs,ex quo alteri aſsignauit.argu.ff.ad macedo.l.ſed
Iulianus.§.proinde.ver.quod dicitur.j.de natu. libe.l.cum quis.
ver.neque enim.vbi ex ſequentibus probatur qualis fuerit ani-
mus in præcedentibus.quid autem ſi filijs aſsignauit:& eos gra-
uauit? Reſpondeo non tenet grauamen: ſed reijcitur de legiti-
ma,vt l.cum patronus.ff.de lega.ij.& l.quoniam in prioribus.j.
eod.titu.& ſic non retractabitur donatio.In tex.ibi.[ex hæredi-
tate.] glo.enim exponit,id eſt ex patrimonio quod erat ante do-
nationẽ:& quòd ſi donatio non fuiſſet facta,mortuo patre fuiſ-
ſet conuerſum in hæreditatem.nam propriè loquendo bona do
nata non erant in hæreditate: quia exiuerant patrimonium per
dona.& ſic non potuerunt in hæreditatem conuerti. Sed oppo.
gl.quòd reuocetur in authen.de nup.§. quia verò. dic quòd hic
pater donauit bona ſua:ibi verò bona primæ coniugis:quæ de-
4 bebat reſeruare filijs natis ex ea.In tex.ibi.†[nomine Falcidiæ.]
glo.dicit,id eſt debitæ iure naturæ:quæ impropriſsimè dicitur
falcidia dicať illa quę detrahiť de ſingularibus relictis in quã nõ
computatur niſi illud quod capitur iure inſtitutionis: vt in l.in
quartam.ff.ad l.Fal.& per totum. Impropriè verò ponitur pro
trebellianica:quæ detrahitur de vniuerſali fideicõmiſſo, in qua
computantur ea quæ iudicio teſtatoris habentur:etiam ſi nõ titu
lo inſtitutionis:ſed legati,vel cauſa conditionis implendæ:& de
hoc habetur in multis legibus:quæ trebellianicam appellant fal
cidiam:vt patet in l.Titia.ff.ad l.falci.Impropriſsimè pro debi-
to iure naturæ:in quam computantur illa quæ ex ſubſtantia pa-
trimonij paterni habentur etiam iure legati,vel donationis inter
viuos,ſi hoc fuit actum.dummodo aliquid habeat iure inſtitu-
tionis.vt in authenti.vt cum de appel.cog.§.aliud quoq; capitu
lum. Et per prædicta dicit Barto.ſi aliquis dicat relinquo filio
meo talem poſſeſsionem pro ſua falcidia,cùm inſpecta qualita-
te filij:cui debetur legitima iure naturæ,poſſet congruè intelligi
id eſt ꝙ legitima:quia repugnat ſignificatio vocabuli: vt in iſto
tex.cum glo.non cenſebitur iſte præteritus:licet non dixerit iu-
re inſtitutionis:quia ſubintelligitur inſpecta qualitate perſonæ
& eius quod relinquitur:cum legitima ſit relinquenda iure in-
ſtitutionis:& verba intelliguntur ſecundùm materiam præiacẽ-
tem:vt in l.ſi vno.in princip.ff.locati. ſed ſi hoc nõ fuiſſet dictũ,
ſed ſimpliciter relinquo:quia illud eſt verbum commune.quod
apponitur certę rei,vel quantitati,nõ importat inſtitu.nec fidei-
commiſſum vniuerſale ſed ſingulare:vt l.cogi.§. & generaliter.
ff.ad treb.quæ ſemper allegatur ad hoc per omnes.& quod not.
in l.his verbis.de hæred.inſti.& iſte dicetur præteritus: & ſic te-
ſtamẽtum erit nullum.Adde dicit Bal.in l.quoties.j.de hære.in-
ſtit.ꝙ eſiam dicat relinquo meliori modo quo poſſum:& debeo
cẽſetur dixiſſe iure inſtitutionis.Item in l.ſi adulta.j.de hær.act.
dicit Bal.ꝙ ſi apponat illa verba quod debeat ſtare cõtentus &
plus petere non poſsit ſimiliter videtur voluiſſe relinquere iure
inſtitutionis:quimò idem ait quod de iure canonico ſi nullũ de
prædictis verbis ibi apponat,videtur ſufficere fauore teſtamẽti
de iure canonico,& allegat tex.& Abb.in c.Raynutius. de teſt.
communiter Legiſtæ tenẽt cõtrarium.vide omnino Bal.in d.c.
quoties.& l.fi.j.fami.erc.& magnam vidi quæſtionem in ciuita-
te iſta in teſtamẽto Bartholomei de Leone.†In tex.ibi.[licet au
5 tem] id eſt.& facit ad illum ver.l.fi.ff.de colla.do.vbi ſi filia non
vult cõferre dotem,poteſt repudiare hæreditatem paternam: &
dotem retinere.dices tu imò contrariatur huic: quia hic dicitur
ꝙ non poteſt:niſi ſuppleat legitimam.Reſpondeo imò non con
trariatur:quia ibi non erat neceſſaria ſuppletio.& fratres totã hæ
reditatem haberent.& idem hic ſi non eſſet neceſſaria ideo dicit
6 [ſi opus ſit.] †Et dicit Bal.ꝙ Specu.allegat iſtum text. ad quæ-
ſtionem.ſi pater recipit emphyteuſim pro ſe & vno ex filijs po-
teſt ille repudiare hæreditatẽ paternam, & retinere emphyteu-

ſim.certè etiã ſi non repudiat,põt ſolus ipſe retinere emphyteuſim:quia pater potuit ſibi ſoli ꝓuidere:vt in l.quodcũqꝫ.§.j.ff.de verb.obli.nec obſt.l.cõtinuus.§.fi.e.tit.& ibi plenè not.& ꝓl.eum qui.§.j.vel ñ.eo.ti.vbi in his quæ cõſiſtunt in dãdo nõ põt ꝓuidere vni ex hæredibus:quia ibi qñ hæredes erat extranei : & ſic nõ poterat eis prouidere niſi tanquã hæredibus. nos loquimur in filijs quibus põt ꝓuidere tanquã filijs:licet nõ ſint hæredesvt d.l.quodcũqꝫ.§.pe.dic ergo diſtinguẽdum:an receperit pro ſe & filijs:& hæredibus.& tũc ſi filij nolũt,neceſſe eſt ꝙ ſint hęredes, vt in aut.de nõ alie.§.emphyteuſim.idẽ ſi recepit feudũ ſimplici ter,cẽſet recepiſſe pro ſe & filijs.dũmodo ſint ſibi hæredes:vt in c.vnico:an agnatus vel filius:nõ tñ diuidẽt ꝓ hęreditarijs portionibus:ſed viriliter.l.vt iuriſiurãdi.§.ſi liberi.ff.de oper.libe.ſed ſi recepiſſet pro ſe & filijs ſimpliciter,nõ dicendo hæredibus poſſent filij retinere feudũ:abſqꝫ eo ꝙ eſſent hæredes: & hoc voluit Bal.in d.c.vnico:an agnatus vel filius.& ꝓ Cy.in l.ñ.j.de libe.& eor.libe.Et an ſufficiat eo caſu quo reqrit ꝙ ſint hæredes,vt ſint inſtituti in certa re.vel ſit relicta iure inſti.an aũt requiraẽ quod ſint inſtituti in quotaꝫvide qđ no.Bar.in d.§.ſi liberi.& in Spec. de teſti.§.j.ver.fi.In gl.mag.ibi.[ſed qua actione.] Dic in iſta.q. Breuiter ꝙ poterũt agere cõdi.ex iſta aut.ad ſupplemẽtum legiti mæ.ſicut qñ filio eſt relictũ iure inſtit.minus legitima.quia agit cõdictione ex l.omnimodo.j.eo.nec expedit ꝙ agatur querela. Tu dic ꝙ expedit:qa oportet ꝙ prius reſcindatur donatio : quæ à principio valuit:ſicut cũ donatur in fraudẽ patroni vel in fraudem creditorum,expedit ꝙ imò agatur caluiſiana,vel fauiana, & reſcindaẽ donatio.& primo agitur actione in factum.vt inſt. de act.§.Item ſi quis in fraudem.In gl.ibi. [ſed cum non valuerit donatio.] hæc glo.voluit opponere ꝙ illa donatio nõ reſcindatur dũtaxat vſqꝫ ad legitimam:ſed ſit ipſo iure nulla:& ſic oĩa bona veniũt cõicãda per actionẽ fami.ercisc.ac ſi donatio facta nõ fuiſſet:quia facta filio in ptãte nõ valet l.ñ.j.tit.j.Sol.hic erat emãcipatus:& ſic valuit à prin.vel ſi erat in poteſtate, facta fuit ſibi donatio:nã tanquã filio:ſed tanquã extraneo propter merita impẽſa patri,quæ ſi fuiſſent impẽſa ab extraneo,merebatur hãc dona.remunerationis gratiu:licet em filius teneaẽ ad obſeqa reuerẽtialia patri ſuo:vt in tit.de obſequijs,nõ tñ teneẽ ad operas, tanquã libertus:ideo ſi operaẽ,mereretẽ retributionẽ : & illa quæ acquirit ex operibus ſuis,dicuntur aduentitia:quæ hodie acquiruntur filio.vt titu.de bon.quæ lib.& ex cauſa aduentitia poteſt hodie cadere obligatio ciuilis:& iudicium etiam inter filium & patrem:vt no.per glo.in l.frater à fratre.ff.de condic.indeb.non tamen ſufficit quantum ad hunc effectum quòd pater dicat dono tanquam benemerito:ſed debent merita ſpecificari,& proba
7 ri eſſe condigna:vt no.in l.ſi donatione.j.de colla.& in aut.ex teſtamento.per Bal.& etiam hic:& ex hoc no.ſecundũ dictũ †Ra. ꝙ ſicut donatio ſimplex põt eſſe inofficioſa , & reuocaẽ vſqꝫ ad legitimam:ita & donatio ob merita facta:& ſic non poteſt pater remunerare aliquem in præiudicium filiorum:& legitimę ipſorum.Secus in liberto.vt ff.ſi quid in frau.pat.l.Diuus.& bene loquit:& notauit:vel tertiò poſito qđ à prin.fuerit nulla,morte tñ cõfirmatur:ſed reuocatur vſqꝫ ad legitimã:vt l.ñ.j.ti.j.& adde ad præcedẽtem articulum quod no.per Cy.in l. pactum.ff.de pac. conuen.In glo.ibi.[Item alia ratione.] Glo.hic oppo.quod tota donatio retractatur per l.Titia.§.Imperator.de legat.ij. Breuiter dic quod quando eſt facta vni ex liberis,non retractaẽ per alios niſi vſqꝫ ad legitimam:ſiue ſit inofficioſa re tantum,ſiue re & cõ filio:& hoc declaratur per illam aut.licet veteres videantur etiã hoc dicere quæ ſunt in titu.j.per totum. Si autem facta ſit extraneo,tunc dicitur an fuerit inofficioſa re tãtum: & idem:an re.& conſilio,& tunc in totum:vt in contrario.& habetur per gloſ.in l.j.j.titu.j.verſi.quintò quæro.vſqꝫ ad verſic.ſextò.dic vt ibi: per Bal.in l. Titia.§.Imperator.& §.fi.

1 ☞ *Quòd hodie ſufficiat filium emancipatum inſtituere,licet de neponte|uel nepte nulla fiat mentio.*

LEX VII.

1 NEptem defuncti. †Neptis ex filio emancipato ꝑdefuncto exhæredata,põt agere querela.h.d. pro declaratione gl. quæ ſunt hic:& ſunt obſcuræ. Oppo.ſic:aut ille filius emancipatus erat præmortuus viuente auo iſtius neptis, patreqꝫ ſuo: & tunc iſta l.nullum habet dubium:nam cum neptis non præcedatur à patre ſuo,ſed teneat primum locum:nulli dubium eſt ꝙ ſi fuit exhæredata indebitè,habeat querelam:nam ſi fuiſſet præterita,redderet teſtamentum nullum: ſi remanſerat in poteſtate:aut iſte filius ſuperuixit patri eidemqꝫ auo:& tunc iſta lex non poteſt procedere nec iure veteri,nec nouo.Primum patet:quia filius emancipatus,& nepos vel neptis ex eo,ſimul vocabantur ad ſucceſsionem inteſta.de iure veteri per edictum de cõiung.cũ eman.li.quod emanauit ad diſcordiam quę erat inter ius ciuile:quod emancipatum nullo modo cognoſcebat: ſed vocabat neporẽ,vel neptem in poteſtate retentos: & ius prætorij: qđ vocabat eman.ac ſi fuiſſet in poteſtate: & ſic ꝑferebat ipſum nepoti,vel nepti:qa prior in gradu:ideo emanauit edictũ de cõiung.vt ſimul vocẽtur per vnde lib.ergo ſola neptis nõ debet habere querelã vnius:cõtrarium videtur velle ille tex. Item attẽto iure nouiſsimo,quo emãcipatus cognoſcitur à iure ciuili: ſimiliter ipſe filius ſolus deberet vocari,& non neptis. Timore huius cõtrarij ſunt hic duæ gl.j.gl.intelligit iſtũ tex.qñ emãcipatus ſuperuixit patri ſuo:& ambo erãt exhæredati.tam ipſe quã neptis quia ſi poneremus ꝙ eſſet mortuus,nõ habet dubiũ,vt in oppoſitione formata:tñ ad cõtrariũ qđ ſupra feci : ſed propter ipſum videẽ recedere ab ipſo intellectu:qa tũc deberẽt ambo vocari ab inteſtato:ergo & ad querelã:& ille tex. videẽ velle ꝙ ſola neptis ſed ſuſtinẽdo dic ꝙ iſte filius mortuus eſt poſtea,& illa neptis ſibi ſucceſsit:& ſic habet querelã partim iure ſuo,& ex ſua perſona:partim ex perſona patris:tanquã eius hæres,& ad eã trãſmiſſam:vt j.e.l.ſcimus.in fi.Secũda verò glo.videẽ intelligere ꝙ ille filius erat mortuus viuẽte patre ſuo,& dum dicit tunc non habet dubiũ,rñdeẽ ꝙ imò:qa illa erat nata ex filio emãcipato,& ſic videbaẽ extra familiã:ſed nõ ob.quia nõ erat nata vel concepta poſt eman.qa tũc fuiſſet extra familiã.iuxta no.in l.qui ſe patris j.vnde libe.ſed erat nata,vel ſaltẽ cõcepta ante emãcipationẽ:& ſic erat in poteſtate aui:& poſito ꝙ nõ eſſet: nõ ſequitur ergo nõ habet querelã:nam etiã emãcipatus eſt extra familiã:& tamẽ habet nõ intẽtata bon.poſſeſ.gratia litis agnoſcendæ: iuxta no.s.e.
2 l.ij.† In tex.videẽ ineptè loqui dũ dicit[quãuis pater eius emãcipatus fuerit defunctus:] qa illud qđ fuerit defunctus,eſt cauſa magis ipſius neptis admittẽdæ quã excludẽdæ,nõ debent loqui aduerſatiuè:ſed debent dicere quia pater emãcipatus erat defunctus:ſed dic ꝙ illa dictio quãuis, determinat verbum emancipatus:non verbum defunctus:& eſt ſenſus quãuis pater ipſius neptis fuiſſet emancipatus , ex quo tamen erat defunctus, nepos admittitur.hoc voluit illa glo.quæ videtur contrariari primæ: illa gloſſ.videtur optimè facere pro determinatione Bart.quam ponit in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.de libe.& poſthu.de qua dixi in l.ij.§.eo.quia vult quòd ſi filius emancipatus hodie profertur : ideo ſufficit ipſum inſtituere, licet de nepote vel nepte nulla fiat mentio: licet iure veteri non ſic eſſet: vt d.§.& quid ſi
* tantum.vt colligitur ex illa glo.ibi.dum dicit [quia donec] filet viueret præcederet eam filius[& neque iſta neque alia via,admitteretur.] ſubaudi iure nouiſsimo autenticorum,non iure veteri:quod eſſet falſum,vt in glo.

2 ☞ *Legitima filiorum quanta ſit,& an habeat locum ius accreſcendi?*

3 *Inſtitutus in minori parte quam ſit legitima,adeundo hæreditatem non perdit ius agendi ad ſupplementum.*

LEX VIII.

1 PArentibus. † Pater poteſt bona ſua diuidere inter liberos:prout vult,etiam inæqualiter . dummodo neminem fraudet ſua legitima quæ eſt quarta pars portionis ſibi debitę ab inteſta.& qui agnouit iudicium defuncti , perdit ꝓquerelam quam habebat ex eo quod ſibi erat relictum minus legitima.h.d. Nota pro mò contra errorem vulgarium.maximè mulierum,quæ credũt quòd pater vel mater non poſsit plus relinquere vni filio quam alteri:quia dicunt quòd non debet eſſe baſtardus plus vnus quã alter. Nam pater vel mater non tenentur facere eos equales:ſi plus diligit vnum quàm alium:licet eis teneatur relinquere tertiam legitimam:de hoc eſt tex.expreſſus.j.de ſec.nup.l.hac edictali.§.j.ibi ſinautẽ nõ ęquis portionibus.& in aut.de nup.§.pe. ibi tamen Imperator conſuluit patri ꝙ moderatè hoc faciat:ne naſcatur inuidia inter fratres. † Item no. quòd quando agitur de legi-
2

de legitima vnius filij, dicendū est qđ olim erat quarta. & hodie tertia, vel semis eius quod erat habiturus ab intestato, et sic verò olim de legitima omnium simul erat quarta, vel hodie tertia, vel semis omniū bonorū ęqualiter diuidenda inter eos. vt in auť. no uissima. Si ergo vnus ex filijs excludať à portiõe sua, alij filij ad illum nõ veniunt ex propria persona: sed necesse habent venire iure accrescendi & hoc iure dicit Bart. non posse venire qa non habet locū in particulari successione sicut est successio in legiti ma q̄ ideo dicit particularis quia est deducto ære alieno nam in vniuersali venit æs alienū in particulari verò nõ habet locū ius accrescendi inter eos q non sunt coniuncti cõiunctione facta à testatore: licet sint coniuncti cõiunctione legali: & ita per istum tex. tenet Bar. in l. pater filiū. ff. eo. ꝓpter quod determinauit cõ tra determinationē Iac. but. in q. disputata per eū sed Bal. tenuit ꝙ imo in legitima habeat locū ius accrescendi: per tex. in auť. de nup. lib. curia depu. §. qđ si legitimorū imo fortius in alijs: quia nõ põt prohiberi per testatorē vt in auť. vt cū de app. cog. §. hæc auť. dic vt ibi. † Vltimò no. hic expressum in versi. [quid aūt.] ꝙ filius iure filius institutus in minori parte quā legitima, habebat querelam: sed eā perdebat si institutionē agnoscebat adeūdo hæ reditatē qđ sentire videtur soluendo creditoribus hæreditarijs. vt hic colligitur vel legatarijs. vt l. ij. j. de iure deli. & idem puto si aliter probetur adiuisse licet nihil soluerit & etiā per alios mo dos videtur agnoscere iudicium defuncti qui habentur in l. pe. in fi. & l. fi. ff. eo. tit. hodie vero per l. omnimodo. j. eo. non habent querelā: sed agere debet ad supplementū, & sic debet acceptare si vult agere ad supplementū aliàs vtroq; careret: quod olim nõ erat si non acceptabat, sed habebat querelam vt hic acceptando auť similiter hodie licet olim perdebat querelam: hodie nõ perdit ius agendi ad supplemẽtum. vt est casus j. e. l. si qñ. §. fi. & hoc post mortē patris licet renũtiet expresse: sed in vita patris etiam si expresse renuntiet, non valet & potest post mortē petere supplementum. vt eo. l. si quando. §. illud. prędicta habent locum in instituto, in exhæredato verò cui aliquid esset relictum iure legati. dic vt ś. eo. l. iij.

LEX IX.

De inofficioso. †Cõtra test. militis nõ datur querela. h. d. et hoc fauore militis similiter præteritus à milite non dicit test.] nullū, si sciebat se habere filiū aliàs secus: & sic eius præteritio habetur pro exhæredatione. vt l. sicut certi. & l. si cū vel in vtero j. de testa. mili. In tex. ibi. [vel iure militari.] i. sine solennitate testium dummodo sint duo. vt j. de test. mi. l. milites. nam etiam in hoc miles habet priuilegium. vt ff. de testa. mil. l. j. in prin. dū subdit de iure ciuili. i. cum solennitate requisita in testamentis aliorum & sic valet de iure communi. In tex. ibi. [vel centurionis.] Nam & Centurio erat miles qui præerat centum alijs.

1 ☞ *Querela licet non transmittatur ad hæredes extraneos nisi præparata, ex parte tamen illius contra quem competit bene transmittitur contra hæredem eius: uel uniuersalem successorem ipsius.*

LEX X.

Si hæredum. †Querela competit contra fiscū ad quē bona testatoris vniuersaliter peruenerūt. h. d. sic & contra fideicõmissariū vniuersalē eadē rõne. vt ś. e. l. j. Idē in quocunq; vniuersali successore facit l. ij. §. ex causa. ff. de iure fis. In text. ibi. [quem.] s. Quintianū. † In tex. ibi. [patrē tuū esse.] i. fuisse. No. ex ista l. ꝙ licet querela nõ transmittatur ad hæredes extraneos nisi prępa rata. vt ś. eo. l. si pater tuus. ex parte tamē illius contra quē cõpetit bene transmittitur cõtra hęredē eius, vel vniuersalem successorem ipsius. Secus videtur in successore singulari.

1 SCimus. †Si res filio relicta vel data pro legitima euincatur à filio:non propterea testamẽtum est nullum:quasi nihil sibi videatur relictum:quia eo eius rei censetur relicta æstimatio eius,sed ad supplementum agendum est,si non sufficit. Item de eo quòd est relictum pro legitima,non detrahitur falcidia: quia legitima plus est debita filio, quàm falcidia sit debita hæredi. Item supplemen tum legitimæ debet fieri de ipsis rebus hæreditarijs. & illa quæ aduentitio lucro veniunt, in eam non imputantur. hoc dicit vs que. §.cum autẽ. & sic tria dubia in effectu declarat circa præ sentem materiam: & ad supplementum.l.omnimodo. suprà eo dem.veniamus ad casum. † Not.in principio quòd quando pa 2 ter relinquit filio aliquid pro legitima:quod ad eam non sufficit: licet dicat quòd si non sufficit,debeat suppleri:nihilominus ipso iure,id est,ex dispositione.l.sine dispositione testatoris potest pe ti supplementum: sed si non peteretur, non fieret suppletio. & hoc vult glossa secunda super verbo [ipso iure] que allegat plu res leges in simili. in quibus cauetur quòd licet aliquid fiat ipso iure: nihilominus debet allegari. aliter habetur pro non facto. domi. Rapha. in quibusdam ll. huius titu. videtur intelligere istum text. dum dicit [ipso iure.] quòd censeatur à patre ta citè relictum etiam illud quod deficit ad supplementum. & sic tenet quòd illud possit peti per actionem ex testamento: tan quam tacitè relictum.gloss.tamen & docto.dum dicunt dari cõ di.ex l. ad supplementum. sentiunt contra, quia si daretur actio ex testamento, cessaret condi. ex l. quæ est remedium subsi diarium in defectum ordinarij remedij. ideo melior est in tellectus quem suprà posui. vt velit dicere quòd ipso iure, id est, ex dispositione testatoris. & ita est de mente literæ, dum 3 dicit [& si non adijciatur] supple per testatorem. † Item

¶ Legitimã. Adde gl. & Bartol.in l.j.C. de ope.lib.& Barto.in l. vt iurisiurandi.ff. eo.

¶ Itẽ videtur hic tex. Adde ad hæc dicta eum.dẽ Pau.de ea in l. omnimodo. in princ. ũ.eo.Bal.in l.hac edictali.in ver. quã obseruationẽ.j.de secun. nup. Ange.in l. iubemus.j. ad tre, & Ioã. de Imo.in l quod de bonis.§.cũ fideicommissum.ff.ad l.falsid. Alex.de imol.in cõs. lxix.col.ij.ver. super secundo.in cõs. cviij. co.pe.& in cõsi.cxxviij.in j.vo.in consil. viij.in iij.vo.Et in cõ sil.lxxxiij.in iij.vo. Bar.in l.Papinianus. §.si cõditioni. ff. eod. tit.& Io.de ana.in cõ sil.xcix.Cur.

not.q̄ ſupplementum legitimæ debet fieri arbitrio boni viri.per quod dicit Oldr.q̄ ſi iudici(qui dicitur bonus vir.l.cōtinuus.§. cū ita.de verb.obli.) videatur equum:poterit facere ſupplementum in vna re hæreditaria tātùm:vel duabus.licet de iuris rigore poſſet filius eam petere in ſingulis rebus.& hoc ne incōmodum ſubſequatur ex diuiſione cuiuslibet rei.l.non amplius.de lega.j.

4 †Item no. q̄ ſicut falcidia reſecat legata ipſo iure:vt l.lineā.ff.ad l.fal.ita & legitima filij.In §.[quærebatur.] no.& ille eſt intellectus literæ licet ineptè loquatur. q̄ ſi pater inſtituat filium in re aliena,vel iure inſtitutionis eam ſibi relinquat, licet nō potuerit hoc facere in præiudicium domini: quia tamen potuit facere in præiudicium hęredis:vt teneatur de euictione: cenſetur inſtitutus in æſtimatione ipſius rei & ſic certè nō poteſt dicere filius ſe præteritum quaſi nihil ſibi fuerit relictum. & ſic iura vetera remanent incorrecta.vt l.omnimodo.ver. & hæc quidem.§. eo.& per cōſequens teſtamentum nō eſſet nullum.& hoc ſiue ſciebat rem alienā,ſiue ignorabat:quia erat cōiuncta perſona.vt j.de le-

5 ga.l.cum alienā.& etiam fauore teſtamēti,ne rumpatur. †Quid autē ſi illa erat res propria ipſius filij?Reſpon non valet inſtitutio,vel relictum ſibi factū,vt in l.mea res. de cōdi. & demon. & ſic non videtur relicta æſtimatio. & diceretur præteritus: & teſtamentum eſſet nullum ſecundū Bal.licet pater haberet vſumfructū.quia morte eius finitus. Itē ſi inſtitueret eū in re quā putabat eſſe in rerū natura,& nō erat:& ſic nō valet,circa quod vide

6 Bar.in l.ſuus quoq̄.in fi.principij.ff.de hęre.inſti.†Quid autem ſi erat in rerum natura:& poſtea deſijt eſſe?dic q̄ ſi viuēte patre, filius reputabitur præteritus: niſi aliud ſibi relinquatur, ſi verò poſt mortē patris,damnum erat ipſius filij.ff.de bo.lib.l.ſi patronus.§.j.nā & ſi patrimoniū augeretur poſt mortē:non propterea augeretur legitima,vt eadē lege.§.fi.quod tene mēti:& eodē modo ſi filius diſsiparet rem ſibi datā à patre pro legitima:ſiue viuēte patre,ſiue poſt eius mortē,damnū eſſet ipſius filij,nec pater teneretur loco illius rem aliā relinquere:ſicut nec dotare filiā quæ dotē primā diſsipauit.vt no.in l.ſi cū dotē.§.j.ff.ſol.mat.hic tamē nō obſtante q̄ diſsipauit, nō poteſt alimēta denegare ſecūdùm Bal.arg.ff.de ope.lib.l.libertus qui operarū.in fi. nec etiā denegarē quominus ipſum redimat ab hoſtibus. ſecundùm Bal.qui ita no.in aut.ſi captiui.circa fin.§.de epiſ.& cle.Et adde quod idem

7 not.in aut.q̄ locū.j.de colla. †Quid autē ſi pater poſtquam filio reliquit rē iure inſtitutionis,eā alienauit ſpōte. an videatur inſti. reuocaſſe.& ſic filius remaneat præteritus, videtur quod ſic per l.ſi deicommiſſa.§.ſi rem. de leg.iij.cōiuncta.l.quoties. de hæred. inſti.Contrariū tenēt doc.fauore teſtamēti:ne rūpatur cū ſuccede

8 dat inſtitutio in æſtimatione.†In §.[repletionē.] no.primò q̄ ſi filius vel alius deſcendēs cui debebatur legitima,ſi inſtitutus vniuerſaliter in maiori portione quā ſit legitima,& rogatus per ſi deicōmiſſum reſtituere ſub cōditione,vel ad tēpus:& aduenięte cōditione vel tēpore reſtituat retenta legitima,quæ non cadit in fideicōmiſſo.vt ſ.eo.l.quoniā in prioribus.poteſt detrahere in legitimā de ipſis corporibus rerū hæreditariarū:nec habet imputare in eā fructus interim perceptos.quia illi non ſunt hæreditarij: cū nunquā fuerit teſtatoris.vt l.quod his verbis.ff.de leg.iij.& legitima debet detrahi ex ſubſtātia defuncti.vt hic dicitur.i. ex rebus quæ fuerūt eius.ſecus in trebel. in quam imputātur fructus percepti iudicio teſtatoris puta pēdēte die, vel cōdi. fideicōmiſ. vt j.l.in fideicōmiſſariam.ff.ad treb.Sed cōtra de l.papinianus.§. vnde ſi quis.ff.e.& de l.iubemus.in princ.iuncto fi.j.ad treb.vbi eſt hoc ſpeciale in liberis primi gradus:q̄ nō imputēt,iſte autem tex.ſine dubio locū habet etiā in liberis ſequētiū graduū quibus debetur legitima.omnes enim iſtæ ll.ita debēt intelligi.Sol. cōſidera tria iura.ſ.ius antiquū fforum.& ſecundū illud fructus iudicio teſta.percepti imputabātur in legitimā.& etiā in trebel. tā libe.primi gradus,quàm ſequentiū.vt in §.vnde ſi quis.Itē ius.C. ante Iuſtinianū:& tunc fuit introductum ſpecialiter in liberis primi gradus,vt nō imputarent in trebel. & per cōſequēs nec in legitimā.in quam trebel.cōputabatur:quia non erat detrahenda niſi vna quarta,& iſte eſt caſus in l.iubemus.j.ad trebel. quā credo fuiſſe Theodorij.Tertiū ius fuit illud Iuſtiniani.ſecūdū quod licet ille tex.loquatur in filijs,generaliter intelligitur in omnibus

9 deicēdentibus,vt nō imputent in legitimā. †Sed pone q̄ detrahit legitimā & trebellianicā,quia rogatus erat ſub cōditione ſecundū opinionē canonizatā in c.Raynutius.de teſta.An ſaltem tunc fructus cōputentur in trebellianicam? habui ſemel conſilere.& viſum fuit mihi quod ſic:quia text in l.iubebus loquitur quādo detrahitur vna tantū quarta, quod patet quia dicit quod retenta quarta dodrans reſtituitur,quæ quarta trebellianica imputabatur in legitimā.& magis cōtemplatiōe legitimæ fuit hoc introductū quàm trebellianicæ:ſi ergo detrahūtur ambæ, ſufficit q̄ liberi primi gradus vel ſequentiū habeāt hoc priuilegium quantum ad legitimam : ſed in trebel.debeant computare.vt ſic quantū minus fieri poteſt recedatur à diſpoſitione iuris veteris & ita legendo Boñ.infortiatum tenui in l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad treb. & ita cōſului in ciuitate iſta in quodā caſu de mutina.plures doc.viderunt. & fuit viſum eis quod imaginatio eſſet bona:tñ quia nullus tāgit,& ſic nō habet authoritatē,noluerunt ſe ſubſcribere: ſed ego ita iudicarem ſi eſſem iudex.& vide

10 quod not.Bart.in l.quod de bonis.§.quod auus. ff.ad.l.fal. †Secundò no.arg.ex illo tex.ſecundū Guli.de cu.quod ſi pater relinquit filio tantū quod ſufficiat ad legitimā in pecunia numerata ipſe verò velit habere in rebus hæreditarijs, & dimittere pecuniā,poteſt.ar.ff.de mino.l.ſi in emptione.j.de admi.tut.l.lex quę tutores.§.j.& in auth. neq̄ virū quòd ex dote.§.j. &.ff.de bo.lib. l.libertus qui ſoluendo.in quibus pater q̄ debet haberi conſideratio affectus quā habet ad bona paterna.Sed cōtra de tex. precedenti.ibi dum dicit habeat rem, vel pecunias &c. ſed dic q̄ ſimiliter loquitur quando idē cōſenſit habere pecuniā,nos loquimur qñ non cōſenſit. Itē in contrarium facit in auth. vt cum de ap.co.§.cæterū:ſed dic q̄ nō poteſt dicere teſtamentū nullū tanquam præteritus : tñ poteſt petere res ipſas.i.pecuniā dimittere. Item cōtra.de leg.j.l.nō amplius. §.fi. ſed dic q̄ in ſingulis rebus nō debet petere propter incōmodam ſeparationē, ſed iudex poteſt in vna re vel duabus eam ſibi aſſignare. arg.j. quādo & q̄. quarta pars debetur. l.iij.lib.x. ſecundum Gul.de Cu cuius lex

11 hæc verba. †Tertiò facit iſte tex. ad q̄.illā qua quæritur an ſupplementum legitimæ debeat fieri duntaxat per hæredē:an etiam per legatarios quia ſi fuerūt legatæ res hæreditariæ & filius vult habere de ipſis rebus,videtur q̄ debeat fieri etiam per legatarios.quaſi iſtud onus ſequatur res ad quoſcunq̄ vadāt. & tamen Ang.in l.papinianus.ff.eo.ſecus in legatarijs quantitatis.& ita debeat intelligi quod no.Bar.in l.in quartā. ff.ad l.fal.vbi tenuet iſtam.q.& tamen non facit iſtam diſtinctionē.& alle.l.libertus ſub condi. §.ij. de bonis liber. Bal.etiā tenet quod dixi: ita multi text. ſint qui probant & dicunt debere fieri ſuppletione

12 per hæredes & pluries vidi hoc de facto. †Vltimo ſingulariter not. quod ſi filius cui eſt relictum minus quàm ſit legitima ſubſtitutus legatario vel hæredi:illud quod capit ex ſubſtitutione:non imputet ſibi in legitimā:& ideo in eo quod capit ex iure accreſcendi etiā non imputat. & iſta ſunt valde dubia. cum ſit de corpore bonorum defuncti:ideo deberent imputari:circa hoc vide Bar.in l.in quartam.circa finem.ff.ad l.fal.

1 *Nota in quibus differat iſte §.à l.quoniam in prioribus.ſ.eo.*

1 §.Cùm autem.†De fideicōmiſſo vniuerſali relicto filio ſub cōditione vel in die vſq; ad legitimā ſibi debitā detrahitur cōditio vel tēpus.in reſiduo vero

2 remanet.h.d.notab.†& differt à.l.quoniā in prioribus.ſ.eo. qua ibi loquitur quādo ſola legitima fuit relicta ſub cōditione,vel in tēpus quo caſu remoueē cōditio,& dilatio, hic vero qñ vltra legitimā:imo tota hęreditas fuit relicta vnde videbatur q̄ debeat compenſari illud plus cum grauamine cōditionis vel tēporis:& ſic nō deberet remoueri arg. ſ.eo.l.ſi pater puellæ. & per regulā qui in vno releuatur in alio grauatur,& ecōuerſo: vt in l.cū quis ff de iureiu.tamen contrariū eſt.vt hic patet.ſimile quod no.in l. omnium.ff.de viufruc.& l.vxori.de viufr.leg.vbi relictum proprietatis vltra quā debeatur pro legitima, nō compenſatur cum fructibus legitimæ:imo eo nō obſtante debet habere fructus legitimæ:& ſic de legato vſusfructus:debēt deduci. Itē in alio differt:quia in l.quoniā in prioribus.communiter per antiquiores doctores fuit intellecta in cōditione poteſtatiua.quæ dicitur continere grauamen.iſte autem.§.loquitur etiam in caſuali:quia noſtri tutus fuit rogatus reſtituere poſt mortem filio. nam habet in ea conditionē ſi filius ſuperuixerit ipſi grauato.vt.l.hęres meus circa prin.ff.de condi.& demon.& tamē reijcitur illa cōditio vtpote ad legitimam. & ſic illa debet incontinenti reſtitui. ted in reſpect

3 duo expectatur euentus conditionis. †Ideo Bartol. per iſtum §. approbat

§.approbat opi.gl.quæ tenuerunt in l.si pater.j.de instit.& substit. & l.suus quoq;.de hæred.instit.quod conditio casualis vel mixta reſcinditur hodie de legitima:& sic illa iura sint correcta,quæ volunt testamentum esse nullum,si filius sub illa conditione institutus:& in eius defectū non exhæredetur, quasi interim sit præteritus.& nihil sibi sit relictum,sed certe non est præteritus si recipiatur conditio.de legitima,& sic valet testamentū. per istū §. & dicit q̄ legendo ipsum de hoc perpendit. & sic mutauit opinionem:cum pluries per prius consuluerit contrarium sequendo alios doctores,sed do.Ray.de Forly.qui legebat hoc, scripsit sibi perulij,quòd ille §.nihil faciebat:quia loquitur de iure. C.q̄ non requirebat titu.instit.sed sufficiebat quoquo relicti titulo. vt Lomusmodo.supra eodē.sed ipse respondet q̄ istud nihil ad propositum,sed dic vt ipse notat in dicta l.suus quoq;. fateor autem quod iste §.est hodie correctus,dum vult quod sufficeret relinquere filio legitimā per fideicommissum vniuersale. quod tū de iure digestorum non erat.imo talis filius habebat contratab.tanquam præteritus. vt in l.ita tamen.§.qui rogatus. ff. ad trebel. & hodie idem est per ius authenticorum vt in §. aliud quoque capitulum * in authentica vt cum de appellatione cogno. * licet quidā dixerint contrarium: quia fideicommissarius vniuersalis videtur hæres vt in l.si filius.ff.quod cum eo.& hoc tāgit hic gl. sed verum est quantum ad effectum:quia habet vtilia iura: non quantum ad honorē:quia non habet directa.& honor consideratur in legitima.vt in l.filiū.de leg.præstan. ideo requiritur hodie titu.instit.non quantum ad hoc q̄ reuocatur conditio. iste §. non est correctus.& hoc voluit Bar.Or.sufficiat.

§.Illud præterea. †Tempus querelę incipit currere adita hæreditate: quæ debet adiri infra sex menses,vel annum:qū filius esset exhæredatus: aliàs habetur pro repudiante:& querela etiam non præparata, vel non nata,quæ tamen nasci speratur,transmittitur per filium ad suos descendentes.hoc dicit vsq; ad finem. Et hoc vltimum declara: vt i.eo.l.si quis filium.

1 ¶ Quando aliquis testatur ex priuilegio quod contra eius testamentum non detur filius querela.& nu.5.

1 ¶ Contra testamentum militis militantis,& in expeditione degentis non datur querela.

Quisnam possit testari sine solennitate testium,& duo testes sufficiant etiam si sit in potestate patris.

Quis desinat militare,& effectus sit veteranus.& nu.4.

Triplex peculium filiusfa.& de quo possit testari,& an tunc subiaceat querelæ.

1 Qui sint filiusfa.habentibus peculium acquisitum de publico?

1 Fortius & potentius est testamentum factum ex priuilegio, quàm testamentum factum de iure communi.

Vnum priuilegium trahit ad se aliud priuilegium.

LEX XXXVII.

1 Cum antiquis. †Lex ista est lōga, & aliqualiter confusè dictata:& intentio fuit eius principaliter decidere illud dubiū. s. an filiusfa.habens quasi castrense peculium possit de ipso testari:nam regulariter testari nō potest:etiā de voluntate patris: & etiam de peculio aduentitio.de quo pater nō habet vsumfructum:secundùm glo.& doct.in l.pe.j.qui test.fa.pos. Item clarū 2 est q̄ de peculio castrensi * bene potest testari. sed erat dubium de quasi castrensi:& dicitur quasi castrense illud quod acquiritur officijs publicis:& de publico.Et dicitur hic q̄ de iure veteri reperiebatur in quibusdam personis q̄ testari poterant: puta in consulibus:& in præfectis regionum, & præsidibus prouinciarum,& in alijs qui habuerunt officium cum dignitate:sed dubiū erat quid in alijs qui habuerunt officia sine dignitate. vt notarij, aduocati, salariati de publico ad scribendum aduocandum. & doct.& magistri artium salariati ad legendum,vel docendū: nā illa salaria dicuntur esse quasi castrense peculium.Et breuiter respondetur & deciditur per istam l.q̄ idem sit.vt possit testari ex 5 priuilegio huius l.licet sint in patris potestate: mortuo verò patre,vel postquam exiuerunt patriam potestatem:nō dicitur amplius peculium quasi castrēse,sed desinit esse peculium, & trāsit in nomen patrimonij:& sic non testatur ex priuilegio: sed de iu 1 re communi. † Et effectus huius est:quia primo casu cum testetur ex priuilegio,contra tale testamentum nō datur filio querela:sicut nec contra testamentum militis: qui testatur ex priuilegio militari.etiam sine aliqua solennitate iuris ciuilis:sed in secūdo casu quando testatur de iure communi: & non ex priuilegio, testamētum tale subijcitur iuri communi: etiam quo ad querelam,vt possit contra ipsum intentari:hæc est substantia huius l. in breui.quæ primo ponit vnam regulam claram in iure.de quo etiam habetur s.e.l.qui de inoffi. † videlicet q̄ contra testamentum militis militantis:q̄ in expeditione degentis, nō datur querela.& in hoc miles habet priuilegium,de quibuscunque bonis ipse testetur.habet etiam aliud priuilegium,q̄ potest testari sinè solennitate testiū:quia sufficiunt duo testes:vt l.j.de testa.milita. Itē tertiū si est in patris potestate: quia nihilominus pōt testari. Si aūt desinit militare,& effectus est veteranus, si erat sui iuris: nullū de istis priuilegijs habet.& sic debet testari de iure cōi: sicut & alij testantur: & contra testamentū ipsius datur querela: vt in l.Papinia.§.cōtra veterani.ff.eo.Si aūt sit in patris potestate,permittit Imperator quod potest habere triplex peculium:scilicet castrense,quod acquisiuit in castris,q̄ in actu militari.Item quasi castrense,quod acquisiuit ex officijs publicis. Item paganicum,quod aliunde acquisiuit:constat autē q̄ sine solennitate testiū postquā non militat,non potest testari.Item constat quod de castrensi peculio bene pōt testari.licet sit in patris potestate. Itē constat q̄ de paganico non:sed est dubiū de quasi castrensi: & Imperator dicit quod olim reperiebatur in quibusdā: vñ erat dubiū de alijs.& decidit in omnibus habentibus quasi castrense peculiū:vt de ipso possint testari ex priuilegio huius l. licet sint in patris potestate:& quia testantur ex priuilegio,tale testamentum nō subijcit querelæ.sicut nec qui testantur de castrēsi peculio:postquā verò fuerint effecti sui iuris,desinit appellari peculiū castrense,vel quasi.& non testātur de priuilegio, sed de iure cōi.Igitur subijcitur querelæ.Si aūt miles est in expeditione, licet sit sui iuris,non desinit dici castrense peculiū:nam dicitur miles habere duplex patrimoniū:scilicet castrense, & paganicum. & habet priuilegium vt possit facere duo testamenta. & vnū instituere in vno:alterum in altero:& vno repudiante alteri nō accrescit:sed decedit intestatus in illo.contra regulā q̄ non potest quis decedere pro parte testatus,& pro parte intestatus. de quibus dic vt in l.j.cum sequen.j.de test.mil.& in istis stat substantia huius l.quàm gl.malè intellexerunt.& etiam docto.valde parum:imò nihil substantialiter declarāt.† In tex.ibi. [In castrensibus & enim.] hic incipit loqui de his qui non sunt milites: fuerunt tū,& desierunt militare;& habent peculiū acquisitū in castris.vel nunquā fuerūt,& habent peculiū acquisitū de publico. & sunt filijfa.& de istis loquitur vsq; ad §.fin. Si enim essent sui iuris:etiam si fuissent milites,nullum habent priuilegiū:nec quo ad potestatem testādi:quia possunt testari de iure communi: nec quantum ad solennitatem euitandam: licet fuerint milites : ex quo desierunt militare. nec quantum ad querelam: in istis ergo qui sunt in patris potestate, & non sunt milites, vertitur dubiū. an priuilegio possint testari de dictis peculijs. & per consequēs an eorum testamenta subijciantur querelæ. & dubium principaliter consistit in quasi castrensi peculio.nam de castrensi non est dubium quòd sic. vt in ver. [sed & veterani.] Item de paganico clarum erat quòd non remanet dubium de quasi castrensi: vnde respondet vt sequitur . quòd olim reperiebatur in quibusdam tantum , & non in alijs , sed deciditur quòd in quibuscunque habentibus tale , scilicet quasi castrense. ad similitudinem habentis castrense : vt in ver. [in his itaque omnibus.] ibi [ad limitationem peculij castrensis &c.] Idem de alijs ibi: dum dicit. [patronis causarum .] dicit domi.Rapha. quòd hic est tex. de eo quod dicunt gloss.in multis locis.quòd olim aduocati habebāt salarium de puplico : & nihilominus recipiunt à clientulis quod hodie non seruatur: sed Florentiæ sunt duo ciues deputati pro sapientibus communis:qui sunt aduocati fiscales. & habēt salariū de publico. Et recolligit ex ista l.mirabile.† quòd fortius & potentius est testamentum factum ex priuilegio.quia non subijcitur querelæ,quam testamentum factum de iure cōmuni,quod subijcitur querelæ. regulariter contrà : quia potentius est ius commune quam priuilegium, vt l.eius militis.§.si militia.ff.de testa.mili.& quod not.in l.j. suprà si aduer. ven. in vltima gloss.in fine,& sic vnum priuilegium trahit ad se aliud priuilegium. sed ius commune priuilegium ad se non trahit. & ista sunt merè positiua:quia non possit assignari viua ratio, & mul-

¶ De peculio castrēsi. Adde doct.in rub. extrā de pecu.cle.

tùm vrgens.

De inofficiosis donationibus. *Rubrica.*

1 ☞ *Querela inofficiosæ donationis, quare & à quibus fuerit introducta? Ius agendi ad supplementum, quanto tempore tollatur?*

Præmitte quod aliquãdo donatio reuocatur propter defectũ donatarij: quia est ingratus erga donatorẽ: & tunc loquitur. l. si j. de reuo. dona. Interdum ex tacita voluntate donantis. propter liberos de nouo susceptos. quos non putabat donator se habiturum. vt loquitur. l. si vnquam. eod. tit. nam tunc reuocatur: etiam si non sit inofficiosa: dummodo sit de dimidia vel maiori parte bonorum: & reuocatur ipso iure etiam viuente donante. & circa materiam illius. l. quæ est nota. Bal. hic in pe. & vlt. col. formatur plures notabiles quæstiones. Interdum reuocatur contra voluntatẽ donatoris, quando est inofficiosa: quia per eam filij fraudantur legitima. & tunc reuocatur per filios: post mortem tamen donantis. quoniam primò non erat eis debita legitima. vt. l. j. §. si impuberi. ff. de col. bo. & non reuocatur ipso iure: sed per querelam inofficiosæ donationis per prius rescinditur donatio. & ea rescissa res donatę reuocantur. vt hic in gl. magn. in x. & vlt. quæstio. sicut quãdo in fraudem patroni: vel in fraudem creditorum reuocantur per caluisianam. & Paulianam: vt instit. de act. §. Item si quis in fraudem. & ff. si quid in fraudem patroni. per totum. quam tamen Caluisianam vel Paulianam non habebant filij in bonis patris nisi filij adoptiui pro quarta quę eis debetur ex consti. principis. vt ff. si quid in frau. pa. l. fi. iuncta. l. nõ vsque adeo.

2 ff. si quis à paren. fue. manumis. † fuit autem introducta querela inofficiosæ donationis per constitutiones principum: nam per iura fforum nõ erat prouisum filijs quando fraudabantur legitima: nisi quando per testamentũ: quia non relinquebatur eis integra legitima, quæ erat quarta bonorum quæ defunctus habebat tempore mortis. quo casu dabatur filijs querela inofficiosi testamenti: per quam totum testamentũ rescindebant. parẽtes autem volentes filios fraudare nõ eligebant viam testamenti: sed viam cõtractus, seu donationis, diminuentes patrimoniũ per donationem. & non relinquentes tantũ q̃ sufficiebat ad legitimã filiorũ: & de illo modico q̃ eis remanebat relinquebant quartã partem: vnde nõ habebant querelã inofficiosi testamenti. quoniam habebant quartã bonorum quæ erat tempore mortis: vt l. cum quęritur. s. tit. j. & sic remanebant destituti. & fraudati legitima propter hoc: quia resultabat iniquitas q̃ parẽtes tali modo filios fraudarent. Ideo emanauerunt constitutiones principũ: & prima fuit imperatoris Alexandri. cuius tempore fuit Vlpianus. de quo fit mentio in l. Titia. §. Imperator. ff. de le. ij. & in nullo alio loco habetur mentio in volumine. ff. de illa querela: postea per constitutionem aliorum principũ: quorum sunt. ll. huius tit. quæ dãt querelam vsque ad integram legitimam, & in hoc differt à querela inofficiosi testamenti. quæ datur in totum: & quatenus ab intestato esset habiturus: vt in. l. mater. ff. de inoffi. test. postea emanauit cõstitutio nouissima Iustiniani. de qua. s. ti. j. auth. vnde si parens. quæ videtur hoc introducere de nouo. vt si aliquid fuit relictum filijs fraudatis, quod tamen ad legitimã non sufficit, inspecta quãtitate bonorum quæ erat tempore donationis, nõ agatur querela: sed agatur ad supplementum legitimę si donatio erat facta vni, vel aliquibus filijs magis dilectis. & est vtile † quia querela inoffi. dona. durabat quinquennio: sicut querela inoffi. test. vt. j. eo. l. filius agendi ad supplementum est perpetuum. quia petitur conditione ex illa auth. & sic actione personali. quę durat. xxx. an. secundùm communem opi. doc. licet Bar. tenuerit quod ius agendi ad supplementum tollatur quinquennio: sicut querela. per. l. si quis filium. in fi. s. ti. j. & omnes doc. moderni tenẽt contrarium. Si autẽ donatio sit facta extraneis, videntur iura vetera incorrecta: & sic dabitur querela. tamen videtur resultare inconueniens. q̃ filius defraudatus sit deterioris conditionis quãdo facta est extraneis, quàm quando fratribus. vnde potest dici quod vtroque casu detur conditio ex. l. tamen quãdo filijs, nunquam reuocatur: nisi vsq; ad legitimam. etiam si sit inofficiosa re & consilio: & ita intelligatur illa auth. quando verò extraneis, si est inofficiosa re & consilio, reuocatur in totum: & sic agitur querela. quæ durat quinquennio. Si verò re tantũ, agitur ad supplementum legitimæ. & non vltra: & agitur per condi. ex. l. quæ est perpetua. non per querelam. Quantum verò ad querelã inofficiosi testamenti, non est verum. nam fit inofficiosum re & consilio. & re tantũ: quia vtroq; casu datur in totum quod habiturus erat filius ab intesta. quia facilius rumpitur testamentum quod fundatur in vnius voluntate tantum, quàm donatio quæ fundatur in voluntate duorum.

1 ☞ *Querela inofficiosi testamenti, & querela inofficiosæ donationis in quibus differant, remissiue.*

2 *Ius agendi ad supplementum, an solum competat respectu bonorum quæ erant tempore mortis, an etiam respectu inofficiosæ donationis antea factæ?*

3 *Donatio facta alicui, quando reuocetur usque ad legitimam filiorum tantum: & quando in totum: & quid si facta fuerit pio loco? ut ecclesiæ, uel monasterio, seu hospitali?*

4 *Pater habens unicum filium, si donauit alicui extraneo dodrantem, & sic non fuit donatio inofficiosa, & postea in aliis tribus uncijs remanentibus filium heredem instituit, & legatis & fideicommissis grauauit, an habeat aliquod remedium contra istum donatarium?*

5 *Si pluribus singulariter donauit, an ultima donatio recidat alias inofficiosas?*

6 *Si donatio non excessit dodrantem, sed postea donans reliqua bona casu amittit, an figetur donatio inofficiosa?*

7 *Quæ actio proponatur, pro reuocanda huiusmodi donatione?*

8 *An talis filius in cuius præiudicium pater donauit, sit similis patrono respecta libertis?*

9 *Filius quando possit reuocare alienata per patrem, titulo onerose?*

LEX I.

1 SI vt allegatis. † Si per donationẽ, legitima filiorũ minuatur, per querelam inofficiosæ donationis vsque ad legitimã reuocatur donatio. hoc dicit Bart. Certè hoc vltimum non dicitur in tex. quòd vsque ad legitimã tantũ reuocetur: sed bene dicitur quòd ex eo quia filij fraudati nõ habebant integram legitimã, datur querela: nam tex. loquitur quando donatio erat facta extraneis, vel aliquibus exliberis: & constat secundùm opi. doc. & gl. quòd quando extraneis, si est inofficiosa re & consilio, reuocatur in totum. per. l. libertus minorem. in fi. ff. de iure patro. vnde iste tex. in fin. prout refertur ad donationem factã extraneis: cum in prin. dicat quod fuit facta ad eludendum querelam inoffi. test. & sic fuit inofficiosa re & consilio, debet intelligi quod reuocetur in totum. sed prout refertur ad casum quando fuit facta liberis, est verum quod dicit Bartol. vt debeat intelligi quòd reuocetur vsque ad legitimam: & hodie non per querelam: sed ius agendi ad supplementum. vt dixi super rubrica. & pone casum hic prout posui in authen. vnde si parens. quòd pater donauit. x. vncias norum suorum duobus ex liberis, vel extraneis: & sic non reseruauit integram legitimam filiorum: quæ erant tres vnciæ secundùm illa tempora. hodie verò quatuor: deinde in testamento los eosdem filios donatarios, & etiam alios duos instituit vniuersales hæredes. & sic alij duo de alijs duabus vncijs non habent nisi vnam: cùm debuissent habere vnam cum dimidia pro integra legitima. & vltra hoc plura legata fecit. & sic patrimonium exinaniuit. dicitur quòd illi duo filij fraudati habent querelam inofficiosæ donationis: quæ fuit introducta ad similitudinem querelæ inofficiosi testamenti. glo. verò non ponit quòd illi duo filij donatarij fuerunt instituti vna cum alijs duobus: sed quòd illi duo: alij tantum in alijs duabus vncijs remanent hæredes. Et ponendo illo modo resultat contrarium. de quo in prin. glo. mag. Sed ponendo vt dixi. cessat illud contra. & illo modo Bal. ponit casum hic. & bene. veniamus ad casum. In text. ibi. [si vt allegatis.] loquitur filijs fraudatis à matre: qui erant saltem duo. ex quo loquitur in plurali. vt. l. vbi numerus. de testi. ff. & alijs quibus erat facta donatio, saltem erant duo. per text. seq. qui loquitur in plurali: dum dicit in quosdam liberos. In tex. ibi. [ad eludendam inofficiosi querelam.] & sic patet. quòd erat inofficiosa non solum re, sed etiam consilio: quia videns non potest fraudare duos filios per viam testamenti: quia competeret querela inofficiosi, ad excludendum illam elegit viam contractus: credens sibi sufficere quòd de illo modico sibi remanente relinqueret istis duobus quartam partem per. l. cum quæritur. §. ista. ipsa autem relinquit nõ solum quartam partẽ: sed dimidiam ponendo casum vt posui: vel totum quod remanserat si ipsos solos instituit in illis duabus remanentibus. secundum vnam positionem glo. vel saltem quartam. secundùm aliam positionem. quia in duabus vncijs minutis: diuidendo illas glossa. in. xij. & sic habebant vltra quartam inspecta quantitate bonorum quæ erant

erant tempore mortis:quia cum essent quatuor filij, tangebat a-
3 bos duos vna vncia cum dimidia pro eorum legitima. & fuerūt
instituti in duabus.tamen non sufficit:quia debet inspici quanti-
tas bonorum quæ erat tempore donationis factæ. † In text. ibi.
[intra formā &c.] in multis tamen differunt querela inofficiosi
testamenti.& querela inofficiosæ donationis.quod dic.vt j.e.l.fi.
per gl.Glo.mag.videtur primò formare quatuor oppositiones,
vsq; ad ver. [quinto quæro.] tamen reuera non sunt nisi duæ:
quia repetit idem per idem in tertia & quarta oppositiõe. postea
format sex oppositiones circa materiam.& sic sunt x.inter oppo
sitiones & quæstiones.Prima ergo oppositio est contra decisio-
nem huius l.& contra rationem quam assignat.dicit enim quòd
isti duo filij qui conquęrebantur,habent querelam:quia non ha-
bent integram legitimam contra,quòd imò habeant integrā le-
gitimam:& sic non debeant habere querelam.nam fuerunt insti
tuti in duabus vncijs:& tamen pro legitima eorum etiam consi-
derata quantitate bonorum quæ erat tēpore donationis,non de-
bebant habere nisi vnam vnciā cū dimidia:quia iure isto legiti-
ma omniū quatuor erat tres vnciæ:de quibus tāgebat vna cum
dimidia istis cōquærentibus.& ipsi habent duas,vnde debet ces
sare ista querela:sicut cessaret ista querela inofficiosi testamenti.
vt.cum quæritur.ſ.tit.j.glo.soluit duobus modis. primò quòd
fuerunt instituti in duabus vncijs minutis.diuidendo illas duas
grossas in alias xij.& sic in duabus vncijs patrimonij remanētis:
quæ duæ vnciæ non faciebant vnam vnciam cum dimidia de
vncijs grossis:quæ erant inspecta quantitate patrimonij tempo-
re donationis.vel si fuerūt instituti in illis duabus vncijs grossis
remanē.dic q; si habent plusquā esset quarta.non tñ videbantur
habere:quia in illis erāt grauati legatis & fideicommissis.& hoc
vsq; ibi. [secundo.] Ibi est secūda oppositio cōtra istas sol.q; nō
procedit.& primò cōtra primā:quia posito q; duæ vnciæ minu
tæ non faciāt vnā vnciā cum dimidia de grossis:nō deberent tñ
habere querelā:sed agere ad supplementū postquā aliquid fuit
eis relictum nomine legitimæ.vt ſ.ti.j.l.omnimodo.& posito q;
essent grauati legatis & fideicōmissis,tenēdo secundā solutionē
q; fuerunt instituti in duabus vncijs grossis.adhuc nō deberent
habere querelā istam:quia nec habent querelā inoffi.test. cū tale
non de legitima reijciatur.vt l.qm̄ in prioribus.ſ.tit.j.glo. rñdet
q; po-procederet inspectis illis legibus nouis, sed ista lex fuit
antiqua.& tēpore eius non agebatur ad supplementū: sed dabat
querela inoffi.test.si non erat relicta integra legitima. vel si erat
relicta,& filius esset grauatus legatis & fideicō.eodē modo com
petebat illa querela.hodie fateor q; decisio huius l.non procede-
ret.& hoc vult glo.vsq; ibi. [dico ergo.] & cū illa particula iun
ge ver. [inop.] & versi. [quartò quęro.] in quibus repetit idē
per idē.nā quod ſ.dixerat simul cōtra ambas solutiones.in ver.
[inopponо.] dicit cōtra primā.& in ver. [quarto quæro.] di-
cit cōtra secundā.repetēdo idē quod dixerat in effectu. licet per
alia verba inepta.præterea in illo ver. [dico ergo.]gl. dicit hoc
præsupposito q; hodie propter grauamina nō debet dari quere-
la quia reijciunt.vt dixi.licet olim daret saltē per viā exceptiōis
contra legatarios adhuc si non reperiunt se habere integrā legiti
mam,inspecta quantitate bonorū quæ erat tēpore donationis,
habebunt hanc querelā contra filios donatarios.& sic duplex re
medium.ius agendi ad supplementū,& querelandi. qm̄ ad idem
tendit hoc secundū eum.primò nam per querelam non obtinet
ius supplementū legitimæ,qñ donatio est facta alteri filio. & sic
non corrigit ista lex per l.quoniā in prioribus.ista gl.in hoc con-
tradicit sibiipsi in eo quod dicit [tertiò.] in ver. [pone.] in fi.
vbi videtur dicere quòd hodie non habet querelam,sed ius agē-
di ad supplementum.& etiā.ſ.hoc dixerat.† Bar.reducit ad con-
cordiam,vt eo casu quo per querelā aduocat plusquā supplemē
tum legitimæ:tunc detur querela etiā hodie: & non ius agendi
ad supplementum:aliàs concurrūt:sed aduerte quòd ius agendi
ad supplementum competit respectu bonorum quæ erant tem-
pore mortis.ita loquitur l.omnimodo.sed illa bona donata iam
exiuerant patrimoniū.& sic illa l.omnimodo.non potest habere
locū vt agatur ad supplementū contra donatarios.ideo remanet
incorrecta per istam l.quia cessat in agendi ad supplementū, sed
per auth.vnde si parēs.videtur corrigi vt possit agere ad supple-
mentum etiam contra donatarios.doct.breuiter tenent primam
solutionem.quòd hic fuerūt instituti in duabus vncijs minutis.
& sic non agebatur ad supplementū contra donatarios,sed que-
rela:hodie per illam authen.secus. Secundam verò solutionem
non tenent:quia etiam iure veteri de legitima reijciebatur onus
legatorū per l.cum patronus.ff.de leg.ij.sed illa nihil facit: quia
loquitur de legitima patroni,cuius intererat reijci onus:quia nō
plus consequebatur per contratab.sed de legitima filij:licet non
reijciebatur olim onus,sed faciebat competere inoffic.testamen.
querelam per quam filius melioris conditionis erat: quia totum
testamētum expugnabat.hodie secus in d.l.quoniam prioribus.
tamen per alias rationes potest dici quòd determinatio Doct.sit
bona.vt tangitur j.in ver. [sexto quæro.] vbi glo.reuocat in du
bium illud quod hic firmauerat quando pater reseruauit inte-
gram legitimam:& in ea instituit filios, & grauauit legatis & fi-
deicommiss.an propter hoc habeant querelam inofficiosæ dona-
tionis.& tenet quòd non.nec querela inoffic.test.nisi cum distin
4 ctione.† In ver. [v.quæro.] glo.recitat duas opin.in illa q.qua-
rum prima fuit Azo.altera Hugolini.Bald. recitat quinq; alias
breuiter recolligēdo omnia.dic quòd aut donatio fuit facta vni
ex liberis:& tunc per alios non reuocatur nisi vsq; ad legitimam,
siue reuocatur ex tacita voluntate donantis per liberos iuperue-
nientes.vt j.e.l.si totas.siue contra volūtatem per liberos iam na-
tos,qui sunt fraudati legitima: & siue sit inofficiosa re tantùm,
siue re & consilio.vt j.eod.l.si liqueat.si verò facta est extraneo:
tunc si reuocatur ex tacita volūtate donātis per liberos superue-
nientes,reuocetur in totū per l.si vnquā.j.de reuo. dona. nisi fa-
cta fuerit pio loco:vt ecclesiæ,vel monasterio,vel hospitali: quia
tunc vsq; ad legitimā:& vltra xviij.q.c.fi.si verò reuocetur con-
tra voluntatē donantis per liberos qui erant nati tempore dona.
& sunt fraudati legitima:& tunc si erat inofficiosa re : reuocatur
vsq; ad legitimam:vt j.e.l.si mater.si re & consilio : & tunc reuo
catur in totum.ne filius sit deterioris conditionis quā patronus
qui reuocat tunc in totū:vt in l.si libertus minorē.circa fi,de iure
patro.quidā tamen dicūt hoc verū si nihil erat filij, relictum,quo
casu de iure veteri nihil corrigitur:vt ſ.tit.j.l.omnimodo.§.fi.sed
si aliquid erat relictū,dicūt quod etiā tunc qñ erat inofficiosa re
& cōsilio,nō reuocat nisi vsq; ad supplemētū legitimæ. per aut.
vnde si parens,sed gl.ibi dum dicit,vel loquit qñ in alium filiū.
sentit contrariū:dum dicit q; illa aut. loquitur qñ est facta filio.
quasi dicat,si extraneo,nō reuocaretur in totū : si est inofficiosa
re & consilio.do.Raph.Ful.tenet q; quando est inofficiosa re &
consilio:etiam si sit facta filio, reuocatur in totum q; reuocatus
erat habiturus ab intestato:& etiā iure veteri per §.Imperator.in
li.Titia.de le.ij.vbi reuocat totā dimidiā quæ ipsum tangit.sed il-
la opi.videtur contra tex.in l.si liqueat.ipse tñ nititur soluere:sed
securius est tenere opinionē doctorū.Bald.autē tenet q; excepto
casu.l.si vnquā.de reuo.do.quæ loquitur qñ reuocatur per filios
superuenientes,nunquā reuocetur:nisi vsq; ad legitimam,etiam
si sit facta extraneo:& etiam si sit inofficiosa re & consilio,& sibi
aliquid fuerit relictū pro legitima:& ita vident sonare oēs ll.hu-
ius tit.& illa opi.est fortè melior quàm alia,& illa querela differt
à querela inofficiosi testamenti.Guli.verò de cu.tenuit q; ppter
liberos superuenientes nō reuocet donatio in totū:nisi qñ fuisset
facta liberto donatoris:& ita loquit.l.si vnquā.secus si alteri in-
genuo.quæ opi.cōiter reprobat.lac.but.tenuit q; ita demū reuo-
cetur in totū,qñ donator nullū filiū habebat tēpore donationis:
sed si habebat,tunc si voluit illū fraudare,ita credendū est q; vo-
luerit fraudare nascituros:ad quos non maiorē affectionē habe-
bat quā ad iam natū.& ideo sicut iam natus nō reuocat nisi vsq;
ad legitimā.per hāc querelā si donatio erat inofficiosa re tātum.
ita & nati postea reuocabūt vsq; ad legitimā tm̄.nō ex tacita vo-
luntate donātis,sed per hāc querelā,& cōtra voluntatē.Bald.te-
net cōtrariū q; imò reuocabūt in locū q; essent habituri ab intest.
pro eorū portione:licet iam natus solū vsq; ad legitimā mihi vi-
detur q; si ille iam natus erat exosus patri:& quia nō putabat se
alios habiturū,donauit extraneo:vera sit opi.Bal.cū sit eadē ra-
tio quæ esset si nullū habuisset:quia verisimile est, quod si sciuis
set se habiturū alios gratos,nō donasset.facit l.tale pactū. §. fi. cū
ibi no.in gl.ff.de pac.sed si non habebat iam natū exosum : sicut
ipsum voluit fraudare:ita & nascituros credendū est voluisse. &
ita procedit dictum Ia.bu.vnū tamen scias q; propter liberos de
nouo susceptos non debet reuocare nisi ex tacita voluntate nisi
donator de liberis desperasset.vt quia habebat vxorē sterilem:&

poſtea illa mortua recepit alterã,ſed ſi non deſperaſſet:tũc nõ eſt credendum quod voluerit donare ſub conditione ſi liberos non habebit:niſi hãc cõditionem exprimat. & ideo liberi poſtea nati reuocabunt per hanc querelã vſq; ad legitimam.& non vltra.In ver. [vj.quæro.] aduertendum eſt. quia gl.hic reuocat in dubiũ illud quod in principio gl.in ver.ij.cum aliquid determinauit,& præſupponit contrariũ eius quod ibi dixit. nam ſi intelligimus ipſam.l. quòd iſti filij cõquærentes fuerũt inſtituti in duabus vn cijs groſsis remanẽtibus:& q ideo habeãt querelã : quia fuerunt grauati oneribus legatorũ,quæ olim nõ reijciebantur. Gl.ibi tenuit q cũ hodie reijciãtur per.l.quoniã in prioribus.nõ habeant querelã:quia reiectis legatis reperiuntur habere plus quàm legitimam. In illo autẽ verſi.præſupponit quod nõ reijciãtur etiam
5 hodie †.vnde quærit.ſi pater habebat vnicum tantum filium,& donauit cuidã extraneo.v.vncias,& ſic nõ fuit donatio inofficioſa,quia non vltra dodrãtem, & poſtea in illis tribus vncijs remanentibus filiũ hæredẽ inſtituit & legatis & fideicõmiſsis grauauit:an habeat aliquod remediũ:quia ſolutis legatis non remaneret ſibi integra legitima:ſed eis nõ ſolutis:ſed reiectis nõ eſſet dubium quòd nullam querelã haberet : nam querela inofficioſi nõ haberet:quia reperitur habere integrã quartam:& quia etiã non eſt dare alium cohæredem,contra quem poſſet ipſam intentare, quia ipſe ſolus fuit vtiliter inſtitutus. & ſic cõtra ſeipſum intentaret.¶Item querelam inofficioſæ donatio. ſimiliter omnino non haberet:quia donatio nõ fuit inofficioſa:ſed dubium eſt propter legata:quæ ſi habeat ſoluere an remanebit integra legitima. glo. præſupponit quòd habeat ſoluere & quòd nõ reijciantur : & ſic remanet fraudatus:nec mirum,nam in alio caſu poteſt pater defraudare filium ſi omnia bona diſsipet,vel in mari proijciat. vel dic ſecundũ Ioan.vt diſtinguatur ſi apparet quod donationẽ fecit cauſa fraudandi filium poſtea per iſtum modum , grauando ipſum legatis:& tũc poſsit per hanc querelã totam donationem reuocare. & ſic ſolus donatarius habebit damnũ. & non legatarius.nec ob.quòd donatio nõ fuit inofficioſa à principio:qa ſufficit quòd ex poſtfacto reddatur inofficioſa.& alleg.gl.duo ſimilia.quod dic vt in eadẽ.Si verò non cõſtat de illa fraude. & ſic re tantum fraudatur.& non conſilio. tunc fatetur Io.quòd de iure illo filius remanebit fraudatus. Sed per auth.de immenſis dona. quæ habetur.§.ti.j.auth.vnde ſi parens. ſecus.nõ tamen declarat qualiter ſecus.an ideo quia reijciantur legata.& ſic ad damnum legatariorũ dũtaxat.an ideo qa reuocatur donatio.& ſic ad dam num donatarij dũtaxat ideo gl.redditur obſcura. ſed vnde pro-
8 cedit hoc quòd præſupponat legata nõ reijci:cũ ſibi præſupponat cõtrarium,q reijciũtur etiã iure.C.Reſpõdeo potuit habere iſtum reſpectũ.nam tunc iure. C.reijciũtur quãdo filius eſſet inſtitutus in ſola legitima. & in illa grauatus. In reſiduo verò fuit alius inſtitutus. ſed iſte reperitur inſtitutus in toto patrimonio quod defunctus habebat tempore mortis. & ſic ſicut relicta ab alio vtiliter inſtituto nõ reijciuntur:ita nec relicta ab iſto.Breuiuiter Guli.de cu.quẽ etiã alij ſequuntur.dicit quòd Ioã.nõ bene determinauit. nam licet iſte videatur inſtitutus in toto patrimonio , habito reſpectu ad patrimoniũ quod habebat tẽpore mortis.nõ habito reſpectu ad illud quod habebat tẽpore don. nõ reperiet inſtitutus in toto patrimonio.Sed in ſola legitima. & cũ legitima detrahat tãquàm æs alienum, abſorbet legata:ſicut & æs alienũ.vt.j.de legatis.l.ſi vniuerſæ. & ſic etiã ſi nõ eſſet.l.quoniã in prioribus.deberẽt iſta legata remoueri ratione prædicta. l.illa loquit qñ alius erat inſtitutus in reſiduo patrimonij.& ſic ꝓpter legata dabatur querela.Sed ſi per illã.l.nõ rumpitur teſtamentũ, nõ dãtur querelæ.ſed remouẽtur.In caſu autẽ noſtro per illam.l. nõ eſt prouiſum.ſed ꝓuidetur per rationẽ prędictã.Itẽ cõuenientius eſt quòd legata reijciãtur, quæ depẽdent ex volũtate vnius tãtùm, quàm q reuocetur donatio, quæ pẽdet ex volũtate duorum:& eſt fortior & potẽtior. vt patet ex his quæ no.hic circa fi. gl.& iſta magna declarat ea quę dicta ſunt circa prin.gl.in op.& iſta procedũt etiã de iure.C.Nam & iura vetera volebãt quòd filius nõ fraudareť legitima. ſicut & illa auth. ſi tñ velimus dicere quòd iſta legata reijciãtur per.l.quoniã in prioribus. tunc poſſemus dicere q tẽpore huius.l.quia nõ reijciebãtur,ꝓpter hæc onera dabatur querela.& iſte eſt caſus huius.l.in fi. quæ videtur hic præſupponere q ex eo quod iſtæ duæ vnciæ erãt exinanitæ le-
6 gatis,debeť illa querela. †In gl.j. [ibidẽ ergo in ſeptima.q.] Dic quòd ſi omnes donationes fuerint factæ eodẽ tempore diuerſis perſonis.tũc procedit id quod voluit gl. videlicet quòd licet nõ eſſent inofficioſæ.tũc ſi vltima nõ eſſet facta, ꝓpter vltimã filium reperiret fraudatus,omnes deberẽt retractari:quia cenſeret vna donatio propter vnitatẽ temporis.prout in ſimili no.j.vnde vil. j.circa fi.gl.mag.fit ergo ſuppletio ex omnibus.Si autẽ in diuerſis tẽporibus,tunc primæ quæ ſumpſerũt robur ante vltimã, per vltimã nõ retractabũtur.ſed vltima tantũ.& ita videť probari in gl.quã all.de iurepa.l.ſi libertus.§.fi.in gl.ibi.Item cõtra determinationẽ gl.in iſta.q.facit.l.Iul.ff.qui & à quibus.poſtquàm à principio donatio fuit inofficioſa,nõ debet cõſiderari caſus aduentius poſtea ſuperueniẽs,vt dicatur effici inofficioſa:quia primus ſtatus debet inſpici:& ex primo facto nõ variari. ar.de ver.obl. inſulã.Item facit.l.in ratione.ff.ad.l.fal.vbi ſi à prin.propter multa legata minuebat fal. licet poſtea creſcant facultates , quæ ſi à prin.fuiſſent,falcid.nõ minuebat.& ſic illud argum.prodeſt hæred.& nõ legatarijs. Doc.tenẽt determinationẽ gl.per.l.quã alleg. in auth.de nupt.qa inſpicitur tẽpus mortis an dicatur inofficioſa vel nõ:& ſi tẽpore mortis reperiebãtur tot bona nõ donata,quæ ſufficiant ad legitimã:donatio nõ debet retractari. & ſtatus eius fuit in pendẽti vſq; ad tẽpus mortis:& tunc declaratur nõ fuiſſe nec eſſe inofficioſa:nec obſt.l.in ratione.quia ibi ſuperuenit argu-
7 mentũ poſt mortẽ.nos loquimur quãdo in vita donãtis.†In glo. ibi.[nono quæro.] cõtra deciſionẽ gl.in hac.q. facit quod dictũ eſt in præcedenti.q.quia ſi inſpiciatur tempus mortis:vt ibi dixi. cum hic tẽpore mortis non reperiatur aliquid in patrimonio,de quo filius poſsit habere legitimã:extunc apparebit aliam donationem fuiſſe inofficioſam:& ſic debere reuocari : maximè quia filius prætẽdit cauſam oneroſam:cum ſibi debeatur legitima:& donatarius cauſam lucratiuã. & ſic filius deberet præferri.vt j. de iure deli.l.fi.§.licentia. ſed glo. dicit aliud eſſe quãdo donatio videť inofficioſa à prin.ſed pendet vſq; ad tempus mortis: aliud eſt quãdo à prin.nõ fuit inofficioſa:quia tũc aſſumit ſtatũ irrevocabilẽ ſtatim:nõ autem pendet.& hoc fauore dona.poſtquam ſumpſit,ex poſtfacto nõ mutatur : & ſic caſus fortuitus nocebit filio:nõ autẽ donatio : bene facit.l.ſi patronus.ff.de bo.li.vbi ratio ſuprà facta quòd filius prętẽdit cauſam oneroſam.quia nil eſt omnimodo oneroſa:cum ſit quaſi debita.nõ autẽ propriè debita:& propterea etiã ſi non eſſet verè oneroſa,nõ deberet revocari donatio:quæ ſumpſit robur antequàm ipſa legitima incoret deberi:nam nõ incepit deberi niſi poſt mortẽ:vt in.l.j.§.ſi impuberi.ff.de col.bon.† In gl.ibi.[x.quæro.] In iſta.q.gl.loquitur
8 multùm ſubtiliter:& vult hoc in effectu.quòd duo iudicia reperiuntur.ſ.quod primò intẽtetur querela: per quã reſcindatur donatio.Et iſta querela nõ eſt actio,nec accuſa.ſed tenet medium ſicut dicimus in querela inofficioſi teſtamẽti. vt no.in l. poſtremus.§.ſi quis.ff.de inoff.teſta.Sicut etiã in illa querela inofficioſi teſtamenti oportet quòd prius intẽtetur:& ſic reſcindatur teſtamentum:& poſtea intẽtatur petitio hæreditatis,& ſic ſunt preparatoriæ alterius iudicij:& ſic donatio facta in fraudẽ patroni,vel in fraudẽ creditoris,q primò intentetur actio reuocatoria.l.Paliana,vel fauiana. per quas reſcinditur. & poſtea agit actione in factũ.vt inſtit.de act.§. Itẽ ſi quis in fraudẽ. demũ reſciſſo agitur rei ven.vtili.& quare nõ directa?quia dominiũ fuit trãslatum in dona.mediante traditione,& mediãte tit.donationis.licet autem ſit reſciſſus titulus:qa cõſiſtit in iure,nõ eſt reſciſſa traditio. quæ cõſiſtit in facto:ideo remanet adhuc dominiũ directũ penes donatarium:licet à principio ſine titulo valido nõ potuiſſet trãſiri etiã interueniẽte traditione.vt in l.nunquàm. ff.de acquir.poſſ. rerum dona.poteſt tamẽ acquiſitum remanere etiam reſciſſo titulo.quia ergo filius nõ eſt dominus antequàm bona ſibi tradantur,non habet directam rei vẽdicationem.ſed habet vtilem:quæ poteſt dari non ſolum ei qui eſt dominus vtilis.ſed etiã ei qui eſt nullo modo dominus. vt patet in eo cui ceditur rei vendicatio qui habet vtilẽ.& ſolũ modo eſt dominus. iuxta no.in l.ſi culpa. ff.de rei ven. donatio autẽ iſta ideo fuit valida & habilis ad trãſlationem dominij:licet fuerit fraudulenta:quia non fuit facta in
9 fraudem legis : ſed in fraudem hominis. Si autem fuiſſet facta in fraudem.l.non valeret.vt in.l.ſi libertus de iure patronatus.† Et ſi dicatur tu videris allegando illam. l. quæ loquitur in patrono æquiparare filium patrono : & legitimam filij legitimæ patroni.quæ comparatio non eſt bona.vt in.l.non vſq; adeo. ff.ſi quis à par.

est obligatus ad dandum duntaxat: quia constituit vsumfru. vel aliam seruitutem. ipsam dat. j. transfert ipsum ius: sicut q est obligatus ad dandō, non aūt ad tradendū: quia traditio venit in consequentiam: sine qua dare non posset: ideo potius est in officio iudicis mercenario quàm sit in obligatione. & ideo tenet Pet. q̄ sta tim q̄ tradidit vsumf. vel seruitutem, inducendo quē in fundum seruientis, sit liberatus ab obligatione qua tenebatur dare vel cō stituere vsumfru. & sic illa obligatio non posset tolli amplius tē pore. verum quia in futurum posset prohibere ratione dñij, cum tradit debet cauere de non prohibendo. vt l. harum. ſi ſer. ven. & ex ista cautione incipit noua obligatio. & de ista loquitur & debet intelligi ista l. non de pristina, quæ sublata erat: vt ista tollatur spatio longi tēporis, sicut ipse vsusfru. vel ius seruitutis. & bene facit Pet. quod si non esset tradita, actio personalis nō tolleretur. Bar. in l. ij. ff. de verb. obli. in prin. sustinet gl. istam, & reprehēdit Pet. & tenet q̄ qui tenetur ad seruitutem non solū teneat ad dandum, sed etiam ad factum. & q̄ dando licet libereť quatenus tenetur dare, nō liberatur quatenus teneť facere. mihi videť q̄ neuter bū dicat: nec Pet. inquantū intelligit istam l. in noua obligatione quæ oritť ex cautione: quia est diuinare, nec Bar. inquantū tenet q̄ qui teneť ad seruitutem, tenetur ad factū: imò teneť ad dā dū tantū. vt dicit Pe. tñ dico: & illa fuit intētio gl. q̄ licet det ipam seruitutem cōstituendo, nō tñ liberať ab obligatione qua teneť dare, quia non videť perfectè dedisse eum postea prohibēdo: q̄ facere pōt ratione dñij, ne videat auferre quod dederat, & ideo postea prohibendo non solū potest conueniri confessoria, in qua petit libi deberi seruitutē declarari, & ipsum compelli ad ipsum non impediendū, sed etiam potest conueniri vt det quasi non pfectè dederit. & illud idem consequenter. Et hoc videmus in similibus. es mihi obligatus ad dandum rem corporalem, & eam deberis alteri obl. cum possit mihi auferre per hypothecariā: nō videris dedisse: & possum te conuenire ad dandum: licet iam deberis ratione iuris quod mihi deficit: & cōsequar vt eam liberes. vt in l. ſi rē meā. ff. de sol. & illa est intentio istius gl. melius declarare quā declarāt doc. nec expedit venire ad cōtētionē q̄ inter Pet. & Bar. est. In vltima aūt. q. gl. puto (quicqd dicat gl.) q̄ sicut vsufructus tollitť ipso iure per non vsum: ita & confessoria, & etiam personalis actio, quæ tolluntur in consequentiam. ipso iure tolluntť: 1 actio personalis quæ non tollitur in consequentiam alterius anni, & sic per xx. ann. duntaxat: illa bene tollitur per excep. non ipso iure: quia tempus non est modus tollendi obli. ipso iure. vt l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & obli.

1 ☞ Si legatus est usufructus filiofa. quid hodie acquiratur patri? cum in aduentitijs acquiratur proprietas filio & usufru. patri.

LEX XVII.

EX libris. Ista est vna noua lex. & credo q̄ alibi nō reperitur casus eius. & fuit ante l. p̄cedentē, q̄ p̄supponit q̄ p minimā capitis diminu. pereat vsufr. dū loquitť de emācī. filij vsufru. quod hodie 1 corrigitur per l. præce. & h. d. †Si vsusfructus sit relictus filiofa. vel seruo alterius, & non apparet cuius contempla. fuit relictus: an ipsius filij vel serui: an verò patris, vel domini. Si contingat filium vel seruum, præmori, vel capite minui, fingitur relictus cōtemplatione patris: vel domini. & ideo nō extinguitur morte. vl' capitis diminutione illorū: sed remanet apud ipsum patrem. vel dominum. Si verò contingat patrem præmori, fingitur relictus contempla. filij. & apud eum remanet. nec extinguitur morte: vl' capitis diminutione patris. h. d. Et in hoc vltimo nihil dicitur de seruo. quia non posset apud eum remanere. Veniamus ad casum & est nouus. Ista l. recipit dubita. magnam. nam aut iste vsusfru. fuit relictus contempla. ipsius filij, vel serui. & tūc quicūq; prius moriatur, vel posterius, non est vis, quia non debet inspici persona patris, vel domini. sed ipsius filij, vel ipsius serui: vt per eorum mortem extinguatur. licet pater vel dominus superuiuat. cuius contrarium dicitur hic in primo dicto: quia vsusfruct. concernit personam vsufructuarij: & hæc persona est ipse filius, vl' seruus. Nam & seruus potest vti de facto: licet non de iure. Aut fuit relictus contemplatione patris, vel domini. & tunc per mortē eorum deberet extingui, non autem remanere penes ipsum filium: quia ipse pater est vsufructuarius. cuius contrarium dicitur hic in secundo dicto. Breuiter opi. procederet si constaret cuius cōtemplatione relictus esset, sed hoc debet intelligi qñ nō cōstabat. quo casu. l. ista vult q̄ ex futuro euentu hoc deprehēdať: vt si primò moriať filius, vel seruus: videtur fuisse relictus cōtemplatiōe patris, vel dñi. & sic ipse pater vel dñs sit vsufructuarius: & mors filij vel serui nō attendať. sed duntaxat patris, vel dñi, qui postea sequitur. Et econuerso si pater prius moriatur, fingatur relictus contemplatione filij: & mors patris præcedens non attendatur: sed mors filij, vel capitis diminutio postea secuta. & per istam di
2 stinctionem tollunť omnia contraria formata in gl. †Et dicit Cy. q̄ in examine suo fuit interrogatus per quēdam doc. bonō. si legatus est vsusfr. filiomilias: quid hodie acquiritur patri? cùm habeamus. quod in aduentitijs quæritur proprietas filio, & vsusfr. patri. vt j. de bo. quæ lib. per totum. hic non est dare ꝓprietatē distinctam ab vsufr. patris, an nihil remaneat penes filiū: an acquiratur filio ipsum ius, & cōmoditas sit ipsius patris. dicit ipse Cy. q̄ ipse aliter nō respōdit illi doctori, nisi q̄ de quæsito suo erat causus in ista l. & dñs Lābertinus de rāponibus q̄ erat ꝓmotor suus, dixit q̄ optimè responderat: sed Mar. sil. dixit q̄ malitiosè sibi responderat. quia de casu huius. l. multū dubitabať. nec per istam l. videť istud dubium tolli. quia ista l. loquitur qñ ignorať cuius cōtemplatione sit relictus vsusfructus. sed dubium ꝓcedit quando est certum quod contēplatione filij: & sic ipse censeť vsufructuarius: & p eius mortē & capitis diminutionem debet tolli. sed dubiū est, cū pater in aduentitijs debeat habere vsumfr. & filius ꝓprietatem. & hic non est dare proprietatem distinctam ab vsufr. quid iuris? Gl. mag. hic in fi. dum opponit de l. cum oportet. j. de bo. quæ lib. & dicit istam l. corrigi p illam videť sentire quod ius vsufr. resideret in persona filij, & patri acquiratur commoditas: & hoc magis placet. & sic finietur ex persona filij. tunc autem videtur constare quod contemplatione filij, qñ fuit relictus ab eo qui non habebat notitiam patris, sed filij tantū: & econuerso qñ ab eo qui habebat notitiam patris magis quàm filij, videtur relictus contemplatione patris: vt l. sed si plures. § in arrogato. ff. de vulg. & pupi. quando autem est dubium, seruanda est distinctio huius. l. mirabilis: quam puto non esse correctam p ti. de bo. q̄ lib.

De seruitutibus, & aqua *Rubrica.*

† Super gl. Rubricę ibi. [de seruitutibus personalibus.] sub. q̄ debenť à re pſonæ. hic verò de realibus, q̄ debeat à re rei: & ideo verba libelli & sentētia debet cōcipi ī rē, puta peto declarari fundū tuū debere seruitutē fundo meo: nō aūt debeo dicere debere seruitutem mihi: & ita etiā est pronuntiandū. ideo dicit lex q̄ sīnia prædio dať in his seruitutibus. vt l. qui aliena. §. fi. ff. de neg. gest. Nō ꝓpterea tñ libellus esset ineptus: nec sīnia īualida, si verba cō ciperenť in pſo. meam: puta mihi deberi seruitutem de p̄dio tuo ad p̄diū meum. vt l. ij. in prin. ff. si serui. ven. & ibi tangiť per Bar. quia verba libelli interdū impropriantť & sustinetť impropriatio: vt potius valeat: vt l. sed & si possessori. §. Itē si iurauero. ff. de iureiu. & quod dixi. s. tit. j. l. j. sed licet seruitus debeat prædio, actio tamen cōpetens pro ea cōpetit pſonæ: nō prædio. vt patet in d. l. ij. Est aūt actio cōfessoria. quę datur ei qui asserit prædio suo seruitutem deberi: & negatoria. quę competit eī qui hoc negat. vt d. l. ij. si ser. ven. & istæ actiones fuerunt originaliter inuentæ, ꝓ seruitutibus pſonalibus. de qbus in tit. p̄ce. & postea extensę ad seruitutes p̄diales. vt d. l. ij. sed etiā doc. dicunt vtilē confessoriā vel negatoriam dari ꝓ quibuscūq; iuribus incorporalibus: licet non cadant in nomen seruitutū: puta ꝓ iurisditione quam quis asserit habere in tali loco, vel ꝓ iure eligendi prælatū, quod dic vt plenè tractať & subtiliter p Inn. in c. bonæ. de postu. p̄la. sunt istæ actiones reales, sicut rei vēdicatio: q̄ dať ꝓ re corpali. ideo cōpetūt cōtra quēcūq; turbatorē: & periť declaratio iuris, sicut in rei vend. l. sicuti. §. sed si quæratur. ff. si ser. vendi. est & alia seruitus personalis quæ debetur à persona personæ: vt in seruitute seruorum: de qua habetur in materia seruorum. ff. & C. in prin. vij. lib.

2 ☞ Sex requisita ut acquiratur seruitus per præscriptionem seu per usum. & nu. 3.
3 Seruitus quando dicatur habere causam continuam. & quando discontinuam?
4 Ille qui præscripsit seruitutem in domo vicini, si vicinus aliquid fecit contra eum, habet actionem: & uincit. nisi aduersarius præscripsit postea libertate, quam potuit præscribere longo tempore. dummodo non ui nec clam fuerit usus libertate.
5 Si allegans præscriptionem possedit ui, clam, uel precario ab alio: non ab aduersario, in hoc sibi noceat, ut contra aduersarium non potuerit præscriberet
6 Scientia & patientia possessoris non sufficit ut super re possessa possim acquirere ius

ſeruitutis:ſed requiritur ſcientia & patientia domini.

Quid in eo qui utitur iuris ſdictione contra ciuitatem ſciente & patiente tyranno qui eam occupauit: an præſcribat?

7 *Quando dicatur quis eſſe in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, ad hoc ut habeat interdictum uti poſſidetis utile, ne in ea turbetur, & ad hoc ut poſſit præſcribere lõgo tempore?*

6 *Sicut in acquirenda ſeruitute requiritur bona fides utentis: quod credat ſibi ſeruitutem competere: an ita in acquirenda libertate, q̃ credat rem ſuam eſſe liberam.*

LEX I.

1 SI quas actiones. †Lex iſta legit̃ tribus modis in gl.& hoc cõtingit ꝓpter finẽ eius, qui non videt̃ cõcordare cũ principio: cũ tñ ꝓſequat̃ eundẽ caſum: qa in principio loquit̃ ī ſecũda ꝑſona: & loquit̃ ei q̃ volebat agere, qa turbabat̃ in ſeruitute quã acq̃ſierat ꝑ ꝓſcriptionẽ in domo vicini: & in fi. loquit̃ in tertia ꝑſona. & vī velle ꝓſequẽdo eũmo vicini: & in fi. loquit̃ in tertia ꝑſona. & vī velle ꝓſequẽdo eũdẽ caſum. q̃ ille cõtra quẽ p̃ſcribit̃, et cõtra quẽ agit̃, debuerit poſſidere domũ in qua fuit ſeruitus p̃ſcripta nõ vi, clã, vel p̃cario. & tñ iſtud nõ requirit̃ in eo contra quẽ p̃ſcribit̃: ſed requirit̃ in ipſo p̃ſcribente. ideo vt iſtud nõ obſtet, quod vī obſtare primę lecturæ: trãſit ad ſecũdã: ſed incidit in aliã improprietatẽ. quia tũc illa verba ſeruitutis non congruũt: ſed deberet dicere vicẽ libertatis. ideo gl. vt euitet iſtas impropriationes, trãſit eſt ad tertiã lectu. in qua nulla fit impetratio. & quælibet lect. de ſe eſt bona, & not. &

2 ſecundũ primam. h. d. †Contra turbantem quẽ in poſſeſſione ſeruitutis p̃dialis dant̃ act. inuentæ ꝓ ſeruitutibus defendendis: hoc primò. Et ſufficit agẽti ſi non poteſt aliter ꝓbare ſeruitutem ſibi conſtitutam, ꝓbare ſe fuiſſe vſum ſeruitute longo tpe in p̃dio vicini, non vi, clam, vel p̃cario. h. d. ſecũdò, partes patent ꝑ ie. Not. ſecundùm iſtam lect. quòd duo requirunt̃ ad hoc, vt ſeruitus acquirat̃ ꝑ p̃ſcriptionem, ſeu ꝑ vſum. Primò, quòd fuerit vſus longo tempore. ſ. x. annis inter præſentes & xx. inter abſentes. Secũdò, q̃ non vi, clam, vel præcario, & diceretur vſus vi, quando adueſario ꝓhibente. clam verò quando aduerſario ignorante, præcario, quando aduerſario concedẽte ad ipſius bene placitum, & non vltra: & nullo iplorum caſuum poſſet præſcribere: quia nõ haberet bonam fidem. Adde tertium, quod requirit̃ quòd fuerit vſus ſciente & patiente aduerſario: vt l. ꝓxi. quæ ſcientia & patientia loco quaſi poſſeſſionis habetur in turibus incorporalibus. vt l. penulti. ff. eod. ſine qua nõ poteſt ꝓcedere præſcriptio iurium incorporalium: ſicut nec rerum corporalium ſine vera poſſeſſione. vt in c. ſine poſſeſſione. de iureiu. tamen quia res corporales poſſunt propriè poſſideri, non requiritur ſcientia & patientia illius contra quam præſcribitur. vt leg. fi. j. de præſcript. longi. tempo. ſed in incorporalibus ideo requiritur, quia ſine ea non diceretur quis quaſi poſſidere. Adde quartum, quòd fuerit vſus iure ſeruitutis: tanquam ſibi debeatur ſeruitus & bona fides. vt l. fina. ff. quemadmodum ſer. amit. ſi enim iure familiaritatis: & ſic non animo acquirendi ſeruitutem, eam non acquireret: etiam ſi ꝑ mille annos fuiſſet vſus. quia non dicit̃ quaſi poſſediſſe. vt l. q̃ iure. ff. de acqui. poſ. & ſimiliter ſi nõ bona fide, qa tantũ ſciebat ſeruitutem ſibi non deberi, adhuc non acquireret: quia in p̃ſcriptione longi tpis etiam de iure ciuili veteri requirebat̃ bona fides. ſaltem à principio, non autem p̃ſumit̃ bona fides: ſi ſciebat fundum eſſe alienũ: quia ſciebat vel ſcire debebat alieno non poſſe vti ſine licentia domini. vt l. ſicuti. §. ſed ſi q̃rat̃. ff. ſi ſerui. ven. Requirit̃ ergo ꝙ credat ſe habere ſeruitutem qua vtit̃. licet reuera non habebat; ſed errabat in facto: quia forrè audiuerat à patre ſuo hoc dici. nam hoc tribuebat iuſtam cauſam credẽdi. non autem requirit̃ ad probandam bonam fidem ꝙ habuerit aliquem tit. vel conceſsionem à non domino. licet gl. videat̃ hoc requirere in l. j. §. ij. ff. de iti. actuq́e pri. Doct. dicunt quod licet iſta conceſsio vel tit. cauſet bonam fidem: tamen non neceſſariò requiritur: quia iſtæ ſeruitutes longo tempore poſſunt p̃ſcribi, & ſine tit. per l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſer. ven. licet dominiũ rerũ corporalium (quod eſt maioris præiudicij) non præſcribatur ſine ti. longo tpe. vt l. nullo. §. de rei ven. nec etiam vſuf. licet ſit ſeruitus: quia tamẽ eſt pars dominij. ꝑ vſum longi temporis ſine tit. p̃ſcribit̃. vt l. fin. j. de p̃ſcri. long. tempo. & ff. de publici. l. ſi ego. §. j. Dy. autem dixit p̃ſumi bonam fidem. contra quem Cyn. cum reuerentia reprehendit: & vide gloſſ. & ꝑ Bartol. in dicta l. j. §. ij. de iti. actuq́e pri. Item quinto requirit̃ vt p̃ſcribatur longo tempore, ꝙ ſeruitus habeat cauſam continuam, vel quaſi. Si autem dicõtinuam: tunc requireret̃ tantùm tempus, cuius memoria in contrariũ non exiſtat: quia in illis nõ cadit quaſi poſſeſsio ciuilis, vel naturalis: vt l. ſeruitutes. ff. de ſerui. la grande. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & eſtiua. † Dicũtur aũt habere cauſam cõtinuam, qñ ad vſum earũ nõ requiritur factũ hominis: vt in ſeruitute aquæ ductus: quia poſtquã factus eſt riuus vel canale, & aqua eſt in ipſum deriuata. nõ requiritur vlterius factũ hominis: quia per ſeipſam ſemper currit, quando eſt apta ſemper currere: ſed quando nõ eſt apta ſemper currere, ſed aliquãdo, vt aqua pluuialis: ſufficit ꝙ inſtrumentum quo poteſt currere, ſit ſemper paratum ad recipiendum aquam: & tunc dicitur habere cauſam continuam: vt l. foramen. de ſer. vr. prędi. Quando verò requiritur factum hominis, vt eſt ſeruitus hauſtus aquę pro fundo: vt ſeruitus itineris, dicitur habere cauſam diſcontinuã: quia quaſi poſ. talium ſeruitu. realium non retinetur animo hominis, ſed retinetur ſolo corpore & vſufr. quia cum debeãtur rei, & rei nõ habeat animũ, ſed corpus, nõ poteſt dici ꝙ poſſideat ciuiliter animo quem nõ habet, ſed nec dominus rei poſſidet: quia ſibi nõ debetur, ſed rei. ſed in ſerui. perſonalibus ſeu in alijs incorporalibus, quæ debentur perſonæ bene cadit ciuilis quaſi poſ. quæ retinetur animo illius. & ideo licet ad vſum earũ requiratur factum hominis ſemper: quia tamen quaſi poſ. ciuilis retinetur animo, & animus põt eſſe cõtinuus in retinendo, licet non corpus, præſcribuntur longo tempore cum ti. tamen. vt ſ. dixi: quia non dicuntur habere cauſam diſcontinuam propter cõtinuum animum in retinendo. l. iuſto. §. nõ mutat. & ibi tãgitur per Bar. ff. de vſuca. licet quidam dixerint contrarium. vt refert Cy. hic. & l. ſeq. cõtra quos eſt ille §. & l. ſi ego. §. j. ff. de publicia. vbi vſusf. poteſt præſcribi longo tempore. & ante completã præſcriptionem competit publiciana pro eo, ſicut pro rebus corporalibus. quod non eſſet ſi diceretur habere cauſam diſcontinuam. quoniam ad hoc præſcribendum requiritur continuata poſſeſsio. aliàs interrumpitur præſcriptio. vt in l. naturaliter. de acquiren. poſ. Adde ſextum & vltimum, ꝙ requiritur vt præſcribens ſit dominus fundi, cui venit acquirẽda ſeruitus completa præſcriptione: aliàs ſi ſimplex poſſeſſor, ſicut nõ poſſet acquirere per pactũ: ita nec per præſcri. ſicut nec poſſet eidem ſeruitutem imponere, etiam ſi partem haberet dominij. vt in l. pro parte. ff.

4 de ſerui. †Secũdum verò ſecundam lec. h. d. Ille qui præſcribit ſeruitutem in domo vicini, ſi vicinus aliquid facit cõtra eam habet actionem: & vincit. niſi aduerſarius præſcripſerit poſt libertatem, quam potuit præſcribere lõgo tempore. dummodo non vi, nec clam, fuerit vſus libertate. h. d. & tũc nõ oportet quòd reponatur. dum dicit [ſi is qui pulſatur.] id eſt, tu qui pulſaris: inquietaris: ſed ſtat propriè. & loquitur de aduerſario cõtra quẽ agis cõfeſſoria: & ſic pulſatur à te in iudicio. ipſe autem allegat contra te præſcri. libertatis, dicens eam præſcripſiſſe contra ſeruitutem, quæ tibi prius debebatur. nam vincit ſi longo tempore fuit vſus libertate, non vi aut clam, vel precario, ſed tunc textus impropriatur. dum dicit [conſuetudinem vicem ſeruitutis obtinere ſciet.] deberet enim dicere vicem libertatis. vt tantum valet libertas acquiſita per præſcriptionem, quantum libertas conceſſa per contractum. gl. reſpõdet vel dic ꝙ vult dicere, vt ſicut ſeruitus acquirit̃ per vſum lõgi tẽporis: ita & libertas, ſi longo tpe fuerit quis vſus libertate. ecce caſum. Et ſecundũ iſtã lect. aduerſarius tuus contra quẽ agebas confeſſoria. & petebas cõpelli eũ ad deſtruendũ ædificiũ factum, contra ſeruitutem dicebat ſe præſcripſiſſe libertatẽ: quia lõgo tẽpore tenuit ædificatum alterius ſciente & patiente. vnde ſicut tu potuiſſes præſcribere ſeruitutem contra eum per vſum longi temporis: ita & tu libertatẽ quam habet in hoc vicem ſeruitutis, & ſic per eũ fuit extincta ſeruitus & res ipſius priſtinã libertatem recuperauit: quia & libertas eſt extinctio ſeruitutis. vt l. ſi ædes. §. libertas. ff. de ſer. vr. prę. ſed hoc verum dicit Imperator ſi is qui pulſatur, id eſt, aduerſarius tuus qui pulſat̃ à te agente: nec vi, nec clam, nec præcariò tenuit ædificium eleuatum per longum tempus: ſed te ſciente & patiente

5 poſſidet, id eſt, poſſedit libertatem. † Quærit glo. ſecundũ viam quę lec. quid ſi allegans præſcriptionem poſſedit vi, clam, vel precario ab alio, non ab aduerſario: an ſibi hoc noceat, vt contra aduerſarium non potuerit præſcribere? videtur quod non, ſed ſufficiat non habuiſſe ab aduerſario: vt l. j. in fin. ff. vti poſ. & ibi gloſſ. tamen tenet contrarium. nam verum eſt quantum ad retinendam poſſeſsionem, & ipſam defendendũ aduerſus agentem interdicto

interdicto vti pos. istud bene sufficit q; ab aduersario non ita tenuerit: licet tenuerit ab alio vi, clam, vel precario: nos loquimur quantũ ad acquirendũ ius de nouo, in qua acquisitione requiritur bona fides, ille autem qui possidet vi, clam, vel precario ab vno non habet bonã fidẽ: qa scit rẽ vel ius non esse suũ. sed credit esse illius à quo sic tenet. vñ nec cõtra illũ p̃scribit. nec etiã cõtra aliũ cõtra quem p̃scribere non intendit. ista gl. dicit veritatẽ inquantũ ad primam lect. quæ loquit̃ de p̃scribente seruitutẽ, nõ quantum ad secundam quę loquit̃ de præscribente libertatem: quam potest præscribere contra illum à quo non tenet vi, clam, vel p̃cariò, licet teneat precario ab alio: casus est notabilis secundùm Guil. de cu. in terminis in l. si ædes. præallegata in prin. de ser. vr. præ. Tertio modo gloss. legit seu ponit casum vt tollant̃ istæ imporprietates. q; ego prætendebam habere seruitutem in domo q̃ nunc est tua: quia te sciente & patiente fui ea vsus p̃ longum tẽpus, vincam te, nisi tempore quo sciuisti, & passus fuisti, nõ eras dominus: sed possessor. possidendovi, clam, vel precariò ab alio. licet nunc sis dominus. Nam sicut non poteras tunc mihi concedere seruitutem: quia nullum ius habebas in domo, ita nec scientia & patiẽtia tua potuerunt esse causa quod acquireret: quia nõ plus debent operari, quàm expressa concessio. † Et sic not. quod scientia & patientia possessoris non sufficit vt super re possessa posset acquirere ius seruitutis: sed requirat̃ scientia & patientia domini: & ita debet intelligi & limitari lex sequens, vnde dicit dicit Bart. q; si aliquis tyrannus occupauit aliquam ciuitatem: & alius sciente & patiente tyranno fuit vsus iurisditione in aliquo loco subdito illi ciuitati, super quo iurisditionem habebat, non p̃ scripsit iurisditionem contra ciuitatem. Circa quod vide quod p̃ eundem not. in l. j. §. si quis fundum. in fi. ff. de iti. actuq́e priua. Guil. de Cug. videt̃ dicere contrariũ quod sufficiat scientia possessoris. per l. inter quos. §. si dominus. ff. de dam. infect. & p̃ l. Imperatores. de publicia. & p̃ l. si ego. §. j. secundùm intellectum gl. ff. de publi. de quo tangitur per Innocen. in c. bonæ. de postu. p̃. la. Breuiter ista est veritas, q; scientia & patientia solius possessoris sine patientia domini non sufficit ad p̃scribendum. per illam gloss. & per dictum Barto. sed si cum illa concurreret etiam scięntia patientia domini, sufficeret: ita intelligo dictum Guil. si em̃ Titius possidet rem tuam tanquam suam. & ego ipso sciente & patiente vtar seruitute: te tamen ignorante, vel contradicente: non acquiro in præiudicium tui sed si sciuisti, & non contradixisti, cum posses, tunc secus: vnde in casu Bar. quia ciuitas obsessa à Tyranno non audet contradicere, non potest dici quod fuerit passa. vnde puto Bar. bene dixisse morte solito. † Quęro circa primam lect. quando dicatur quis esse in quasi possessione seruitutis, ad hoc vt habeat interdictum vti possidetis vtile, ne in ea turbetur. & ad hoc vt possit præscribere longo tempore? Rñdeo aut erat seruitus negatiua: puta altius nõ tollendi: & dic vt hic in gl. post prin. ibi. [& incipit ab eo tempore &c.] ff. de ser. vr. præ. l. q luminibus. ff. de vsuc. l. si is. §. si seruus. quorum lega. l. j. §. quæritum. aut erat seruitus affirmatiua: & tunc aut consistebat in actibus qui solent competere iure facultatis in alieno, vt seruitus eũ di per fundum vicini: nam licitum est ire domino non prohibente per alienum de iure naturali: vt l. diuus. de ser. rusti. præ. & tũc requiritur quod ierit per xxx. dies: ad hoc vt videatur ire iure seruitutis: & habeat interdictum de iti. actuq́e pri. non dico vt ista quasi pos. sit sufficiens ad præscribendum longo tpe seruitutem iueneris: & habeat causam discontinuam: vt suprà dixi. Aut cõsistit in aliquo quod non solet concedi iure facultatis: vt inducendo aquam per fundum alienum: nam etiã domino non p̃hibente nõ est licitum: vt j. eo. l. aquã. & tunc sufficit q; semel duxerit domino sciente & patiente: cũ sit in quasi possessione ducẽdi, & videat duxisse iure seruitutis. vt in l. j. §. j. vel ij. de aqua quotidiana & æsti. & per prædicta rñdet̃ ad multas q. de quibus dic: vt in c. cum ecclesia sutrina: de causa pos. & proprieta. p̃ gl. & doc. † Circa secunda lect. quęro, an sicut in acquirẽda seruitute requiritur bona fides vtentis q; credat sibi seruitutem cõpetere: ita in acquirenda libertate, quod credat rem suã esse liberam? respondeo qd' aut loquimur de ser. rusti. quæ perduntur per non vsum, absque eo quod præscribat̃ libertas, quibus perditis res reuertit̃ ad pristinam libertatem quam semel habuit: & sic potius detegitur libertas quàm præscribat̃, & tunc non requiritur bona fides, imò posito quod sciat prædium suum debere seruitutem: si tñ aduersarius ea non fuit vsus legitimo tẽpore, cũ a seruitus sit extincta, vt j. eo. l. sicut recuperata est libertas. vt in l. sequit̃. §. si viam. ff. de vsuca. & propter hoc Bar. ibi determinauit quod in actionibus p̃sonalibus si creditor stetit p̃ xxx. ann. quod debitorem suum in b iudicio non molestauit: licet debitor sciat se debitorẽ, nihilominus p̃scriptũ est debitum: quia ista p̃scritio currit sine facto sola negligentia creditoris non petentis. & hoc etiam de iure ca. Nec ob. c. malæfidei poss. de reg. iu. lib. vj. quia debet intelligi in p̃scr. rerũ corporaliũ, q̃ nõ currit sine pos. p̃scribentis. sed de illa non requirit pos. quia debitor nõ possidet debitũ quo tenet̃: vt not. in l. regulariter. ff. de pe. hæ. Pro qua opi. facit. quia etiam hodie de iure can. si vsuf. vel ille cui debetur seruitus prædialis, non vtet̃ seruitute p̃ lõgũ tẽpus: eam p̃deret: licet dñs p̃dij seruientis sciret seruitutem deberi: & sic ille §. si viam. nõ est incorrectus de iure cano. quia ipse non præscribit libertatem, sed eam recuperat per prædi. seruitu. Cano nisti tamen & etiam legistæ communiter tenent contra Bartol. & etiam ipse idem Bart. videtur terminare contra in l. omnes populi. de iust. & iure. vbi tenet quod si statutum dicat creditorem negligentem petere per quinquennium cadere ab actiõe sua: nõ habet locum si debitor sciebat esse debitorem. sed debet restringi quando erat bonæfidei: ne includat peccatũ: & hoc etiam hic tenet Bal. licet Bart. in loco prædicto non alleget. Aut loquimur in seruitute vrbana, in qua non sufficit negligentia nõ vtentis vt recuperetur libertas: imò requirit̃ vt ipsa libertas præscribatur. & sic quod interueniat factum præscribẽtis. vt si habeo seruitutem tigni immittendi in parietem tuum, licet enim ea non vtar spatio longi temporis: si tamen mihi feci sti in contrarium, eam non perdo: sed requirit̃ q; aliquid feceris: puta quod foramina quę ibi erãt obturaueris, vel quod eleuaueris parietem: cum deberes seruitutem, vt possem supra ipsum parietem ponere tigna: & tunc non possum. propter eleuationem: tunc ergo requiritur quod obturaueris, vel eleuaueris bona fide: credens non debere seruitutem, aliàs libertatem non præscriberes. vt hæc habentur in l. hæc autem. ff. de ser. vrba. præ. & l. si ædes. §. libertas.

¶ Põt p̃scribi dñiũ, an dominiũ tyranni cũ possit præscribi, vide per Io. de Ana. in c. j. in ñ. columa. de schisma.

¶ Vsusfructus posset prescribi. Adde glos. & Bar. in l. iusto. in §. non mutat de vsuc. Bal. in l. fi. de lon. tẽp. præscri. Abb. in c. cũ nõ liceat de præscri. Bart. in l. iij. §. ex contrario. ff. de acq. pos. Et vide Bal. in l. fi. in ñ. col. ĩ ver. veluti. C. de lõ. tẽp. præscri. & ibi q; præscribit̃ spatio cẽtũ an. quoduis intellige verum sine ti. & vide eũdẽ Paul. de ca. in con. v. incip. In causa quæ vertitur. Franc. Cur.

1 *Vsusfructus quanto tempore præscribatur?*

2 *An contra prohibitionem tuam possim præscribere seruitutem in re tua, & quanto tempore?*

3 *Negatoria quanto tempore tollatur?*

4 *Extraiudicialis interdictio, an interrumpat præscriptionem longi temporis, seu seruitutem continuam?*

LEX II.

1 **S**I aquam. † Seruitus habens causam continuam, acquiritur longo tempore, si præscribens fuit ea vsus sciente & patiente aduersario: nisi per aduersarium fuit interrupta. quod fieri potest etiam p̃ interdictionem extraiudicialem: & tunc qui incœpit præscribere si aliquos sumptus fecit in alieno pro acquirenda seruitute, eos perdidit. hoc dicit. In text. ibi. [eo sciente.] sub. & patiente: & hoc dictum non dicitur in l. præceden. & sic supplet̃ p̃ istam, In text. ibi. [duxisti.] sub. p̃ longum tp̃s: vt s. l. p̃xi. & sic seruitu-
2 tem acquisiuisti, vnde postea p̃hibere non potuisset. † In tex. ibi. [exemplo rerum ĩmobilium.] s. quantũ ad longũ tempus, sicut
a enim potest p̃scribi dominium * rerum immobilium p̃ lõgum tẽpus: ita & seruitus p̃dialis. quæ minoris est p̃iudicij, quia nõ aufert dominium, sed incommodat: non autem quo ad ti. qui requiritur in p̃scriptione seruitutum. ppter rationẽ p̃dictam: sed in prę scriptione dominij bene requirit̃. vt s. tit. ij. l. nullo & eodem modo in p̃scriptione vsusfructus: qui est pars dominij: & maioris p̃iudicij respectu dominij: & sic loquit̃, l. fina. j. de p̃scrip. long. tẽpo. & l. si ego. §. j. de publicia. & hic p̃ Pet. & Cy. Si tamen non in
b teruenisset titu. adhuc vsusfructus posset præscribi[b], & acquiri tpe longissimo xxx. ann. sicut & alia iura rerum corporalium & incorporalium. vt in l. sicut. de præscriptio. xxx. ann. & non solùm si bona fide fuisset vsus. sed etiam si mala de iure ciuili: li-
3 cet secus de iure canonico. † In tex. ibi. [vsus tibi interdictus est.]

a ¶Ordinata charitas. Adde Bart.in l.pupillum.de excu. tut.no. in c.j de iup.negl.prę la.libr.vj.not.in cap. quiescam9.xlij.distl.

& sic nō fuisti postea vsus illo patiente. Vñ nō potuisti complere præscriptionem: iste text.videt contra Inno.in c.bonę.Si postu. p̄la.qui videt dicere quòd contra ꝓhibitio nem tuam præscribo seruitutem in re tua. & quod idem not.in c.conquęrente. de offici.ordi. Sed potest dici quòd longissimo tpe bene præscribo. non longo.vt hic.& sic in prima non requiritur scientia & patiētia aduersarij:sed solus vsus.sicut etiam non requiritur si interuenisset titulus.puta Titius pos.fundi tui cōcessit mihi seruitutem in eo,qua fui vsus te ignorante,vel contradicente. Si bona fide, credens te non esse dominum,sed illum Titium, p̄scribo contra te longo tempore:nisi interuenerit lit.contest. ꝑ quam illa p̄scriptio interrumpitur:vt in l.moræ.ſ.de rei vend.& sic potest intelligi.l.fi.j.de præscrip.long.tem.secundùm Pe.hic quod ergo operatur titulus vt possim præscribere longo tempore etiam te ignorante,vel non patiente:ita operaī longissimum tempus quando
4 titulus non interuenit.Tenementi,quia ista sunt subtilia.† In gl. ij.super verbo.[quæsisti.]ibi.[Sed negatoria quando tempore tollitur?]&c.gloss.in illo versi.vult formare vnā opinionem nō cōtra istum text.sed contra solutionem datam ad primum contrarium.ibi.[vel hic habet perpetuam causam ibi non.]nam dū dicit [ibi.]nō vult quòd quādo seruitus non habet causam ꝓpetuam,vel quasi,sed discōtinuum. vt est seruitus, vel alia in qua requiritur factum hominis ad quotidianum vsum,quod factum hominis non potest esse cōtinuum,requiritur ad præscribēdum tantum tempus,cuius in contrarium memoria non existat.puta c.anni.per l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quotidi. & æsti. Cōtra istud & contra illum.§.oppo.quòd imò sufficiat longissimum tempus xxx.ann.quod sic ostenditur.Si ego iui per fundū tuum te sciente & patiente per xxx.ann.perdidisti negatoriam ꝑ quam poteras defendere libertatem fundi tui per l.j.§.j.de anna. excep.& sic non poteris allegare libertatem.ex quo sequit quod vincam in confessoria.qua dicatur mihi seruitutem deberi:postquàm non potes allegare contrarium.& sic vsus xxx.an.tribuet mihi seruitutem itineris:cuius contrarium dictum est. Gloss. dicit secundùm quosdam quòd non sequitur perdidisti negatoriam, & non potes allegare libertatem,ergo ego acquisiui seruitutem: cum ista possint simul stare quòd prædium tuum sit liberum:& sic nō habeū seruitutem. & inde allegare hoc nō potes istud nihil est dicere.quia paria sunt nō habere ius,vel habere & nō posse id allegare.l.q habebat.in fi.cum glo.ff.de man. test. quia sic obtinebo perinde ac si haberem ius.ideo gl.soluit secundò verum esse quod perdidisti negatoriam pro itionibus præteritis,nō ꝑ futuris cū ergo agendo confessoria agam pro futuris itionibus,quia volo adhuc ire:tu poteris allegare libertatem qđ nō præscripsi seruitutem.& obtinebis ꝙ reiterentur itiones, ꝙ itiones stant,& sic intentabis negatoriam pro futuris itionibus. & poteris petere damna & interesse rōne prędictorū.& totaliter expediet vno iudicio.hoc dicit gl.cum qua trāsit Bar.ꝑ qua etiā
5 facit capitulū querela.de elect.† In glo.sequenti opponit contra text.dū dicit.[vius tibi interdictus est.]nā innuit statim prędescriptionem interrūpi ꝑ interdictionem extraiudicialem.cōtra.quia prędescriptio lōgi tpis nō interrūpit ꝑ extraiudicialem denūtiationem:vt l.alienam.ff.ꝑ empto.sed requirit litis contest.vt l.moræ. ſ.de rei vendi.gl.respondet hic quod nō fuit sola interdictio. sed abstinuit ab vsu.& sic fuit naturalis interruptio, in qua nō regrit litis contestatio.vt l.naturaliter.ff.de vsuca. sed si nō cessasset ab vsu,nō sufficeret extraiudicialis interdictio,sed requireret litis contestatio:vt aliter,& melius, etiam si non cessauit ab vsu, nō requirit litis cōtestatio:sed sufficit extraiudicialis interdictio: per quam apparet quod non patitur, vnde cum in præscriptiōe seruitutis requirat quasi possessio,& ista quasi possessio cōsistat in scientia & patientia aduersarij,talis interdictio facit cessare quasi possessionem.& sic naturaliter interrumpitur hęc p̄scriptio:nō sic in præscriptione longi tpis,quæ currit cum tit.in rebus corporalibus,quia ibi est dare possessionem veram rei, quæ p̄scribitur sine scientia & patientia aduersarij:& hoc vult gl.in effectu. Ex quo sequit quod si p̄scribens haberet titulum concessum à non domino:quo casu non requireret scientia & patientia aduersarij ꝑ l.fin.de præscrip.long.tempo. talis interdictio extraiudicialis non interrumpet præscriptionem.vt in contrario.

2 ☞ *Emphyteuta,uel feudatarius,qui non sunt domini directi sed utiles: an possint imponere seruitutem rei emphyteuticæ,uel feudali?*

LEX III.

ET in prouinciali. † Prædio tributario pōt imponi seruitus, & res
1 quæ debet seruitutem,transit ad singularem successorem cum eodem onere seruitutis. h.d. † Et est ar.iste
2 text.cum gl.j.ꝙ emphyteuta vel feudatarius qui non sunt domini directi,sed vtiles,possint imponere seruitutem rei emphyteuticæ,vel feudali.In contrarium quia nō possunt alienare sine voluntate domini directi:ergo nec seruitutē imponere: quia continetur sub verbo alienationis:vt l.fi.de rebus alie. nō alienandis predia verò tributaria non poterāt alienari sine cōsensu fisci: ad quem videbatur pertinere directum dominium. breuiter ista quęstio est determinata in vsibus feudorū, de inuestitura de re aliena facta,ꝙ valeat constitutio seruitutis quousq; durat apud ipsum constituentem,vel hæredes eius:sed si propter aliquā causam & res ad dominum reuertatur,extinguitur per l. lex vectigali.ff.de pig.

2 ☞ *Aqua quæ oritur in alieno, postquam ingressa est fundum tuum, non possem eā inde extrahere sine uoluntate tua, & de ea potes facere quicquid uis.*

3 *Quid si est egressa de fundo tuo? quod possim eam ducere ad fundum meum, nisi deueretur per riuum à te factum.*

4 *Si aquam quæ oritur in fundo tuo concessisti titio, ut posset eam deriuare in suo, an possis postea eam mihi concedere?*

5 *Ordinata charitas incipit à se, & quod de fonte tuo primus haurire debeas.*

LEX IIII.

AQuam. † Ex fundo alieno non pōt duci aqua
1 sine voluntate domini.h.d. & hoc iure dñs indigeat pro se.vt j.eo.l.prędes.quæ idem dicit quā ista siu: nō indigeat, quia nō tenetur cōicare cū alio
2 vltra quā velit.vt in hac l.ecce ergo casum.† In tex.ibi. [aquam quæ in alieno loco oritur:] Idem si nō oriretur ibi, sed alibi, & postea duceretur ad fundū tuū iure seruitutis:& alio modo quia nō possem eā inde extrahere sine volūtate tua:quia est tua postquam est ingressa fundū tuū:vt ff.de aqua quoti.& æsti.l.j.ſ.ludi.& de ea potes facere quicquid vis:† postquā verò esset egressa de fundo tuo,possem eā ducere ad fundū meum: quia nō est amplius tua:nisi duceretur per riuū à te factū:quia ille est tuus & sine tua voluntate non possem eam inde extrahere.ita intelligo quod not.Bart.in l.quominus.ff.de fluminibus.in xij. quæst.
4 circa finem.† Quid si aquam quæ oritur in fundo tuo concessisti titio:vt posset eam deriuare in suo: an possis postea eam mihi concedere? gloss. quòd sic.si tantum abundabat quod sufficiebat vtrique. per l.Lucio.de aqua quotidiana & æsti. & ita fuit determinatum Bonon. inter fratres prædicatores. quibus primò commune conceſſerat aquam,& minores quibus concessit secundo: quia fuit iudicatum valere secundam concessionē quia non derogabat prioribus.ltē quid si tu cui primò fuit concessa,vis mihi concedere. Respondeo. aut vis concedere quod extraham de fundo concedentis:& non valet:vt in l. ex meo.ff. de seruit.rustico.prædio. aut quod extraham de tuo. postquam
5 tuum ingressa est. & tunc potes:& valet. † Vltimò not.l. pen
a ses.ad id quod semper allegatur, quod ordinata charitas incipit à se. & quod de fonte tuo tu primus haurire debes,& si cōtrarium facis locum habet quod dicitur. alpibus ille perit qui ei plus diligit vllum.

LEX V.

SIquid † In confessoria actione venit vt res in pristinum statum reducatur,& dānum reparetur.hoc dicit. Et idem dicit in l.si ædibus.j. eodem.
1 tem in confessoria iure actionis venit declaratio seruitutis.l.sicuti.§. si quærit.ff.si ser. ven.remotio verò vel destructio eius quod factum est contra debitam seruitutem, & etiam condemnatio ad interesse venit officio iudicis mercenario deseruienti illi actioni.vt l.loci corpus.§. in confessoria. ff. si serv. vendic.

2 ☞ *Illi qui consueuerunt in syluis communitatis & nemoribus incidere ligna, & permittuntur armenta pascere in pascuis communis, quod potius dicatur esse in patrimonio priuato.*

3 *Si quis habet molendinum in flumine publico, an alius in superiori parte possit construere aliud molendinum quod haberet nocere sequenti molendino, propter excessum aquæ?*

LEX

LEX VII

SI manifeſte. †In aquæductu ſeruanda eſt antiqua conſuetudo. h.d. Et pone in prædijs fiſcalibus. qdā habebat ſeruitutē aquæductus la irrigāda prædia ipſorū: & per antiqua tpa cōſueuerant ducere per vnū locū: ſeu partem prædiorū: nūc cōductores ſortè dictorū prædiorū volebāt q̄ ducereť per aliū locū illis inuitis. Similē in ſeruitute altius nō tollēdi: vt ff. de ſer. vrb. p̄di. l. qui lumnibus: pōt etiā poni qd' nō habebāt ſeruitutē: ſed ita cōſueuerunt ducere per longū tp̄s. †Et ſic no. arg. ſecundū doct. pro illis qui cōſueuerūt in ſyluis cōitatis & nemoribus incidere ligna & permittunť excidere, vel paſuare in paſcuis cōis: nō vt in prato publi. vel platea: ſed potius dn̄r in patrimonio rei priuatę: vt j. de fundis rei priuatæ per totū. †Glo. inducit ad q. de illo qui habet molēdinū in flumine pub. & quidā in ſuperiori parte vult conſtruere aliud molēdinū, q̄ haberet nocere ſequēti molendino ꝓpter auerſionē aquæ: vtrū poſſit? & vī q̄ ſic: qa cōſtruit in flumine publi. & ſicut licuit illi prius cōſtruere & vti aqua pub. ita vī licere ſcdo: licet noceat primo. ar. j. l. ꝓxi. in prin. in cōtrariū facit iſta l. quia nō debet immutari antiqua cōſuetudo in præiudiciū alterius, ſed hic loquit qn̄ ille alter habebat ſeruitutē cōtra quam fiebat opus: vt ſ. e. l. ſi quid. Sed in caſu noſtro nō habebat: & iſtā partem videtur tenere glo. ſ. q̄ poſſit. Et de iſta q. tangitur per gl. in pluribus locis. ff. de eden. l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initiū tabularum. dic pleniſſimè per Bar.ª in l. quominus. de flu. in j. q.

1 ª Quodlibet prædium urbanum, uel ruſticum præſumitur liberum à ſeruitute, niſi ſeruitus probetur. & nu. 3.

2 ᵇ Ille qui utitur in alieno iure ſeruitutis, an præſumatur bonafides, & qualiter probetur bonafides? & nu. 2.

4 ᶜ Vicinus poſſit altius ædificare, & obſcurare lumina domus vicini, ſi nullam utilitatem ſentit de illa eleuatione, ſed hoc facit ut noceat vicino: & an cogatur deſtruere ſi fecit

Ad poſſit tantum eleuare, quod uideat omnia ſecreta domus uicini?

5 In pariete ſuo in quo non conſueuit eſſe feneſtra: poſſit facere unam feneſtram, per quā uideat omnia ſecreta domus uicini.

6 In ædificio ſuo poſſit quis facere tectum: quod protenderet ſuper publico.

LEX VIII.

ALtius. †Solū eſt liberū vſq; ad cœlū: niſi ſeruitus ſit ei impoſita: & in pariete alterius nemo pōt feneſtrā facere. h.d. Barto. cū primo dicto concordat l. ſi. ff. e. l. cū meo. de ſer. vrb. prædi. Cum ſecūdo dicto cōcordat l. pe. e. tit. quæ tñ loquit in pariete cor. in quo nō poteſt alter ex ſocijs altero inuito vel nō cōſentiente feneſtrā facere. †Ex primo dicto gl. colligit no. q. ad qd' ſemper allegat, quod quodlibet p̄diū vrbanū, vel ruſticū[b] præſumit liberū à ſeruitute: niſi ſeruitus ꝓbet: ex hoc ſequunť alia duo: primū†† eſt: q̄ in illo qui vtit in alieno iure ſeruitutis, nō p̄ſumit bona fides: ſi aliud nō apparet: qa ſcit vel ſcire debet q̄ illud p̄diū eſt nō ſuū, & ſic nō licet in eo aliqd facere iure ſeruitutis: ad hoc ergo vt p̄ſcribat ſeruitute oportet quod doceat de aliqua iuſta cauſa ꝓpter quam credit habere ſeruitutē: puta qa dictum fuit ſibi à patre ſuo, vel à ſuis antinentibus, & ita no. doct. j. l. j. §. j. ff. de iti. actuq; pri. glo. tñ ibi ſentit q̄ ad ꝓbandū bonā fidē requirit titulus: ſed docto. hoc nō tenent per l. ſi quis diuturno ff. ſi ſer. ven. certè glo. nō vult q̄ requiratur titulus tanquā tit. eodē modo quo requirit in præſcri poene rerū corporaliū. l. nullus. ſ. de rei ven. ſed tanquā cā iuſta adinducēdā bonā fidē nō tñ negat quin ſi alia iuſta cā ſubeſſet, quæ induceret bonā fidē, quin illa ſufficeret. Dy. aūt tenuit q̄ bona fides præſumat. ſicut in præſcriptiōe rerū corporaliū: quē Cy. ſuus diſcipulus reprehēdit in l. j. ſ. eo. cū ſit diuerſa ratio: nam rē alienā iuſtè potes credere eſſe tuā, ſi eā poſſides vt tuā: qa nō habes p̄ſumptionē aliquā iuris cōtra te. Ideo in dubio præſumeris in bona fide: vt plenè no. in l. Celſus. ff. de vſuc. maximè per Bar. Sed in re quā ſcis eſſe alienā, nullā cauſam habes; vel præſumeris habere facere aliquid iure ſeruitutis: quia cōtra te eſt iuris habere facere aliquid iure ſeruitutis: quia eſt cōtra te eſt iuris præſumptio: vt hic: & ideo dicūt Canoniſtæ quod in præſcriptione ſi an. quæ currit in rebus eccleſiaſticis, ſi quæriť an. requirať tit. de iure cañ. nam de iure ciuili non requiriť ſine dubio. Non debet diſtingui an cōtra præſcribentē faciebat ius cōmune: vt cum

c vnus eps vult præſcribere decimā ᶜ in alieno epatu: vel vnus parochialis p̄ſcribere in aliena parochia, & tūc requiriť titulus: aliàs ſecus: vt no. in c. ſi diligēti. de præſcri. eſt caſus in c. j. eo. titu. lib. vj. & iſta determinatio multum facit cum gl. quæ eſt in d. l. j. §. j. de iti. actuq; pri. quia cōtra præſcribentē ſeruitutē in fundo alieno ſibi facit iuris p̄ſump. & ſic videtur acquiri ad inducēdā bonam fidē. Item patet aliud notabile: quia ille qui agit cōfeſſoria, licet ſit in quaſi poſſeſsione ſeruitutis, nihilominus nō releuat ab onere ꝓbandi ꝓpter hoc: ſed debet probare ſeuitutem ſibi competere: vt no. in l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. ff. ſi ſer. ven. & pleniſsimè not. in l. ſi priuſquā. ff. de oper. no. nūci. Certè ratio eſt: quia contra cum eſt iuris p̄ſumptio q̄ ſeruitus nō debetur: vt hic alias poſſeſsio releuaret quē ab onere ꝓbandi: quia qui poſſidet p̄ſumit dn̄s: niſi contrariū ꝓbet: ar. in l. fi. ſ. de rei ven. & quod no. in l. pe. ff. de cōdi. inſti. qd' aūt ille qui eſt in quaſi poſſeſsione ſeruitutis, vel alterius iuris incorporalis nihilominus poſsit ea vel ipſum vendicare per confeſſoriā: vel quaſi cōfeſſoriam: vt habetur in l. & ſi fortè. §. j. ſi ſerui. ven. licet ille qui eſt in poſſeſsione rei corporalis nō poſſit eā vēdicare, qa tenēti & poſsidēti omni genere poſſeſsioīs nō datur rei vendic. licet deť interdictū vti poſsidetis: vt l. j. §. interdictum. ff. vti poſsi. †Vltimò extra gl. queriť de duobus. primò qd ſi vicinus qui vult altius eleuare, & obſcurare lumina domus vicini, nullā vtilitatē ſentit de illa eleuatione: ſed hoc facit dūtaxat vt noceat vicino, qd̄ p̄ſumit: poſtquā vtilitatē nō ſentit: & an poſſit & an cogať deſtruere ſi fecit. d. Ang. de Peru. in l. cum eo. ff. de ſer. vrba. p̄di. tenet q̄ nō poſsit: & cogať deſtruere. per illū tex. & per iſtum. Sed in contrariū facit l. j. §. denīq; ff. de aqua plu. ar. & l. in fundo. cir. fi. ff. de rei ven. & iſta pars videť melior & æquior: ſic ergo iſtæ ll. debent intelligi. q̄ hoc facit principaliter vt ſibi proficiat, nō vt alteri noceat quod præſumit: ſi vtilitatē ſentit, & nō aliter. Ex hoc deducitur aliud dubium: quod tangit hic Cyn. quod ſi vult tantum eleuare quod videat omnia ſecreta domus vicini: †vel pone quod quis in pariete ſuo in quo non conſueuit eſſe feneſtra, vult facere vnam feneſtrā: per quā videbit omnia ſecreta vicini ſui. An poſsit? videtur quòd ſic: quia nihil facit in alieno, ſed in ſuo: quod ſibi videtur permiſſum: ſed reſpondetur per dictam diſtinctionem: aut ex hoc vtilitatē ſentit, vel ſubeſt iuſta cauſa: & tunc poterit: aut nō, ſed hoc facit dūtaxat ad emulationem & diſplicentiam vicini: & tunc non debet ſibi permitti. arbi. ff. de ope. publ. l. opus publi. †Vltimò debes ſcire q̄ iſtud principium debet intelligi quando quis vult eleuare ædificium ſuum per altum: ita quòd nihil occupat de publico, ſed dūtaxat aērem ſuperiorem. Si autem in ſuo ædificio vellet quis facere tectum ex tranſuerſo, quod protenderet ſuper publico, non eſſet ſibi licitum: & per interdictum ne quid in loco publico cōpelleretur remouere vt l. ñ. §. cum quidam. ff. ne quid in lo. pu. hoc videmus in iſtis parietibus quæ pendent ſupra publicū. nam quatenus tolerātur à publico: vt in iſta ciuitate permittunť: ſed quatenus extenderenť ſupra ſtratā publicā quæ non tranſit per medium, non poſſent fieri: & ſic pontem de vna domo ad alteram quæ eſt ex oppoſito, ſi tranſiret ibi ſtratam publicam, non poſsit quis facere: vt l. ſi. ff. eo.

2 ☞ *Vicinus tuus poteſt in ſuo facere opus, ex quo auferatur tibi commoditas, quæ ad te perueniebat de ſuo: dummodo nihil faciat tuo.*

LEX X.

SI tibi. Quilibet in ſuo poteſt facere quòd vult niſi faciat contra debitam ſeruitutem. hoc dicit Bar. Limita per ea quæ dixi in l. altius. No. tex. in prin. dum dicit [ſeruitutem aquæ ducēdæ deberi:] q̄ licet vicinus conſtituerit tibi ſeruitutem aquæ ducendæ de fundo ſuo:: nihilominus adhuc ſeruitus dicit tibi deberi; & hoc per ea

a ¶ Per Bart. Adde dc iſta q. vt p eūdē Bar. in l. j. §. ſicut aūt. ff. de aqua plu. arcē. & per Bald. in c. cū eccleſia vulterana. col. c. j. de elec. in c. & q excep. in c. j. §. ſi qs de māſo. de contro. inueſti. & notabiliter per eūdē Bal. in rubr. ff. de rer. diui. Ang. in l. j. §. idē aū. ff. ne qd in flumi. pub. & Flo. in l. Imperatores de ſer. ruſ. p̄d. Et vide latiſsimè per d. Alex. in conſi. clxxiij. in ij. vol. aſſ. eſt cxcij. Et adde hic ea q̄ in ꝓpoſito decidit Sign. de homod. in ſuo conſi. xxxiij. incip. ex quodā flu. pub. Fran. Cur.

b ¶ Prædiū vrbanum vel ruſticanū. Adde q̄ dicať prediū vrbanū, vel ruſticanū vide glo. in l. dotale. ff. de iun. do. & in c. eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtitu.

c ¶ Præſcribere decimam: an decima poſsit præſcrbi. vide glo. in c. nup de deci. gl. in c. decimæ. xvj. q. j. Car. in c. dudum. in ij. nota. de deci.

a ¶ Qui per hoc dicit. Adde hic quæ dicuntur p Bar. & doc. in l. ſi ita. ff. de aur. & ar. leg. per Ang. in l. Titia. ff. de manu. teſ. & tex. & ibi no. p Bart. in l. ſi cognatis. ff. de re. dub. Franc. Cur.

b ¶ An ſtabit. Adde de hac. q. & dic vt per Alex. de imo. in rub. ff. de no. ope. nun. co. vj. verſ. ſed dubium. Cur.

quæ no. in l. corruptionem. ſ. ti. j. quia in eis nõ cadit perfecta traditio: & iſtud multum bene facit cõtra Pet. qui dixit cõtrariũ ꝙ il le qui tenetur ad ſeruitutem, tenet̃ ad cõſtituẽdum tantum: & ſic eo ipſo ꝙ conſtituit eſt liberatus ab obligatione, qua tenebatur conſtituere. glo. tenet contrariũ in illa l. cor
2 ruptionem quã declara vt ibi dixi.† In fin. huius l. no. quod vicinus tuus põt in ſuo facere opus ex quo auferat̃ tibi cõmoditas, quæ ad te perueniebat de ſuo: dũmodo nihil faciat in tuo, & ideo licitũ eſt ſibi in ſuo fodere, & auertere venam aquę q̃ decurrebat in tuo, ſi hoc facit vt ſibi ꝓficiat nõ vt tibi noceat. vt in l. j. §. denique. de aqua plu. arcen. & in l. fluminũ. §. fi. cum ibi no. in glo. etiã in ll. ſequentibus. ff. de dam. infec. & ibi plenè vide de iſta materia.

1 ☞ *Per agrum alienum qui ſeruientem non debet: ire uel agere uicino nõ licet domino prohibente, & quid eo non prohibente?*

2 *In domum non licet ingredi, etiam domino ignorante, per loca ubi poſſint uideri ſecreta domus: & qui facit contrà, tenetur actione iniuriarum.*

LEX XI.

1 ¶ Per agrum. † Primum dictum iſtius l. intellige dño prohibente, ſed pro eo non prohibente ſiue ſciat, ſiue ignoret, bene licet. vt in d. leg. duus. ff. de ſerui. ru. præ. dummodo ſine dãno vicini hoc fiat qa cũ ſit nullus p̃iudicij, cõpetit cuilibet iure cuiuſdã facultatis ſi tñ iret per xxx. dies, videretur ire iure ſeruitutis, & extũc conſtitueretur in quaſi poſſeſsione ſeruitutis eundi, vt habeat interdictum de itine. actuq; priuato. ſed aliũ actũ pręiudicialem non licet facere in alieno, nõ ſolum domino prohibente, ſed nec ipſo ignorante & ideo ſi facit eo ſcięte, & nõ prohibente, ſtatim
2 acquirit̃ quaſi poſſeſsio illius ſeruitutis. vt dixi ſ. eo. l. j. † In domum verò alienam non licet ingredi etiam domino ignorante, per loca vbi poſſunt videri ſecreta domus. & qui facit contrà tenetur actione iniuriarum. ff. de iniur. l. is qui in domum circa fi. ti. & vide hic l. ij. ff. de acqui. re. do.

• ☞ *Si quis legauerit religioſis alicuius loci tantam quãtitatem quolibet anno, tantum pro quolibet & augeatur numerus an debeat augeri præſtatio?*

LEX XII.

tale debitũ obueniret: vt qa fuit captus ab hoſtibus, vel latrũculis, et pater ipſum redemit, cẽſetur hoc feciſſe cauſa pietatis, & nõ teneret in ſuã portionem computare. vt j. de capt. l. liber. ſicut nec impenſam quã pater ſibi feciſſet in ſtudio. vt l. quę pater. ff. e. ſi verò contraxit debitum poſt mortem patris tẽpore quo ſimul viuebant, & lucra inuicẽ cõmunicabant, modo quia videbatur cõtracta ſocietas omniũ bonorũ, iuxta no. in l. Titium & mæuiũ. §. altero. ff. de admi. tu. tale debitum deberet cõmuniter ſolui: ſi cõcernat commodũ ſocietatis, aliàs ſecus, vt ſi culpa ſua fuit contractum, vt l. cũ duobus. §. dãna. cũ §. ſe. ff. pro ſo. Non ſunt alia.

☞ *Si inter duos fratres una & eadem res fuit diuiſa, puta unum prædiũ, & dimidia quã unus habuit ex diuiſione fuerit euicta, quãdo nõ teneatur alter de euictione?*

3 *Diuiſio, an ſit contractus innominatus?*

4 *Si feudum alicui obuentum ex diuiſione reuertatur ad dominum, quia deceſſit ſine filio maſculo, licet relicta fœmina, an poſſit fœmina agere de euictione? & quid ſi alius frater euincat?*

LEX XIIII.

1 SI familiæ erc. †Ex diuiſione etiã facta iudice mediante tenetur quis de euic-
2 tione per actionẽ præſcrip. verbis, niſi fuerit expreſsè actum contrariũ. h. d. †In tex. ibi. [euentum.] i. periculum. In tex. ibi. [pro parte agnoſcere:] quia ſi prædium quod tibi fuit euictũ, valebat centũ: medietas debet eſſe deperdita ad damnum tuũ, quã habebas tuo iure altera dimidia quã habebas à fratre, debet eſſe perdita ad damnũ illius debet ergo frater tuus te reſtaurare de illa dimidia: & ſic eritis æquales: loquitur ergo hic ſecundũ Guil. de cu. qñ fuit euicta res, quę in totũ erat tibi adiudicata: ſi autem vna & eadẽ res fuiſſet inter vos diuiſa: puta vnũ prædium, quod videbatur commune pro indiuiſo: & tunc fuit diuiſum, ſi dimidia quã habuiſti ex diuiſione fuit euicta, ſiquidem facto & culpa fratris tui, quia obligauerat partẽ ſuã pro indiuiſo. Et ſic portio quæ tibi euenit pro diuiſo: quatenus habes ab eo, remanſit obligata: vt l. ſi conſenſit. §. fi. ff. qui. mod. pig. vel hypo. ſol. & creditor à te euicit per hypothecariã, ſimiliter agẽs de euictio. ſi aũt ſine facto fratris tui, vt quia erat aliena, nõ debetur euictio quia ſicut tibi ablata eſt tua dimidia: ita poterit auferri fratri tuo altera dimidia, in qua euidens habet idem ius: & licet non auferatur, vel quia ille non vult: vel quia non poteſt taliter impeditus: vel quia ſuccubuit cum eo, licet tecum obtinuerit: hoc debet cedere lucro ſui: & ſic non tenetur de euic. ſecundum Guil. de cu. quod tene menti. facit ſ. de inoffic. teſta. l. cum duobus. Videbatẽ autem quod in diuiſione nõ veniret euic. quia quilibet videretur in ſe ſuſcepiſſe periculum ſuæ patris. ar. ff. de actio. emp. l. ſi iactum: ſed contrarium eſt: imo in dubio non videtur aliquis eorum ſuſcepiſſe in ſe periculũ, niſi expreſsè fuerit dictũ. vt hic in ver. [vt vnuſquiſque &c.] ſecundũ eũdẽ Guil.

3 †Opp. pro declaratione glo. ꝙ non agatur ac. præ. ver. quia illa
a datur ex contractu innominato: diuiſio verò non videtur contractus innominatus: ſed potius diſtractus communionis gloſſ. dicit ꝙ imò: quia in ea vertitur quædã permutatio: ſi enim vnus fundus adiudicatur ſibi, in quo frater tuus habet dimidiã: & alter fundus adiudicatur ſibi, in quo tu habes dimidiã: videris dimidiã quã habes in illo permutaſſe cum dimidia quam ille habet in tuo: & permutatio eſt contractus innominatus ex quo oritur actio præſcri. verb. vt j. de rerũ permu. l. ex placito. & not. in l. j. ſeu ſuper rubrica. Secundò oppo. de l. ſi fratres. j. titu. ij. Solu. ibi ſciebas fundum qui tibi obuenerat in partem eſſe alienum: quæ ſcientia impedit agi de euictio. vt j. de euic. l. ſi fundum. hic ignorabas. Sed cõtra tertiò: quod etiã ſi ſcibas agere poſsis ſaltẽ ad reſtitutionẽ veri pretij: licet nõ ad intereſſe: vt l. emptorẽ. §. fi. ff. de actio. emp. Gl. dicit ꝙ ibi loquit in emptore: hic in diuidente: qui ſciebat rem ſibi adiudicatam eſſe alienam qui nihil poteſt petere, etiam æſtimationem verã: qa videtur in ſe ſuſcipere periculũ: iſta ratio nõ videtur bona: licet enim ſciẽs videatur in ſe ſuſcepiſſe periculum, nõ ſic alter vnde Guil. dicit ſe putare quod ſaltem ad æſtimationem partis euictæ poſsit agere. Barto. tenet gl. & dicit eam eſſe ſingularem: & aliud fore in emptore, qui ſoluit manualiter pretium, vt poſsit ipſum recuperare: licet ſciuerit rem alienam: niſi expreſsè fuerit dictum contrarium: aliud in ũ uidente, qui nõ ſoluit pretium: ſed partem quam habebat in alio fundo dedit pro iſta quæ euicta eſt. vt videatur ſuſcepiſſe in ſe periculum, poſtquã ſciui rem alienã, & poſſe euinci: & iſta fuit mens glo. quia ſic ecõuerſo alter cenſet eodẽ modo in ſe ſuſcepiſſe periculũ rei ſibi adiudicatæ. Nec ob. tex. in [ver. j.]qa loquitur qñ vterq; ignorabat: quo caſu neutervidet in ſe ſuſcepiſſe periculũ rei ſibi adiudicatæ. Si autem vterq; ſcit, vel alter ſcit, alter ignorat: quia periculum poteſt eſſe reciprocum. iſta gloſ. vult q quilibet eorũ videatur in ſe ſuſcepiſſe periculum: non ſic qñ nõ põt eſſe reciprocum: vt in emptore. Tene menti glo. hanc ſecundùm Bart. qui tñ non declarat eam. Tertiò oppo. de l. cum pater §. euictis. de leg. ij. Sol. ibi diuiſio fuit facta per teſtatorem: vnde ex ea non reſultat cõtractus permutationis inter partes: hic fuit facta per ipſas partes: licet iudice mediãte: vnde reſultat ille contractus: ex quo oritur iſta actio. & vide circa materiã Bart. poſt gl. & alios doct. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. obligatio vlt. & xj. q. †In glo. ibi. [Item quid.] dicit Pe. hanc q. fatuam eſſe 4
quia euictio non debetur niſi qñ res euincit culpa auctoris rei aſſerentis rem ſuam cum non eſſet, vel non eſſe obligatum cum eſſet: vt l. & hæc diſtinctio. ff. locati. ſed ſi mihi aſsignatur feudũ in partem, frater meus in nulla culpa eſt: quia nõ aſſerit rem eſſe allodialem. i. propriam: ſi enim aſſereret, & ego ignorarem, eſſe dubio locum haberet euictio. & non procederet iſta gloſ. ſed in quo aſſerit rem eſſe feudalem, hunc caſum euenire poſſe prouidere debuit: vt l. ſi quis domum. §. j. ff. loca. ſi ergo feudum reuertitur ad dominũ, quia ſi deceſſerit ſine filio maſculo, licet relicta fœmina: non poteſt fœmina agere de euicti. dicit Bal. q etiam ſi frater meus euincat: quia feudum erat paternum, & ſic propter defectum maſculi venit ad patrem agnatum, non tenetur frater huic fœminæ de euic. quia nihil facit contra diuiſionem, ſicut in ſimili. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. Si poſtea veniret ratione fideicommiſi poſt mortem relicti: niſi fuiſſet expreſsè ei renuntiatum: ita nec hic: niſi fuiſſem expreſsè in hunc caſum ſtipulatus: quia ſtipulatio generalis ad hunc caſum referetur. de hoc ven. l. nomen. de damno infecto. l. damni infecti. ſtipulatio potinet in princi.

LEX XV.

1 SI diuiſionem. †Ex pacto nudo diuiſionis non oritur actio: nec transfertur dominium niſi traditione ſecuta. h. d. Bart. Si erg. pater tuus qui habebat bona communia cum fratre ſuo, venit ad conuentionem ſecum & diuiſionem: vt quædam eſſent fratris ſui, quædam verò ſua: & iſta cõuentio nõ fuit ſtipulatione valiata: ſi poſtea mortuo patre tuo poſſeſsio omnium bonorum reperitur penes fratrem ſuum patruumq; tuum: & quæritur quo remedio agere poſsis, vt habeas illa bona de quibus actum fuit inter eos ꝙ eſſent ſua: ſi quidem potes probare quod poſt conuentionem interuenit realis traditio, vel cognatio facta patri tuo, iam acquiſiuit dominium illorum bonorum: & ſic potes ea vendicare: nec expedit ꝙ alia diuiſio fiat: ſed ſi hoc nõ potes probare: tunc quia conuentio eſt nuda: & nõ prodeſt ad agendum, non potes petere illa bona: ſed remedium eſt ꝙ agas hac actione, vt omnia diuidãtur: & ſic non ſtatur diuiſioni facię per eos: ſed ſi tu eſſes in poſſeſsione illorum bonorum, haberes contra eum exceptionem: quia conuentio nuda licet non profit ad agendum, prodeſt tamen ad excipiendum: vt l. Iuriſgen. §. igitur nuda. ff. de pact. & ex his patet caſus huius l.

2 ☞ *Teſtamentum factum inter liberos, quod ualeat cum duobus teſtibus, & ſine ſolennitate.*

3 *Quando pater filios non inſtituit, ſed ſimpliciter diuiſionem fecit inter eos, & non reperiatur fraudatus legitima, qualiter ei ſuccurratur? & nota.*

4 *An talis uoluntas ualeat iure teſtamenti.*

LEX XVI.

1 ILij patris. † Iudex in diuidendo inter liberos debet ſequi voluntatem defuncti non ſolẽnem: licet non ſuccedatur ex teſtamento, ſed ab inteſtato. ſalua tñ falc. vel treb. ſi alicui eorum non remaneret integra. h. d. venio ad caſum. Quia text. eſt aliquam

nulam scrupulosus.†dic ꝙ quidam cõquerebatur imperatori de patre suo:qui cum plures filios haberet, in voluntate minus so-
2 lenni non coram.vij.testibus*, qui requiruntur in testamento, nec coram.v. qui requiruntur in codicilis:sed corã duobus vel tribus diuisit bona sua inter filios. & fratribus eius assignauit maiores portiones.sibi verò minimam.ita ꝙ non habebat quartam sibi debitã iure naturę,ꝓpter ꝙ volebat expugnare talẽ voluntatẽ tanq̃ inofficiosam.vt sic omnia bona æqualiter diuideret.Imperator cõsuluit sibi ꝙ ꝓ istã viã nõ vadat:qa necesse haberet probare se fuisse gratũ patri suo:& sic volũtatẽ esse inofficiõsam.aliàs nõ posset eã irritare,vel rescindere:hoc eñ erat necessariũ iure isto.vt in l.liberti.§.de inoffi.test.hodie verò nõ sed incũbit onus,ꝓbãdi hęredi,ꝙ filius fuerit ingratus.vt in l.oĩmodo eo.ti.& fortè erit sibi difficile probare hãc ingratitudinẽ:iõ cõsuluit sibi ꝓ aliã viã:ꝙ agat actione fa.ercis.vt diuidantur bona sine præiudicio suæ quartæ:licet eñ volũtas fuerit minus solennis,tamen est seruanda inter filios.vt j.eo.l.fi.posito ꝙ ex ea non succedat tanq̃ ex testõ:sed ab intestato.h.d.† Et loquitur & debet intelligi inquantũ dicit ꝙ succedit ab intestato,quando pater filios non instituit:sed simpliciter diuisionem fecit inter eos, quo casu post̃q nõ adhibuit solennitatẽ cõsuetã;nõ cẽsetur voluisse testari:nec eos hæredes instituere.sed eos ab intestato debere succedere.vt no.per gl.in l.quoties.§.eo.& nõ solũ si fecit consignatiões per res singulares.vt ibi dicit gl.sed etiã si per quotas, vt ex isto tex.colligit,dũ loquit de senatusconsulto:iubaudi trebellianoːrõne cuius deberet quarta trebel.quæ cõputatur in legitima cõstat enim illud senatusco.nõ habere locũ nisi in fideicõ. vniuersaliːnõ aũt in particulari.ergo necesse esset dicere ad hoc vt sit vniuersale,ꝙ fecerit cõsignatiões per quotas puta volo ꝙ talis filius meus habeat quartã partẽ,& talis tertiã:& talis dimidiũ:et talis quintã.& nũc iste vltimus reperit fraudatus legitima iõ supplet vt fiat cõsignatio detracta quarta trebellianica, quæ cõputabit in legitimã.Si aũt eos expresse instituisset:tũc licet sine solẽnitate,tñ qa pater habet hoc priuilegiũ vt possit testari sine solẽnitate iuris ciuilis:& cũ duobus testibus,& erit testm̃ validũ licet iure speciali.vt l.hac consultissima.§. ex imperfecto. j. de testa.tunc succederet ex testamẽto,nõ ab intest. & ita debet 3
intelligi disputatio quã facit hîc gl.& etiã decisio secundũ Guil. dem.& alios.Gl.verò videt rñdere ad istũ tex.ꝙ ibi possunt succedere ab intest.si volũt,& etiã ex testamẽto,si hoc magis volũt
4 nec gl.loquit clarę.tu dic melius vt dixi.† Aut testator fuit vsus verbo instituo:& indistinctè valet iure testamẽti:aut nõ apposuit illud verbũ:sed distribuit.tũc gl.in l.quoties.distinguit an per quotas,vel non.tu dic ꝙ etiã si per quotas,nõ videt testatus: sed ab intesta.decedisse.vt hîc colligitur: sicut ergo testamentũ militis factũ corã duobus testibus valet iure testamenti,ita & testamentum patris inter liberos.Sed quid si dixit se velle codicillari,& nihilominus filios hæredes instituit:an valeat iure testamenti? videt ꝙ nõ,qa esset repugnantia. cõtrariũ determinauit Bart.per l.militis codicillis.in prin.ff.de test.mi.vbi miles habet priuilegiũ,ꝙ etiã in codicil.possit facere inst.& licet dicat se vel le codicillari,tñ erit testamẽtũ si vtat verbo instituo:inspecto potius eius priuilegio quam verbis suis.

LEX. XVII.

Ohæredibus.† Diuisio facta inter quosdam ex socijs,alijs absentibus non prę iudicat.hoc dicit.

* Donatio facta per patrem filio in potestate,quando & in quibus casibus valeat? & numero.4.

Liberi empti per patrem nomine unius ex filijs,an ex diuisione quæ fit inter fratres, debeant communicari?

LEX. XVIII.

Iliæ cuius.† Quod pater nomine vnius filij vel filię emit,& sibi tradidit,debet illi adiudicari.& in hoc iudicio habet rõ sumptuũ ꝓ vnũ ex cohæredibus factorũ in re cõmuni.h.d.Bar.vel sic qd̃ pater emit noĩe vnius ex filijs,& sibi tradidit, videt donasse: & tanq̃ donatũ in diuisione hæreditatis sibi præcipuum adiudicatur,si donatio non fuit reuocata.Itẽ in hoc iudicio habetur ratio impensarum factarum per vnum in rebus communibus.h.d.In tex.ibi.[cõparauit.]supple & tradidit:aliàs nõ videretur donasse,sed nomine filiæ in contractũ accõmodasse.vt j. si quis alteri

1 ¶ Coram.vij.testibus. An valet testamentum conditum cum duobus testib⁹ & notario parrochiano.vide per Io.an.in addi.Spe.in ti.de instru.edi.in §.cõpendiosè.versi.sed nunquid.de consuetudine.cum ver.seq.doc.in c.cum esses de testa.Iac.de are.in disputatione incipiente secundũ consuetudinem ciuitatis venetiarum.& ista disputatio est posita inter consilia Bar.vbi cõcludit de

vel sibi.l.j.& ij.& posito ꝙ videretur donasse:donatio tamen non videtur confirmata nõ interueniente traditione.ar.in l.Papinianus.ff.de do.inter vir.& vxo.& sic non deberent percipuè adiudicari:nam tũ adiudicant,quia donatio fuit morte cõfirmata:& sic habet dñiũ nõ ex causa hæreditaria,sed ex cõtractu inter viuos:etiam si nõ accepta
2 ret hæreditatẽ paternã:meritò nõ venit in diuisionẽ hæreditatis.† In tex.ibi.[si nõ postea:]nã dicta donatio valuit à prin.& pater poterat quãdocũq̃ postea reuocare, & hoc in filia quæ erat in potestate patris: secus si erat emãcipata,vel postea in vita patris emãcipetur:quia statim cõfirmatur donatio.vt l.donationes in concubinã. §. pater.ff.de dona.& idẽ in filio milite:si res empta suo nomine & traditæ cõueniebãt militiæ:quia statim valuisset donatio:& sic nõ potuisset reuocari.vt §.eo.l.si filiusfa, quæ differt ab ista:quia ibi constabat qd̃ pater voluit donare:quia sic expresse dixit vt patet ibi in verbo donatæ hîc verò non constabat:sed ex duobus præsumitur qd̃ emit nomine filiæ:& sibi tradidit.Si autem non emisset:sed habebat penes se,licet filiæ tradidisset,nõ censeret donasse:sed in peculiũ profectitium confessisse.ff.de pecu.leg.l.fi. & ideo tunc nõ adiudicarentur præcipuè, sed diuideretur inter omnes.vt §.eo.l.certũ & iste est casus in l.si donationes.j. de colla.de qua gl.hîc op.& non soluit.† Per hæc respondetur ad quęstionẽ formatam in gl.
b de libris emptis per patrem b nomine filiį̃an in diuisione hæreditatis debeat eos habere præcipuos,an autem debeant diuidi, vel saltem prætium eorum? Nam gl.innuit qd̃ non:sed habeat præcipuos: vt in hac.l. b Gul.de cu.tenet contrarium. Bar. sequendo Io.de are.distinguit aut emit,sed nõ tradidit:& vera est opi.Guil.aut tradidit,et videtur donasse.vt in hac l.sed si quæritur an donatio statim valeat distinguitur.aut erat iam doctor,& valet: & trãseunt in peculiũ quasi castrense:quia est miles legalis militiæ,& sic potest habere peculium quasi castrense:& tunc non poterit reuocari,et hoc per l.si filius.§.eo.aut non erat tunc doctor & tunc aut postea efficitur viuente patre et idem ar.in d.l.si donationes.§.pater.aut postea efficitur patre viuente & tunc donatio non valuit viuente patre, & sic potuit reuocari,sed si non fuit reuocata, confirmat̃ morte:& sic sibi adiudicantur præcipuè ꝓ hãc l.Sed si nõ emisset:quia fortè habebat penes se.sed sibi tradidit:cẽsetur potius accommodasse quã donasse.ideo non sunt p̃cipui:sed debent in suam portionem computari.non autem sibi auferri,sicut nec militi arma:vel æqui fauore studij̃.vel confertur eorum prætium quatenus valerent tempore quo diuidunt,non quatenus fuerunt empti:& hoc in libris qui extant, aliæ verò expensæ quæ non extant,quas pater fecisset in alio studente, non computantur in eius portionem:sed censentur donatæ fauore pietatis:vt l. quæ pater.ff.eodem.de quibus omnibus vide plenè Bart. in l.j. §.sed nec castrense.ff.de colla.bo.Bald.tangit hîc.& in authenti. ex testamento.j.de collat.Et prædicta qñ donantur filio vt filio

iure non valere talẽ consuetudinẽ. & idẽ tenet Spe. vbi.ă. idẽ Io.de imo. in l.ij̃. ff. de test. Ant.de bu.et Abb.in c.ij̃.de cõstitutio.Ol.cõ.ccxlvij̃. inci.presupposita cõsuetudine Ange.cõsili.cxxvj.inci.testamenti factio.idẽ cõsi.ccxxxij̃.inci.Punctus est tu dic ꝙ hoc nõ habet locũ in venetis: quia non recognoscũt superiorẽ d iure secundũ Alber. de rosa. in l.j. C. de sum.tri.& per consequens veneti habẽt vim supræmi imperatoris in suo territorio.secundũm Bart. in l.hostes.ff.de cap. Bart.in l.j.C. de bo. va.lib.x.sed Imperator potest statuere quod valeat testamentum cum duobus testibus. secundũm glo & doct. in c.quæ in ecclesiarũ. de constit.& in l. fi. C. si contra ius vel vti. pu. ergo.idem pãt veneti, ex quo non recognoscũt superiorem in temporalibus. & sic valet talis cõsuetudo quo ad venetos.& sic nõ obstat. d. disputatio Ioann.de are.vbi.ă. cum suis sequacib⁹ ibi allegatis.vel dic quod dicta iura habent locum in ciuitatibus cognoscentibus imperatorem in superiorem &c.

b ¶ De libris emptis per patrem. Adde Bar.in l. donationes in §.pater. ff. de do. Bal.in l.j.ff.solu.matrimo.& in authentic. ex testamento. C.de col.Rapha.cu. consili.ccxxvj.incipient. quidam filio studenti Paul. de castro. consili. clxxxiij̃.incipien. videtur dicendum quod dicti libri Bald. consiliũ. xxj. incipient. quinque quæruntur in ij̃. volumi. Alexand.de imol. consili. cxlij̃. incipient. Circa primam dubitationem. in penulti.colun.in ij̃. volumi. & est consilium duplicatum. consilium.ciij̃.in. ij̃. volumi.

ſi autem vt extraneo, propter benemerita:ſtatim valet donatio, & reputatur vt aduentitium nec cõfertur cum fratribus. vt not.
4 in auth.vnde ſi parens,de inoffi.teſt.†In glo.ibi.[non eſt donatio inter viuos.Tu dic q̃ imo:ex quo interuenit traditio nec obſt.q̃ non valet qa fateor à principio & hoc etiam probat hic dñs dicit ſi non poſtea contrarium &c.quia poteſt reuocari: ſed ſi nõ fuit reuocata,morte cõfirmatur & ſic videt habere quodãmodo iure prælegati:ideo non confertur non tamen eſt propriè prælegatum,quod requirit traditionẽ hæreditatis.ſed iſta donatio cõfirmatur ſola morte:etiam non ſecuta aditione,vt not.per glo. in l. poſt legatum §.qui mortis.ff.de his qui.vt indi.& l. ſequens quę ſtio.de leg.ij.

LEX XIX.

1 INcerti.†In hoc iudicio habetur ratio rerũ ſubtractarũ & deterioratarum per alterũ ex cohæredibus.h.d.Bart. quod eſt verum quando poſt mortẽ defuncti:ſecus ſi eo viuente,qa tunc non vt hæres feciſſet,& ſic non veniret in hoc iudicio.l.& puto.§. ſed & ſi dolo.ff.eod.& ſic videtur q̃ ſi filius viuente patre aliqua res ſibi ſubtrahit,ſn̄ diuiſione hæreditatis nõ debeat de illis haberi ratio quod qualiter ergo prouidebitur alijs fratribus,tangitur hic per Gul.de cu.vel dic q̃ computantur ſibi in ſuam partem: vel poſſunt condici condictione ſine cauſa:vt l.ſi quis nec cauſam.§.ff.ſi cer.peta.

2 *Quando quis uendit rem alienam tanquam alienam,cenſetur uendere nomine domini,non ſuo & ſi erat communis cum alio,& eam uendidit tanquam communem, uidetur eam uendere nomine communi,& poſſunt uenditionem habere ratam.ſi non datum aliorum non præceſſit & habent actionem nego.geſt. & quid ſi nõ uendidit nomine communi?*

3 *Antequam expediatur iudicium petitionis hæreditatis,non põt agi hac actione diuidẽdũ*

4 *Si res erat communis inter plures ex cauſa ſocietatis conuentionalis,uel ex cauſa hæreditaria ſeu ex alia cauſa,& unus de ſocijs totam rem uendat quo iure teneatur alijs refundere partem pretij,& an poterit eam uendere?*

5 *Bonæfidei poſſeſſor hæreditatis licet non ſit dominus,tamẽ ſi uendat rem hæreditariam tanquam hæres,quod non poſſit emptor moleſtari à uero hærede.*

LEX XX.

1 IN familiæ erciſ.†Pretium rei venditę per vnũ ex cohæredibus non venit hac actione:ſed actione mandati,vel neg.geſt.ſi communi nomine venditio facta eſt,tanquã de re cõmuni:ſed ſi proprio nomine vendentis, venit in peti.hære. h.d. In tex.ibi:[pro ſolido.]hoc ideo dicit quia ſi partem ſuã tantum vendidiſſet,nõ teneretur cohæredibus aliquid refundere de pre
2 tio.vt l.Lucius.ff.e.In tex.ibi: [veluti communis venundatæ.] Not.ſecundũ Bar.qui de iſto tex.facit magnũ feſtum, q̃ quãdo quis vendidit rem alienam tanquam alienam,cenſetur vendere nomine domini,non ſuo,& ſi erat communis cum alio, & eam vendidit tanquã communem, videtur eam vendere communi nomine,quod pater:quia infrà dicitur q̃ ſi mandatum aliorum non præceſſit poſſunt venditionem ratã habere,& habent actionem neg.geſt.ſed ſi nõ venderetur cõmuni nomine, nõ poſſent eam ratam habere quantũ ad hoc aut acquirerent actionẽ nego. geſt.vt l.ſi pupilli.§ ſed ſi ego.de neg.geſtis. niſi in ſubſidium re perempta,vel præſcripta.vt eo.ti.l.ſi.& dictum fuit ſ.de rei ven. l.mater.hic autem datur etiam re non perempta,nec præſcripta: allegat etiam Bald.l.ab vno.ſ.de nego.geſt. In tex.ibi: [pretium non venit.]dic ſed quare hoc?Reſpondetur ſecundum gloſ. & doc.propter duo quia potuit vendere partem ſuam ſine parte ſociorum & ſic vendidit totam ex voluntate, non ex neceſſitate: ideo ceſſat hęc actio:vt l.ſi communes.ff.de neg.geſt.Sed quare hoc caſu nõ datur peti.hære.ſicut datur in vltimo caſu?Reſpondetur ſecundùm Bal.quia poſtquam vendidit communi nomine,in portionibus aliorum non aſſerit ſe hæredem ſed recognoſcit illos in cohæredes peti.autem heredi.datur contra illum qui non recognoſcit agentem in hæredem,vel coheredem:ſed contradicit aſſerens ſe hæredem,vel nullam cauſam poſſidendi prę
3 tendit.† In fi.l.ibi:[hæreditas ab eo petenda eſt.] ſed quare hoc caſu ſaltem non competit etiam hæc actio, cum concurrat cum peti.hære.Reſpondet Bald.quia iſte ſolus prætendebat ſe hæredem:& erat in poſ.bo.vnde oportebat primò declarari quod alij agentes erant cohæredes, & poſtea poteſt intentari iudicium diuiſorium,non prius.vt l.j.ff. eodẽ. non ergo negatur quominus expedito iudicio petitio.hæredita.poſsit agi hac actione ad dividendum:ſed prius nõ imò præcedit petitorium iudicium quod
4 eſt præiudiciale,& præbet viam diuiſorio:vt dicta l.j.† Vbimò eſt hic vna glo.multum verboſa, quã tamen Bart.commendat & dicit ſe pluries conſuluiſſe ſecundũ eam, & proſequitur tres caſus,ſcilicet quãdo res erat communis inter plures ex cauſa ſocietatis conuentionalis.Item quando ex ea uſa hereditaria.Item quando ex alia cauſa, in omnibus quærit ſi vnus de ſocijs totam rem vẽdidit,quo iure vel qua actione tenetur alijs refundere partem pretij? & dicit præſupponendum eſſe vnum,quòd ſi alij non conſenſiſſent venditioni illius, eis non præiudicaret quominus ſuas portiones poſſent vendicare ab emptore.argu. ſuprà eodem l.cohæredibus.Si autem cõſenſerunt,quàm actionem habeant ad reſtitutionem?dic vt in gloſſ.& adde quod not. per Barto.in l. qui Romæ.§. duo fratres.de verbo.obli.in vltimo. In glo.ſi.ſuper verbo[petenda.]in prin.ibi:[vt ff.pro ſocio.Inmo.]hoc verum,niſi res ad hoc eſſet in cõmuni deducta vt verum datur:vt in mercibus,& vænalibus nã vnus ex ſocijs,alijs etiam ignorantibus vel contradicentibus,ſi non habẽt iuſtam cauſam contradicendi,poteſt vendere merces omnes.ar.eius quod not. in l. Sabinus.ff communi diui.& not. in d.l. nemo.ff. pro ſocio.

5 †Et not.ſi.huius glo.quæ eſt ſingularis, quod licet bonæfidei poſ.hære.non ſit dominus tamen ne damnum patiatur,quod lo natuſcon. non vult ſi vendat rem hæreditariam tanquã hæres, non poteſt emptor moleſtari à vero hærede:licet non conſenſorit in venditione,quod perpetuò tene menti.bene facit l.ſi ff.de lega.ij.

LEX XXI.

1 SI cogitatione.†Iſta lex idẽ dicit q̃ l.filij ſ.l. quoties.ſ.eo.ti.& l.ſi.j.eo.ti.& volũtas teſtatoris in diuiſione rerum hæreditariarũ ſeruanda per iudicem diuiſionis.

2 *Si quis ſolueret quolibet anno aliquid pro re ſua(tanquã eſſet illius)præiudicat ſi per longum tempus.*

In his quæ ſunt modici præiudicij, ſcientia & patientia per longum tempus operatur conſenſum.

LEX XXII.

1 SEruum communem.†Qui poſſidet rẽ alienã ſine licet dño ſciente & patiente,nõ propterea acquirit miniũ.h.d.& licet loquat in dño errãte: quia credens rem eſſe poſſeſſoris habet locũ etiã in ſcicte:licet enim ſcienter nere & poſsidere rem meã,nõ propterea mihi præiudico neuideor eam tibi donare,cũ hoc ſit præiudiciale niſi teneas per tem
2 pus conſtitutũ ad preſcribendũ.†nõ ſic in eo qui nõ ſolũ patitur ſed aliquid facit vt ſi quis ſoluerit quolibet anno aliquid pro ſua tanquã eſſet illius, quia ſibi preiudicaret per lõgũ tempus cum de in rem verſo.ff.de vſuris.& ibi plenè no.per Bart.ſimiliter in his quæ ſunt modici præiudicij ſcientia & patiẽtia per longum tempus operatur conſenſum.vt no.in tit.j.l.pe.in prima g̃. per l.ſi filiusfami.ſ.de pe.hæred.

LEX XXIII.

1 LIcet pacto.†Pactum cohæredum nõ preiudicat creditoribus,ſed inter ipſos ex hæredes ſuum operatur effectũ.h.d.cõcordat l. pacta ſucceſſorũ.ſ.de pac.Sed quid ſi teſtator iuſſit vnũ ex cohęredibus ſoluere totum debitum?dic vt in l.ſi filia.§.Papi. §.pe.ff.eo.& l.cùm ab vno.ff.de leg.ij.

2 *Quare de fideicommiſſo uniuerſali ſit detrahenda quarta trebellianica, uel quarta falcidia de fideicommiſſo particulari,ſeu de legatis?*

3 *Sanctio teſtatoris uim legis habet,& poteſt facere teſtator quod mulier maneat in ſua nuptia,& non incidat in pœnam ſicut poſſet facere legislator.*

4 *Datum gratia conditionis implendæ,an computetur in quartam trebellianicam,uel falſi.rebus ſeu legitimam?nu. 5.& 7.*

5 *Quatuor caſus in qbus trebellianica detrahitur de una tantũ re,& nõ de ſingulis.*

6 *Plures ſpecies quartarum?remiſſiuè.*

7 *Quæ debeant computari in legitimam iure naturæ.*

LEX XXIIII.

1 FIlium quem habentem.†Glo. dicit q̃ iſta l.eſt difficilis fama.et etiã re:quidã dicũt q̃ magis fama quã res:difficultas autem cõſiſtit in poſitione caſus: propter quaſdã leges difficiles quæ ſunt in tit.ff.ad l.falc. ſpecialiter.l.in quartam.&l.

Titia.

Titia.& l.Nesennius.de quibus hîc formantur oppo.& ista l. legitur tribus modis.in gl.prima fuit lectura antiquorum, quam prosequitur.gl.j.& etiam ij.& iij.in prin.quæ potuerunt q̃ istud prædium de quo loquitur tex.fuerat datum per patrem filio in peculiũ p̃fectitiũ,& sic veniebat diuidẽdũ inter omnes hæredes p̃ hæreditarijs portionibus.vt ſ.eo.l.certum.nec erat illius filij p̃cipuũ:& nihilominus tota quarta trebel.detrahitur de illo prædio.deducto tamen q̃ erat datum cohæredibus gratia conditionis implendæ.ideo illa.l.certum.facit dubium contra istam lecturam,& propter illam gl.recedit ab ea.& etiam propter quas dã alias opp.quæ fiunt de d.l.Titia.& de l.in quarta. cũ nesciat ad illas respondere:tamen doc.moderni eam tenent pro notabiliori lectura quæ hîc sit ad illas.ll.respondetur clarè.Alia fuit lectura Ioannis qui timore.d.l.certum.quæ vult q̃ peculium profectitiam non sit præcipuum,sed veniat diuidendũ.& ista l. innuit contrarium.dum vult quod quarta detrahatur in illo solo prædio, posuit casum quod istud prædium fuerat huic filio p̃legatum:& sic non veniebat diuidendum: sed erat præcipuum istius filij:verum quia ista lectura non minorem recipit cõtrarietatem quã præcedens,imò maiorẽ,& præcipuè quia tex.non videtur eam pati dum dicit in prin.[quem habentem fundũ &c.] & sic innuit q̃ ipsum habebat in vita patris,& tempore testamẽti.& secundùm istam lect.tunc non habuisset,sed incepisset habere post mortem patris.& post aditam hæreditatem.vt istud cõtrarium effugiat.Azo.& Hug.intellexerunt q̃ habebat tempore testamenti:non tamen peculium:sed in donatione facta à patre,quæ donatio non valebat si erat filius in potestate,sed morte patris confirmabatur.& sic habebat vim prelegati. quod patet, quia de talibus donationibus inualidis à prin.quæ morte confirmantur,detrahitur falcidia.sicut delegatis. l.in donatione. infra ad l. falci.& & sic partim voluit adhærere lec.Io.qui intellexit q̃ erat prælegatus:& partim lecturę antiquorum:dum dixit quod non fuit verè prælegatus in testamento:sed fuerat donatus inter vivos:quæ donatio vim p̃legati habebat: ex hoc saluatur tex. a
dum dicit.[habentem.]& ad op.quæ fiunt contra lect. Ioã.respondet eodem modo.præterquã in vno:& sic patet gñaliter qd̃ istę lect.veniãt ad inuicem,& istas duas lec.prosequitur glo.magistralis.licet lecturã. Io.vsq; ad ver.[vel si vis..]& postea lect.Azo.et Hug.tamen ista lec. Azo.non potest sustineri.& per Dyn.reprehenditur,& confunditur per.l.sequens quæstio.ff.de lega.ij. vbi habetur q̃ tales dona.quæ morte confirmantur,non veniãt in fideicommisso vniuersali simpliciter relicto:licet donatarius possit specialiter & expressè in eis grauari:sed ista lect.pręsupponit contrarium q̃ veniant in quantum vult q̃ iste filius cõputet sibi in quartã hæreditatis partem prædij:& etiam residuũ suppleat in eodem:quia ista sunt paria cõputare sibi in quartã, & venire in resti.vt no l.in fideicommissaria.§.fi.ff.ad treb.p̃ glo. & etiam habetur hîc in gl.tertia mag.circa fi.dum opponit de illa.l.& de illo.§.vt patet in gl.ij.ibi.[Item qualiter sibi computat hæreditatẽ partẽ prædij &c.]tene ergo primã lec,antiquorũ.secũdũ quã
1 hoc intendit.† Filius grauatus de restituendo cohæredibus suis partẽ suam hæredi.in quartam trebellianicam q̃ sibi debetur,tenetur computare totam hæreditariam partẽ fundi sibi cõcessi p̃ patrẽ in peculiũ profectitium:& etiam quicquid datum est à cohæredibus gratia conditionis implendæ & si ista nõ sufficiant, debet suppleri in eodẽ fundo. & sic de portionibus aliorũ cohæredum,quas in eo habent: residuum verò quatenus habet vltra 3
quartã:tã in eodẽ fundo quàm in alijs rebus, tenetur cohæredi- b
bus restituere ex causa fideicommissi.& totũ hoc expedietur officio iudicis diuidentis hæreditatem inter eos, & sic in iudicio
2 fami.ercis.h.d.ista difficilis lex. † Et præmitte quod de fideicõ. vniuersali,quod est quando hæres vniuersaliter institutus rogatus est de restituẽdo hæreditatem totam vel quotam patem:cuius venit detrahenda quarta virtute senatusco.treb. vel. pegasiani:sicut de particularibus legatis & fideicommissis venit detrahenda quarta virtute.l.fal.& hoc est vt hæres aliquã commoditatem habeat de hæreditate.non autem nudum nomem,& sic inducatur ad adeundum hæreditatem:& per consequens ad cõfirmandum fideicommissum vniuersale:quod periret hæreditate non adita.l.ille à quo.§.j.ff.ad tre.& etiam legata particularia: quæ similiter perirent.vt l.eam quam.infra de fideicommi.sicut & alia in testatẽto dispositi:vt ff.de te.tu.l.si nemo.vñ cũ fideicõ

missarius vniuersalis & ẽt legatarij p̃ aditionẽ hæreditatis prosequantur cõmodum beneficio hæredis adeuntis,congruum est vt participent cum eo.istud commodum:quare & in istam quartam treb. computantur omnia quæ perueniunt ad grauatũ iudicio testatoris:siue sit de bonis hæreditarijs,siue non hæreditarijs.dummodo vniformiter p̃cipiantur.Si autem conformiter:quia partim iure hæreditario,partim iure prælegati prima tãtum computatur.secunda non.vt d.l.in quartã.§.j.quod autem percipitur nõ iudicio testatoris,nec ex vltima voluntate, sed inter viuos,illud nõ cõputatur. l. pater filiam.in princi.ff.ad l.fal.Et istud confundit lecturam Azo. qui voluit quod fundus donatus computetur in trebel. & non percipiatur ex vltima voluntate, sed ex donatione facta inter viuos:licet morte confirmata: & nulla aditione secuta. iuxta not.in l.post legatum.§.pe.ff.de his qui.vt indi.& ista est fortior oppositio quàm illa quam facit Dy.de l.sequens quęstio.Et pone casum secundũ q̃ ponit gl.in per.[Ideo dicq; fundus valuit. xxx.&c.]quæ non diuersificatur à prima positione:nisi in hoc, quia in prima ponitur quod fundus valebat.xij.& sic non poterat suppleri tota quarta in eodem fundo : & per consequens nihil de illo fundo veniebat restituendum,cuius contrariũ innuit litera in fi.Sed ponẽdo q̃ valebat.xxx. poterit suppleri in eodẽ fundo.& vltra illud supererant.xv.quæ veniebant restituenda: licet enim primum exemplum possit procedere:quia hîc in fin. non dicitur præcisè quod aliquid supereſſet in eodem fundo:q̃ esset restituendum:vnde põt intelligi de eo q̃ superat in alijs rebus.Et primò ponitur thema ex quo resultat quæstio vsq; ibi. [hæreditaria parte:]secundò ponitur quæstionis solutio.In tex, ibi.[filium.]idest filius casus pro casu * nam illud primum verbum determinat vltimum verbum huius.l.quod est verbũ cõpellitur ex parte ante:& sic non esset bona grammatica.contra.l. Plautius.de auro & ar.le.vnde est hic figura grammaticalis. sic & alibi:vrbem quam statuo , vestra est.vt in Virgilio.Et Iesum quem quæritis,non est hîc.vt in euangelio.& in eodem:sermonem quem audiuistis,non est meus.In text.ibi. [& quibusdam alijs.]Istud sic fuit de facto,non tamen denotat iuris mysteriũ. nam idem si solis fratribus fuisset rogatus restituere. In text.ibi. [sub conditione.]No.quia loquitur in singulari,& sic vnica tãtum videtur fuisse conditio.l.potestatiua,si fratres & cohæredes darent sibi.x.de qua.infra ibi. [quod à cohæredibus vicemutua percepit.]sed quia illa dicitur potius impleri quam euenire. & tex.dicit.infra.[post euentum.]quæ verba conueniũt magis cõditioni casuali vel mixtæ,quam potestatiuæ. Glo. intellexit qd̃ fuerit conditio casualis:puta si nauis ex asia venerit:quæ conditio postea euenit.negare tamen non potest quin etiam fuerit altera potestatiua.de qua.ſ.& istud quod dicit glo.non denotat iuris mysterium:sed facti accidentium:& idem esset si fuisset duntaxat potestatiua. In tex.ibi.[verbis præcarijs.]dic.idest obliqs & non fuit necessarium hoc verbũ : sufficiebat enim dicere qd̃ sequitur.[restituere testator sanxit &c.]quia illud verbum restituere constat quod.est obliquum & præcarium:absq; eo & Imperator diceret.† In tex.ibi.[restituere testator sanxit.] No. secũ
b dũ Bal.q̃ sicut reperitur sanctio b testatoris,quę vim legis habet vt in authen.de nup.§.disponat:vnde potest facere testator qd̃ nubens.infra annum luctus non incidat in pœnam l.j. infra de secun.nup.sicut posset facere legislator. In tex.ibi.[post eius cõditionis euentum.]subaudi quæritur in diuisiõe hęreditatis quę venit fienda inter istos fratres,cum alij petãt ab isto filio q̃ restituat partem suam tertiam hæreditatis,sicut fuit grauatus à patre:& iste dicat se habere debere quartã trebel. & q̃ est paratus restituere residuum;quæritur qualiter detrahat istam quartã. & q̃ in ea veniat computandum?& rñdet vt sequit̃, q̃ primò sibi computabit totam hæreditariam partem prædij , quod sibi fuerat in peculium concessum.& sic totam tertiam:quæ valet decẽ. ponendo q̃ prædium valeat.xxx.quia quilibet eorum habet in prædium vnam tertiam iure hæreditario:& iste debet totam suã tertiã cõputare in quartã:& in hoc stat difficultas: quia pluribus

a ¶Casus p̃ casu. Adde q̃ ista appellatur figura antiptosis.vt l.ordinationes lxxv. di.& in c.qdã.xviij. qõ.ij.& de multis figuris quæ ponũtur in iure. vide glo. in verbo parte ablata. in c.forus.de verbo. signifi.

b ¶Sãctio Adde quæ sit sanctio.vide glo. summæ.iij. dist.gl.j. in c.statutũ.de rescr. li.vj.gl.in poe.cle. ſpe.De ver.sig. Car. & Io.de imo.in cle. ij.de vt. & ho. cler. Domi.i c.sic omnes. xix.distin.

a ¶ Quarta trebel. in vna tantum re. Adde doc. in c. raynutius. de testa. & ibi p Barba. in rep.

ratiõibus videbaẽ q nõ totã tertiã ptẽ fundi. sed duntaxat quartã partem dictę tertiæ deberet cõputare: vt j. dicã in oppositionibus. Itẽ computabit illa x. data à cohæredibus. & sic habet xx. deficiunt lib. v. vsq; in quartã partẽ tertiæ partis hæreditatis quæ valebat c. ista. v. retinebit in eodẽ fundo: & sic de portionibus suorum cohæredum: quas habebãt in eodẽ fundo, vnde reperieẽ iste habere in eodẽ fundo xv. restant alia. xv. In eodẽ fundo illa veniũt restituenda vna cũ omnibus alijs bonis integris, & nõ diminutis in aliquo. Ex quo sequiẽ q licet esset grauatus sub conditione, tñ nõ detrahit duas quartas, sed vnã tantũ trebel. quæ computatur in legitimam debitã iure naturæ: & sic est hic casus expressus contra Canonistas, qui approbauerũt illam opi. no. in l. quãquã. j. ad l. falc. quod qñ filius grauatus est sub cõditione, detrahit duas quartas primò legitimã incõtinẽti: quæ nõ recipit dilationẽ: vt l. scimus. s. de inoffic. testa. secũdò trebel. de residuo cũ conditio euenerit: & est locus restitutioni, quæ ambe faciũt dimidiã partem totius hæreditatis quæ opi. vbiq; seruaẽ: licet de iure ciuili videatur falsa, & cõtra plures tex. videlicet istum. & l. iubemus. in prin. j. ad treb. qui non põt cauillari: dũ dicit dodrãs restituaẽ. † Itẽ in eo q

4 dicit in eodẽ fundo & sic de portionibus aliorũ suppleri istam quartã consistit alia difficultas: quia nõ videẽ q in vna re detrahaẽ quarta, sed in singulis rebus veniat detrahenda: vt l. ij. j. ad l. fal. & ff. eo. l. lineã. & l. Plautius: sed hoc accidit propter rationẽ quæ ponit̃ per antiquos quæ est vera. Sic ergo collige ex ista l. q datũ gratia conditionis implendæ cõputatur in treb. quod est verũ, si penes hæredẽ est remansurum. Secus si rogatus est illud alteri restituere. vt ff. ad l. fal. l. acceptis. sed in falci. debita iure instit̃utionis nõ cõputaẽ nisi illud sit hæreditariũ: vt in statulibero qui põt implere cõditionẽ dandi de peculio quod est hæreditariũ: vt l. id aũt. ff. ad l. fal. vel nisi succedat loco hęreditarię: vt pretiũ illius rei: vt l. in ratione. la. ij. §. tametsi. ff. e. in legitimam verò iure naturæ olim cõputabaẽ. vt l. Papi. §. si cõditioni. ff. de inoffi. test. & patet per hãc l. quia cõputabaẽ in treb. quæ in legitimam cõputareẽ. Hodie verò in legitimã nõ cõputaretur: cum veniat detrahenda de rebus hæreditarijs. vt l. scimus. §. repletionẽ. s. de

5 inoffi. testa. † Secundò habes notare principaliter casum in quo

a quarta treb. in vna tantũ re*, & nõ in singulis rebus detrahitur, etiã fideicõmissario cõtradicente, si hæres grauatus hoc vult qñ illam rem testator dedit illi hæredi quẽ dilexit in vita, vt fuit qa sibi dederat in pecu. profectitiũ. videlicet ergo ne ab eo fiat dura separatio, qui fortè illi rei afficiẽ. arg. j. tit. ij. l. possessionũ. & ne labores sui quos in illo habuit, & fortè ampliauit, alteri quã sibi proficiant. vt l. j. j. de alluuio. & paludi. & hanc cõsiderationem habuerunt antiqui, & est alius casus qñ grauatus restituere rem aliquã hæreditariã alienasset bona fi. nã vt emptor nõ vexareẽ, suggerit æquitas vt illa tota cõputetur in treb. vt l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad treb. qđ declara. vt ibi per Bar. Est & tertius casus, qñ venit detrahenda de rebus indiuisibilibus. vt l. sed si nõ seruus. ad l. fal. & l. si fundus. Est & quartus, qñ incommoda esset diuisio singularũ rerũ & inutilis: quia tunc Iudex ex officio põt hoc facere q dic: vt l. põt. cũ l. præcedenti. ff. de leg. j. Extra istos casus de rigore iuris venit detrahẽda de singulis rebus. vt in l. ij. j. ad l. fal. & de hoc arg. plenè per Bart. in d. l. in quartam. In glo. j. ibi. [hoc non placet: quia nõ supereresset aliquid de eo fundo restituendo.] imò deesset subaudi quia deficerent tria nã habet à cohæredibus. x. gratia condi. implendæ & hæredi. portio fundi valet. iij. si fundus non valeat vltra xij. vsq; ad xxv. deficiunt xj. In secundo supersunt octo, quæ sibi assignantur vsq; in xj. deficiunt tria. tamen (vt dixi) text. iste non vrget, ad dicẽdum quòd aliquid supereresset in fundo. Nam dũ dicit. s. [quartam habens.] potest intelligi scilicet in alijs rebus: sed gl. intellexit etiã in fundo. In glo. ibi: [sed de qua quarta loquitur.] Ex ista glo. vsq; in fi. possunt colligi iiij. opp. quæ sunt leues. Prima vsq; ibi: [nec de illa:] secũda vsque ibi: [sed secundum hoc.] Tertia vsq; ibi. [literam autem.] Quarta vsq; in fi. Oppo. q datum gratia condi. implen. nõ computetur in quartam: quia venit detrahenda de ipsis corporibus hæreditarijs. vt l. scimus. §. repletionem. s. de inoffic. testa. glo. dicit quòd ibi in legitima iure naturæ: hic in trebellia. certè si computaẽ in trebellianicã, ergo & in legitimam iure naturæ: in quã imputabatur trebel. tenendo q vna tantum quarta detrahatur: hoc verum iure isto: vt l. Papinia. §. si conditioni. ff. de inoff. test. hodie verò in legitimã nõ computaretur. vt in §. repletionẽ. nec in treb. si vna tantũ quarta detraheretur, sed tenendo q detrahantur duæ in legitima nõ computabitur: sed in tres. fructus nõ computentur, si erat de liberis primi gradus. vt l. Iubemus. in prin. j. ad treb. Cætera dic vt in glo. quæ est clara. iungendo ea quæ s. dixi. Or. sufficiãt ista veniamus ad gl. ij. Glo. ibi quens super verbo [percepit,] laborat circa vnũ tantũ contrariũ quod fit ad lec. antiquorũ vsq; ibi. Et vt hæc clareant. postea intrat materiã quartarũ. Opp. ergo ista l. vult q quarta treb. detrahatur in vna re: quia dicit q in eam computatur tota portio hæreditaria istius fundi in peculium, quæ est tertia pars fundi. & q illud quod deest cõputatis x. gratia cond. implẽ. quæ sunt v. supplentur sibi in eodem fundo: vt valeat ibi dum dicit: [& si quid deest, in supplementum.] quòd quidẽ supplementum à cæteris in eodẽ fundo soluitur. i. detrahitur de portionibus aliorum cohæredum: quæ sunt duę tertiæ. Sed contra, quia quarta venit detrahenda de singulis rebus nõ in vna re tantum. vt l. ij. j. ad l. fal. & l. Plautius. & l. lineã. ff. ad l. falci. Dicunt antiqui doct. q istud contingit ex præsumpta mente testatoris: qui sicut istũ fundum prædilexit huic filio in eius vita: quia sibi concessit in peculium ita præsumitur q dilexerit eũ post eius mortẽ quæ voluntas est mandata est in diuisione hæredi. vt s. eo. l. si cogitatione de rigore autẽ iuris & cessante voluntate defuncti expressa vel tacita procederet cõtrarium, nisi in casibus quos ibi dixi immobilibus & ista est bona solutio, iungẽdo alias rationes quas s. dixi ne inducatur dura separatio & ne labores eius alijs proficiant. gl. tamen responsionem non approbat: quia secundùm hoc iste fundus esset suus præcipuus: saltem in eo q retinet pro quarta: sed hoc esse non debet imò inter omnes cohæredes venit diuidendus pro hęred. portionibus: ex quo erat dare in peculium. vt s. eo. l. cum. Ista responsio gl. non est bona: quia istud procederet si ille filius non fuisset grauatus de restituendo suam portionem hæreditariis suis: sed quia fuit grauatus, & ipse habet detrahere quartam, sibi permittitur vt eam detrahat de fundo: nec per hoc dicitur suus præcipuus: quia loco eius quòd retinet in fundo q se dimittit cohæredibus illud quod poterant detrahere in aliorum bus & sic est quædam permutatio vnde tene responsionem antiquorum bonam & notabilem. Alij volentes istud contrarium soluere, dicunt q semper trebel. potest detrahi in vna re. & in contrarium allegatæ loquũtur in falcidia: quæ detrahitur de singularibus relictis in quibus vna res non succedit in locum alterius sed treb. detrahiẽ de vniuersali: & in vniuersali vna res cedit loco alterius, vt pretium loco rei. vt l. si & rem & pretium. ff. de pe. hære. Eodem modo vna species loco alterius speciei potest succedere. docto. hoc non approbant sed dicunt idem in trebel. quòd in fal. de rigore iuris. Alij dicunt, & est tertia solutio quod est speciale in filio in casu huius l. vt possit detrahere in vna re hoc vult. Alij quia hic aliud inducitur contra eum vt sibi computet in quartam datum à cohæredibus gratia condit. implen. quod regulariter non est in alijs, cum lex dicat quòd extra quartam est. i. in quartã non imputatur quòd à cohærede percipitur. l. in quartam. §. j. ff. ad l. fal. Glo. reprehendit istam sol. duabus rationibus & habetur gl. corrupta in aliquibus libris nam quidam habent quòd non placet q computetur in quartam. Aliquibus habent q non computatur & ista est melior litera & ita dicit Cy. q Bono. fuit correcta ista glos. & sensus eius est iste nam dicet quòd sit speciale in filijs. vt datum gratia condi. implendæ debeat computari in quartam: & q in alijs hoc nõ sit, imò nõ computeẽ est falsum qa imò in quibuscũq; hoc est singulare: quia illud quod percipitur ab hærede si est corpus non hæredi. & sic vniformiter percipitur, in treb. cõputatur. Idẽ si est corpus hæredi. tamẽ est pecunia l. deducta. §. nũmis. ff. ad tre. & in l. cũ pater. in prin. ff. de leg. ij. licet quãdo nõ est pecunia, sed species, & ea hæreditaria non cõputanẽ, quatenus à cohærede percipitur quã tũc partẽ habeat iure hæreditario, & partẽ iure prælegati. si non computetur dissormiter quãta perciperenẽ: ideo solũ computat quod iure hæreditario capit: nõ illud quod iure prælegati à cohæredibus & iste est casus in l. in quartam: sed in casu nostro illud quod percipitur à cohærede gratia condi. implen. non erat corpus hæreditariũ & posito q fuisset, erat pecunia & sic non illum filio: sed cuilibet extraneo cõputareẽ in quartã: nõ est ergo

spacia

a lata die feriata ob necessitatem hominũ, & partes ipsam approbauerunt: vtrum per hoc reconualescat vt valeat iure sententię, ac si esset lata die non feriata? videtur q̃ sic: quia istum defectum & causam nullitatis potuissemus à principio tollere cõmuni cõsensu, renunciando feriis: vt l. j. ff. de feriis. ergo ex postfacto ratificando reconualescit. argu. ff. de iudi. l. licet. cõtrarium determinant doc. s. Cy. & alij. §. de arbi. l. cũ antea. in fi. quia iste defectus & causa nullitatis prouenit ex iure publico, quod mandat vt tẽpore feriato nõ ꝓcedatur. & licet permittat ius publicum q̃ partes possint huic renunciare à principio, non tamẽ permittit si nõ renunciauerunt, quod possint facere vt sententia quę erat nulla iure publico reconualescat consensu priuato, nõ sic quando iudicium non est nullũ iure publico, licet mihi qui non consensi nõ præiudicet. nã tunc quó ad hoc est in pendenti: licet ex se nõ valeat: & ideo secuta ratihabitione non dico q̃ reconualescat, cùm de se valeret: sed tollitur suspẽsio: & perinde est ac si à principio cõsensisset: & ita loquitur. l. licet. ff. de iudi. vt cum aliquis nomine meo tanquam procurator cum nõ esset, litigauit tecũ. nã valet processus quó ad præiudicium eius. non quó ad meum. sed est in pendenti quouscq̃ ratificem: sed sententia lata die feriata est ipso iure nulla. & non in pendenti.

2 ☞ *In diuisione quæ dicatur enormis lesio?*

3 *Rescisio propter lesionem ultra dimidiam iusti prætij, non solum habet locum in cõtractu emptionis & uendationis, sed etiam in omnibus contractibus bonæfidei secundũ qualitates eorum quinimò etiam in stricti iuris aliter tamen, & aliter.*

4 *Si partes diuidunt per breuia, & ex postfacto apparet enormis lesio: potest lesus implorare iudicis officium, uel condictionem ex ista l. ut iterum fiat æqua diuisio.*

Quid si non uteruenisset dolus, nec tanta lesio?

LEX III.

1 MAioribus. †Diuisio facta etiam inter maiores, si interuenit dolus, vel enormis læsio, debet

2 rescindi. h. d. †Et diceretur enormis, quando alter ipsorum esset læsus vltra dimidiã iustæ æstima. vt si mihi fuit æstimata vna res quæ valebat. c. & tibi altera quæ valebat cc. vel clx. tanquam valens c. & non vltra nam hic etiã sum enormiter læsus: & possum petere q̃ rescindatur, nisi per te probetur q̃ de hoc habebam notitiam. argu. j. eo. l. si fratres. & no. in l. ij. j. de rescin. ven. vbi doct. tenent quòd illa l. non habeat locum quando venditor sciebat verumvalorem rei. & tamen passus est se decipi. vltra dimidiam iusti pretij: in dubio quando est tanta læsio, præsumitur potius ignorantia quàm scientia. iuxta no. per Cyn. post Pe. eo. titulo. l. quisquis: licet quando non tanta, secus. quia quilibet præsumitur habere notitiam de facultatibus suis. argu. in illa l. quisquis.

3 & nota. in authen. sed cum testator. j. ad l. falci. per Cyn. †Et allegatur ista l. q̃ illa l. ij. de rescindẽ. vendi. non solùm habet locum in contractu emptio. & vendi. sed etiam in omnibus contractibus bonæfidei secundùm qualitates eorum: quinimò etiam in stricti iuris: aliter tamen & aliter. vt no. in l. si quis cum aliter. §.

4 de verbo. obligatio. Et dicit Bal. per hanc l. †quòd si partes diuidunt per breuia. & ex postfacto apparet enormis læsio, potest læsus implorare iudicis officium, vel condictionem ex ista l. vt iterum fiat æqua diuisio: sed si non interueniret dolus, nec tanta læsio, sed aliqualis, non deberet rescindi: si partes essent maiores xv. annis. sed si altera pars esset minor, posset petere restitutionẽ in integrum. vt suprà titulo. †. l. penulti. in princip.

a ☞ *Res empta à tutore de pecunia pupilli, est pupilli: licet tutor nomine suo proprio emerit, si uerò de pecunia communi, erit communis, priuilegio minoris ætatis.*

1 *Res empta de pecunia communi, ad hoc ut sit propria ementis, & non communi, quæ debeant tria concurrere.*

4 *Cùm unus de fratribus habentibus bona communia emit aliquas res, & sic dicitur ipse nomine uideatur emisse an proprio, an communi: si scripsit empticnem in libro, cuius procemio dicatur iste est liber computorum & rationum communium me & fratrem meum, quod per hoc censeatur emisse communi nomine.*

LEX IIII.

1 SI patruus †Ista est bona lex: & famosa. & quotidie contingens de facto. secundũ Bartol. qui eam vtiliter legit: licet docto. qui fuerunt ante eum, nullum bonum verbum hic dicant. secundùm eum Bald. in recitando ipsum supplet dicta sua in multis. hoc dicit. Res empta per vnum ex sociis habentibus bona communia suo proprio nomine, non est communis: sed propria ipsius ementis: licet fuerit empta de pecunia communi, vel de pecunia propria redacta ex vendi. re. communium. ideo non tenetur eam communicare: nisi essent socij conuentionaliter communium bonorum: sed solùm tenetur refundere partem pecuniæ contingentem alterum socium. hoc dicit. Glossa super verbo [bonis.] exemplificat textũ, duobus modis. dum dicit. [ex communibus bonis.] primò quòd pecunia ex qua fuit empta, erat communis: & tempore mortis patris erat in communi. Secundò quòd erat propria ipsius patrui, tamen redacta per eum ex venditio. rerum communium. puta fructuum. dicit enim glo. quòd illa non est communis. sed propria ipsius vendentis. per l. qui vas. §. fina. ff. de fur. vbi pretium redactum per furem ex venditione rei furtiuæ non est furtiuum, quia non est illius domini cuius erat res. quia tunc esset furtiuum: sed est proprium. & in propria re non potest committi furtum. & hoc ideo, quia illa venditio fuit facta suo nomine. non nomine domini: & ideo illud quod dicit glo. hic intellige verum. quando ille patruus vendidit res vel fructus suo proprio nomine: & sic tanquam suam, vel suos. si verò nõ tanquam suam, vel tanquam communem, videretur vẽdere cõmuni nomine. vt no. §. titu. ij. l. in familiæ: & sic esset pecunia cõmunis. Item dicit glo. q̃ maius dubiũ erat in primo casu, quando de pecunia cõi. quã in secundo, quãdo de pecunia propria nõ redacta ex ven. rerũ cõmuniũ: nam tũc sine dubio esset

2 sua. †Pro declaratione vltimæ glo. oppo. extra glo. q̃ imò in primo casu, qñ de pecunia cõi res illa debeat esse cõis. vt l. curatores. arbitrium tut. & no. in l. ij. qñ ex facto tutoris. Solu. secundũ glo. illud procederet si tu nepos esses minor xxv. annis. nam tũc res empta de pecunia tua esset tua, si velles: ergo si de pecunia cõi tota esset communis per illam l. sed hoc debet intelligi quia erat maior. Breuiter primum dictum glo. procederet & esset verum quando iste patruus esset tutor, vel curator tuus. & tunc est verum quod si de tua pecunia rem emeret. etiam suo nomine, non esset tua: & si de communi, esset communis. priuilegio minoris ætatis.

ris ætatis & rõne offic̃ij tute. vel curę: sicut ex priuilegio militię. vel l. fi (vt proponis) supra de rei vẽ. Sed si patruus tuus non esset tutor, vel curator tuus. licet tu esses minor, res empta de pecunia tua vel communi non esset tua, nec cõis: nisi in subsidium. vt in l. filiæ ff. de sol. † Vltimò ad abbreuiandũ dicta Bar. & Bal. quæ sunt in hac l. die ꝙ ista l. in eo q̃ dicit rẽ istã emptã de pecunia communi nõ esse communẽ. sed ꝓpriam ementis. ꝓcedit tribus cõcurrentibus. Primò ꝙ iste patruus emerit suo ꝓprio nomine: & hoc patet ꝓbari ex inspectione instrumenti, vel ex inspectione proprij libri. si autẽ emisset cõi noĩe, tunc secuta ratihabitione nepotis esset communis: sicut si fuisset empta nomine nepotis, dũtaxat esset ipsius: non solùm si de pecunia ipsius nepotis, vel de cõi, sed etiã si de propria ipsius patrui. licet pecunia sit sibi restituẽda per l. si ego. cũ ibi no. ff. de nego. gest. & l. ij. j. si quis alteri vel sibi. & si præcessisset mãdatũ, statim ꝙ esset empta tradita, esset cõis. l. per procu. j. de acqui. pos. Quinimò isto casu q̃n præcessisset mãdatũ, etiã si emisset suo proprio nomine, teneretur eã communicare: licet pecunia esset propria, postquã suscepit mandatum: & posset compelli actione mandati. l. si ita quis. §. Sejo. de ver. obli. & l. res ex mandato. de acqui. re. do. & l. iij. §. si ab igno. ff. de manu. † Et per prædicta dicit Bar. cum semel accidisset sibi iste casus, ꝙ cum vnus de fratribus habentibus bona cõia emisset quasdam res, & esset dubiũ quo nomine videretur emisse, an proprio, an cõi nomine, fecit sibi ostendi librũ in quo erat scripta emptio, & in procœmio dicebat iste est liber cõputatorũ & rationũ cõmuniũ inter me & fratrẽ meũ: vnde per hoc dixit ꝙ censebat emisse cõi nomine: in dubio autẽ cessante omni alia præsumptione censet emisse ꝓprio noĩe. arg. in l. & magis. ff. de solu. si nõ erat tutor, vel curator, vel procurator. Secundò requiritur vt ꝓcedat ista l. ꝙ iste patruus nõ sit tutor vel curator istius nepotis: alias dic vt ŝ. dixi. quia de pecunia nepotis etiã si ꝓprio nomine emisset, esset nepotis. & si de cõi, esset cõis. si aũt de propria, tunc aut redacta ex bonis cõmunibus. & idẽ. Aut aliunde acquisita, & esset ꝓpria ipsius patrui. Tertiũ & vltimũ ꝙ requiritur etiã ꝙ nõ esset socius oĩm bonorũ: & sic erat societas incidẽs: quia habebant bona cõia: non autẽ conuentionalia: ga tũc etiam si ꝓprio noĩe emisset, licet essent propria, tenet tamẽ iudicio societatis & actione ꝓ socio ipsam cõicare: vt l. si quis societatẽ. ff. ꝓcio: licut suprà dixi q̃n præcesisit mandatũ de emẽdo. q̃n aũt viderãt socij oĩm bonorũ, si apparet de cõtractu societatis, clarũ est. Si nõ apparet, videret tacitè cõtracta: si omnia lucra quæ cuilibet eorũ obueniebãt ponebant in cõi, & erant ambo maiores: secus si alter minor, qui non posset cõtrahere expresse: vnde nõ videret cõtrahere tacitè. Itẽ secus si vnus tantũ lucraret. alterius quod ꝓsequere vt plenè no. per Bar. in l. Titiũ & męuiũ. §. alterius ff. de admi. tu. Si verò societas nõ esset oĩm bonorũ, sed alicuius negotiationis: tũc si res empta pertineret ad talẽ negotiationem dẽ esset: aliàs secus: vt si habebat societatẽ emendarũ & vẽdendarũ merciũ, & inde emisset merces: secus si nõ haberet: vt si vnus de pecunia cõi apothecæ emeret prædiũ, quia esset suũ: & non teneretur communicare, sed pecuniam pro parte refundere.

¶ Instrumenta communia debent esse penes antiquiorem & digniorem.

LEX V.

DE instrumentis. † Penes quẽ debeant esse instrumẽta cõia, pertinet ad iudicẽ ꝓuidere. h. d. Et dicit q̃d penes † antiquiorẽ, & digniorẽ. vt ff. de fide instru. l. ij. præstita cautione ꝓ eum de ostendendis originalibus cùm opus fuerit. & data copia aliter. vt ŝ. de eden. l. procurator. & hic in glo. fina.

¶ Cautio in qua quis iurauerit se nullum dolum commisisse, habet in se aliam tacitã conditionem, scilicet si uerum sit quòd iuratum fuerit.

1 *Admissus post conclusionem in causa ad probandum per testes, si iurauerit eos de nouo ei eius notitiam peruenisse, & quòd ante conclusionem in causa nullam habuit notitiam de ipsis, & fuerunt testes examinati, & postea ex depositione apparet quod imò habuit notitiam: an ualebit eorum depositio?*

4 *Conditio iurisiurandi siue sit de præterito, siue de futuro, non remittitur in contractibus: sed in ultimis uoluntatibus, si est de futuro, remittitur per prætorem, non de iure ciuili.*

LEX VI.

1 SI cum patruo. † Diuisio facta sub conditione iurisiurandi, non præstito
2 sacramento, non sortitur effectum: tanquam deficiente conditione. hoc dicit. † In glo. secunda. in princi. ibi. [dicam non stari placitis.] Illa ergo condõ. a si iurauerit se nullum dolũ commisisse, habet in aliam tacitã cõditionem. scilicet & si verum sit ꝙ iuratũ fuerit: & sic requiritur
3 cõcursus vtriusq; secundũ istã glo. † Quæ facit ad vnam quæstionẽ, quã nunc habeo de facto. iudex vel arbitri post cõclusionẽ in causa admiserunt vnam partẽ ad probãdum per testes, quos dicebat de nouo reptos, & de nouo ad sui notitiam peruenisse, sub conditione si hoc iurauerit. ille iurauit ꝙ ante conclusionẽ nullã habuit notitiam de ipsis, & fuerunt testes examinati, postea ex depositione apparet ꝙ imò habuit notitiam: quæritur an valebit depositio eorum? ista gl. facit quod non: quia illa conditio si iurauerit de nouo ad sui notitiam pueniſſe, habet in se aliã tacitã. i. & verum sit. ideo si reperitur factum, tãquã defectũ vna cõditio, non videt valere vt l. si hæredi plures. ff. de condi. insti. Cõstat em̃ ꝙ q̃n aliqs admittit̃ ad aliquẽ actũ per iudicẽ, sub tali exceptione vel cõditione si reperit̃ cõtrariũ, nõ valet actus. iuxta no. per Bar. in l. prætor. circa prin. ff. de dã. infec. Pe. tñ nõ tenet ista gl. in terminis in quibus loquitur per. ll. quas glo. allegat in cõtrarium. i. l. ij. j. de re. cre. & ff. de iureiu. l. j. & ij. Sed certè ibi loquit̃ de iuramẽto decisiuo: ꝙ defert̃ ad finiẽdũ litẽ. vñ sufficit ꝙ præstitũ sit iuramẽtũ, vt lis decidat̃. nec quærit̃ de periurio quãtũ ad resuscitãdũ litẽ: sed hoc non fuit iuramentũ decisiuũ: quia nepotes non asserebant certò dolũ fuisse cõmissum: sed dubitabãt an esset cõmissus vel non. ideo voluerunt iurare antequam cõsentirent diuisioni, sed si certò hoc dixissent: & patruus negasset: & super hoc fuisset delatũ iuramẽtũ, & ille iurasset se nõ cõmisse, nõ quærit̃ postea de periurio per illas leges: sed solũ deum habebit vitorẽ. Tene menti ꝙ in simili habetur in l. quæ sub conditione. §. quoties. ff. de condi. insti. vbi licet remittatur iuramentum, nõ tñ remittitur onus comprehensum in iuramento. vnde si legatũ, fuit tibi factũ sub cõditione si iuraueris te facturũ monumẽtũ: licet nõ tenearis iurare, quia talis cõditio reijcitur in vltimis voluntatibus. vt hic in gl. tñ debes monumẽtũ facere: ergo illa cõditio si iuraueris facturũ, habet in se aliam tacitam: scilicet & quod facies. & hoc propter religionẽ iuramẽti. quia debet qs iurare verũ, & non falsum: si est de præterito. & si de futuro: debet iurare, & facere, ꝙ iurauit. † In gl. ibi. [vel refert.] Iunge ambas istas so. & dic ꝙ conditio iusiurandi siue sit de præterito, siue de futuro, non remittitur in contractibus. in vltimis verò voluntatibus quidem si de futuro, remittitur per prætorem. non de iure ciuili. vt in l. allega. in gloss. & l. facta. §. si in danda. ff. ad trebelli.

¶ Instrumẽta cõia. q̃ dicãtur instrumenta cõia. vide gl. in c. j. & ꝓba. Docto in c. G. perpetuo. de fide instru. Et quot modis instrumẽta dicantur cõia. vide Spe. tit. de instru. edi. in §. nunc videndum. verſ. ex præmissis.

¶ Si duo fratres dividant fundum, cuius partem pro indiuiso unus ex eis obligauerat: an remaneat obligatio in illa re quæ obuenit in parte obligata, & si eam uendiderat, & non tradidit, qualiter teneatur?

Si unus ex fratribus sciens rem quæ ei obuenit in partem esse alteri obligatam, & euincatur, an poterit agere saltem ad precium rei euictæ.

LEX VII.

1 SI fratres. † Si res quæ venit in partẽ vni ex diuisione, vel eius pars euincatur facto alterius, potest contra illum agi de euictione: nisi scienter illã rẽ receperit. & sibi de euictione nõ cauit, vel per stipulationem, vel per pactum: aliàs agere potest ex stipulatio-
2 ne, vel præscriptis verbis. h. d. † In tex. ibi. [in quibus obligatio tantum constitit.] licet ergo obligauerit totum fundum quẽ habebat is communem pro indiuiso: non tamẽ tenuit obligatio nisi in parte ipsorum. vt ŝ. ti. j. in l. ij. peruenit ergo portio ipsorum ad te ex diuisione, cum sua causa obligationis realis: ideo potuit nobis per hypothecariam aduocari. vt l. si consensit. §. fina. ff. qui mo. pig. vel hypo. so. Sed contra imò videtur quod postquam ille fundus peruenit ad nos in partem, & alter fundus peruenit ad illos quod obligatio extinguatur pro illa parte, & trãsferatur in fundum qui viuca illis in diuisionem per. l. Iulianus. §. Idẽ Celsus. ff. de act. emp. Sol. ibi loquitur in obligatione personali, quæ remanet in his quæ euenerunt in partem ei qui se obligauit: & extinguitur quò ad partẽ quæ venit alteri ex diuisione. hic loquitur in obligatione reali: quæ sequitur ipsam rem, circa quam vide q̃ no. Bar. in l. is q̃ fundũ. ff. de vsufr. leg. Vel dic ꝙ ẽt in obli-

gatione personali qñ sunt res diuersæ,non remanet in illa re quę euenit in partem obligato. si enim habemus cões duos fundos pro indiuiso,& tu vendis vnum, & postea in diuisione antequã tradas ille venit mihi in partẽ:& alter nõ venditus venit in partẽ tibi,remanes obligatus ad tradendũ quẽ vendidisti, non aũt illũ qui in partẽ tibi euenit,& si nõ tradis, quia nec potes, teneris ad æstimationẽ illius qui põt esse maior,vel ratione affectionis, vel alia causa quã illius quæ euenit tibi. Sed si loquimur de eadẽ re, vt quia vendidisti partem quã habebas in fundo cõi, & postea illum fundum diuidimus per regiones. obligatio qua teneris ad tradendũ,remanet in illa sola parte quæ tibi euenit.& extingu-tur quó ad illã partẽ quæ euenit mihi.& ita loquit̃.§.idẽ. Celius: quia ista est obligatio personalis:& sic emptor tenet̃ recipere illã tantũ partẽ:sed si obligasses partẽ tuã quã habebas pro indiuiso, & postea diuidimus per regiones, obligatio realis remanet etiã in parte quæ euenit mihi. cũ partẽ illius habeã à te,qui habebas partẽ in quolibet cespite terræ,& partem habebas à me.vnde in illa quã habeo à te remanet obligatio realis. & iste est casus in l. si consensit.§.fi.ff.qui.mo.pig.vel hypo.solui.& etiam hic proba
9 tur.†In tex.ibi.[nam si fundi scientes obligationem &c.] an autem hoc casu possit agi saltẽ ad pretiũ rei euictæ:licet non possit agi ad interesse?dic vt §.titu.ij.l.fi.familiæ ercis.per glo. Itẽ ista l. loquit̃ quando euincit̃ facto alterius socij cũ quo erat cõis.Idẽ si ex alia causa.qa fortè tertius habebat ibi partẽ,& hoc quia erant res diuersæ.vt d.l.si familię.sed si esset vnus fundus,si euincatur portio quæ euenit vni non ex facto alterius socij non posset agi de euictione secundùm Guli.de Cu.vt dixi in d.l.si familiæ.nisi quando euinceretur facto alterius socij.per rationẽ quã ibi dixt.

LEX VIII.

1 SI inter vos.†Si post diuisionẽ peruentũ est ad traditionẽ. dicit diuisio pfecta. & sic per alterũ(altero inuito) nõ debet retractari.hoc dicit.intellige nisi rõne doli alterius partis, vel enormis læsionis.vt §.eo.l.iij.& etiã nõ enormis læsionis, sed rõne minoris ætatis.vt l.pe.§.titu.j.sed si nõ esset peruentũ ad traditionẽ ex solo pacto diuisionis certo modo fiendæ,non esset diuisio perfecta. sed si alter sit in possessionis, non potest ex illo pacto agi vt perficiatur. sed bene posset excipi.& excipiens esset in possessione.vt l.diuisionis placitum.ff.de pactis.

LEX IX.

1 EAmiliæ.†Post interitum rei communis nõ potest agi iudicio diuisorio ad diuidẽdũ id quod non erat in rerum natura. hoc dicit. sed propter accessiones & alia posset agi.vt in gl.facit l.vltim. ff.de rei vendi.&c.

LEX X.

1 SCriptura.†Verbis testatoris enunciatiuis nõ statr nec credit̃:si contrariũ apparet. h.d.facit l.verba.j. de test. nisi quãdo testator iurauit, & de prędiudicio dũtaxat hæredis quæritur.vt j.de p. ba.l.rationes.& authẽ.quod obtinet.Et pone casum quod testator plures hæredes instituit æqualiter,putà tres:postea verò bona diuisit inter eos, & secundùm illam diuisionem duobus euenit vltra tertiam partem pro quolibet.omisit tamen quædam diuidere:tñ in testõ dicit se omnia diuisisse:mox repertis alijs volebat alter ꝙ æqualiter diuiderent̃ postquam ęqualiter erant instituti:illi duo volebant quod diuiderẽtur ad similitudinẽ aliorum diuisorũ.vt sic ad eos deueniat vltra tertiam partẽ pro quolibet: postquã testator dixerat se omnia diuisisse:quasi per hoc videat̃ voluisse qd etiã illa de quibus nullam mentionẽ fecerat,etiã eodẽ modo diuiderent̃.contrariũ est verũ.& sic põt alter perquirere pro non diuisis,& petere ꝙ cõmuniter diuidantur: verba etiã illa non fuerunt dispositiua : sed enunciatiua. quibus non statur apparente contrario.

LEX XI.

1 POssessionum.†Officium iudicis in bonis diuidẽdis esse debet vt vna familia seruorum ad inuicem se attinentium non diuidatur,sed integra vni adiudicetur.ne inducatur dura separatio.hoc dicit.

2 ☞ *Licet actio de dote profectitia sit communis inter patrem & filiam,exercitium tamen est ipsius patris, & solu.nutri.potest pater dotem recuperare & confundit̃ in alio patrimonio.*

3 *Filia dotata veniens ad successionem patris cum alijs fratribus,debet bodie dotẽ cõferre.*

4 *Dos recuperata si erat maior quàm dos alterius nuptæ,puta mille, & illa nupta habebat nisi quingenta.& instituatur unà cum extraneo, an illa uidua rehabebit ante partẽ mille,an solũ quingenta.& quid si altera filia nullã dotẽ habeat? & no.*

5 *Quid si dos recuperata erat minor,quia quingenta : & dos alterius maior, quia mille, an ista uidua recuperabit mille,ut sit æqualis cum sorore?*

6 *Si dos fuit data à matre,uel auo materno.& ad eum uel eam reuersa,quia fuit stipulata sibi reddi,an habebunt locum dicta in ista lege?*

7 *Si pater fuit stipulatus sibi dotẽ restitui,& moriatur antequam eam recuperet, an ista stipulatio inter omnes hæredes diuidatur pro hæreditarijs portionibus,an tota transibit ad illam solam filiam uiduam?*

LEX XII.

1 LLud æquitatis.†Lex ista est singularis, nec alibi habetur in corpore iuris. & est l.noua. quia hæc quæ hic dicuntur non erant de iure veteri. & hoc dicit. Dos & donatio propter nuptias à patre profecta,& ad eum reuersa, debet esse præcipua illius filij vel filiæ pro quo vel pro qua data fuerit: extraneis institutis cũ illo vel illa sed institutis filijs debet ita demum ad eundẽ redire,qñ alij simile lucrũ haberẽt nõ diuidendũ:aliã diuidit̃ inter oẽs:h.d. Vel sic dos à patre profecta,& ad eum reuersa,venit inter liberos diuidenda:nisi ratio inęqualitatis aliud inducat,sed cum hærede extraneo non diuiditur sed ad ipsos liberos pro quibus data fuerat,reuertitur.h.d.Iaco. But Et diuide in tres partes : quia primò formatur implicata quæstio. vsq; ibi. [tunc filius.] Secundò ponitur responsio cum distinctione pluriũ casuum.vsq; ibi. [ea igitur.] Tertiò ponitur extensio.vsq; dictũ fuerat in patre,locum habeat in alijs ascẽdentibus per lineã
2 paternã,vel maternã:quod est singulare.venio ad casum.†Premitte ad euidentiam,ꝙ licet actio de dote profectitia sit communis inter patrẽ & filiam.l.ij.§.quod si in patris.ff.so.ma.exercitium est tamen ipsius patris:& ideo soluto matrimonio pater põt dotem recuperare.Si ergo soluatur morte generi,& eam pater recuperauerit,illa dos cõfunditur in alio patrimonio patris,& venit diuidenda inter eius hæredes æqualiter: nec est præcipuè filiæ pro qua fuit sibi data:imò si vult se remaritare de nouo,debet se dotare de parte suæ hæreditatis: non de communi.†Intelligas præmitte quod de iure veteri:& etiam tempore huius l.facto testamento dos quę non erat recuperata à patre,quia matrimonium quod constabat non conferebatur per filiam;licet veniret æqualiter ad successionem cum fratribus:sed erat sua præcipua:& nihilominus vltra illam debebat habere portionem hęreditariam qua fuerat instituta.& sic erat melioris conditionis quã alijs licet hodie per aut̃.ex testamento.j.de colla.ꝙ etiam facto testamento & filia instituta cum alijs debeat conferre:nisi dicit̃ fuerit per testatorem. Et ex hoc sequebatur decisio talis casus, q pater habebat duas filias, & ambas maritauerat, & pro qualibet dederat mille in dotẽ, postea mortuo marito vnius recuperauit dotem vnà cum filia,vel ex stipulatione,si fuerat stipulatus vt ex l.si nõ fuerat stipulatus. propter id quod suprà dixi in primo euidentiali:deinde constante matrimonio alterius decessit condito testamento,in quo ambas filias hæredes instituit æqualiter, & dos illius viduæ recuperata erat communis inter ipsam & sororem nuptã:cum quibus veniebat æqualiter diuidenda.donec rò alterius nuptæ erat sua pręcipua:nec veniebat cõmunicanda, vel diuidenda cum sorore vidua: quia facto testamento non tenebatur eam conferre.vt §.dixi in secundo euidentiali.ex hoc resultabat inæqualitas inter filias.& suscitabatur materia inimicitiæ inter eas.nec erat prouisum per iura vetera contra hanc inæqualitatem:sed per istam l.singularem prouidet̃.non ꝙ nupta conferat.quia fortè maior est:& sua non interest conferre:sed ꝙ filia vidua rehabeat suam dotem præcipuam:sicut si foret nupta,& ante partem:licet per recuperationem fuisset confusa cum alio patrimonio.& ista est pars casus qui hic decidit̃ in ver.[nunc filiusvel filia.]sed si vnã maritauerat & dotauerat,alterã nõ,deinde recupauerit dotẽ,& mortuus est, tũc habet locũ qd §.dixi.ꝙ ista dos tãquã cõfusa cũ alio patrimonio,venit equaliter dividenda cũ alia sorore nõ nupta.vel ꝙ hæreditarijs portionibus,si fuissent inæqualiter instituę:nec debet illa ante partẽ ipsam recipere qa nulla hic resultat inęqualitas,postquã altera nullam habebat dotẽ:& iste est secũdus casus.qui decidit̃ in ver.[finautẽ nihil.] Sed pone ꝙ nõ habebat nisi vnã filiã,& ipsam maritauerat & dotauerat,

tauerat,& postea dotem recuperauerat,deinde veniens ad mor
tem,instituit ipsam in dimidia,& fratrem ipsius testatoris in al
tera dimidia:ille fratervult ꝙ omnia bona æqualiter diuidãtur.
filia verò vult trahere dotem suam præcipuam,& cætera æqua
liter diuidere:ille frater contradicit.quia ipse nullum auantagiũ
habet ante partem.vnde nec filia debet habere.ar.casus.s.proxi
mè dicti.qñ esset instituta filia non nupta,quæ non habebat do
tem.Imperator determinat pro filia postquã succedit cum extra
neo.noncum fratribus,vel sororibus.& est casus singularis qui
determinatur in ver.[sinautem extranei.]†Sed pone quartò cir
ca primum casum ꝙ dos recuperata erat maior quam dos alte
rius nuptæ:puta mille.& illa nupta non habebat nisi quingenta,
an vidua rehabebit ante partem mille?certè non:sed quingenta.
& alia quingenta diuidentur æqualiter.& iste est quartus casus
in ver.[si tamẽ minus &c.]†Sed pone quintò econuerso quod
dos recuperata erat minor:quia quingenta, dos alterius maior,
quia mille:an ista vidua recuperabit mille.vt sit æqualis cum so
rore?certè non:sed quingenta tantum quæ fuerunt recuperata.
& altera habebit suam dotem prẽcipuam ante partem.& iste est
quintus casus in ver.[Illo proculdubio.] nec tenebitur eam cõ
ferre & quę dicta sunt in filia quo addotem.locũ habent in filio
quo ad donationem propter nuptias datam à patre,& recupera
tam.Item quod est dictum in dote data à patre,locum habet etiã
in dote data ab extraneo contemplatione patris. quia etiam illa
est profectitia.†Sed vltimò quæritur.quid si fuit data à matre,
vel auo materno?& ad eum vel eam reuersa,quia fuit stipulata
sibi reddi:alias non reuerteretur ad eum:quia tunc ferretur dota
ta,sed ad ipsam filiam.l.j.§.accedat j.de rei vxo.act.an habebunt
locum prædicta,si erat alia filia pro qua mater dederat dotẽ? Rñ
detur ꝙ sic:& i.dẽ in auo paterno,vel proauo, vel auia paterna.
ꝙ est singulare secundũ Bal.& iste est casus vltimus huius.l. sin
gularis val.de.†Sed pone extra tex.quod pater fuerat stipulatus
sibi dotem restitui:sed antequam dotem recuperaret mortuus
est,an propter istam stipulationem inter omnes hæredes diuide
tur pro hæreditarijs portionibus:an autem transibit ad illam so
lam filiam viduam,vt sic illa dotem recuperare posset? Ista quæ
stio formatur in l.j.§.videamus.j.de rei vxo. acti. Constat enim
q̃ stipulatio nõ interuenisset morte patris antequam dos esset
recuperata,actio de dote consolidaretur in ipsam filiam:etiam si
pater pro se obtinuisset sententiam.& non exegisset dotem. vt l.
si marito.§.fi.ff.sol. ma.an ergo stipulatio facit cessare hanc con
solidationem,sicut faceret cessare exactio? longa fuit dubitatio
antiquorum.Bar.examinat in l.post dotem.sol.ma.ff.Et dicit es
se distinguẽda tria tempora.s.ffforum,seu veterum iurium.& se
cundum illa talis stipulatio faciebat cessari consolidationem,qa
per eam pater sibi soli appropriauerat actionem:in tantum ꝙ fi
lia nullam habebat communionẽ:& dicit hoc probari per l.j.§.j.
ff.de col.dot.Secundũ tempus fuit huius l.secundũ ꝙ ipse deter
minat ꝙ cũ exactio dotis nõ faciat cessare consolidationẽ:qa fi
lia debet retrahere dotẽ exactã sicut si exacta nõ fuisset, qñ erat
alia soror:q̃ similẽ dotẽ habeat,similr nec stipulatio facit cessare
cõsolidationẽ.imò actio cõpetẽs ex ista stipulatiõe nõ descẽdet
in eõs hæredes:sed in filiã tãtũ p̃ istã.l.eo casu quo dotẽ recupe
ratã debebat habere prẽcipuã.nõ aliter:sed tũc diuidet inter hę
redes.Est tertiũ tẽpus auth.sed qm̃ ius j.de rei vxo.ac.secũdũ ꝙ
pater hodie nõ recuperat simpliciter,sed cũ onere dãdi p̃ eadẽ fi
lia in secũdo mrimonio:& sic dos recuperata nõ cõfundit cũ a
lio prĩmonio.iõ videt ꝙ indistinctẽ cõsolidet in ipsam filiã: etiã
si sint alij filij,vel filię q̃ nõ habebãt similẽ dotẽ, vel donationẽ
ꝓpter nuptias:quæ oĩa plenè examina p̃ eũ in d.l.post dotẽ.in fi.
& facit magnũ festũ de ista.l. Quærit hic primò extra gl.quid si
iste pater decessisset intestatus,qd erit in primo casu huius.l. qñ
erat alia soror nupta,q̃ habebat dotẽ? Rñdeo tũc cessaret disposi
tio huius legis:qa filia nupta tenet cõferre dotẽ suã.ergo filia nõ
detrahet suã ante partem.quia cessat inæqualitas:& hoc videtur
sentire litera in ver.[sinautẽ.]in fi.dũ dicit.[& hæc qdẽ, si inter
fratres patris elogiũ cõpositũ sit.]quasi dicat si nullũ cõpositũ.
In cõtrariũ facit.qm̃ adhuc inæqualitas remanet:qa quousq; cõ
stat matrimoniũ sororis,ista vidua de dote sororis nihil habet:li
cet speret habere so.ma.& tñ filia nupta statim habet partẽ de do
te viduæ:sed hoc contingit propter casus cõtingẽtiã.Nam & in
ver.[Illo proculdubio.]est dare inæqualitatem.& tamen tolera

tur.quia vltra terminos huius l.egredi non debemus.Item quæ
ritur pro declaratione glo.quæ est in ver.[Sinautem extranei.]
super ver.[omnimodo.]de tribus.primò quid vult dicere litera.
ꝙ quando filia vidua est instituta cum extraneis,omnino habe
bat prælegatam suam dotem.quidam(quos refert glo.)intelligũt
tex.quando ista filia vidua est instituta cũ extraneo.vel etiam cũ
alio filio,vel sorore,quę nullam dotem habebat:& tunc propter
mixturam extranei debeat rehabere suam dotem præcipuam,li
cet si extraneus non esset institutus,nõ rehaberet.vt in ver.[Sin
autẽ nihil.]& sic institutio extranei nocebit alteri filiæ, quæ nul
lam dotẽ habet glo.nõ approbat:quia hoc est inconueniẽs: ideo
intelligit glo.qñ est instituta cũ solo extraneo.& dicit ꝙ vult di
cere ꝙ licet extraneus nihil habeat vltra suam partẽ hereditatis,
filia oĩno nihil habebit:quia priuilegiũ huius l. bene cõpetit sibi
indistinctẽ contra extraneũ:non cõtra fratrẽ,vel sororem.† Sed
tunc quæritr.qd si est instituta vnà cũ extraneo,& cũ alia so
rore:, quæ nullam dotẽ habet?glo.rñdet totum econuerso,ad id quod
primi dicebant.s.ꝙ isti extraneo proderit institutio alterius filię.
& habetur perinde ac si viduam cum altera non nupta dũtaxat
instituisset.vt sic vidua non detrahat suam dotem,nec habeat lo
cum iste ver.[Sinautem extranei.] & sic institutio alterius filiæ
proderit extraneo:quia si nõ fuisset altera filia instituta,bene de
traxisset aduersus extraneum,sed nunc per filiam non detrahit.
facit l.ñ.j.ad Tertul.tex.reprobat.hoc arg.l.hac consultissima.§.
ex imperfecto.j.de testa.vbi institutio filij nõ prodest extraneo,
si non fuit seruata solennitas:sed prodest soli filio.ad hoc l. fin.s.
fami.ercis.dicit hic Cy.quod pro rata detrahet.s.aduersus extra
neum, & non aduersus sororem. & idem dici potest secundùm
Bal.si fuit instituta cum duabus alijs sororibus, quarum vna ha
bebat dotem:altera non,vt detrahat aduersus habentem, & non
aduersus non habentem. Tertiò quæritur.an hodie inquantum
loquitur facto testamento l.ista sit correcta per authen.ex testa
mẽto.j.de collat. Rñ.in hoc est correcta.quia præsupponit quòd
tunc non fiat collatio.quod hodie non est verum per illam authen.
sed eo casu quo etiam hodie non fieret,quia testator ita expresse
disposuisset:stat firma dispositio huius l.quãtum ad hanc perce
ptionem.Cætera vide hic per Bal.qui examinat hic quasdã qõ
nes.quæ tanguntur per Barto.in l.post dotem.solu.matri.& leq
tur satis subtiliter,licet eius dicta possint probabiliter in quibus
dam impugnari:sed nimis esset longum.Non sunt alia.

Finium regundorum. *Rubrica.*

LEX I.

REgionem.† Põt quis in fundo suo muta
re terminos antiquos, & po
nere nouos pro libito voluntatis:& si postea ali
quã partẽ vendidit inspiciuntur noui confines:
nõ veteres.h.d. Et qñ emptor sciebat mutationẽ:
sed credebat venditorem non potuisse mutare,
quia supinè creditur,& erratur:ideo sibi imputet.Et pone casum
ꝙ quidam tenebat suum fundum diuisum gratia vberioris cul
turæ:& vnam partem appellabat certo nomine,quæ continebat
ponamus x.iugera:& alteram partẽ appellabat alio nomine,quę
continet viij.iugera. postea mutauit illos terminos, & voluit ꝙ
istæ partes essent æquales.& ꝙ quælibet cõtineret nouem iuge
ra, postea vendidit illam partem quę prius continebat x.iugera,
non facta aliter mentione de terminis,emptor volebat habere x.
iugera,credens ꝙ venditor non potuisset mutare. hic determina
tur contrarium.quia debet habere nouem, inspectis nouis termi
nis qui potuerũt pro libito volũtatis mutari. facit l. si quis duas.
ff.communia prædio.

☞ *Si ago rei uendicatione contra te ad fundum terminatum per nomina uicinorum, qui ei cohærebant tempore quo pater meus emit, & tu dicas quod nõ est ille de quo loquitur instrumentũ,quia nõ habet illas cohærẽtias,quomodo mihi prouideatur*

LEX II.

SVccessionum.† Varietate successorum & consensu dominorum pos
sunt agrorũ termini mutari.h.d.Barto. Et põt poni in
vno prædio qd' dñs gratia vberioris culturæ tenebat
terminatũ certo mõ, vt in casu l.præce. quia si decedat pluribus
hæredibus relictis,possunt terminare alio modo: sicut etiam ille

dñs poterat. vt ibi: & tunc stabitur terminis nouis, non antiquis; nisi de ista nouitate nõ cõstaret. põt etiã intelligi in duobus prædijs vicinis, inter quæ erant termini, vt cõsensu vicinorũ seu dominorũ possint illi termini mutari & sic occupari, & de prædio vnius alteri dari, præstita tamẽ æstimatione: vt no. in l. proxima.

2 † In glo. quę incipit. [scilicet.] Sed pone nõ sunt mutati termini, sed nomina vicinorũ, puta pater meus emit prædium tot iugerũ, cui ab vno latere cohęrebat talis: ab altero talis: tu possides istud prædium, ago contra te rei ven. & produco illud instrumẽtum. tu dicis q̃ istud prædiũ qd̃ possides non est illud de quo loquit instrumentũ: quia non habet illas cohærẽtias. quærit quomodo mihi, puideatur? Rñdeo debeo facere mihi articulũ seu capitulũ q̃ illud prædium quod possides est illud idẽ qd̃ continet in instrumẽto, quod olim habebat tales cohærentias. hodie non: ga sunt mutatę. vt no. Bar. in l. demonstratio. ff. de condi. & demon.

¶ *Querimonia dicitur mota per solam porrectionem libelli, sed quæstio non dicitur nisi post litem contestatam.*

¶ *Possessio an possit isto modo probari quod feci arari, seminari, & coli tale prædiũ per tot annos, licet non dicam vel non probem quòd fructus perceperim. & an in possessione domus sufficiat probare receptionem pensionis?*

LEX III.

1 SI quis, †Si alter ex dñis vicinorũ prędiorũ cõque rãt quod vicinus (turbatis terminis) occupauit de prædio suo. primò inspicit quantũ ipse conquerens possidet: secundò quantũ possidere debet: & sic de ꝓprietate. quibus repertis mittit agrimẽsor, qui debeat terminare, put exigit rei veritas, quæ terminatio in cõtumaciã vicini poterit fieri etiã lite non conte. hoc dicit. secundũ intellectum docto. In tex. ibi. [prius possessionis quæstio.] dic hoc vt sciatur cui incũbat onus probandi in ꝓprietate. ff. de acqui. pos. Lexitus cõtrouersiæ. Si ergo possidẽs de meo, incumbit mihi onus probandi quantũ sit meũ qd̃ occupas, nõ autẽ tibi qd̃ iustè teneas. nisi posit fundatã intentionẽ meã. vt l. siue possidetis. j. de proba. In tex. ibi. [huiusmodi litigiũ terminetur]. s. proprietatis. In gl. j. ibi. [actor agit finiũ regundorũ.] supple cõquerendo qd̃ per vicinũ fuerũt turbati termini antiqui, & occupatũ de prædio suo: vñ petit reponi terminos in pristinum statum, & sibi restitui occupatum. † In alia glo. super verbo. [querimoniã.] No. istã gl. cũ

2 alia gl. fi. qa querimonia dicit mota per solã porrectionẽ libelli: sed quæstio nõ dicit nisi post litẽ cõte. qd̃ est notandũ qñ aliquis ꝓmisit iub pœna nõ mouere quæstionem vel querimoniã, vt incurrat pœnam eoipso q̃ dedit libellum, propter verbũ querimoniam. de hoc vide per Bar. in l. amplius non petitũ. ff. rẽ ra. habe. Quid de eo qui ꝓmisit nõ venire cõtra, qualiter dicitur cõtrauenire? dic vt ſ. de transa. l. ſi quis maior. quia per solã interpellationẽ iudicis, vel per supplicationẽ datã principi de causa cõmittẽda. † In alia glo. sup verbo finiat. ibi. [quia feci seminari terrã, &

3 arari, & coli.] Et Bal. no. istã glo. q̃ possessio isto modo põt ꝓbari q̃ feci arari, seminari, & coli tale prædium per tot annos; licet nõ dicã vel non ꝓbem q̃ fructus percepcrim, qd̃ esset singulare si esset verũ: non ꝓbarem possessionem domus q̃ ipsam locauerim per tot annos, nisi probarem receptionẽ pensionis. vt in c. inter dilectos. de fide iustr. & no. in l. qui vniuersas. §. quod per colonũ. ff. de acqui. pos. quia in locando modica vertitur industria. nec res ipsa rangitur: non sic in arando & seminando. perceptione verò fructuum clarũ est q̃ probat possessio, & etiã pręsumit dominium: quia talis actus pertinet principaliter ad dominũ. vt

4 l. Titia. ff. de iol. † In glo. fi. ibi. [alias non posset diffinitiuè procedi.] dicit Bar. q̃ istud non posset esse verũ, vbi contra contumacem posset prouideri permissionẽ in pos. ex primo decreto. aliãs ne prouisio deficiat potest peruenire ad diffinitiuã lite non cõte. vt in auth. si oẽs. ſ. ſi minor se ab hęre. abſti. Sed ſi peto poni terminos inter prædiũ meum & tuum, nihil peto à te, sed à iudice; vñ si es contumax, iudex non posset nec deberet me mittere in pos. fundi tui, vel alicuius partis, quia hoc non peto; & ideo poterit venire ad diffinitiuam lite non contest. & in tui absentia, non sic si peterem te condemnari ad relaxationem eius quod possides de meo: quia tunc in tui contumaciam essem mittendus in pos. eius quod peto ex primo ex decreto. l. consentaneum. j. quomodo & quando iudex. Tenementi.

¶ *Statutum quòd si aliquis voluerit aliquam violenter corrumpere, puniatur pœna mortis quòd talis propter solum ausum seu voluntatem sine actu nõ incidat in pœnam statuti.*

3 *Quilibet debet stare contentus suo, & non ex petere alienum, nec etiam concupiscere.*

LEX IIII.

1 SI constiterit. †Qui post litem conte. aliquid inuadit: vel occupat propria authoritate, pœna hic contenta punitur. hoc dicit. Est vna de constitutionibus punientibus inuasores. quae enumerat glo. in l. extat. ff. quod me. causa. & Goffre. ipsam commendat inter constitutiones prædictas in suo opere libellorum. vnde pone casum q̃ ego dicebam te vicinum occupasse de prædio meo duo iugera, & fines antiquos turbasse, & post litem contesta. non expectata sententia propria authoritate occupasse, si falsum erat quod occupasses indebitè, quia erant tua illa duo iugera, punior vt hic continetur. Et si indebitè occupaueras, quia pertinebat ad me, ego cado à iure meo. vt dicta l. extat. Iste tamẽ casus non ponitur hic. In tex. ibi. [vsurpare voluisse.] id est voluntariè occupasse. quia per solam voluntatem siue factum non

2 puniretur. simile. ff. de rerum diuisio. l. fina. † Et est argu. quòd si statutum dicat quòd si aliquis voluerit aliquam violenter corrupere, puniatur pœna mortis, quòd intelligatur de illo qui actualiter corruperit voluntariè quó ad se, sed violenter quo ad corruptam. & quia propter solum visum seu voluntatem sine actu non incidet in pœnam statuti. argumen. in l. j. §. fi. ff. quod quisq; iuris: quia non afficit conatus si non sequatur effectus. † In tex. ibi. vnusquisq; contentus suo &c. No. istum tex. moralem quòd

3 quilibet debet stare contentus suo, & non expetere alienum, sed nec debet concupiscere secundùm legem Mosaycam. quę dicit quòd nec vxorem, nec seruum, nec asinum alienum cõcupiscere quis debet, nec agrum. Oppo. quod ista l. sit superflua, per illã quis in tantam. infrà vnde vi. Solu. plures sunt differentiæ inter istam & illam. quod dic vt in glo. Aliæ duæ glos. sequenter sunt expeditæ per id quod dixi suprà. Non sunt alia.

¶ *Statutum quòd ille qui habet prædium xiiij. camporum iuxta prædium alterius quatuor camporum, possit ingrossare prædium suum, petendo illum compelli ad vendendum prædiũ quatuor camporum, an si sit vltra quatuor, pro quarta vel quinta parte vnius campi cesset dispositio statuti?*

LEX V.

1 QVinq; pedum. †Etiam pro modica cognitione, & pro vili cęspite terræ, redditur hoc iudicium. hoc dicit. Si ergo conqueratur quòd tu vicinus turbando terminos occupasti quatuor vel quinq; pedes de prædio meo: & ideo petebam poni terminos in pristinum statum, vt erant olim, non debeo audiri: sed tibi competebat exceptio. quæ vocatur præscriptio, qd̃ de tam modico non poteram conqueri. per hanc l. statuitur contrarium. & sic simile in l. & in maioribus. infrà de appella. & ibi pro modico potest proponi iudicium ordinarium. quod est secundùm ius commune: sed extraordinarium pręter ius commune: secus. in l. scio. ff. de restitutio. in integrum. & quod notat in l. si proprietarius. ff. de damno infecto. quòd de modico non est curandum. quando per hoc receditur à iure speciali & acceditur ad ius commune. Idem si erat ordinarium, tamen odiosum in actione de dolo, quæ non datur pro modico: vt l. prima. vsq; ad duos aureos. ff. de dolo. Faciunt prædicta ad quæstionem

2 quàm habui de facto hoc modo. † Dicit statutum huius ciuitatis quòd ille qui habet prædium xiiij. camporum iuxta prædium alterius quatuor camporum, possit ingrossare prædium suum, petendo illum compelli ad vendendum prędium quatuor camporum, dummodo non sit vltra quatuor campos. pone ergo quòd est vltra quatuor, pro quarta parte vnius campi, vel quinta: vel propter tam modicum cessabit dispositio statuti? videtur quòd sic: quia quando receditur à iure speciali, & acceditur ad ius commune, non est curandum de modico: vt l. scio. ff. de restitutio. in integrum. hic receditur à statuto; quod est de iure speciali, & acceditur ad ius commune; quo nullus compellitur rem suam vendere. super ista quęstione ego consului; sed nunc non bene recordor. Quæstio terminorum turbatorum non tollitur longo tempore, sed longissimo. hoc dicit. dicitur ergo sic quod si occupasti de meo, turbando. licet possideres longo tempore, non præiudicatur contra me, quoniam possim agere hac actione. Et ratio huius est. quia occupans de alieno non habet titulum; ergo &c. vt l. nullo. suprà de rei vendicatio.

Decem

De consortibus eiusdem litis. *Rubrica.*

LEX I.

EXploſis. † Licet plures ſint conſortes eiuſdem litis, tamen vnus poteſt pro parte ſua agere,& defendere, & etiam conueniri aliis abſentibus.h.d. ſi ergo ſunt tres qui poſsidēt prædium meum pro indiuiſo tanquam ſuum, & ego ago contra vnum rei ven. ille poterat opponere exceptionem ꝙ alij duo erant abſentes,& ꝙ non tenebatur reſpōdere ipſe ſolus. ſed debebat expectare ꝙ illi redirent. & ꝙ agerē cōtra oēs.hodie per hanc l.ſtatuit cōtrariū. Et ecōuerſo ſi dico me dām fundi quē poſsides vnà cū duobus aliis, & agā ꝓ parte mea, poteras excipere ꝙ nō ſum audiēdus, niſi etiā alij duo ſimul mecū agant. Hodie ſecus. per hāc l.quia poſſum agere ſolus pro parte mea. & ſic in eo quod eſt cōe pluribus vt ſingulis, poteſt quilibet de parte ſua diſponere in iudicio,& extra, ſine cōſenſu aliorum. facit l.ſi fundum.de ſerui.ruſtico.prædio.& vide bonam.l.nō id circo.ff.de iudi.& aliā adhuc meliorē pro intellectu huius l.ff.de libera.cauſa.l.ſi pariter.quæ declarat hanc legē.

1 ☞ *Non admittitur quis ad agendum pro alio, etiam cum cautione rati, quando conſtat quod nullum habet mandatum: niſi ſit cōiuncta perſona, uel niſi aſſerat ſe mandatū habere: ſed eſt dubium an habeat, uel non, quia ſemiplene probatur mandatum.*

Quare rati, an poſſit peti poſt litem conteſtatam?

LEX II.

OMmune negotiū † Lex præcedens permittit alterum de conſortibus eiuſdem rei poſſe agere & conueniri ſine aliis pro parte ſua. † Iſta lex permittit quod etiā pro parte aliorum poſsit vnus agere poſt li.cōte.per omnes ſine mandato aliorum, dummodo caueat: & eodem modo poſsit defendere præſtita cautione.de qua eſt caſus hic ſpecialis. licet cōſtet quē non habere mandatū: poteſt tamen agere pro aliquo.regulariter ſecus. vt nō admittat, qñ conſtet ꝙ mandatū nō habet. niſi ꝙ velit de rato cauere. vt l.Pomponius.§.fi.ff.de ꝓcu. niſi ſit cōiuncta perſona: quæ admittit cū cautione de rato: vt l.ſed & hæc.in prin.ff.e.tit. hic verò etiā ſi nō ſit cōiuncta ꝑſona admittit ratione cōſortiariæ vel cōionis eiuſdē rei: regulr aūt tunc admittit qꝫ alio cū cautione rati, qñ aſſerit ſe mandatū hre, & eſt dubiū an habeat, vel nō: qa ſemiplenè ꝓbat mādatū. vt l.j.ſ.de ꝓcu. ſed hic nō requirit ꝙ aſſerat ſe hre mandatū[b] & vide hic Glo.in c.cū dilecti.in prima gl. extrà de dolo & cōtu. & quod no. Inno.in c. cū dilectus.de cōſti.circa fi. In tex.ibi. [poſt litem legitimè ordinatam].i.cōteſtatā. & eſt rō ſcd'm doc. quia poſtquā lis erat cōte. cū oībus, cenſent alij velle ꝙ terminet.arg.ff.de pig. actio.l.ſi ſeruos. Et diſtingue ſecundū doct. ꝙ aut plures habēt eandē litē circa rem indiuiduā: & pōt vnus agere & defendere indiſtinctè inſolidū. vt l.ſi cū vno.ff.ſi ex noxa.cauſa aga. & ff.ſi ſer.vē. l.loci corpus.§.ſi fundus. & ſentētia lata ꝓ eo ꝓderit aliis. & lata cōtra eū aliis nō nocebit.ff.de cōdi.de demon. l. Tītio. in fi. ſil'r in l. denūciaſſe.§.fi.cū l.ſeq.ff.de adulte. & hoc lite cōte. vel nō cū oībus. nec tunc loquit iſta l. Aut erat cauſa diuidua: & tūc ante lit. conte. pōt vnus agere & defendere ꝓ parte ſua tantū: vt ſ.l.ꝓxi. defendere verò poſſet in totū, ſicut quilibet extraneus.ff. de ſol. l. ſolutionem & iudicium. poſt lit. verò conte. cū oībus inuitis & cōtradicentibus aliis non poſſet agere. per l.ſi petitor.ff. de iudi: ſecundū glo. Sed aliis ignorātibus vel non cōtradicentibus pōt agere pro eis. vt in hac l. præſtita tñ cautione de rato. † Sed cōtrà. quia cautio rati poſt lit. conte. non petit. vt l. Pomponius.§. ratihabitionis.ff.de ꝓcu. Solu. verū eſt in emergētibus añ lit. conte. quia tūc cōteſtatio imponit finē, ſed in emergētibus poſt ſecus. quia cōteſtatio imponit finē præteritis, nō futuris. & ad hoc alle gat iſta l.ſi ergo poſt lit. conte. aliquis cōparet procuratorio noīe alterius, & ſit dubiū de mādato, tenet de rato cauere. & iſta exceptio debet opponi antequā ꝓcedat ad alios actus cū eo, qa poſt ea nō poſſet opponi: qa illi actus habēt vim cōteſtationis. vt no. in l. nihil.ſ.de ꝓcu. ꝑ Cy. & glo. in c.j. de elec. lib. vj. Nō ſunt alia.

De noxalibus actionibus. *Rubrica.*

Super rub. dicit glo. continuata à remo. poteſt aliter continuari. qa in ſuperioribus viſum eſt qualiter quis cōuenit facto ſuo: ſed aliquādo quis cōuenitur aliena culpa ex facto vel ex defectu rei ſuę ſine ſui culpa: ſiue illa res ſit animata anima rōnali, vt ſeruus. ſiue irrationabili, vt quadrupes. ſiue ſit res inanimata, vt ſi domus tua cecidit ſupra meam, & ego te conuenio ad emendationem damni. Nam oībus iſtis caſibus conceditur tibi facultas dandi dño illā rem ꝓ noxa, ne ex delicto eius graueris vltra quā illa valeat. vt l.prętor.ff.de dam.infect. & ſi qua.pau.fe.di. per totū in iſto ti. qui tractat de primo caſu. qñ datur mihi damnū à ſeruo alieno dño ignorante, vel ſciente & prohibente, vel prohibere non valente: aliàs teneretur ſine noxę deditione. vt j.eo.l.pe. & habetur iſte ti. etiā in ff. & alius ſimilis. ſ. ſi ex noxali cā agatur. cum tractatur qualiter dñs habeat defendere ſeruum quē dico dediſſe mihi noxā: ſi vult ꝙ nō mittat in poſſeſsionem ipſius, ex primo decreto vel ſecundo. iſte verò qualiter dñs teneatur ad emēdationem damni.

a ¶ Coniūcta ꝑſona. Quæ dicat cōiūcta ꝑſona. vide in l. ſed & hę. ff. de ꝓcu. l. ex gēdi. C. eo. auth. licētia. C. de epi. & cler. c. nonnulli. de reſcri. li. vj. glo. in c. fin. de poſthu.

b ¶ Habere mādatum. An cōiuncta ꝑſona poſsit ſtare in iudicio ꝓ alio cōiūcto i cā ſpirituali. vide in c. fi. de iudi. li. vj. Rota deciſiōe. cccc xvij. inci. cōtra ſi mittat. Bal. in c. cū pridē. de pact. Lap. allega. I xx. in iiij. col.

2 ☞ *Actio ad exibendum datur etiam ad reſtitutionem non ſolum ad oſtendendum.*

3 *Noxa caput ſequitur.*

Ex aſſidua contrectatione quòd naſcatur noua actio furti, quando à principio non fuit nata: quis non poterat.

LEX. I.

1 SI extat. † Pro furto facto per ſeruū propriū nō datur dño actio furti noxalis cōtra ipſum ſeruū poſtea factū liberum, quia actio furti quæ non fuit à principio nata, non naſcitur ex poſtfacto licet furtū fuerit cōmiſſum: ſed res furtiuæ poſſunt vendicari. vel condici ab eodem ſi extāt, & per ipſum poſsidētur. Sed ex furto facto per ſeruū alienū: licet actio furti à principio ſit nata cōtra dām, non cōtra ſeruū, ipo tñ poſtea effecto libero datur contra eum ex regula iuris. quæ eſt qd' noha caput ſequitur. h.d. ꝓ cuius declaratione vide bonam. l. ff. de furtis. l. ſerui & filij. in prin. In tex. ibi. [agere nō prohiberis.] ſ. rōne pñtis poſſeſsionis. q.d. nō potes agere actione furti ad duplū vel quadruplum ratione furti in ſeruitute cōmiſsi. qa ex eo nō fuit à principio actio furti nata. vt j. ſequit: vñ nec naſcit ex poſtfacto: ſeruus em tuus ex furto tibi cōmiſſo non potuit ciuiliter obligari. vt l. ꝙ attinet. de reg. iur. licet naturaliter obligatus fuerit. ergo nec actio furti contra eum dari: quæ non naſcitur niſi ex ciuili & naturali: ſed nec erat alius contra quem naſci poſſet: cum nō haberet alium dominum quā te: & tunc contra te naſci non poterat: quia nemo poteſt ſibi ipſi eſſe obligatus, etiam diuerſis reſpectibus. vt no. in l. frater à fratre. in fi. j. glo. ff. de condi.

2 *idem.* Item † no. hîc ꝙ actio ad exhibendum datur ad reſtōnem nō ſolū ad oſtēdēdū. & ꝓpter hoc ſubijcit titulus ſequēs. in quo

VT creditor. † Sicut actor tenetur ꝓbare ſuam intentionē, ſic reus ſuā exceptionem. h. d. Cy. & Bart. † Opponitur q̄ reo non incumbat onus probandi. vt in l. proxi. & l. fruſtra. & l. actor. Sol. verum eſt quando reus dū-

1 taxat negat intentionē agentis: puta q̄ factū fuerit mutuum vel promiſsio: quare factum negātis probare nō poteſt. vt d. l. actor. ſed hic nō negat ſed dicebat ſe ſoluiſſe & idem ſi dicatur ſibi factum pactum de nō petendo vel ſe præſcripſiſſe: nam tunc affirmat & excipit & in exceptionibus reus loco actoris habetur. vt

3 in l. j. ff. de exce. & ff. eo. ti. l. in exceptionibus. † Sed quæro an eo ipſo q̄ reus excipit dicendo ſe ſoluiſſe vel ſibi factum pactum de non petendo, vt videatur fateri intentionem agentis quod mutuum fuerit factum intantum q̄ actor nō cogatur aliter probare mutuum. Dy. tenuit q̄ ſic in c. nullus pluribus. de reg. iur.

4 in vj. quando ſimpliciter excipit † ideo cautela eſt quòd primò neget intentionem agentis: & poſtea dicat quòd ſi de numerata tione apparet, factū fuit ſibi pactū de non petēdo, vel q̄ reſtituit pecuniā: per ea quæ no. in l. ſi quidē. j. de exce. Canoniſtæ dicūt cōtrariū, q̄ ſimpliciter excipiendo etiā ſine negatione p̄cedēte nō cēſeat cōfiteri intentionē agētis: vt in c. cū venerabilis. de exce. & vī caſus in l. nō vtiq̄. ff. de exce. Ex quo ſequit̄ qđ nō tenet̄ ꝓbare ſuā exceptionem quouiq̄ actor ꝓbauerit ſuā intētionē: & ita limitat̄ iſte tex. vt intelligat̄ qñ actor iā ꝓbauerat intentionē ſuā, q̄a fundata eſt intētio actoris: vt j. eo l. ſiue poſsidetis. nō aūt quā-

b do actor adhuc nō ꝓbaſſet, nec reus fuiſſet cōfeſſus. Bal. ſaluat vtranq̄ opi. in d. l. non vtiq̄. hoc modo, q̄a ſi actor cōfitet exceptionē oppoſitā per reū: videlicet q̄ ſoluit, vel fecit ſibi pactū de nō petēdo: tñ dicit ſe fuiſſe minorē tūc tp̄is, & læſum, hæc ſolutio nō nocet ſibi, q̄a pecunia fuit p̄dita: nec etiā pactū, q̄a nō interuenit authoritas tutoris, vel curatoris: tunc ſit vera opin. Dy. q̄a poſtquā actor exceptionē rei cōfitet: quatenus in facto eſt: pōt ex ea ſe iuuare cōtra eū. vt per illā reus videat̄ cōfeſſus ſuā intētionē. Si aūt negaret ſibi nunquā fuiſſe ſolutū, vel ſe nunquā feciſſe pactū de nō petendo tūc q̄a negādo ipſam impugnat, nō pōt ex ea ſe iuuare: vt per eā videat̄ reus cōfeſſus intētionē ſuā: vt in regula ex eo qđ de reg. iur. lib. vj. & ſic ſit vera opi. canoniſtarū. tñ Bal. nititur eam improbare in l. alia. j. de his quib. vt indi. vbi vide per eum. † Itē quæro. ſi reus primò negauit intentionē actoris, & cum actor eā ꝓbauerit, vult reus recurrere ad exceptionē: an poſsit? vī q̄ nō, quia ſibiipſi cōtrariaret̄. Si em̄ negaſti primò me tibi mutuaſſe: poſtea verò cū ꝓbaſſem dicis te mihi reſtituiſſe: cōfiteris me mutuaſſe ergo nō debes audiri: vt in l. j. j. de fur. & qui cōuictus eſt de mē dacio, & debet puniri: & hoc tenet Dy. in d. c. nullus pluribus. & ideo dixit q̄ reus non pōt opponere duas exceptiones contrarias eodē tp̄e: & ita limitat d. c. nullus pluribus. Bald. vel Bart. reprehendit eum in l. nemo. ff. de exce. & in l. cum de indebito. ff. de proba. vbi patet q̄ licet quis negauerit intentionē agentis, nō propterea perdit ius ſuum: quin per aliam viam poſsit ſe iuuare licet grauetur in onere probandi: in quo non fuiſſet grauatus ſi non negaſſet, nec in mendacio deprehenſus fuiſſet. Item per authenti. contra qui propriam. de numerata pecunia. infrà vbi qui negauit ſua ſcripturam, & in mendacio deprehenſus eſt: licet puniatur pœna ibi contenta, tamen non perdit ius ſuum & exce-

6 ptionem quam habebat. † Sunt enim quidam caſus in quibus

b propter mendacium * quis cadit à iure ſuo: quos not. per Bald. in l. j. j. de furtis. regulariter contra. vt ibi plenè per eum. Et his infertur quòd ille qui negauit maleficium commiſiſſe, ſeu homicidium: & in mendacio deprehēſus eſt, quia fuit probatum per teſtes, non prohibet̄ poſtea dicere & probare quòd fecit ad defenſionē ſui. nam cum ſit de gñe ꝓhibitorū, nō præſumit̄ feciſſe ad defenſionē: ſi nō ꝓbat: vt l. ſi nō cōuitij. j. de iniur. etiā ſi à principio hoc dixiſſet, cōfitendo ſe occidiſſe: & ſic releuādo acculatorem ab onere ꝓbādi: nā nō ꝓpterea releuat ſe ab onere probādi ſuā exceptionē: ſecus ſi factū qđ ipſe cōfitet̄ nō eſſet de gñe ꝓhibitorū: quia tunc releuando actorē ab onere ꝓbandi etiā ipſe releuaretur: vt dixi in præcedenti q. quando confiteris te mihi ſoluiſſe, vel reſtituiſſe pecuniam quam tibi mutuaui: nam releuo te ab onere probandi ſolutionem: & eodem modo ego releuor ab onere probandi numerationem: ex qua ago, quaſi videaris il-

7 lam fuiſſe confeſſus. † Tertiò & vltimò quæritur de pulchra & notabili q. Quidam vſurarius mutuauit tibi centum, quæ tenuiſti per annum: & ſoluiſti vſuras; deinde reſtituiſti ſortem: & recuperaſti pignora, & fecit tibi quietationem de pecunia mutuata: nunc tu agis contra eum, & repetis vſuras quas dicis te ſoluiſſe, ſed non potes probare niſi per præſumptionem, probando quòd ille eſt vſurarius, & conſueuit mutuare ad tantum pro libra, & quòd tenuiſti ſortem per annum: & ſic vſuræ aſcendebant ad tantam quantitatem, & quòd nō eſt veriſimilè quod reſtituiſſet tibi pignora, niſi ſoluiſſes vſuras, an iſta ſufficiant ad condemnandum ipſum in curia epiſcopali, vel hæredes eius ad reſtitutionem vſurarum? videtur quòd ſic. per ar. à ſolitis. vt in l. v elvniuerſorum. ff. de pig. act. & in lege, qui ſemiſſes. ff. de vſur.

a ¶ Confeſsio aūt partis. Adde text. in c. cū cām. in ij. rū. de rapt. Bal. in l. ij. §. q̄ obſeruare. C. de iura. calū. quē ſequit̄ eius ſcholaris. Pe. de Anc. in c. j. circa fi. de iur. calū. li. vj. Anto. de But. in c. licet cām. extra de ꝓba. idē in c. ſi ſacerdos. in j. col. de offic. ordi. idē in c. in præſentia. in ij. col. de renun.

b ¶ Caſus in quib⁹ ꝓpter mēdaciū. Caſus in q̄b⁹ mēdaciū punitur à iure. vide p̄ gl. in l. ſi dubitet̄. in §. j. ff. de fideiuſ.

a ¶ Actore non ꝓbante. Adde gl.in c.mulieri.de iureiur. quæ allegat concordantes.

Contrariū determinãt hic Pe.& Cy. ꝓ istã l.qa q numerationẽ allegat,debet eã ꝓbare: etsi dicat satis ꝓbat ipse ꝓ tales cõiecturas. Rñdeo ꝙ nõ sufficiũt: qa nõ ꝓbat hoc esse qđ ab hoc cõtingit abesse:vt j.eo.l.neq; natales:& licet iste sit vsurarius:& nõ cõsueuerit mutuare ad tm̃ pro libra:nõ sequit ergo sic semper mutuabat quia poterat esse magis amicus,vel alius respectus ꝙ mutuasset gratis:vel minus secũdũ Bal.qui tenet opi.prædictã.Sed Io.An. in c.quãquã.de vsur.in nouel.videt tenere cõtrariũ,ꝙ ista sufficiãt ad cõdẽnationẽ,& videt dicere quod ita in iudicijs seruatur & miror quod Bal.nõ allegat,nec ob.cõtrariũ.qa verũ est quod nõ ꝓbat hoc esse &c.s.qñ,sæpe,& frequẽter cõtingit abesse:aliàs secus:qa bonũ est argumẽtũ ab his quæ sunt solita frequẽter. Si ergo ꝓbatur ꝙ iste semper sic mutuat,præsumitur & istud mutuum sic fuisse:secus si aliquando sic:aliquando aliter:vt in contrario:vel nisi probaretur amicitia magna,propter quam potuisset gratis mutuare.

2 *¶ Conuentus rei uendicatione,licet non teneatur probare se dominum quousq; actor suam intẽtionem probauerit,si tamen uult sponte probare,potest,& quid iste operabitur?& nu.3.*

Si tunc feratur sententia absolutoria, & postea reus caderet à possessione, an uirtute talis sententiæ poterit rem uendicare?

Iudex an debeat pronuntiare reum esse dominum, si hoc ipse probauerit, & licet hoc non petierit?

3 *Absolutio facta quia actor non probauit,an transferat in absolutum dominium, uel usucapiendi conditionem?*

4 *Ille qui agit rei uendicatione,& succubuit quia non probauit se dominum,non prohibetur postea agere ad eandem rem actione publici,& dicere se quasi dominum.*

5 *Si aliquis fuit accusatus uel inquisitus de percussione cum sanguinis effusione:& probetur percussio,& non sanguinis effusio,an debeat sequi absolutio?*

LEX II.

1 POssessiones. †Agens rei vendi. debet ꝓbare se dñm:aliàs reus absoluit̃:& dominus esse præsumit̃.h.d.Bal.In tex.ibi. [possessiones quas ad te pertinere dicis.]sub iure dominij.In tex.ibi.
2 [persequere.]s.petẽdo & ꝓbãdo ꝙ sint tuæ.†In text.ibi.[nõ em̃ possessori incũbit necessitas &c.]subaudi.f.si asserit se dñm: & ꝓ cõsequẽs neget te dñm:vt in l.Pomponius.§.si is.ff.de ꝓcu.nam nõ ꝓpterea tenet̃ ꝓbare se dñm:licet hoc asserat:qa præsumitur ex eo qa possidet tanquã dñs,quãtũ ad effectũ excipiendi: quousq; tu ꝓbaueris te dñm.nã põt postea per meliores probationes ꝓbare se dñm:& reprobare tuas ꝓbationes:dũmodo nõ didicerit testificata:vt in aut̃.at qui semel.j.eo. qa est articulus directè cõtrarius:vel dũmodo ꝓbet nõ per testes,sed per instrã:in qbus nõ est timor subornationis:licet aũt nõ teneat̃ ꝓbare se dominũ quousq; actor suã intentionẽ ꝓbauerit:si tm̃ vult spõte probare, pót.vt l.circa.ff.e.ad hũc finẽ vt nõ absoluat̃ ex isto capite: quia actor nõ ꝓbauit:quia tunc de suo dñio nihil esset ꝓnuntiatum: ideo si caderet à possessione,& perueniret ad actorẽ,illa sentẽtia nõ ꝓdesset,vt ab eo vẽdicaret:sed vt absoluat̃:qa est dñs:& tunc ꝓderit sibi hæc absolutio:vt possit ab eodẽ vẽdicare:non ab alio cõtra quem sentẽtia nõ fuit lata:vt hæc habeñt̃:in l.sed & si possessori.ff.de iureiu.& in l.si inter me & te.ff.de excep.rei iud. Dicit tm̃ in c.ex cõquæstione.de resti.spo.ꝙ Iudex nõ debet ꝓnuntiare reum esse dñm.licet hoc ipse ꝓbauerit : nisi hoc petierit.per l.fi.j.de fideicom.liber.& reprehendit Inn.qui videt̃ sentire contrarium:sed hoc videt̃ intelligere do.Ant.de Bu.hoc modo: nõ ꝙ det libellum de nouo,in quo hoc petat, sed in calculo ferendæ sententiæ petat viua voce:sicut in alijs quæ contingunt vel emergũt lite pendente:vt in l.ædiles.§. Itẽ sciedũ.ff.de ædil.edic. & per hoc apparet qualiter debeat intelligi glo.quæ est in l.circa.
3 ff.eo.titu.vbi omnino vide. †Oppo.pro declaratione vltimæ gl.
a contra tex.in fi.dum dicit ꝙ actore non probante [a] reus absoluitur,& dominium apud eum remanet:contra.quia ista absolutio non transfert in eũ dñiũ:vt est tex.cũ gl.in l.exceptio.ff.de exce. nec vsucapiẽdi cõditionẽ:vt no.in l.si pro fundo.§.de transf.nam sufficit ibi ad absolutionẽ cõsequẽdã ꝙ actor nõ ꝓbauerit se dominũ,posito quod nec ipse reus sit dñs:vt l.fi.§.de rei vẽ.vt glos. fateť:& ꝓpter hoc exponit dñiũ.i.possessio. vel dic (& etiã ista est bona)vt est tex.propriè,si reus nõ erat dñs,sed actor,nõ trãsferat̃ in eum dominium in rei necessitate:tm̃ præsumit̃ dominus: alio non probato:qui possit tanquam dominus:vt dicta l. Titia. de ꝓba.ff.& ista possessio de præsenti quantũ ad retinendũ,facit præsumi ipsum esse dñm:& etiã quãtũ ad effectũ agẽdi, si principaliter nõ deducit dñium ad iudiciũ:sed incidẽter iuxta no.in l.sicuti.§.sed si quæratur.ff.si serui.ven. Vltimò no.tertiã lo.glo. quæ non placet,tũ qa est diuinatio:tum etiã quia posito ꝙ ꝓcẽs subijsset in se onus ꝓbãdi,& ꝓbasset de se dñium: ista sententia non faceret ipsum dñm,nec mutaret veritatẽ : licet haberet̃ pro veritate:vt non posset dici contrariũ:vt in l.res iudicata . de reg. iur.nisi per cõfessionẽ partis:quæ bene admitteret̃ contra talem præsumptionẽ iuris & de iure:vt no.in aut̃.sed iam necesse,& in
4 corpore vnde sumit̃.j.de do.ante nnp. †Vltimò scias ꝙ ille qui agit rei ven.& succubuit,quia non ꝓbauit se dñm, nõ ꝓhibetur postea agere ad eandẽ actiõ.publ.& dicere se quasi dñm quia habet titulum & bonam fidem: & similiter causam præscribendi: vt est tex.& gl.in l.minor.§.j.ff.de euic.nec potuisset ex hoc capte obtinere sententiam virtute libelli in quo allegauit se dominũ & sic non deduxit in iudicium quasi dominium:ideo debuit fo-
5 qui absolutio.& noua interpellatione seu libello fuit opus.†Et istud inducitur:si aliquis fuit accusatus vel inquisitus de percussione cum sanguinis effusione : & probetur percussus & non sanguinis effusio,ꝙ non debeat sequi condemnatio de simplici percussione,sed absolutio.quia de illo non fuit accusatus: vñ nõ possit postea accusari de percussione simplici.Alij dicunt cõtra illam quæstionem plenissimè & subtiliter examinat Bar.in l.denuntiasse.§.quid tamen.ff.de adulte.vbi loquitur vtilius quãlo quatur Bal.qui vadit per abrupta:sine magna vtilitate.

2 *¶ Quando sunt plures tutores, si omnes administrant, & malè:aut nullus administret:& pupillus ex negligentia damnificetur,quilibet eorum tenetur in solidum,si tutela non erat diuisa:ut hic.*

3 *Si omnes soluendo,quod habeant beneficium diuisionis ex epistola diui Adriani,& sint soluendo:quid inspiciatur tempus depositi officij.]*

Quid in fideiussoribus?

4 *Tutela si non fuit diuisa per iudicem,uel testatorem,sed alter tutorum gessit, & dic non,an habeant beneficium diuisionis?*

5 *Talis præsumitur quis fuisse,in quali habitu nunc reperitur.*

Præsumitur clericus,qui uadit in habitu clericali.

6 *Quando ex præterito non præsumatur in præsens:& quando sic.*

LEX III.

1 LEX persona. †Ex præsenti statu præsumitur præteritũ:& qualis qs hodie reperitur,præsumitur fuisse:nisi probetur contrarium:ad hoc alleg.Item allegatur ꝙ ex persona tutoris qui erat so-
2 uendo tempore finiti officij,non potest quis conueniri.h.d. †Et præmitto ꝙ quando sunt plures tutores,si omnes administrant & malè,aut nullus administret,& pupillus ex negligentia damnificet̃:quilibet eorum tenetur in solidum:quia quilibet habet officium in solidum:& sic pupillus potest eligere quem vult:vt j.de diui.tu.l.ij.si tutela non erat diuisa per testatorem,vel iudicem:& tamen omnes sunt soluendo,habent beneficiũ diuisionis ex epistola diui Adri.vt l.j.§.nunc tractemus.de tu.& ra.distr. An aũt sint omnes soluendo inspicitur tempus depositi officij: quia tũc si fuerunt omnes soluendo,intelligitur actio diuisa ipso iure:& sic licet alter postea efficiatur non soluendo,tamen alter ex persona illius non potest conueniri : tamen ille qui hoc dicit, debet hoc ꝓbare : quia si hodie reperitur non soluendo: præsumitur etiam non fuisse tempore depositi officij,& hoc dicit illa lex.
3 † In fideiussoribus verò inspicitur tempus lit.contest.vt si tunc alter eorum sit non soluendo,alter insolidum teneatur:vt in l.inter eos.§.j. ff.de fideiuss.& si tunc omnes sunt soluendo: licet in præteritum aliquis non fuerit,diuiditur actio.quæ autem ratio diuersitatis inter plures fideiussores & tutores,quidam retulerunt assignare rationem:ideo non tenuerunt istam lectu. quæ ponitur in principio gloss.sed tenent secundam: tamen ista lect. est bona, & ratio diuersitatis est : quia tutores gerunt officium necessarium:ideo magis prouidetur, vt sufficiat fuisse soluendo tempore depositi officij : sed fideiussores se sponte obligant secundùm Petrum & Cynum vnde non sufficit olim omnes fuisse soluendo , si tempore litis contestat. aliquis eorum non fe-
4 †Debes scire quòd quando tutela non est diuisa per iudicem vel testatorem,si alter ipsorum gessit,alter non,nec mãdatum qui non gessit,non debet ante eos qui non gesserunt(si idonei sint) cõueniri:quia habent in hoc beneficium ordinis:sicut in præce-

dem

denti casu habent beneficium diuisionis. vt j. si tutor non gesse. l.fi.sed si tunc ille qui gesit non erat soluendo, alter qui non gesit est soluendo,potest insolidum conueniri. & sic ex persona illius gerentis.si ergo hodie gerens reperitur non soluendo, & sic alter non gerens conuenitur, qui asserat non debere conueniri: quia gerens erat soluēdo tempore depositi officij. debet hoc probare aliàs præsumitur non fuisse soluendo: sicut hodie nō est:& hæc est secunda lec.glo.secundū vnum intellectum.Sed si tutela erat diuisa per iudicem, vel testatorem, quilibet tenetur pro sua administratione:& non pro administratione alterius:nisi videret alterum malè administrare, vel negligere dolo vel culpa: & prætermisit ipsum accusare de suspecto,& facere eum remoueri:licet in præcedenti casu quando non erat diuisa, etiam si in hoc non commisit dolum vel culpam: nihilominus tenetur ex administratione alterius:& ista potest esse tertia lect. quę colligitur ex glo.dum dicit quia non petijt eum remoueri &c. quia licet commiserit dolum vel culpā in hoc, si tamē ille est soluendo tempore depositi officij, ille debet conueniri: & non alter sed si non fuisset in dolo vel culpa,nullo modo conueniretur ex administratione alteri commissa.Et prædicta vera quando potest aliquid imputari pupillo quondā,vel curatori suo, quare nō conuenerūt illum,postquam erat soluendo tempore depositi officij: sed si nulla culpa potest imputari,non excularetur alter ex eo q̄ ille tunc fuisset soluendo: secundū quod videtur hic sentire Cy-
Tenemenți.In glo.ibi.[quo casu etiam magistratus primò conuenitur quā auus.]huic glo. contrariatur alia glos. quæ est in §. nunc tractemus.hic allegato in gl.& illā tenēt doc. q̄ imo prius conueniatur collega quā magistratus,& de ista materia plenè et subtiliter tractatur in l.j.§.de transl. †In gl.fi.ibi.[quia ex præsenti præsumitur in præteritum.]vt ff.eo.l.nō est.& not.in l.ij.eo.ti. sicut & talis quis præsumitur in quali habitu nunc reperitur. vt l.moueor.j.si ieruus expor. væneat. vnde prę̄sumit clericus qui vadit in habitu clericali:vt in c.si iudex laicus.de sent.excom.li. vj.†Quod autē dicitur an ex prę̄terito prę̄sumatur in præsens, colligе ex his quæ §.dixi ad exhiben.l.non ignorabit.nā in ætate quæ solo tractu temporis mutatur, non præsumitur quis esse hodie illius ætatis cuius olim fuit:vt in l.Spadonē.§.qui absolutus.de excu.tu.In possessione verò quæ non solo tractu temporis mutatur:tamen de facili perditur: an prę̄sumatur quis hodie possidere:quia olim probatur possedisse? distingue vt in domi-
nio q̄ nō ita de facili perditur,& præsumitur hodie esse dns qui probatur olim fuisse:vt in eo.l.siue possidetis.Et adde quod no. Bar.in l.si cui.§.ijsdem.ff. de accu. q̄ not.in c.mandata. extrà de præsump.& adde j.de adult.l.antepenul.

Quid aliud sit proprietas,& aliud dominium,& quid sit proprietas,& quid dominans!
An ex solo instrumento emptionis probetur dominium!
Testes probent me esse dominum talis rei quam peto,quomodo debeant deponere!
Fama an sit sufficiens ad probationem dominij!
Fama inducit iustam causam credendi,& sic titulum putatiuum,& an sufficiat ad prescribendum
Fama aliquādo inducit semiplenam probationem regulariter verò nec plenam nec semiplenam: sed factam coadiuuat.

LEX IIII.

PRoprietatis. †Dominiū pōt probari tā per instrumētum, [a] quā per testes [b] h.d.vel per alia indicia.†In tex.ibi. [proprietatis dominium.]Et sic no.q̄ aliud est proprietas,aliud dñiū.[c]nā proprietas dicitur prout distinguitur ab vsufru. formali. Nam in re corporali est dare nudā proprietatem,& est dare vsumfru. formalē. Itē proprietatem plenā.s. iunctā cū vsufructu causali. Dominiū verò dicitur prout distinguit à possessione, nam est libera potestas disponēdi de re in qua quis habet dñiū: vt l.in re mādata.j.mandati.& no.de hoc in l.si quis vi.§. differentia.ff.de acq.pos.vñ q habet nudā proprietatem,dicitur habere dñiū proprietatis:quia de illa potest disponere,& ille qui habet vsumfructū formalē,dicit habere dñium vsusfructus.i.illius iuris.vt in l. qui vsumfructū.ff.si vsusfru.peta.& sic istud vocabulū dñiū est latum & cadit in omni iure q̄ quis habet,de quo possit disponere non tñ intelligas q̄ vsufructuarius possit disponere de vsufr. transferendo ipsum in alium,sed solū abdicando à se. vt instit.de vsufr.§.finitur.† In tex.ibi.[instrumento emptionis.] p̄ hoc solū nō probaret dñiū:nisi cū altero ex duobus.s.q̄ post emptionē &

a ¶Tam p̄ instrūm.Add de Barb.cōsil.xliij.ci.clemētissimū deū. in ij.co.in iij. vo.cūdē Barb.cōsi.lv.inci. clemētissimū & ospotētē Deū.in vj.co. in eo.vol.

b ¶Quā p̄ testes.Add Ang.in auc.de testi. in §.& licet.Bal.in c. cū cām.el j.in vij.co. de testi.

c ¶Aliud est p̄prietas aliud dñiū.Add tex. & Doc.in l.si p̄cura tor.ff.de acq.rer.do. Io.Fab.in §.sed iste.i xij.col.inst.de acti.

d ¶Reddere rōnem sui dicti.Adde gl.i l.cū hi.i §.i cā.ff.de transl. gl.i l.j.C.de testi. gl. in l.j.C.de no. oper. nūc.Bart.& Pau.de Ca.i l.q testō.i §.fi.d testi.ff.Ant.de But.in c.super hoc.in vij.colum.de renun.

e ¶Fama nō est sufficiēs.Adde Bald.in c. cōuēticula.C.de epi. & cle.Barba. consil. xiij.inci.deū iuocat adiutorē.in ij.vol.& fama p̄bet in factis antiqs: Vide p̄ Host. & Abb.in c.inter dilectos.de fi.instru.

1 †Dominiū pōt probari tā per instrumētum, [a] quā per testes [b] h.d.vel per alia indicia.†In tex.ibi. [proprietatis dominium.]Et sic no.q̄ aliud est proprietas,aliud dñiū.[c]nā proprietas dicitur prout distinguitur ab vsufru. formali. Nam in re corporali est dare nudā proprietatem,& est dare vsumfru. formalē. Itē proprietatem plenā.s. iunctā cū vsufructu causali. Dominiū verò dicitur prout distinguit à possessione, nam est libera potestas disponēdi de re in qua quis habet dñiū: vt l.in re mādata.j.mandati.& no.de hoc in l.si quis vi.§. differentia.ff.de acq.pos.vñ q habet nudā proprietatem,dicitur habere dñiū proprietatis:quia de illa potest disponere,& ille qui habet vsumfructū formalē,dicit habere dñium vsusfructus.i.illius iuris.vt in l. qui vsumfructū.ff.si vsusfru.peta.& sic istud vocabulū dñiū est latum & cadit in omni iure q̄ quis habet,de quo possit disponere non tñ intelligas q̄ vsufructuarius possit disponere de vsufr. transferendo ipsum in alium,sed solū abdicando à se. vt instit.de vsufr.§.finitur.† In tex.ibi.[instrumento emptionis.] p̄ hoc solū nō probaret dñiū:nisi cū altero ex duobus.s.q̄ post emptionē & traditionē possederit lōgo tpe: ita q̄ potuit acqrere dñiū p̄ p̄scripti onē,positoq̄ vendi tor nō fuisset dns:& sic ipsum nō trāstulisset:vel qd' p̄bet vēditorē fuisse dnm,q̄ similiter p̄bare pōt,si p̄bat q̄ ille possedit tanto tpe cū titulo q̄ p̄scribere potuit:vt not.j.eo. l.cū res:aliàs non sequereť emisti rē à Titio: ergo es dns rei.In tex.ibi.[sed & q̄buscūq̄ alijs legitimis p̄bationibus.]puta p̄ testes: vt j.de fide instru.l.in exercēdis . q̄ debeant deponere de p̄dictis,& sufficiūt,sicut istrm ad p̄bādū tit.emptiōis: & alia de quibus supra.†Aduertēdū ergo:si testes deponerent me esse dnm talis rei quā peto,nō p̄barent: nisi etiā nō interrogati assignēt & exprimāt cās:q̄a hoc sciūt:puta q̄a viderūt me emere & mihi rem fuisse traditā, & me possedisse longo tpe:qm dñium est quid incorporale cōsistens in iure quod nō percipitur sensu corporeo,sed iudico intellectus:puta ex p̄dictis,& in talibus debet testis dicere cām sui dicti etiā non interrogatus: aliàs nō valet:quia nō tenet dictū eius:vt no.Innoc.in c.cum cām.extra de testi.nō sic in alijs quę sensu corporeo percipiunt:in quibus nō tenetur reddere rationem sui dicti,[d] nisi fuerit interrogatus:& nihilominus valet:sed si fuit interrogatus,& non reddidit rationem,vel nō reddidit bonā:tunc valet dictum eius:vt j.titu.proxi.l.solam.& ibi no.glo. Item p̄batur dominiū ex alijs indicijs:vt §.de rei vē. l.indicia.& dicit hic gl.puta per famā. †Doct.dicunt q̄ fama nō est sufficiens [e] ad probationem dominij:quia fama non probat, sed probationem coadiuuat:quia si probationes sunt æquales in alijs,& p̄ vna est fama, p̄ alia nō,illa præualet:puta in interdicto vti possi.si pariter p̄bauerūt de possessiōe:interdū tñ fama probaret,qñ esset de antiquissimo dñio:puta possidesvnū castrum, & ego prætēdo habere aliquod ius infra dñium in dicto castro, ex cōcessione mihi facta per certos nobiles,in quorū dñio istud castrum tunc erat,& p̄duco cōcessionē: tu negas illos potuisse cōcedere,dicēs q̄ nō erāt dni,nisi p̄bēt:tūc q̄a agit de dñio illorum p̄pter se:sed p̄pter meā cōcessionē,si p̄barē per publicā vocem& famā q̄ illo tpe lōgissimo:puta iam centū annorū illi erāt dñi illius castri:istud sufficeret.Secūdo modo pōt intelligi glos. quæ est in l.cum actū.aliàs.l.at qui natura.§.cum me.ff.de negot.gest.& quod no.Bal.in l.cū super.§.de rei vē.& Inn.in c. veniēs. de verb.sig.sicut in simili dicimus qñ dñium nō deducit princi paliter propter se, p̄batur ex sola possessione de præsenti:vt not. 6 in l.sicuti.§.sed si quæratur.ff.si ser.ven. †Dicit etiam Barto.q̄ fama inducit iustam causam credendi:& sic titulū putatiuū,qui sufficit ad præscribendū:vt in l.Celsus.ff.de vsucap. quod declara sic.Si pater meus tenuit & possedit aliquam rem:non tamē tēpore sufficienti ad præscribendū:ego tanquam hæres eius cōtinuaui pos.per pos.per tempus sufficiēs ad præscribēdū lōgo tpe cū ti.tñ certè titulus p̄ hærede mihi nō p̄dest:quia eram filius in potestate:vt infrà pro hærede.l.nihil.nec tit.pro suo:vt ibi no.in gl.sed si allego titulum emptionis:quia pater meus emit,& non possum p̄bare tit.nisi p̄ famā:certè dat mihi iustā cām credēdi q̄ adducit tit.putatiuū iusto errore interueniēte q tñ p̄dest quātū 7 verus titulus:vt l.nō solū,§.quod vulgo.ff.de vsuca.†Aliquādo verò fama inducit semiplenā probationē quod qñ sit. dic vt per Bar.in l.de minore.§.tormenta.circa fin.ff.de quæsti.regulariter verò nec plenam,nec semiplenā facit:sed factam probationem coadiuuat:vt l.iij.§.eiusdem quoq̄.ff.de testi.

Instrumentorum appellatione quid contineatur,& an etiam testes!
Scriptura publica dici potest non solum scripta manu notarij publici: sed etiam illo modo authen.quod potest contingere sex modis.
Scriptura priuata quando faciat fidem plenam contra eum qui scripsit: & quando debeat esse trino teste subscripta!& nu.5.
Quid si negetur esse de manu illius contra quem producitur? uel si producatur contra eius hæredes,ad hoc ut fidem faciat quid requiratur!& an sola comparatio literarum faciat plenam fidem!

a ¶ Appellatiõe ĩstrorũ. Adde Bar.in l.notionẽ.in §.instrorum ff.de verb.sig.Io.An. in addi.Spe.in tit. de instr.edi.in §.j. Abb. in c.licet dilectus. de testi

b ¶ Libris agẽtariorũ. Adde Car.Alex. ĩ c. ecclesiasticarũ.xj.di. in vlti.col. versi.propterea credit libris.

c ¶ Priuata scriptura. Adde Bar.in l.nuda. ff.de don.& an ĩ scriptur. priuata regrat q̃ apponat dies & locus.vide gl.ĩ c. quoties cordis oculus. j. q.vij.Angel.in l.j.§. editiones.ff.de eden. Ioã.de Imo.in l.j̃.ff. quẽad.test.aper.Abin c.j. ad fi. de proba. Alexãd.cõsi. lxxvj. incip.Põderatis his. in themate.in iij̃.vo. eũdẽ cõsil.cxxij̃. ĩci. discussis hæsitationibus.in j. vol.

6 Quid in scripturas tertij facta ad utilitatem meam:an faciat fidem? & quid si est argentarius uel mercator.

7 Scriptura priuata regulariter non facit fidem.

Ea quæ non prosunt singula, multa iuuant.

LEX V.

INstrumenta. †Scriptura priuata sine alijs adminiculis non sufficit ad ꝓbationẽ plenã inducẽdã.h.d. Et vt differat à l.seq. pone casum in scriptura priuata debitoris cõtra quẽ agit̃.l.aũt sequẽs.& l.exẽplo.loquunt̃ in scriptura priuata ipsius agẽtis,vt nõ faciat fidẽ ꝓ se: sed nec scriptura priuata cõiuncti facit fidẽ cõtra se,nisi habeat alia adminicula:nũc est vidẽdum quæ sint illa quæ debẽt habere. †In tex.ibi.[instr̃a] largè ponit̃ pro scriptura q̃ inducit̃ ad instruendã cãm.i.ad ꝓbandũ:licet nõ sit de se sufficiẽs:nam & testes largo modo cõtinẽtur appellatiõe instrorũ.' vt l. notionẽ instrumẽtorũ.de ver.sig.strictè verò & ꝓpriè loquẽdo instrm̃ dicit̃ scriptura publica cõfecta manu notarij:quæ fidẽ facit plenã,ꝓ qua sumit̃ in dubio vt j.e.l.cum precibus.& l.scripturas.j.qui pot.in pig.ha. de hoc quid cõtineat̃ appellatiõe instrorũ:vide per Barto.in l.in fraudẽ.§.neq; instr̃a.ff.de iure fis.†publica verò scriptura dicit potest nõ solũ scripta manu publici notarij,sed etiã illo modo aut. quod põt cõtingere sex modis:vt no.in Spe.de instru.edi.§.nũc dicẽdum.& per Bar.in l.admonẽdi.ff.de iureiuran.†In text.ibi. [si nõ alijs quoq; adminiculis.]sed quæ sunt illa? Respõdeo, cõfessio rei,si cõfitet̃ illã scripturã esse manu sua:tũc facit plenã fidem cõtra ipsum:licet neget cõtẽta in ea esse vera:quia stat̃ scripturæ de veritate.nam nõ præsumit̃ aliàs scripsisse cõtra se si nõ esset vera:vt l.gñaliter.j.de nõ nume.pec.nisi in cõtractu mutui. in quo nõ facit nisi trãsacto biennio,in quo põt opponere exceptionẽ nõ nume.pecu.Contra alitũ verò qui habet instrm̃ publicum,cõtra ipsum talis scriptura etiã cõfessata nõ facit plenã fidẽ in præiudiciũ instr̃i:nisi sit trino teste notata.i.subscripta:& recognitæ subscriptiões per illos testes.vt in d.l.scripturas.aliàs de facili possit quis ꝓbare suos creditores cõponẽdo vnã falsam scripturã ad vtilitatẽ alterius:nõ tñ requirit̃ q̃ illi testes interfuerint cõtractui:sed sufficit q̃ viderint eam scribi tpe descripto in ea.& sic si illud tps p̃cedebat tps cõprehẽsum in instro: puta qa obligaueras mihi bona tua,& primò obligasti per instrm̃ publicum alteri,scriptura mea simpliciter solẽnizata præfert̃ publico instro & hoc est secũdũ iudiciũ. †Si verò scriptura neget̃ esse de manu illius cõtra quẽ ꝓducit̃,seu si ꝓducat̃ cõtra hæredes eius: tũc vt fidem faciat requirunt̃ duo.s.cõparatio literarum. Item duo vel tres descripti vel nõ descripti,qui viderint eam scribi per illũ cõtra quẽ ꝓducit̃:& in his duobus cõcurrentibus faciãt plenã fidẽ licet testes nõ deponãt de ipso cõtractu:quia tũc ipsi soli sufficerent:& scriptura esset superflua.& hoc habet̃ in aut̃.de instr.caute.& fide.§.si quis igitur.& plenè no.in aut̃.ad hæc.j.eo.tit.sed si ad alterũ istorũ valet,sola cõparatio & sola certificatio nõ faceret plenã fidẽ:sed semiplenã:vt plenè no.in l.admonẽdi.ff.de iureiuran.per glo.& doct.Et prædicta q̃n cõfessio cõtenta in scriptura cõtinet causam obligatoriã.Si aũt nullam causam cõtinet, vel nõ obligatoriã,etiã si esset cõfessata per scribẽtẽ, nõ valeret. nec ꝓbaret per l.cum de indebito.in fi.ff.eo.& ita sanè intellige glos.hic,super verbo nisi tres: quæ prima facie quem deciperet. †Et vide Bart.in d.l.scripturas,vbi colligit distinctionẽ: sed clarius patet ex his quæ dixi.Potest etiã intelligi hæc l.in scriptura tertij facta ad vtilitatẽ meã,& cõtra te:quia nõ facit plenã fidem siue adminiculũ.Sed quæ sunt illa:patet si esset cõsuetudo q̃ staretur libris mercatorũ de cõtentis in eis inter extraneos:nam frequẽter recurrit̃ ad fidẽ eorũ:quia nõ semper partes volũt notariũ grauare,vel nõ p̃nt.& cõcorditer vadũt ad vnũ mercatorẽ, & faciunt sibi scribi in libro suo qualiter talis & talis venerũt ad talẽ cõcordiã.olim verò stabat̃ libris argẽtariorũ[b] & nũmulariorum: quia statuebãtur ex publico,& nullus poterat erigere banchum sine licẽtia publica,& cum iuramento describendo legaliter sub pœna falsi.& videt̃ mihi q̃ ita seruetur Florẽtiæ:& tunc dabatur plena fides.vt ff.de edẽdo.l.si quis ex argẽtarijs.§.j.& in l.quadam.§.nũmularios.hodie dicit glo.ibi secus. quia nõ deputãtur à publico.Secus ergo si etiã hodie deputarẽtur. Itẽ secus vbi ẽ set cõsuetudo in cõtrarium:nam & talis cõsuetudo facit cessare scripturã publicã:vt in c.cum dilectus.de fide instr. †regulariter c veró priuata scriptura' nõ facit fidẽ:quod dic vt in d.§.nunc dicẽdum.ver.regulariter.in Spe.de instru.edi. Vltimò de notabili glo.q̃ quæ nõ prosunt singula multa iuuãt.vide Bar.in l.j.§.Idẽ Cornelio.ff.de quæstionibus.

1 Scriptura defuncti,an faciat fidem?

2 Scriptura priuata etiam ad utilitatem fisci non facit plenam fidem.

Quid si confecta esset manu officialis deputati per fiscum in camera fiscali:puta camerarij communis,licet non sit notarius? quod diceretur scriptura publica.

4 Si rex,uel dominus haberet sententiam pro se sigillatam sigillo suo,an tale sigillum faciat pro se?

LEX VI.

RAtiones. †Scriptura priuata nõ facit fidẽ pro scribẽte.h.d.vsq; ad versi.eiusdẽ iuramẽtum. cum l.exẽplo.j.eo.& vide bonum tex.cum glo.in l.inter chartulas.j.de cõuentiõ.fisci debi.lib.x.†In text.ibi. [solas sufficere nõ posse.]No.istum tex.q.d.nõ sufficiũt istæ rationes ad plenã probationẽ:tamẽ aliqualẽ fidẽ faciũt:qa sunt scripturæ defuncti.pro quibus magis præsumit̃ quam pro scriptoris viuẽtis:quia nõ est verisimilẽ quod voluerit mori in peccato & si dimiserit librũ apertũ,si nõ cõtinuauerit acta,vnde si creditur defunctũ fuisse bonæ vitæ & famæ scriptura sua in libro rationũ in quo erãt descripta alia facta sua, faceret̃ semiplenã probationẽ:& sufficeret vnus testis cum illa scriptura,vel posset deferri hæredi iuramẽtum in supplemẽtum ꝓbationis si sciebat multa:ita videt̃ intelligere Bar.istũ tex.no.in l.admonẽdi.ff.de iureiurã.†In l.exẽplo.no.singulariter q̃ scriptura priuata etiã ad vtilitatẽ fisci nõ facit fidẽ.hoc exẽplificat̃ per d.l.inter chartulas.q̃ in bonis cõfiscatis reperit̃ scriptura cõspecta de manu illius,cui nẽs aliũ esse sibi debitorẽ:sed si scriptura esset cõfecta manu officialis deputati per fiscũ in camera fiscali,puta camerarij cõmunis cet nõ sit notarius,diceretur scriptura publica per aut̃.ad hæc.de fide instru.quod no.& in l.quædã.§. nummularios.ff.de eli & est in arg.secundũ Cy.†q̃ si Rex,vel dominus habeat sententiam pro se sigillatam sigillo suo,tale sigillum non facit fidẽ pro se contrarium tamẽ dicit:quia princeps potest esse iudex in causa propria.in l.proximè.de his quæ in testa.delentur.

1 Dictio taxatiua negat residuum.

3 Hæres non potest uenire contra iuramentum defuncti:nec ipsum de periurio uel mendacio arguere.

§.Eiusdem iuris. †Iste versi.legitur duobus modis.

primo vt prosequatur eundem sum qui positus est in principio:& tunc nihil aliud est dicẽdum, & differt solum in hoc: quia principium loquitur in eo qui viuens scripsit pro se. Iste versicu. in eo qui moriens fecit scribi pro se,vt ei non stetur:alio modo vt loquatur in eo qui fecit scribi contra se & hæredem suum:quia cum haberet debitorem qui sibi tenebatur in viginti:fecit scribi in decem:vtrum per hoc præiudicetur hæredi,quominus possit petere viginti:si potest probare quod in tantum tenetur.Respondetur quòd non in plus petit iudicat: quia non sequitur tenetur in decem: ergo non in plus. ista enim fuerunt verba enuntiatiua, quæ non disponunt vltra quam sit eorum proprietas:secus si dixisset quòd tenetur in decem tantum non per errorem,sed ex certa scientia:quia tunc valet legasse liberationem in alijs decem.†secundum glo.quæ semper allegatur de significatu dictionis taxatiuę.quia negat residuum:sed si non probaretur quod ex certa scientia:tunc probatio veritatis in contrarium præsumeretur dixisse per errorem.& non præiudicaret:vt j.de falsa causa adiec.leg.l.j. & ita intelligit glos̃.& isto modo intelligendo bene venit ad propositum authentica quod obtinet hic posita. quæ limita vt prius dictum quando non fuit apposita dictio taxatiua:quod non præiudicet sit verum quando testator non iurauit:sed si iurauerit, tale iuramentum in præiudicium hæredis habet vim dictionis taxatiuæ, vt vltra decem non debeantur, & sic hæres vltra decem non poterit plus petere:sed creditoribus ipsius testatoris præiudicet

præiudicat,quin si alia bona non sunt,ex quibus possit eis intergrè satisfieri,possint probare hęredi.& illud debitum petere: qa iurm illius alteri piudicare nō debet:sed duntaxat iuranti & eius hæredi.vt in c.ij.de pact.lib.vj.& vide Bar.in l.cū quis decedēs. §.Titia.ff.de leg.iij. Adde q illa loquitur quādo testator apponit dictionem taxatiuam tantū quod sibi debuerit x.tantū:quo casu præiudicatur hæredi,vt plus petere non possit:siue dixerit scienter,siue ignoranter:sed si iurauit distinguit:an scienter,vel ignoranter,& illud videtur de mente gloss.† Et sic not. quod hæres non potest venire contra iura defuncti.nec ipsum de mendacio vel periurio arguere.vt in l.rem alienam.circa finem.ff. de pign. act.nam iuramentum habet vim clausulæ vt valeat meliori modo quo potest.vt l.cum pater.§.filius matrem.de leg.ij.

¶ *Quando intentio actoris est fundata,tunc probandi onus incumbit reo.*

LEX VIII.

ERruſtra veremini.† Reus non tenetur pbare, sed actor.hoc dicit.Et intellige,vt dixi in l.j.scilicet quādo negat intentionē agentis:& tūc negatio nō potest probari.l. actor. §.eo.secus si eam nō negat fuisse verā,sed dicit hodie non habere locum,quia sublata.& sic excipit affirmatiuè opponendo de solutione,vel de pacto.† Item procedit quando intētio actoris non est fundata,sed postquam fundata erat,tenet probare. vt j.eod.l. siue possidetis,etiā si nō excipiat,sed negat eā.& vult reprobare de falso probationes actoris,vel directo,& sic non possit post dicita testificata,vel per indirectū,& sic bñ posset.vt si probauī q promisisti mihi x.iam est annus in ciuitate ista. & tali mense. Tu vis probare hoc esse impossibile:quia eras,& fuisti continuè Romæ:ita q non potuisti hæc promittere post,etiam per dicta testificata:quia diuisus est articulus.vt in c.series extra de testi.

¶ *Quandocunque quis in libello asserit & allegat aliquid, quod non sit necessarium ad fundandam intentionem suam,nunquam censetur se astringere ad illud probandum,sed solum ad illud quod sufficit.*

Cum appellatur à diffinitiua,non requiritur expressio causæ grauaminis, sed sufficit simpliciter dicere appello,& si sic exprimatur,an debeat necessariò probari?

Clausula in libello apposita,non astringens ad probandam nisi ea quæ sufficiant ad literam causæ,quando aliquid operetur?

Licet in accusatione non sit necessaria appositio diei commissi criminis,uel causæ,sed dūtaxat anni & mensis,si tamen ponatur,an debeat necessariò probari?

Impens contra procuratorem quod est inhabilis,quia minor xxv.an.an ipse habeat se probare quod est minor? & nu.5.

Qui asserit se esse talem,quando debeat probare se esse talem? & nu.4.

Cui incumbit onus probandi ætatem maiorem,uel minorem?

LEX IX.

VM te.† Qui ætatem minorem allegat ad suam intentionem fundandā,debet eā pbare.h. d.Et idē si allegat maiorem.per regulā q̄ est q ei qui dicit incumbit onus pbandi.vt l.ij.ff.e.& no.s.de in inte. rest l.si minorē.siue neget qs agendo,siue excipiēdo.In glo.ij.ibi. [quod non placet.] quia & maior petit restitui.quidā approbant istā opi.dicētes q licet nō habeat necesse allegare vel probare se minorem tempore quo petit restitutionē in integ. sed sufficiat pbare & allegare q fuit minor tpe quo contraxit. si tamē hoc allegauit in suo libello,necesse hoc pbare.quia cēsetur ad hoc se astrinxisse.facit l.habebat.in prin.ff.de īstitoria.† Cy.hic hoc reprobat. dicens(& tenemenți) q q̄cunq; quis in libello asserit & allegat aliquid quod non sit necessarium ad fundādā intentionē suam, nunquā cēsetur se astringere ad illud probādū:sed solū illud qd' sufficiat.ar.in l.quæ.extrinsecus.ff.de ver.obli.& l. scio.ff.de app. nā cū appellat à diffinitiua,nō requirit expssio cāę grauaminis, vel īstrumēto:sed sufficit simpliciter dicere appello: sed pone q expressit aliquā,an habeat necesse pbare? & ibi dicit q nō. & q̄ potiustificare appellationē ex alia causa nō expressa. & p̄ isto dicto vide bonā gl.ī c.ij.extra de rescri.† Procuratores tñ ad maiorē cautelā dicūt in fi.libelli.nō astringēs ad pbandū nisi ea quę sufficiūt ad victoriā tuę cāę.istud limitat qñ allegaret duo.vnū p modū substātię:aliud p modū qualitatis.puta qa dicit testes erratos falsum testimoniū dixisse,& sic petit rescindi snīam,p ea quę not Bar.ī l.diuus.ff.de re iu.Itē idē Bar.ī l.qui reus.ff. de pub.iu. dicit qd' licet in accusatiōe nō sit necessaria appositio diei cōmissi criminis,vel causę,sed dūtaxat anni & mensis.si tñ ponunt, necesse pbare habēt.qd' videt cōtra dictū Cy.Sed hoc ideo est, qa aliud esset maleficium cōmissum alia die, a quàm illud quod cōmissum fuisset die apposita in accusatione:quia diuersitas tēporis diuersificat maleficia.quando tamē maleficiū potest reiterari: puta q vulnerauit, vel percussit.per ea quæ no.in l.Pātonius.§.rei perduellionis. de acqui. hær.ff.Secus qñ nō diuersificaret maleficiū,vel illud qd' in libello deducit:& ità debet intelligi dictū Cyn. In glo.in fi.ibi [vel dic nolebat.à curatoribus liberari.] Aliqui habent in gl.volebat.tu dic clarius.q cū ipse fuisset electus tutor,cum ipse volebat se excusare à tutela,asserebat se inhabilē,qa erat minor xxv. ann.per l.fi.j.q.d.tu.po.† Sed pone aliquis cōparet tanquā pcu. alterius,opponitur sibi q est inhabilis:quia minor xxv.an.per l. minor.ff.de proc.an habet necesse probare se maiorē, ad hoc vt admittatur? an excipiens habeat necesse probare q est minor,ad hoc vt ipse repellatur? videt prima pars verior:quia qui asserit se procu.censetur asserere oīa illa sine quibus nō pōt esse proc. ar. in l.ij.ff.de iu.om.iu.ergo asserit tacitè se maiorē. Et regula est q qui talē se dicit,debet talē se esse probare:vt in l.nō ignorat.j. qui acc.nō pos.& hoc quidā tenuerūt.Pe.tenet contrariū.q imò excipiēs de inhabilitate:qa in excipiendo affirmat:& sic tenet partem actoris.vt in l.in exceptionibus.ff.e.† Nec obstat cōtrarium quia verū est qñ quis expresse aliquid affirmat asserendo se talē. vñ fateor quod cū asserat se procuratorē,debet hoc probare: sed alia quę sunt necessaria vt possit esse pcurator nō habet necesse probare:quia pręsumit,nisi probet cōtrariū.cū edictū de procuratoribus sit prohibitoriū:quia quilibet pōt esse pcu.nisi reperiatur phibitus in iure,& sic habet intētionē fundatam.de regu.iur. qui non excipit non habet intentionem fundatam: nisi doceat. Alij nō distingūt p quę verba opponat ista exceptio:an p negatiua:an per affirmatiua.qd' doc.reprobāt:qa nō curat de mō loquēdi,sed de substātia locutiōis.possunt em esse verba affirmatiua.& tñ importāt negatiuā,vel econuerso.† quod dic per Bar.in l.stipulantē.§.j.ff.de verb.oblig.& l.ij.si ser.ven.& ff. de mino.l. de ætate.in iij.q.principali.vbi declarat cui incumbat onus probandi ætatem maiorē,vel minorem.per hoc patet declaratio sequentis gl.& non esse verum q innuit circa fi.fiendam differentiam an sint verba prolata affirmatiuè,vel negatiuè.

¶ Articulus impertinens. Adde Inn.in c. per tuas. de testi. & in c.j.de confes. libr. vj.gl.in cle.constitutionem.de ele.

¶ *Nō probat hoc esse,quod ab eo cōtingit abesse,& quid si frequēter cōtingat adesse?*

Articulus impertinens non debet admitti:& dicitur impertinens,quando probatus non reuelat intentionem articulantis.& quod per statuta locorum omnes articuli & capitula locorū admittantur: saluo iure impertinentiū,& non admittendorum.

Scriptura priuata facta à parentibus quorum interest,quando probet ætatem?

Quid si confecta sit per tertium extraneum, & an possit notarius rogari ut conficiat instrumentū qualiter hodie natus est tali uxori filius sic nominatus à baptismo?

An possim rogare notarium de magna mundatione aquarum, quæ aliquid destruxisset certa die uel tempore? quis forte mea interest.

Partus sequitur conditionem patris quo ad honores: sed quo ad statum libertatis uel seruitutis,sequitur conditionem matris.

LEX X.

NEque natales.† Licet pater alicuius fuerit ingenuus,nō ppterea probat filiū fuisse ingenuū:quia potuit nasci ex ancilla, & sic esse seruus.cū partus ventrē sequat quantū ad hoc. & ideo si est in possei.seruitutis:quia tanquā seruus ab alio possidetur,necesse habet per alium modū se ingenuum probare. h. d. †Et allegatur ad duo.primò q non probat hoc esse,quod ab eo contingit abesse.vt l.non hoc.j.vnde cognati.glo.dicit verū esse qñ frequenter contingit abesse. secus si frequenter contingeret adesse:vt j.e.l.matrē tuā.Item qñ nec necessariò nec pręsumptiuè concludit:secus si saltē prælumptiuè.nam qui semel fuit dñs, potest hodie non esse:tamen quia præsumitur hodie esse, sufficit q olim fuerit dñs,& allegare q hodie est, & concludit articulus.vt j.eod.l.siue possidetis:sed hic nec necessariò nec præsumptiuè concludit pater meus est ingenuus,ergo & ego sum ingenuus,vel ingenua:cum in hoc non sequatur conditionē patris: & aliquis me possideat vt seruū,& vide Bal.in d.l.nō hoc.† Allegatur etiā q articulus impertinens non debet admitti.dicitur autem impertinens.qn probatus non releuat intentionem articulantis.vt j.e.l.ad probationē.& l.momentaneæ.s.qui legiti. personam.& l.si quis libertatem.de pet.hær.ff. Statuta verò locorū volunt quòd omnes articuli seu capitula admittantur: cum protestatione saluo iure impertinentium, & non admittendorū.ad

a ¶Probatio autem. q̃ dicatur probatio eui dens. vide per Cardi. Ale. in c. ſi cuius. in j. no. xxxiij. diſt.

b ¶De ſubſtantia. An ſit de ſubſtantia contract⁹ emphyteu. vide in l. j. & ibi Bald. et Ia. C. d̃ iu. emphy. & Bal. in rubrica. C. de cõd. ex lege. & an ſit de ſubſtantia gratiæ cõceſſæ p̃ Papã. vide per Inn. in c. paſtoralis. de reſcri. arch. in prõe. vj. gl. & Doc. in c. dudũ. de ſepul. & Bal. ff. humanũ. in fi. & in l. fi. C. de ſer. con. manumi. Bal. in l. ſi qua per calũniã. i ij. co. C. d̃ epi. & cle. Bald. in l. fi. j. col. C. ſen. reſcri. non poſ. ſ. l. falſus. i xj. co. C. de furtis. in l. fin. ff. de cõſti. prin. & in l. Idẽ vlpian⁹. ff. de excu. tu. Rota. deciſio. cccclxxxj. inci. Signata ſupplicatiõe. i antiquis. deci. ccccxxij. inci. licet Romana in antiquis. & dec. ccccl vj. inci. circa ſecũdũ dubiũ in antiquis. & an ſit d̃ eſſentia legis vide p̃ Bal. i ſ. omnẽ. iſti. de iur. natu. Ang. d̃ ar. i ſ. ex nõ ſcripto inſti. e. ti. Io. an. in regula nemo põt. de regu. iur. li. vj. i mercur. Io. an. in addi. Spe. in rub. de cõſti. Anto. de Bu. in c. fi. in v. colũ. de conſue.

c ¶Quid ſit poſſeſsio vacua. Adde gl. i l. fi. C. vñ vi. Sali. in l. impba. in j. no. C. de acqui. poſ. & q̃ dicatur poſſeſsio adẽpta. vid̃ in c. ſi quis tã träslat⁹ xxj. q. ij. glo. i c. ſi tibi cõceſſe de p̃be. li. vj. Car. in cle. ſi plures. i ij. col. eo. tit. & q̃ dicatur poſſeſsio. vacãs. vide per Franc. pauí. in tract. de poteſtate. c. ſede vacã. in prælud io. in fi. v. col. verſi. & q̃ dicat vacãs poſſeſ. & qũo ſit intelligenda poſſeſsio pacifica. vide per pau. de Ieaza. in cle. grätiæ. d̃ reſcri. & ibi Car. zaba. in xiij. quæſtiõe.

hoc vt lites abbreuient: quia ſi diſputaretur de ptinẽtia & impertinẽtia, cõtingeret multum cauſam differri. de iure tamen cõmuni non debet hoc fieri. vt not. in c. cũ contingat. de offi. dele. quia durat inſtãtia triẽnio, & in curia Romana nõ ſeruat: imò diſputatur, & capitula impertinẽtia repellunt. ideo contingit ſæpe fieri appellationes ab interlocutorijs, & lites fieri quodãmodo immortales. In tex. ibi. [pro filiæ tuæ ĩgenuitate.] Tu ſupple naturalis tantum quã ſuſcepiſti ex quadam muliere quã Titius aſſerebat, fuiſſe & eſſe ancillam ſuam, & ſic iſtam filiam vnã eſſe ſuã ancillã, & eam tanq̃ ancillam poſsidebat, & tu eam petebas p̃ act. præiudicialem. iuxta ea quæ not. in l. j. §. per hãc. de rei ven. ff. & de lib. agn. l. ſiue. §. quia
4 Plaucianum. †In prima glo. ibi. [& quibus conſulibus.] & quo tempore. & not. q̃ talis ſcriptura etiam priuata probat ætatẽ. vt in l. ij. §. j. ff. de excu. tut. quod eſt verum ſi eſt facta à parentibus quorũ intereſt, & qui cõ ſueuerũt tales ſcripturas facere de natiuitate filiorũ. vt j. e. l. non epiſtolis. in verbo ſed
5 natalibus. †Sed quid ſi ſit cõfecta per Titiũ extraneum? Puta rogo notarium vt conficiat inſtrumẽtum qualiter hodie natus eſt tali vnus filius ſic nominatus à baptiſmo: an iſtud inſtrumentum probet? nam notarius ſolet rogari de actibus qui geruntˉ à rogante, vel à rogantibus. puta de contractibus qui geruntur conſenſu duorũ. ideoambo debent rogare, vel qñ eſt actus qui dependet ex volũtate vnius: puta proteſtatio, ſufficit rogatio illius tantũ: ſed natiuitas alterius non dependet ex voluntate hominũ: ſed ex natura vel naturali curſu: an de hoc poſsit rogari notarius? vide de p̃dictis in ad di. Spe. in tit. de inſtr. edi. §. poſtquã. ver. & breuiter. qui videt dicere tunc q̃ nõ. niſi de mandato iudicis. & iſtum caſum habui de
6 facto. †Eodem modo ſi vellet rogare notarium de magna inũdatione aquarũ, quæ affluxiſſet certa die, vl' tẽpore: quia fortè mea intereſt: ſi fortè conduxi prædiũ, & locator nõ vult mihi remittere dictã penſionẽ propter inundationem, & perditionẽ fructuũ: an poſsim hoc probare per inſtrumentum? nam nõ ſufficit q̃ ego ſolus rogẽ ſine iudicis authoritate: Tene menti. †In glo. fin. ibi.
7 [ne de ſtatu defun. l. ſi pater.] dic q̃ in honoribus gerendis filius ſequitur cõditionẽ patris. vt ibi: ſed in libertate vel ſeruitute ſequitur conditionem matris. vt ſuprà de rei vendi. l. partum.

LEX XI.

1 SI ſcriptum. †In dubio præſumitur pro teſtõ. niſi contra ipſum probet. h. d. Bar. Et not. q̃ ſi ſcriptus hæres petat ſe mitti in poſſeſ. bonorũ & aliquis ad impediẽdũ miſsionem ſine poſ. allegat defectum teſtamẽti, vel ex perſona teſtatoris. quia non poterat teſtari, vel hæredis. qui erat incapax, vel præteritionis filij in ptãte: vel filialitatis in vſibus. nõ audit, etiã ſi velit probare iſtos defectus. qui potius concernunt iudiciũ petitoriũ quã poſſeſſorium: & requirunt altiorẽ indaginem. vt l. ij. j. de edi. diui adri. tollend. ſecus ſi allegaret defectus viſibilis: quia eſſet inſtrm cãcellatum, vel vituperoſum. vt in l. edicto. e. tit. Si verò erat qõ proprietatis, quia agebat petitiõe hære. habet locum iſta l. quia p̃ hærede ſcripto p̃ſumit: & pro teſtõ, niſi probetur contrarium. ſiue ipſe agat contra aduerſarium poſsidentem. & ſiue econuerſo aduerſarius nõ poſsidens agat contra ipſum poſsidentẽ. hoc vult gl. hic

s ¶ *Probationum ſpecies quot ſint. remiſſiuè.*

3 *Inſtrumentum, uel ſcriptura, an ſit de ſubſtantia contractus?*
4 *An ante rogatum contractus dicatur perfectus, ſi prius erat facta certa conuentio inter partes?*
5 *Poſſeſsio uacua quæ ſit?*
6 *Quæ ſit poſſeſsio libera?*
7 *An uenditor teneatur ad transferendum uacuam poſſeſsionem?*
8 *Quid in quaſi domino, & ſic publiciana?*
9 *An requiratur traditio ut emptor habeat publicianam?*
10 *An ad probationem dominij ſufficiant iſta quatuor. ſ. titulus, traditio, tranſlatio poſſeſsionis uacuæ, & ſolutio pretij?*
11 *Cum ago actione reali contra illum à quo habeo cauſam, uel contra aliquem qui habet cauſam ab eo, non poteſt mihi referre quæſtionem dominij.*
Quid econtrà ſi ille à quo cauſam habeo tanquam à domino, agat contra me tanquam dominus.
12 *Emptor quomodo probabit q̃ uenditor erat dominus?*
13 *An eoipſo q̃ quis poſsidet, uel poſsedit, præſumatur dominus: & an uerificet ſi celat poſſeſsionem?*

LEX XII.

1 CVm res. †Ad ſubſtãtiã cõtractus regulariter nõ eſt neceſſaria ſcriptura, vl' iſtrm: & ideo licet quis careat inſtrumẽto, poteſt probare cõtractum per teſtes. & ſi allegat ſe dominum ex cõtractu emptionis, debet probare q̃ emit. & q̃ res fuit ſibi tradita. & q̃ poſſeſsio erat vacua. & q̃ ſoluit pretium. ſupple. vl' habita fuit fides de pretio. h. d. nam ſi probaret titulum, ſimplex traditio etiam facta à domino nõ ſufficeret ad tranſlationem dñij. vt in l. nunq̃ nuda. ff. de acqui. re. do. Item titulus ſine traditione etiam habitus à domino, nõ ſufficeret. vt ſ. de rei ven. l. penul. & de pac. leg. traditionibus. & ff. de rei ven. l. ſi ager. Item traditio ſi nõ fuiſſet trãſlatiua poſſeſsio vacua, & vendẽs nõ eſſet dñs, & ſic nõ trãſtuliſſet dñiũ nõ ſufficeret ad pręſcribendũ: & ſic nec ad acquirẽdũ dominiũ nõ probato quod vendens eſſet dominus, licet probaret vãditionem, & traditionẽ, & longũ tẽpus, nõ eſſet dñium probatiſecus ſi probet vacua poſſeſsio: nã traditio põt fieri ſine tranſlatione poſſeſsionis. vt l. ſi fundũ. ff. de fundo do. cũ ibi no. Item d̃ oĩa iſta nõ ſufficerẽt, ſi nõ probaretur nũeratio pretij, vel fides in
2 bita. vt inſtit. de rerũ diui. §. vẽditæ. †In text. ibi. [cum res.] id eſt contractus, vel obligationes. quia geruntur & conficiuntur conſenſu partium: licet inſtrumentum adhibeatur ad probationem.
a probatio aũt ' multis modis fieri põt. Nam ſunt. xiij. vel xiiij. probationum ſpecies quas ponit Spe. eo. tit. §. fi. Et adde hic ad id quod dixi ſuper rubrica. aliquando tñ fallit in caſibus in quibus
3 ſcriptura eſt neceſſaria. qui not. in l. cõtrahit. ff. de pig. † Oppo.
b j. gl. q̃ imò inſtrumentum, vel ſcriptura ſit de ſubſtãtia ' contractus & anteq̃ ſcriptura perficiat nõ dicat cõtractus celebratus vt j. de fi. inſtr. l. cõtractus dicit gl. q̃ illud eſt verũ qñ apparet ſa ſe actũ inter partes q̃ contractus celebraret in ſcriptis. Secus q̃ non fuiſſet actũ. exponit quũ pro quando. & vult dicere q̃ quando inter partes res non gerit per inſtrumẽtum: quia nõ fuit actũ
4 &c. vel ſtat propriè: & ſic ponit rationem eius quod ſequit. † Sed aduerte quia quotidie contingit q̃ partes faciunt mercatum de aliqua re in pręſentia teſtium pro tanto pretio: & vtraq̃ pars cõſentit q̃ illa res ſit vendita pro tanta quãtitate, & quod debeat cõfici inſtrumentũ. quia fortè tunc nõ habẽt notarium præparatũ emptor: poſtea petit cõfici inſtrm, vẽditor nõ vult, dicẽs ſe pœnituiſſe, & potuiſſe pœnitere: q̃ a videt fuiſſe actũ q̃ cõtractus celebraret ĩ ſcriptis, poſtq̃ fuit dictũ q̃ debeat notarius rogari: & ſic añ rogitũ cõtractus nõ eſt pfectus: nec vẽditio facta adrõciuãda de faciẽda. put ĩ ſimili habet ĩ l. fidecõmiſſa. §. fi. ff. de legã. ſ. quid iuris? & habui iſtũ caſum Florẽtię. & pluries vidi de facto. & p̃ iſta pte ego allegabã talẽ rõnẽ. ſi poſt primũ mercatũ facti ĩter partes notarius rogaret, ille notarius apponet in inſtr. nõ dũ mercati facti, ĩ quo ipſe nõ interfuit: ſed diẽ ĩ quo cõfecit inſtrm & dicit q̃ talis tali die vẽdidit talẽ poſſeſsionẽ: ergo prius vẽditio nõ erat facta: nã partes q̃ cõficiat iſtrm, cẽſent tacitè egiſſe q̃ in inſtrõ apponat dies quo notarius fuit rogatus, & quo inſtrm cõfecit. aliũ verò diẽ nõ ponit. quia nõ debet recipere rogitũ nili de his q̃ fiunt in ſui pñtia. Sed tunc dicit vẽditor ie velle vẽdere, & emptor emere: ergo prius nõ fuit facta vẽditio: tñ multi ſentiunt cõtrariũ. & fundant in iſta l. & in d. l. contrahit. nõ conſiderãtionẽ p̃dictam: & iſtud credũt eſſe euangelium. tangam in Le
5 tractus. † In glo. magna. pro cuius declaratione q̃rit de pluribus
c & primò quid ſit poſſeſsio vacua ' de qua fit mentio in tex. gl. remittit ad l. ij. ff. de ac. emp. dic q̃ illa eſt vacua poſſeſsio, ſi qua nõ

lus alius participat. si aũt participat: & habet possessionẽ, neutra dicetur vacua. Item si vnus habet ciuilem & naturalem, alter detentationem: quia esset missus in tenutã ex primo decreto, non dicereť vacua. vt in d. l. ij. † Quæ aũt sit possessio libera. [a] dic q̃ si la q̃ à nemine turbatur. aliàs secus. posito q̃ nullus participaret sed duntaxat turbaret, vt l. vim facit. ff. de vi & vi arma. & ibi per Bar. in l. Mæuius. §. eũ qui. de le. ij. seu in §. fundo † Secũdò quæ ni, an vẽditor teneať ad transferendũ vacuam possessionẽ. conflat aũt q̃ bñ teneť tradere: & ad hoc principaliter cõtrahiť obligatio exẽpto: vt in l. j. in prin. ff. de act. emp. Itẽ certũ est q̃ nõ cõtrahitur ad trãslationẽ dñij. si eñ vẽditor tradit, & emptori nõ liceret tenere, nõ teneť vẽditor in plus quousq; res sit euicta: licet dominiũ nõ sit trãslatũ: vt l. j. ff. de rerũ p̃mu. Sed dubiũ est an teneatur trãsferre possessionẽ vacuã. & aliàs nõ sit liberatus tradẽdo. g. hic dicit q̃ trãslatio dñij nõ est necessaria: nec trãslatio vacuæ possessionis: ga si vẽditor est dñs, & tradat, quæ traditio facti est licet nullã possessionẽ trãsferat: ga nõ erat apud eũ. nihilominus trãsfert dñiũ. vt est text. cũ gl. in l. fundũ. ff. de fundo dota. & hęc est cõis opi. Sed qõ est an sit liberatus: & sic an obligatio esset cõtra ad translationẽ possessionis, licet nõ ad trãslationẽ dñij. Breuiter videť q̃ sic p̃ istã l. ij. de act. em. quod est verũ si habet facultatẽ eã trãsferẽdi: vel etiã si nõ habet, & ipe asserebat se habere: vl emptor ignorabat eũ nõ habere. al's si sciebat emptor eũ nõ habere facultatẽ, nõ teneť: vt l. si cũ fundũ. §. fi. ff. de cõtrahẽ. emp. & in l. fi. de ac. emp. in fi. qd ergo hic diciť qd trãstulit vacuã possessionẽ, nõ hic significat vt sit hoc necessariũ ad translationẽ dñij: sed significat q̃ vẽditor ex pte sua fecit qd debuit: & ad qd erat obligatus. † Sed q̃ro extra gl. qd & de quasi dñio: & sic de publiciana, an ad hoc vt in emptorẽ trãsferat quasi dñiũ, sit necessaria trãslatio vacuæ possessiõis? vr̃q nõ. ga iudicant ad paria. vt l. cla uibus. ff. de cõtrahẽ-em. In cõtrariũ. ga quasi dñiũ & publicianã trãsferunt in emptorẽ vt possit vsucapere vl p̃scribere. ille aũt q̃ vsucapit vel p̃scribit, diciť habere quasi dominiũ & publicianã. similiter qui non præscribit: sed sine possessione vacua quis non pot præscribere. licet habeat titulum. vt l. sine possessio. de vsuc.

[b] Dic q̃ aut est casus ĩ quo ex solo titulo trãsfertur dominiũ [b] sine traditione. puta causa legati: & tũc sicut si testator esset dominus, transfertur dominium in legatariũ sine traditione, & sine possessione per secundam adi. hæredi. vt in l. à Titio. ff. de furtis. ita & si ille erat quasi dñs, & p̃scribebat, trãsferť quasi dñiũ in legatarium: & etiam publiciana q̃ cõpetebat defuncto. vt in l. j. §. j. ff. de pub. & in l. Celsus. de vsuca. sed si testator non habebat quasi dñium, nec pub. quia non habebat titulum: tũc si legatarius vult incipere vsucapere à se ex titulo pro legato, necessaria est traditio & trãslatio possessionis, & idem si erat casus in quo dominiũ sine traditione non transferebatur. de ista quęstione tangitur per Bar. in d. l. Celsus. † Quærit autem Cyn. hic an requiratur traditio vt emptor habeat publicianam, quæ quæstio est inepta: quia text. hic expreisè dicit quod traditio requiritur. in l. traditionem. ff. de publicia. cum l. præceden. §. vltimò. sed credo quod voluerunt quærere: & de quo s. dixi. an requiratur traditio, scilicet cum translatione vacuæ possessionis. † Vlterius quæritur in gloss. in verbo. Item dum dicitur Placentinus. an ad probationem dominij sufficiant ista tria quæ ponuntur hic in text. vel (vt dixi) sunt quatuor. scilicet, titulus, traditio: translatio possessionis vacuæ, & solutio prætij. Placen. dixit quòd sic. per istum textum. aliàs frustra Imperator loqueretur gloss. tenet contrarium. quòd sic: text. debeat suppleri vt ista sufficiant: dummodo probetur etiam quòd venditor erat dominus. Nam & in alio recipit suppletionem. dum dicit de solutione pretij. quia subauditur vel qd fuerit habita fides de pretio: vel si noluerunt supplere etiam re-uenia ad venditorem, & emptor ageret rei vendicatione contra eum vel contra hæredem eius: nam non posset dicere istum emptorem non esse dominum, cum habuit causam ab eo. vel auctore suo tanquam à domino, & asserente se dñm. vnde allegaret turpitudinem suam. quod facere non potest. † Not. istam glo. q̃ cũ ago contra illum à quo habeo cãm actiõe reali, non potest mihi referre qõnem dñij. Ideo si agerem hypothecaria cõtra debitorẽ, nõ habeo necesse probare illum fuisse dñm tẽpore obligatiõis. qa obligauit tanquam dñs: & sic asseruit se dominũ, nõ pot tunc dicere contra. vt not. in l. j. in prin. ff. de pigno. Sic nec econtrà si ille à quo cãm habeo tanquam à dño, agat contra me tanquam dñs, non possum sibi referre quæstionem dñij: [a] vt no. in l. ita vt si fur. ff. cõmo. & vide bona iura quę allegant ad hoc in Spe. de locato. §. nunc verò aliqua versi. lij. pro hoc. j. eo. l. siue posidetis. vbi non solũ qñ ago contra eũ à quo habeo causam, sed etiã si contra illum qui habet causam ab eodẽ à quo etiã ego habeo tanquã à dño, nõ pot mihi referre quęstionẽ dñij. facit qd no. in l. si alienã. ff. sol. ma. & vide quod ibi plenè no. p̃ Bar.

12 † Sed qũo probabit emptor q̃ vẽditor erat dñs? Rñdeo probãdo q̃ possedit tanto tpe cũ tit. & bona fide, q̃ potuit acquirere dominiũ: posito q̃ non esset dñs. & si hoc non posset p̃bare, sufficeret q̃ p̃baret se tanto tpe possedisse cũ iusto tit. & alijs de quibus [b] hic. q̃ potuit præscribere, si ista non posset probare Bar. videtur inducere alium modũ probãdi dñium in l. si rem mobilẽ. ff. de

13 acqui. pos. † Vltimò Placen. dixit per hãc [c] l. q̃ eoipso quod quis possidet vel possedit, præsumiť dñs. sicut ŝ. eo. l. ij. quæ loquiť de eo qui possidet de præsenti. illa verò de illo qui semel possidet: quia emit & fuit sibi tradita & trãslata vacua possessio. & diciť hic q̃ hoc sibi sufficit ad vendicandũ: ergo præsumiť dñs. Gl. rẽprehẽdit: quia illa l. debet suppleri. vt dixi. & similiter in l. ij. ŝ. e. nã cũ sint diuersa. vt in l. naturaliter. §. nihil cõe. ff. de acquir. pos. nõ sequiť possideo: ergo sum dñs. & q̃ possessio præterita nõ sit sufficiẽs ad probationẽ. patet ex no. per Bar. in l. pe. de condi. insti. ff. & per Io. and. in nouel. in c. illud. de præsum. aliàs facile esset à quolibet possessore rem auocare per illũ qui semel possedit. si tñ nõ agat rei vendicatione, sed agat possessorio recuperãdæ ex l. cũ querebatur. j. vnde vi. videť q̃ si probẽ me aliqñ possedisse tit. & bona fide, & tũc reperiť possessio apud te: & ego dicã q̃ illa pos. est clandestina, & occupata me absente, debeo vincere. nisi probes iustã causam possidẽdi per ea quæ ibi no. & per Inno. in c. sæpe. de restit. spo. possessio verò de præsenti aliqñ sufficit præsumptiuè ad p̃bandum dominiũ. & non deducitur principaliter propter se, sed propter aliud. vt dixi in l. ij. & probatur in l. penul.

[a] ¶ Quæ aũt sit possessio libera. adde Doc. in l. meminimus. ff. de leg. iij. & quę dicatur possessio momentanea. vide gl. & doc. in l. j. C. si de momẽ. pos. & glo. in c. cũ ad sedẽ. de restit. spo. & quæ dicať possessio irreuocabilis vide p̃ docto. in c. prout. de dolo & contu. & quę dicať possessio colorata, & quæ incolorata. vide p̃ doc. in c. ij. de cõcess. p̃bẽ. L. ap. alleg. xxj. inci. an valeat collatio. & alleg. ciij. incip. sæpe mihi.

[b] ¶ Solo tit. trãsfertur dñium. adde l. pe. C. de rei ven. l. traditionibus. C. de pac. & Iason in l. si ex stipu. I j. no. ff. de acq. possi.

[c] ¶ Filiatio naturalis. Qualiter probetur filiatio. vide gl. & Inno. in c. michael. de fi. presby. Inno. in c. qm̃ cõtra. de p̃b. An. de bu. ĩ c. trãsmissę. q filij sint le. Bart. in l. j. in §. j. ff. de lib. agno.

2 ☞ *Filiatio naturalis qualiter contrahatur, & qualiter filiatio ciuilis.*

3 *Qualiter constituatur quis in possessione consanguinitatis? & nu. 1. & 4.*

4 *Sicut reperitur possessorium filiationis, & paternitatis, an ita & possessorium fraternitatis, uel sororitatis, uel alterius consanguinitatis?*

5 *Epistola, quando inducat dispositionem, seu probationem;*

LEX XIII.

1 NOn epistolis. † Per literas assertorias consanguinitatis non inducitur consanguinitas, nec probatur: simpliciter propter aliud sunt emissæ. h. d. † In text. ibi. [sed natalibus.] q̃ quis

2 sit natus ex legitimo matrimonio: & tunc cõtrahitur filiatio naturalis: [c] vt in l. filium de his qui sunt sui vel alie. iur. In text. ibi. [vel adoptionis.] & tunc cõtrahitur filiatio ciuilis. In text. ibi. [quasi ad sororẽ:] Ista fuerunt verba enuntiatiua emissa principaliter propter aliud. i. pro diuidẽda hereditate. † In tex. ibi. [an-

3 cillã te posse probare cõfidis.] ergo ista verba præiudicium faciunt proferenti: quia transferunt in ipsum onus probãdi. dic q̃ ista erat in quadã possessione cõsanguinitatis. aliàs secus. Si aũt verba enuntiatiua fuissent emissa principaliter propter se, constituerent etiam illam in quasi possessione causa ingenuitatis, vt no. in l. quam allegat de liber. agno. l. j. §. Iul. per Barto. Idem videtur quando principaliter propter aliud si pluries fuerũt repetita: vt idem Bar. no. in l. cum scimus. j. de agri. & cen. Item cõstituitur quis in quasi possessione consanguinitatis, quando fuit habitus & tractatus tanquam cõsanguineus. vt in l. ij. §. j. & ij. ff. de

4 quæstioni. & no. in d. §. Iulia. † Et dicit hic Cy. quòd sicut reperitur possessorium filiationis & paternitatis. vt l. siue cõtra. §. quia plautianum. ff. de liber. ita reperitur possessorium fraternitatis, vel sororitatis, vel alterius consanguinitatis. vt sic illa quasi possessio releuet ab onere probandi. In contrarium: quia non est possessorium dare. vbi non est dare petitorium: quia inter pa-

a ¶ Epistolæ. Adde hic quæ p ené notaui in materia ī repetitiõe. l. admonẽdi. ff. de iure iuran. & ibi vide per scribentes. & adde q̃ licet epistola principis habeat vim legis l. fi. de lega. j. & l. j. ff. de constit. princ. Tñ inferioris á principe non habet vim legis. ita Ang. in l. j. ff. de ser̃is. & Alex. de Imo. a latè in consil. xcvij. col. ij. in prin. ī ij. vol. ver. & primò dum dicitur. Franc. cur. ad de de hoc enã & dic vt per Fely. in c. j. col. iij. ver. in tex. ibi epistolæ de proba.

b ¶ Hinc est adde eandẽ Paul. de ca. & Ale. in l. eũ qui §. in popularibus. ff. de iureiur. & Ale. in l. j. §. j. col. ij. ff. de fer. Bald. in c. de testi. extra de testi. Imo. & Ant. de But. ī c. cãm. de ele. & per Phi. Frã. ī c. ex parte de ap. Ang. are. ī trac. malefi. ī ver. q̃ iudex iussit carcerari. col. fi. in fi. & Ang. de peru. in suo cõs. clxx. Cur.

trem & filium est dare petitorium & actionem præiudicialem, per quam petatur declarari quem esse patrem, vel filiũ suum: nimirũ etiam si reperiretur possessorium, nõ sic etiam reperiretur in alijs coniunctis. hoc declara per Bar. in d. §. quia plautianũ. Cy. dicit hic ita secundũ Pet. fuisse obtẽtum vltra montes per glos. quæ est hic. quæ dicit ideo isti fratres probant q̃ illa erant in possessione filiatiõis legitimæ & naturalis. † Tractat hic Cyn. de effectu epistolæ a dicẽs q̃ aliq̃ continet dispositionem, & aliquãdo enuntiationem. primo casu si est talis dispositio quæ posset fieri inter absentes; & cõtractus qui consensu contrahuntur, inducit epistola dispositionem. vt ī l. quidam. §. qui autẽ. de consti. pecu. secus si non poterat fieri inter absentes. vt stipu. l. j. in prin. ff. de verbo. obli. Secundo casu aut enuntiatio fuit emissa principaliter propter se & inducit p̃sumptionẽ. vt in l. publia. §. fi. ff. depo. aut principaliter propter aliud, & tunc secus. vt hic in text. & in fi. huius gl. primæ.

☞ *Si quis fuit appellatus filius, an per hoc constituatur in quasi possessione filiationis.*

LEX XIIII.

1 **N**On nudis. † Lex præcedens loquit̃ de verbis emissis inter patrem & sororem. hic de emissis inter patrẽ filiũ. & sic dicta in præcedenti. l. cadunt hic. iste tex. videtur probare q̃ assueueratio faciat præiudicium quantũ ad transferendũ
2 onus probandi. sed glos. ff. dicit q̃ illud erat hic ex eo: † quia ille in quasi possessione filiationis erat, non ex eo tantũ q̃ fuerat appellatur filius, sicut in l. præcedenti erat in possessione fraternitatis. Alij autem quia ex sola appellatiõe constituitur in quasi possessione filiationis. Tu distingue vt dixi in l. prẽce. dicit aũt Bart. in §. Iul. aliàs est quod senatusc̃. l. j. ff. de libe. agno. q̃ si verba enũciatiua cõtinent aliquid quod non cadat nisi in filium; puta exhæredationem, quòd illa inducant quasi possessionem.

2 ☞ *Contra agentem possessorio, an possit excepi de priori uiolentia? & nu. 1. & 4. Spoliatus si agat rei uendicatione contra spoliatorem, sufficit sibi probare possessionem & spoliationem: nisi fuisset in possessione uiolenta. uide tamen numero. j. & 4.*

3 *Secunda uiolentia, an & quando absorbeat primam.*

4 *Carceratus indebitè potest appellare, elapsis decem diebus.*

LEX XV.

1 **V**Is eius. † Violenta pos. non releuat possidentem ab onere probandi. h. d. Not. & pone casum q̃ quidam qui esset in quasi possessione libertatis, fuit occupatus per quendam asserentem se dominum ipsius propria authoritate: & sic violenter iste post aliquod tempus aufugit ab eo: & sic recuperauit statũ libertatis. similiter violenter ille qui occuparat eum petit à iudice illum compelli ad redeundũ: asserens illum esse suum: & ad hoc probãdũ inducebat qualiter per prius possederat eũ tanquam suũ: & quod ille spoliauerat eũ quasi possessione seruitutis, & dicebat hoc sibi sufficere ad probandã seruitutem. per l. si quis emptionis. §. sed hæc super, j. de præscrip. xxx. ann. vbi si ago rei vendi. cõtra illũ qui me spoliauit, nõ habeo necesse aliter p̃bare dñium. sed sufficit probare meipsum aliq̃ possedisse, & eundẽ me possessione spoliasse. Itẽ inducebat. l. j. C. vbi causa status. vbi si aliquis aufugit à pos. hoc cõperto debet sibi restitui: & postea de proprietate disputabit̃. Ille verò allegabat quod possessio illius nec p̃desset sibi ī possessorio, nec in petitorio: quia fuerat violenta q̃ ille per prius ipsum p̃pria authoritate occupauerit. Imperator p̃mittit qd̃ possessio violenta non p̃dest ad transferandũ onus p̃bandi in aduersarium: & ideo si verũ est quod asserit̃ q̃ iste aufugit ab illo possessore: & ipe possessor ipm violẽter per prius occupauerat. debet discuti p iudicem, & inquiri vtrum ante primam occupationem ille occupatus esset in possessione libertatis bona fide. & tunc illa occupatio fuit iniusta, & possessio fuit violenta: ideo etiam si iuraret, non prodesset sibi ad releuandum ipsum ab onere probandi. eodem modo non prodest ad onus probandi transferendũ in ip̃m fugientem: quia inspicitur prima violentia. quæ non auferetur p secundam. quasi dicat, si ante primam violentiã commissam per occupatorem ille fuisset in possessione libertatis mala fide, non attenderetur illa occupatio prima, sed fuga: & sic non prodesset isti fugienti quod esset in possessione libertatis: quia est possessio violenta. Et primò præmittit vnum ad euidẽtiam vsque ibi. [et igitur.] postea repetiti propositionem factam per quẽrentẽ vsq ibi. [inquisito prius.] Tertiò declarat quæ sint partes iudicis opposito contra istum textum. primò de l. j. suprà. vbi causa status vbi sufficit possessori probare fugam: cum sibi debebat incontinenti restitui: & non audiatur fugiens de libertate, quousque sit restitutus priori possessori. lex illa limitatur per istam. quando ille a quo quis fugit possidebat prius licitè, & nõ violenter. hic secus.

2 † & ideo contra agẽtem possessorio ex illa l. potest excipi de priori violentia. per hãc l. tamen hic non agebatur possessorio, sed petitorio: vt patet in princ. dum dicit. [qui se dominum coactẽ.]

3 † Sed tunc oppo. de dicta l. si quis emptiõis. §. sed hoc super illo. Solu. eodem modo si spoliatus agat rei ven. contra spoliatorem, sufficit sibi probare possessionem & spoliationem seruitutis: nisi fuisset in possessione violenta per hanc l. not. Secundò opp. secundo: quia secunda violentia absorbet primam quando committitur ex interuallo. vt in l. j. §. qui vi. & l. qui possessionem. in vlti. glos. ff. de vi & vi arma. sed hic licet seruus prius violenter occupatus fuerit, iste occupatus postea violenter aufugit: & sic sublata est prima violentia, quia non licuit propria authoritate aufugere, sicut non licuerat propria authoritate occupare. Sol. & tenet mentem illud procedit in rebus inanimatis: quia si primò te spoliaui possessione fundi, & sic habes interdictum vnde vi: contra me, deinde ex interuallo tu me spolias, perdis interdictum quod habebas: & ego acquiro interdictum vnde vi contra te: quia mea violentia est purgata propter tuam. vt etiam. not. per Doct. in l. j. ad se fundum. j. ad legem Iul. de vi. sed non procedit in personis animatis. vt in homine violenter possesso: quia ista violentia non absorbetur propter secundam: sed potius econtra secunda violentia fugæ non attenditur propter primam violentiam in occupando: & hoc fauore libertatis. casus est hic singularis: licet non declarẽt per Doct. bñ tamẽ dicit Bar. hic vnum verbum per quod illud innuit̃ q̃ si aliquis per ptãtem fuit indebitè captus, & indebitè detinet̃: si fugit, non præsumitur probata iustitia primæ detentionis. Glos. vltima quærit de intellectu literæ in versi. [inposito prius.] & ponit tres expositiones. tene vltimam. quæ adaptatur literæ. vt debeat inquiri an iste ante primam occupationem esset in possess. libertatis bonafide, an non. quo reperto apparebit an huic seruo licuerit propria authoritate auferre, vel non: & hoc reperto apparebit cui incumbat onus probandi in petitorio. sicut in simili dicitur in l. exitus controuersiæ. de acquiren. pos.

4 † Paul. Castr. iuris vtriusque docto. die v. Maij. M.cccxxxv. Vel dic subtiliorem rationem quòd quando prima violentia committitur in retentione personæ quotidie renouatur. Hinc b est q̃ semper potest appellari, si facta est per iudicem post x. dies à tempore primæ capturæ: quia non appellatur ab illa. sed ab illicita retẽtione, q̃ hodie fit. vt not. Spec. de retentionibus. §. restat. vers. sed non secundũ Vicentium. & ver. quid dicis. bene facit quod not. ff. de serui. & aqua. l. ij. in glos. quæ incipit. & sic x. annis media medium. ibi dum dicit pro præsenti tuitione. & quod not. in eũ qui. §. in popularibus. ff. de iureiur. & l. j. §. interdũ. ff. de vi & accrescendo. Secunda ergo violentia quæ committitur in fugiendo non potest dici q̃ committatur ex interuallo, imò incontinenti, habito respectu ad primam capturam, sed ad detẽtionem quæ fiebat tempore fugæ. & ideo ista secunda non absorbet primam violentiam. vt in ll. ff. alleg. quia tunc absorberet quando ex interuallo. & istam rationem sentit hic Bar. licet non alleget ea quæ ff. allegaui. qui etiã dicit quãtũ ad intellectum. l. si quis emptionis. §. sed hoc super illis. de præscriptio. xxx. ann. non esse verum nisi distinctè q̃ agens rei ven. contra spoliatorem non haberet inde p̃bare dominium, sed sufficiat probare possessionem precedentem & spoliationem: licet Bart. videatur hic sentire nisi possessio precedens fuerit longæua: & ita intelligit istum tex. ideo cautus esto agere interdicto possessorio recuperandæ: in quo non opponitur exceptio dominij. cum spoliatus ante omnia sit restituendus. Tene menti.

1 ¶ Qui semel probatur fuisse dominus, præsumitur semper durasse, dominus usque ad
mortem: uel si nunc, præsumitur hodie esse dominus, nisi contrarium probetur.
Agens petitio hæreditatis contra illum qui habet causam à defuncto, & asserit se causam
habere, non habet necesse probare quod res quam petit erat in bonis defuncti, uel
moriens hereditate tempore mortis suæ.
Filij in potestate de quibus in hac l. negent intentionem filiorum emancipatorum, in-
quantum asserunt prædia sibi fuisse donata à patre, attamen possunt se iuuare ex ta-
cita confessione illorum emancipatorum, quæ resultat ex allegatione donationis præ
dictæ. s. quod pater erat dominus: & sic durauit dominus.
Quando possit quis se iuuare ex eo quod ipse impugnat?
Præsumptio iuris recipit probationem in contrarium.
Præsumptio iuris & de iure non recipit probationem in contrarium, nisi per confessio
nem partis.
Fallit, quod non recipiat probationem in contrarium: etiam per confessionem partis.
Intenta quæ dicunt quod hæres mittatur in possessionem rerum hæreditariarũ, seu quæ
probentur fuisse usucapta, uel possessa per defunctum tempore mortis suæ obstanti
bus quibuscunque instrumentis singularum personarum (ut hic) uidentur cõformia
iuri communi: & debent extendi, & fauorabiliter interpretari.
Ego contra te rem uendico, asserens me tali tempore fuisse dominum, & ad hoc probo
quod tali tempore fui dominus, quod ista probatio mihi non prosit: nisi allegarem
etiam quod hodie sim dominus.
Quid si allego te fuisse excommunicatum, & non dico quòd hodie sis: & probem excõ
municationem, non tu absolutionem, an sit præsumptio, quod etiam hodie sis?
Quid si possessione, an qui semel possedit præsumatur etiam hodie possidere, uel posses
sionem continuasse?
Reus & possessor cogitur dicere titulum suæ possessionis ad excludendum actorem, qui
suam intentionem fundauit: si non, uult condemnari.
Acquisita per mulierem præsumuntur acquisita de bonis uiri, pro euitando suspicionẽ
turpis quæstus: potest tamen probari contrarium.
Qui habuit conuersationem aliquo tempore cum aliqua muliere libera, præsumitur con
traxisse matrimonium cum illa, sed potest probari contrarium.
Quæ sit præsumptio iuris, & quæ iuris & de iure, & quando recipiam probationem in
contrarium.

LEX XVI.

Siue posſidetis. † Ista est lex famosa, & etiam vtilis. hoc dicit. Actor tenetur probare suam intentionem. & etiã reus post fundatam intẽtionem actoris. hoc dicit. vel sic. res quæ probatur fuisse defuncti, præsumi
tur eius fuisse & perseuerasse usq; ad mortem, & sic transiuisse
ad eius hæredes, nõ autem præsumitur fore illius qui prætendit
a defuncto ti. singularem: nisi probet, siue posſideat, siue nõ. hoc
dicit. Nam & sic maior resultat præsumptio pro successore uni-
uersali, quàm pro singulari. † Item allegatur q̃ qui semel proba-
tur fuisse dñs, præsumitur semper durasse dñs usque ad mortem:
ut si uiuit, præsumitur hodie esse dominus. nisi contrarium pro-
betur. Et pone casum q̃ quidam decessit relictis duobus filijs
emancipatis & exhæredatis, & alijs duobus in potestate, & hæ-
redibus institutis. in hæreditate eius erant duo prædia, quæ illi
emancipati prætendebant esse sua ex donatione eis facta per pa-
trem. Alij duo contradicebant, negantes donationem: & dicẽ-
tes ad se pertinere tanquam ad hæredes: quæsiuerunt ab Impe
ratore quibus incumbat onus probandi? an illis emancipatis,
q̃ eis fuerint donata, an ipsis, quòd fuerunt ad eos transmissa tã-
quam ad hæredes. Imperator respondet quòd incumbit illis
emancipatis, siue agant contra istos filios in potestate posſidẽ-
tes, per regulam generalem quòd actori incumbit onus proban
di suam intentionem, & sic donationem prædictam, in qua fun-
datur eorum intẽtio: ut in eo l. actor. siue agatur contra eos quia
possident per filios in potestate petitione hæreditatis, vel rei vẽ-
dicatione quia intentio ipsorum agentium est fundata ex duobus. scili-
cet quòd apparet eos esse hæredes patris per ostensionem testa
mẽti. Item apparet illa prædia fuisse patris ex tacita confessione
filiorum emancipatorum: qui allegando donationem eis factam
a patre tanquã de prædijs ipsius patris, tacitè cõfitentur patrem
fuisse dominum. & hoc præsuppositio præsumitur pater semp
fuisse dominus, & cõtinuasse dominium usque ad mortem: &
sic ad hæredes suos dominium transmisisse, nisi per emancipatos
probetur cõtrarium: q̃ ante mortem pater eis donauerat, & tradi
derat. & sic desierat esse dñs. hoc dicit ista l. famosa: † & not. Ex
qua apparet q̃ agens petitione hæreditatis cõtra illum qui habet
rem à defuncto, & asserit se rem habere, nõ habet necesse p̃bare
q̃ res quã petierat in bonis defuncti, vel in eius hæreditate tem-
pore mortis suæ, quia p̃sumitur ex eo q̃ ille p̃tẽdit causam à de-
functo habuisse: & sic eoipso fundata est intentio agentis: nisi
reus probet causam quam allegat. † Not. etiam quòd licet isti
filij in potestate negent intentionem filio-
rum emancipatorum, inquantum asserunt
sibi fuisse donata: attamen possunt se iuua-
re ex tacita confessione illorum emancipa
torum, quæ resultat ex allegatiõe donatio-
nis prædictæ. videlicet q̃ pater erat dñs. &
sic durauit dñs. & in ista tacita confessione
isti filij in ptate fundant intentionẽ eorum,
5 agendo cõtra emãcipatos. † Sed contra de
eo quod dixi in l. ij. §. eo. secundũ Bar. & de
c. quod. de reg. iur. libr. vj. quia ex positione
aduersarij quã ego non possum recipere in
vim tacitè confessionis, vt si peto à te cen-
tum tanquã mutata, & tu excipis vel facis
positionẽ quod mihi soluisti, vel quod feci
a tibi pactũ de nõ petẽdo, & ego hoc nego,
nõ possum dicere q̃ videaris tacitè confes-
sus debitũ præcessisse. & sic habeo necessè
probare. secus si cõfiterer, & replicarẽ. ista
est fortis oppo. & nullus eã facit. Põt dici
q̃ qñ intentio tota aduersarij mei cõsistit in
eo quod ponit: licet eã negẽ, possum tñ me
iuuare ex ea. vt hic: secus si non tota inten-
tio: quia posito q̃ cõfitear te soluisse vel me
fecisse pactũ de nõ petẽdo, quod nõ valet:
quia erã minor, vel q̃ pecuniã dissipaui, nõ
fuisti liberatus, quia soluisti mihi sine tuto
ris authoritate. qd̃ quid sit. ista solutio non
est sine scrupulo: & oppo. est difficilis. & p̃
6 nũc occurrit alia resposio. Cogita † allegaẽ
enim ista l. q̃ p̃sumptio iuris recipit p̃ba-
tionem in contrarium: sic infrà eodem. l. cum precibus. &. ff. eo-
dem. titul. l. cum de indebito. quia vna præsumptio tollit alte-
ram, vt ibi notatur. Secus si est præsumptio iuris & de iure: quæ
non admittit probationem in contrarium. vt in casu. l. antiquæ.
infrà ad vellejan. cum quis confitetur instrumentum publicum
factum de sua voluntate, & postea illud impugnat. Vel pone
exemplum in sententia: quæ pro veritate habetur. vnde si Iudex
pronuntiat te esse debitorem meum, præsumeris esse: nec potes
dicere contrarium. vt in l. res iudicata. de re iudic. recipit tamen
probationem in contrarium per confessionem partis, si confite-
tur te non esse debitorem: licet pronuntiatum sit contrarium. vt
no. in l. Iulianus. ff. de condi. inde. fictio verò non recipit proba-
tionem in contrarium, etiam per confessionem partis. vt in casu
l. j. de rei vxor. actio. vbi mulier quæ dedit dotem fingitur stipu-
lata fuisse restitutionem eius: licet reuera non fuerit. & licet de
hoc constet etiam per confessionem mulieris. quod dic vt in gl.
fina. magna. † Item not. istam l. pro statutis quæ dicunt quòd
7 hæres mittatur in possessionem rerum hæreditariarum, seu quæ
probantur fuisse certa & processa per defunctum tempore suæ
mortis. non obstantibus quibuscunq; instrumentis, singularũq;
personarũ: in quibus continentur aliqua ex eis fuisse donata, vel
vendita. vt est in ciuitate ista. tale enim statutũ quod præsumitur
pro hærede potius quam pro titulo singulari, videtur conforme
iuri communi. arg. hic. & sic debere extendi, & fauorabiliter in-
8 terpretari, cũ aliqua dubitatio occurrit. † In gl. quæ incipit [per
quod.] ibi. [qui eñ fuit dñs, adhuc dñs p̃sumit.] Solu. si hoc
asserat: quia p̃sumptio iuris nõ prodest nisi ei qui allegat eam
pro se. arg. in l. ti adulterium. §. Idem pollioni. ff. de adulte. Si ergo
ago contra te rei vendi. asserens me hodie dominum, & ad hoc
probandum probo quod tali tẽpore fui dominus, hoc mihi suf-
ficit. per istum tex. cum glo. sed si non allegarẽ quod hodie essem
dominus, sed agerem contra te rei vendicatione, dicendo me tali
tempore fuisse dominum: & probando, ista probatio nõ prodest
imò potius resultaret probatio in contrarium quòd hodie non
sim: postquam non allego: vt no. per Bar. in l. certum. §. si fundũ.
ff. de confessis. & etiam tenuit hic Cyn. in fi. secundũ Pet. in tali
q. si ego allego te fuisse excõmunicatum, & nõ dico q̃ hodie sis,
licet probem excommunicationem, & tu nõ probes absolutio-
nem, nõ propterea p̃sumeris hodie esse. Sed si allego quod ho
die sis, nisi probes absolutionem p̃sumeris hodie esse. & istam
quæstionem dicit fuisse vltra montes: & malè fuisse determina-

¶ Et hoc ego nego. Et sic habes hic qñ exceptione negata posſit pars negans se iuuare de quo pe. Bar. in l. post legatũ. col. iij. ff. de his qui. vt indi. per eundẽ in l. nõ vtique. ff. de exce. & in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. pos. co. v. q̃ Alex. & Moder. in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de ver. obli. & per Fely. late in c. capitulum. col. ix. extrà. de rescri. p̃ Ale. de imo. in consil. ccij. & in consi. lj. in v. vo. & In consi. clxxxiij. col. ij. versi. non obstã. e. vo. & adde quod licet quis se non posſit iuuare ex dispositione negata, poterit tamen se iuuare ex probationibus factis super dicta dispositione negata. ita Ange. in consi. clvj. & refert & sequitur Ale. cclxxxiij. allegato in d. ij. col. & aduerte ad hæc dicta Paul. hic quia hæc etiã habes in excipiente. q̃ Bar. in d. l. nõ vtiq;. ff. de exce. Fran. Cur.

a ¶ Titulū Arę possessionis. Adde Barba. consi. vij. inci. clemẽtis. mum deū. in tiñ. vol. in x. col. ver. Itẽ etiã facit. & in consi. xñ. inci. difficile est i iiñ. vol. vj. col. in ver. Item ex possessione.

b ¶ Per confessionem partis. Adde quòdcõtra talẽ præsumptionem iuris & de iure admittitur etiam probatio in contrarium per indirectũ. ita gl. in c. j. de prob. in cle. & refert Sozi. præceptor meus in consil. cxcj. col ij. in fi. & ad de in materia eũdem Pau. de cast. in consi. cclxxxvñ. col. iij. in prin. in antiqs. Sera.

tam. facit aut. si testis. j. de test. & quod not. per Bald. in l. dotem. de ver. obl. ff. † In glos. ibi. [quid in possessione?] de hoc dic vt dixi in l. nõ ignorat §. ad exhib. & gl. videtur hic sentire quod ibi dixi. nam aut ille qui semel possedit asserit se hodie possidere, vel se hodie possedisse quousq; præscripserit, & sic quæritur quãtum ad cõmodũ ipsius qui semel possedit: & præsumitur ita esse q hodie possideat, vel cõtinuauit possessionem quousq; præscripserit. nisi cõtrarium probet. Aut negat se hodie possidere: quia fortè conuenitur tanquam possessor, & sic quæritur an præsumatur hodie possidere ad incommodum suum. & dicẽdum est q nõ. nisi in tribus casibus. quorũ duos ponit gl. scilicet quãdo tempore lit. cõtesta. possidebat: vel quãdo habuit causam ab agente. Adde tertium qñ præcedens possessio fuit longo tempore cõtinuata: quia pręsumitur etiã hodie: secus si nõ probat de longinquitate præcedẽtis possessionis: vel dic aptius. si probo q possedisti iam sunt x. anni, nõ sequitur q hodie possideas. & sic intelligatur ista opi. Sed si ꝓbo q iam est mẽsis q possidebas, vel iam sunt x. dies præsumetis etiã possidere: qa in modico interuallo non præsumitur interuenisse mutatio. secundũ doct. quos refert Bal. & est satis ꝓbabile dictũ. licet vltima gl. opponat cõtra finem huius l. quinque modis. Primò, q si isti emancipati possident: & sic conueniuntur, nõ incũbat eis onus ꝓbãdi. vt §. eod. l. frustra. & de rei vẽdi. l. fi. Sol. verũ est q reo nõ incumbit onus ꝓbandi quousq; intentio actoris sit fundata in cõtrarijs. hic autem erat fundata ex his duobus. de q-
10 bus dixi: vnde si volunt eam repellere, necesse habẽt ꝓbare. † Itẽ oppo. secundo de l. cogi. §. de peti. hæredi. Sol. reus possessor non
a cogitur dicere titulum suæ possessionis * ad commodum actoris & ad eius instãtiam. vt ibi. sed ad commodũ ꝓprium. & ad excludẽdum actorẽ qui suam intẽtionẽ fundauerat bene cogitur causatiuè, si nõ vult cõdemnari: vt hic. Tertiò opponitur, q intẽtio istorum agẽtium erat fundata ex pręsumptione iuris, quæ est, vt qui semel fuit dñs. præsumatur perseuerasse vsq; ad mortem, & trãsiuisse ad suos hæredes: sed præsumptio iuris nõ recipit ꝓbationem in cõtrarium. vt insti. qui. mo. ius pa. pote. fol. §. si ab hostibus. Sol. ibi nõ loquitur in præsumptione, sed in fictione. dicitur autem fictio, quãdo sit super facto certo. & in cõtrarium eius q reuera fuit. vt quod captus ab hostibus si reuertat fingitur nunq; fuisse captus: sed semper in ciuitate fuisse. Vel q si ibi moriat, fingatur mortuus prima hora captiuitatis: & tamen reuera fuit in cõtrarium veritas in vtroque. vel quod mulier quę dedit dotem fingatur stipulata: cum tamẽ reuera nõ fuerit. l. autem illa loquitur in præsumptione iuris, quæ præsumptio est super incerto. nã vtrum donauerit vel nõ donauerit erat incertum: ius pręsumit q nõ donauerit, quousq; probetur cõtrarium: sic etiam præsumitur pro instrumẽto: de quo est dubium an sit verũ vel falsum & p̃sumit q sit verũ & tñ potest ꝓbari cõtrarium, vt j. eod. l. cum precibus. Item p̃sumit q acquisita p mulierem, sint acquisita de bonis viri: p euitãdo suspitionẽ turpis quęstus. ff. de do. ĩter vir. & vxo. l. quintus. tñ potest esse cõtrarium: & sic factum est dubiũ. certè
11 põt ꝓbari cõtra p̃sumptionem iuris q aliunde quęsiuerit. † Item lex præsumit quod ille qui habuit conuersationem aliquo tẽpore cũ aliqua muliere libera, contraxit matrimonium cũ illa: & tñ est incertũ an cõtraxerit, vel non. vt in l. in liberæ. ff. de ritu nupt.
12 certè põt ꝓbari cõtrarium quod non contraxerit. † Sed quartò op. q contra præsumptionem iuris nõ possit probari contrariũ. Sol. nisi ex confessione partis. vt j. ad velleia. l. antiquæ. dicit glo. quod quædam est præsumptio iuris, nõ tamẽ de iure. vt quando lex p̃sumit, & nõ statuit: & tũc recipit probationem in contrariũ: vt in casibus præcedentibus. quædam est præsumptio iuris & de iure. scilicet quãdo præsumit ius super facto incerto, & vltra hoc statuit: & tunc loquitur contrarium. quod non admittatur probatio in cõtrarium: & allegat glos. casus plurium legum: in quibus secũdùm quosdam est præsumptio iuris & de iure. gl. tñ reprehendit dicens: q in illis legibus admitteretur ꝓbatio in cõtrarium: & sic est iuris, & nõ de iure. excepta. l. antiquæ. Tu pone casum magis in sententia: pro qua ius præsumit, & habet eam pro veritate: vt sit litium finis, statuit ius quod contra eam nõ possit veniri: etiam per instrumenta de nouo reperta. vt in l. Imperatores. ff. de re iudi. ista est præsumptio iuris & de iure contra q̃ non
b si per confessionem partis veniri nõ potest, eo modo agẽdo quo primo actũ fuit: sed si quis agẽdo succubuit, & vera excipiendo vult venire contra, potest per testes, & etiam per instrumenta cundũ tamen ea quę habent in l. Iulianus. ff. de cõdi. inde vel de quod illud qñ fuit lata: quia nõ ꝓbatũ sed si sit debitum, vel non debitum, tũc nec agendo nec excipiẽdo potest veniri cõtra, nec ꝓbari nisi p cõfessionem partis. vt ibi not. Quinto & vltimò opo. q onus ꝓbãdi incumbat agẽtibus, nõ conuẽtis. per l. cum indebito. ff. eo. Sol. si ibi filij in potestate tradidissent ista prędiis filijs emancipatis, tanquam eis donata, & postea vellẽt repetere tanquam indebitè tradita, necesse habent ꝓbare se indebite tradidisse. vt in cõtrario: quia nõ p̃sumitur iactasse suum: sed bene non tradiderũt: imò illi alio modo occupauerũt. ex his remanẽt omnia declarata.

1 *Nata ex matre, quæ semel fuit serua, licet postea manumissa. quare præsumatur ipsius serua quàm libera?*

2 *Si ago hypothecaria contra te tertium possessorem, & allegas titulum à debitore, qui uendita, & ego dico quod per prius erat mihi obligata, & sic trãsiuit in te cum sua causa obligationis, tu uerò dicas quod tibi prius fuerat uendita & tradita, quàm mihi obligata, cui nostrum incumbet onus probandi?*

4 *Testes quod regulariter non habeant necesse deponere de tempore, uel loco, licet fuerint interrogati, & uarient, non detur eis fides.*

Quando intentio agentis fundatur in tempore, uel loco, cui incumbat onus probandi? missiuè.

LEX XVII.

1 MAtrem. † Qui fundat intẽtionem suam ĩ tẽpore agendo vel excipiẽdo, debet tempus ꝓbare. ad hoc semp allegat. l. eũ qui. ff. de neg. gest. Ponne casum q quædam mulier que asserebatur serua quẽdam. allegabat se liberam & ingenuam, & petebat se ita pronuntiari, & ꝓbãdum intẽtionẽ suam ꝓducebat instrumẽtum, in quo continebatur quod mater sua quæ olim fuerat serua: fuerat postea manumissa, vnde cum sit nata ex libera, sequitur q ipsa nua. allegabat etiam se habere fratres ex eadem matre, qui in possessione libertatis, & nũquam fuerat eis mota quæstio uitutis. quærebatur an ista sibi sufficerent? Imperator respõdit nõ. primum ideo. quia potuit nasci ante manumissionem. vel constet matrem fuisse seruam, nõ sequitur ergo tu es libera, nata post manumissionem. & hoc probare debes. quia ꝓs ei substãtia tuæ intẽtiõis. quòd autem fratres tui sint in possessione libertatis, & eis nũquam fuit mota quęstio, nihil facit ad ꝓpositũ ista possint simul stare q ipsi sint liberi: quia nati post manumissionem, & tu sis serua: quia nata prius. † Sed quæritur, quam p̃sumatur potius serua q̃ libera, & nata añ manumissionẽ potius q̃ post, postq̃ sibi incumbit onus probãdi? quidam dicũt ex quia cõstabat matrem semel fuisse seruam quod glo. reprehẽdit quia nõ ꝓpterea debemus interpretari in partẽ magis odiosam. gl. dicit quod hæc ratio est, quia ista possidebat vt serua: & sic pro uocabat in libertatẽ. & erat actrix: ideo debet fundare intẽtionẽ suã. Tu dic secũdũ doct. q etiam si erat in possessiõe libertatis, sic erat rea, & petebat in seruitutem. si ipsa allegabat se ingenuã & petebat ita se ꝓnũtiari, necesse oñdere se ingenuã, & sic ꝓbare q asserebat: sed si nõ petijsset se ita pronuntiari: tunc sufficeret sibi quod esset in quasi libertate: quãtum ad hoc, vt actore non probãte seruitutem, ab eius petitione absolueretur, nõ tñ pronuntiaretur eam esse ingenuam: & hoc est magni effectus. quia secunda nõ proficeret sibi ad probãdum ingenuitatem, si postea alium occuparetur tãquam serua: & si ago rei vẽdi. & nõ probo dominium, absolueris: tamen non pronuntiaris dominum. hoc asseras, & probes te dominum. & petas ita ꝓnũtiari. l. finem & te. ff. de excep. rei iudi. vide quod not. in l. circa ff. de prob.
3 in glos. † Et inducitur iste tex. q si ago contra te tertium possessorem hypothecaria, & allegas titulum à debitore quia vendita & ego dico quod per prius erat mihi obligata: & sic transiuit in te cum sua causa obligationis. vt l. si conuenerit §. fi fundus. ff. de pigno. act. tu verò dicas quod tibi prius fuerat vendita & tradita, quàm mihi obligata: & sic non potuit obligari cui nostrum incumbat onus probandi. an mihi, quod prius fuerat

ſcripta obligata quàm tibi? an econuerſo? nam vterque videtur
fundare ſe in tempore. Docto. tenēt quod mihi. per l. & quæ nō-
dum. §. quod dicitur. ff. de pigno. vbi creditor agens contra tertiū
poſſeſſorem, habet neceſſe probare quod erat tempore obliga-
tionis factæ res in bonis debitoris. Item quod intētio tua ſuper
dominio tuo eſt fundata, ſiue vendiderit antequàm fuerit mihi
obligata, ſiue poſt. vtroq; autem tempore huiuſmodi dominium
quod in te trāsferre potuit: ſed intentio mea nō eſt fundata. niſi
mihi obligauit antequam in te dominiū trāsferret, ergo neceſſe
habeo hoc probare. Item per l. j. j. de iur. fi. li. x. vbi eſt ſpeciale in
fiſco agente in hypothecaria cōtra donatarium, vt nō habeat ne
eſſe probare: ſed ipſe donatarius quod ſua donatio præceſſit: er-
go in cōtrarium eſt ius commune: vt in l. j. in fi. ff. ad muni. † Ad
quæ vide quod not. Bar. in l. ſi is qui. ff. de iure fiſci. & plura circa
iſtam materiam quādo intentio agētis fundat in tempore, vel in
loco, cui incumbat onus probandi. vide pulchrè per Bar. in l. nō
ſolū. §. ſed vt, pbari. ff. de no. ope. nun. regulariter autem teſtes nō
habent neceſſe deponere de tempore, vel de loco: quia non ſunt
de ſubſtātia eius de quo agitur, licet ſi fuerint interrogati, & va-
leant, nō detur eis fides: vt l. qui falſa vel varia. ff. de teſti. & quod
not. j. tit. proxi. l. teſtium. in gloſſ. & ff. eodem tit. de teſti. l. ob car-
mem. §. finali.

¶ Sex ſpecies ſcripturarum publicarum, ſeu authenticarum. quibus datur fides remiſſiua.
1 Instrumentum publicum, quomodo per teſtes redarguatur de falſo?
2 Quid ſi negatur illum qui ſcripſit eſſe notarium?
3 Quando fuit actum, & aliud ſimulatum: ſi illud quod fuit poterat valere ut agebatur non habet locum exceptio ſimulationis, ſed ſi poterat valere ut agebatur: ſed alio modo, tunc valet prout ſimulate fuit conceptum.

egerunt: quo caſu ſtatur ei quod fuit actū a in veritate: nō ei quod fuit ſimulatum. vt j. plus valere quod agitur per totū. & ſi intē-
tio partiū erat nihil agere, ſed ſimulare age-
re; quia nolebat vendere, vel donare: ſed ſi- b
mulare, ꝓpter timorē fortè inſtrumēti, vel
tyrāni: tūc inſtrumentū hoc ꝓbato caret o-
mni ſubſtātia: quia non debet operari vltra
intētionē partis. & diceret tūc donatio vel c
vēditio imaginari: vt l. imaginaria. de regu.
iu. & l. nuda. ff. de cōtrahē. emp. † Et no. q; ſi
ſtatutū facit mentionē de inſtrumēto ſimu
lato, vel de excep. ſimulationis, debet intel
ligi hoc caſu qn̄ intētio partiū fuit nſl age-
re, ſed ſimulare q; agerēt: qa illa eſt propriè
c ſimulatio. quæ præſumit ex eo q; vēditor
vel donator remāſit in cōtinua poſſeſſiōe:
vt l. ſicut §. ſuperuacuā. ff. qui mo. pign. vel
hypo. ſol. Et qn̄ fuit vnū actum, & aliud ſi- d
mulatū, ſi illud quod fuit actū poterat va-
lere vt agebat, nō eſt propriè ſimulatio: cū
nō deficiat ſubſtātia veritatis: ideo non ha-
bet locū exceptio ſimulationis: vt ſ. ſi cer-
tum peta. l. ſi ex pretio, ſed ſi non poterat valere vt agebatur, ſed
alio modo: tunc valet prout ſimulatè fuit conceptum. ff. depoſi.
l. Lucius. l. ij. & vide quod ibi no. per Bart. & etiam in l. emptor.
de aqua plu. arcend. & conſilio ſuo quod incip. Petrus nicholæ.
vbi ponit aliqua bona ſuper iſta materia ſimulationis.

2 ¶ Præſcriptio longi temporis, quare opponatur ante litem conteſt. & probetur poſt?
3 Exceptio mere peremptoria, debet proponi & probari poſt lit. conteſta. uel etiam ante. & nu. 4. & 6.
4 Quid in exceptione dilatoria?
5 Si quis ante diem uel conditionem agat, & non opponatur, & tempore finis inſtantiæ dies uel conditio euenerit, fingitur fuiſſe bene actum: & condemnabitur reus. & quid ſi dies, uel condtio non euenit?
6 Exceptio mere peremptoria non poteſt probari poſt concluſionem in cauſa, uel poſtquā fuit renuntiatum probationibus. & an ante poſſit quandocunque probari?
7 Quod ſint aliquæ peremptoriæ quæ oppo. etiam poſt ſententiam: nec impugnant ſententiam.
8 Dilatoria ſolutionis an debeat proponi ſub conditione, ſi actor probauit. ut hic. & an uideatur fateri intentionem agentis?
An poſt dilata teſtificata poſſit reus probare per teſtes?
9 Ordo proponendi exceptiones dilatorias.
An declinatoria poſſit opponi poſt litem conte. nu. 10.
10 Exceptio dilatoria ſi eſt talis quod retarderet proceſſum & ſententiam ipſo iure nullā, poteſt oppo. & probari etiam poſt ſententiam.
11 Exceptio peremptoria quæ à principio non tollit actionem ipſo iure, ut pacti de non petendo, uel iuriſiurandi, ſi fuerit oppoſita: & ſuper ea pronuntiatum pro reo, an tollat actionem?

a ¶ Scriptura authentica. Quæ dicatur ſcriptura authentica. vide in c. j. iuncta glo. j. extra. de fide inſtru.
b ¶ Habet vim. Adde eundē Pau. de caſt. in cōſi. xlix. col. j. in nouis inci. conſilium in cauſa quæ vertit coram poteſtate. Cur.
c ¶ Simulatio. Adde de hoc & die vt per Alex. de imo. in cōſi. xxviij. colū. iij. & in conſi. lvij. co. j. in ver. verò. plenè p Cepo. in tra. de ſimula. contractu. Et etiam adde eundē Pau. de caſt. in cōſ. clxxiij. inci. præſuppoſitis his. col. j. in nouis.
d ¶ Dilatoria non ſolū proponi. Adde gl. & Doc. in c. exceptionē. de excep. & Abb. in c. j. in ij. colū. de ordi. cogni.

LEX XVIII.

Cum precibus. † Præſumitur verum quòd in inſtrumento publico cō-
tinetur. niſi probetur cōtrarium. hoc dicit. & ſemper
allegatur ad hoc quod præſumitur in inſtrumēto: quia
propter officium publicum, & iuramentum quod præ-
ſtatur & propter timorem magni peccati quod incurrit ſi cōfitere
inſtrumentum falſum, nō præſumitur ſcripſiſſe niſi veritatē,
& illud quod fuit de intētione partium, & appoſuiſſe verba hoc
importantia, & non alia, iuxta not. per Bart. in l. ſi quis filiabus.
cum lieq. ff. de teſta. tu. & ſ. de iura. calū. l. j. & per Bal. in l. errorē.
C. de teſta. † & idem in qualibet ſcriptura authētica, quæ habet
vim publicæ ſcripturæ: vt ſi habet ſigillum authenticum. vt in c.
poſt ceſſionem. extra eod. & l. ſi Publicanus. §. de rebus. ff. de pu
blicanis. cum ibi not. vel ſi ſit extracta de archiuo publico manu
cōmētarienſis illius cui eſt commiſſa cura ſcripturarū dicti ar-
chiui, ſi nō ſit notarius: vt in auth. ad hæc. de fide inſtru. j. vel alte
nus officialis publi. & vide in Spec. de inſtru. edict. §. nūc viden-
dum reſtat. circa princ. vbi ponit ſex ſpecies ſcripturarum publi-
carum, ſeu authēticarum, quibus datur fides ſicut inſtrumento
publico. † Et poteſt poni caſus q; illud inſtrumentum nunquam
fuit confectum de voluntate tua, nec in aliquo fuit notarius ro-
gatus: & ſic erat ſimpliciter falſum. vel quòd fuit rogatus de pi-
gnore, vel obligatione: & ipſe ad inſtantiā creditoris potuit q; do
mutare, vel vendiderat, qualiter poterit probare cōtrarium? Rñ
deo per teſtes deſcriptos in ipſo inſtrumento, ſi contradicunt,
etiam ſi ſit vnus ſolus alijs mortuis, vel abſentibus, qui dicit ſe
nūquam interfuiſſe tali inſtrumento. vt l. j. in fi. ff. quemadmodū
teſta. ape. Secus ſi dicat ſe non recordari ſecūdùm Inno. in c. cum
Joānes. de fide inſtru. & idem tenet Bartol. in d. §. fi. ſed ſi omnes
ſint mortui, vel abſentes, nec poſſunt haberi, tūc per alios teſtes
plures numero quā ſint in inſtrumento neceſſario deſcripti. iu-
xta not. j. de fide inſtru. l. in exercendis. quia inſtrumentum ha-
b bet vim b tot teſtium quot ibi neceſſariò deſcripti ſunt etiam ſi
omnes illi mortui ſint. vt not. in l. fi. j. de fideiuſ. Ad hoc reſpōdeo,
ergo vt vincatur à teſtibus, neceſſe eſt vt ſint plures q; ibi ſint
deſcripti: quia in pari numero potius ſtaretur inſtrumento: pro-
4 pter authoritatem publicā notarij. † Quid autem ſi negat illum
qui ſcripſit eſſe notarium? vide in Spe. de inſtru. edi. §. reſtat. ver.
Item quid ſi producit. & verſi. illud autem. in vlt. ſiue penul. col.
poteſt etiam poni caſus in inſtrumēto ſimulatè cōcepto: & ſic fuit
ſcriptum de volūtate vtriuſq; partis: tñ vnum ſimulauerūt, aliud

LEX XIX.

Exceptionem † Exceptio dilatoria ſolutio-
nis debet opponi ante litem
conteſt. & poteſt probari poſt lit. conteſtatā vſque ad
1 ergo requirerentur quinque ex parte tua. Et si meum instrumentum contineret quinque de necessitate: vt quia est instrumentũ codicilli, & sic habet vim. vj. testiũ propter notarium: requiritur. viij. ex parte tua: & si non cõtineret. viij. vel x. ex parte tua: & ita fuerunt considerationes quorundam antiquorum. Iaco. autẽ de ra. reprobat, inquantum computant notarium pro vno: quia sumunt idẽ bis. nam numerus testiũ comprehensorũ in instrumento non habetur pro illo numero, cũ etiã si sint mortui, vel nõ deponant. habeantur pro numero: nisi propter authoritatem notarij: quæ facit vt instrumentum habeat vim testium etiam nõ deponẽtium, vel mortuorum, ꝙ ibi necessariò sunt descripti. iunc. no. in l. fin. j. de fideicom. Quidam vlterius dixerunt ꝙ notarius in instrumento habet vim duorum testium. vt Odof. de quo in Spe. e. ti. §. restat. post prin. in ver. sed quæro. pro quo facit quod habetur & no. in c. quoniam contra falsam. de proba. & sic dixerunt ꝙ ad reprobandum instrumẽtum vltra numerum testium ibi descriptorum requiruntur etiam alij duo ad reprobationem notarij. quæ opi. falsa est: quia nec duorum, nec vnius testis locus habetur, quando probatio fit per instrumẽtum tantum, mortui vel non examinatis testibus ibi descriptis: sufficit enim ꝙ auctoritas notarij faciat illos testes haberi pro examinatis. vnde si vltra hoc augeret numerũ, bis cõputaretur: sed si fit probatio per testes ibi descriptos, quia fuerunt examinati cum iuramento, sic quia cessat ratio prædicta, & sic bene posset augere numerum siue fuerit examinatus ipse notarius vnà cum testibus, siue non, propter attestationem quam fecit in instrumento tanquam persona publica, & propter iuramentum quod præstitit in notaria-

3 tu. vt no. in l. domitius. ff. de testa. † Videndum est ergo quot tes-

b stes requirantur ᵇ ad reprobationem instrumenti eo casu quo solum producitur instrumentum, & testes in eo descripti nõ examinantur. In hoc fuerunt plures op. vna fuit Azonis, quam ponit hic glo. vt distinguatur inter instrumentum seu scripturã privatam, & tunc sufficiunt duo. per l. optimã. j. de contrah. stipu. scripturam publicam, & tunc requiruntur tres, vel quatuor. Primum intellige de scriptura priuata, non confessata par parẽ aduersam, tamen roboratam subscriptiõe trium testiũ: si enim esset confessata, nõ reprobaretur per duos testes: vt in l. generaliter. j. de non nu. pecu. & si nõ esset roborata subscriptione testiũ, pro quam est negata: nullam faceret fidem. vt §. tit. ij. l. instrumenta. & sic non essent necessarij duo testes ad reprobandũ: sed sufficeret negatio. In secundo autem dicto gl. loquitur alternatiuè q requiruntur tres vel quatuor, sed quæ pars alternatiuæ sit vera non declarat. & sic remanemus in dubio, & in quo fundenda sit alternatiua. §. tetigi. Alia fuit opin. vt distinguatur inter reprobationem quæ fit per indirectum, & sufficiunt duo testes. etiam si in instrumento sint plures descripti: puta probando quòd comparentes die descripta in instrumento non erant in illo loco, sed in alio longè distanti, & sic reducitur instrumentum ad impossibile. Aut loquimur de reprobatione directa, puta per testes qui dicunt se interfuisse tempore instrumenti, & ꝙ res aliter fuit gesta quam notarius scripserit: & tunc requirũtur tot testes quot sunt in instrumento descripti ad elidendam fidem instrumẽti: sed ad reprobãdum de falso requiritur saltem vnus vltra dictum: vt sit potentior probatio. & primo casu producens instrumentum non pateretur aliam pœnã: nisi quia deficeret in probatione. Secundo casu tanquam vtens falso instrumento punietur de falso. vt §. eod. l. ij. Istam opi. inter directam & indirectam reprobationem ponit glo. insti. de inuti. stip. §. Item verborum: & etiã ꝓ in d. §. restat. post prin. vbi tractat de materia huius l. Tertia fuit opin. quòd non sit distinguendum inter directam, & indirectã. imò cum instrumentum habeat vim tot testium quod ibi necessariò sunt descripti, semper requiritur maior numerus ad reprobationem ipsius: siue fiat directò, siue per indirectum. nam etsi & tunc quando per indirectum, quodam respectu videtur fieri directò. cum enim notarius attestetur ꝙ tali die in tali loco contraxerunt, si testes dicant ꝙ imò illa die nõ erant in illo loco, sed alibi, contradicunt directo verbis notarij. nec debet cõcedi via, quod altera denegatur. vt in reg. iur. Quarta fuit opi. vt circa hoc nõ possit dari certa doctrina: sed committatur arbitrio iudicis ex qualitate personarũ. si enim notarius esset suspectus, crederet potius testibus quam instrumento, & ecõuerso si notarius est legalis, & testes suspecti, potius crederet instrumento. In dubio

bio cæteris paribus standum est instro. vt §. ti. ij. l. cum precibus, secm Nic. mat. cuius opi. vr sequi Bar. in l. j. §. fi. circa fi. ff. quēad. test. ap. eo enim casu quo testes qui producunt ad reprobationē instrumenti, non sunt in eo descripti: qn autem sunt, idē Bart. ibi proprius examinat. & plenius Inn. & Io. And. in c. cum Io. extra eo. Quinta fuit opi. Inno. quam tenet Ioā. an. in d. c. & etiā Albe. in l. cū pribus. §. tit. ij. licet dicat vidisse practicari tertiam opin. & quod etiam Dy. tenuit eam consulēdo. dicit enim Inn. ꝙ siue loquamur de directa reprobatione, siue de indirecta, sufficiūt duo testes ad reprobationem instrumēti, etiā cōtinentis quam plures testes, si illi nō examinātur ad corroborationem instrumēti: quia licet instrumētum habeat vim tot testium quot ibi sunt necessario descripti. iuxta. not. in l. fi. j. de fideicō. hoc tn est tunc verū qn instrumētū nō reprobat̄ per alios testes: sed quādo duo reprobāt tollitur authoritas notarij, & sic totum ruit: requiritur ergo adtollendum reprobationem quæ fit per duos testes: ꝙ examinentur tres de contentis in instrumento, qui deponant pro eo: aliàs illi duo sufficiunt. quam opi. Barto. nō recitat. † Et prædicta quādo reprobatur tenor instrumenti: si verò non reprobatur tenor, imò pars confitetur: sed vult tollere præsumptionem quæ resultat ex tenore: & tūc sine dubio etiam secūdùm Legistas sufficiunt duo testes: vt si continetur in instrumento quòd ꝓmisisti mihi centū. nam lex præsumit quòd per stipulationem: vt in l. sciendum. de verbo. obli. ff. si vis probare ꝙ nō animo stipulādi, sufficiunt duo testes, licet plures sint in instrumento descripti. vt not. in l. Iurisgentium. §. quod ferè. ff. de pact. vel si continetur quòd vendidisti. Nam lex ꝓsumit ita esse vt scriptum est. si vis probare quòd licet ita fuerit scriptum, tamen reuera egimus quod esset pignus, non venditio, similiter sufficiunt duo testes: licet in eo sint plures descripti. vt l. emptione infrà plus vale. quod agitur. Quid ergo dicendum inter tot opiniones? Breuiter dic, aut in instrumento contradicunt testes in eo descripti. primum potest contingere altero de tribus modis. Primò, quòd dicant se non recordari ꝙ vnquam fuerint in illo contractu, & sic loquantur dubitatiuè. Secundò, quòd loquantur affirmatiuè, quòd pro certo nunquā interfuerunt quia si interfuissent recordarentur. Tertiò, quòd deponant se interfuisse: & ꝙ res fuit aliter gesta, quàm scripta. Primo casu etiam si omnes dicant se non recordari, quia tamen non cotradicunt cum ista possint simul stare quòd instrumētū sit verum, & quòd illi interfuerint, tamen non recordentur, & sic nō reprobant instrumērum nec vacillare faciūt fidem. vt not. Inno. & Ioā. An. in d. c. cum Ioānes. & etiam Bart. in d. l. §. fi. tāgit quemadmodum testa. ap. licet loquantur quādo vnus tātum testis. hoc dicit. sed eadem ratio est quādo omnes, licet maior sit præsumptio cōtra instrumētum, quando omnes ita dicūt. hoc tn videtur intelligēdum si tantùm tempus transiuit ꝙ verisimiliter possunt nō recordari. quia memoria hominū est labilis, quod totum iudicis arbitrio relinquitur. Sed si nō tātum tempus trāsiuit, & est verisimile ꝙ si interfuissent, recordarentur: putarem idem ꝙ in casu sequenti: quādo loquerentur affirmatiuè, & non interfuerunt. Aut omnes in instro descripti hoc dicunt. & clarum est ꝙ instrumentum reprobatur de falso: nec adiuuari potest per depositiones aliorum. Aut vnus tātùm hoc dicit, & tūc aut erat supernumerarius: quia tot remanebant qui sufficiebāt ad instrm, & etiam ad actum in instro descriptum, etiam si iste contradicens non fuisset adhibitus. & tunc non reprobat, nec facit eius fidem vacillare. arg. optimum in l. hæredes palam. in princ. de testa. ff. si autem non erat supernumerarius: sed de necessarijs, quia non remanebant tot alij qui sufficerent: vt si erant septem tantùm in instrumēto testamenti, & vnus tātùm contradicit, ꝙ & non interfuit, & tunc non reprobat instrumētum tāquam falsum: sed facit eius fidem vacillare, vt ei nō stetur: nisi saltem per alios duos ibi descriptos approbetur, dicendo se interfuisse, & ita actū fuisse prout descriptum est. etiam si nō dicant ꝙ ille contradicens interfuerit: quia fortè ipsum non cognoscebant, nec perpenderūt. ita debet intelligi & limitari quod habetur in l. j. §. fi. quemadmo. testa. ape. & expresè. per Ioā. An. in d. c. cum Ioānes. post Inno. Aut duo de rescriptis in instrumēto contradicūt, quòd nūquam interfuerunt, & tunc etiam si sunt supernumerarij: quia tamē cōtradicunt, videtur sentire Ioā. And. & Inno. ꝙ reprobant instrumentum: nisi per alios duos vel tres imponatur fides instrumento. & etiam dicant non esse verum ꝙ illi duo non interfuissent: quia imò interfuerūt: & cum isti asserāt affirmatiuam, præferuntur illis negātibus. iuxta not. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbit. In tertio verò casu quando dicūt aliter fuisse actum quàm scriptum: tunc aduerte. aut isti nō fuerunt adhibiti tanquam testes ad solennitatem instrumenti, sed instrumētum de ipsorum dictis fuit cōfectū: puta quādo notarius examinat testes, & de examinatiōe cōficit instrumētum, adhibet alios testes secum. qui audiant depositiōes: sed solus examinat. si illi examinati dicant se aliter deposuisse quàm notarius scripserit statur attestationi notarij. vt nota. in Spec. eodem titu. §. restat. ver. quid si vnus. cum prece. iuxta fi. §. & in tit. de teste. §. j. ver. sed pone ecce. ꝙ c. ad audiētiam. de præscrip. Si autem illi fuerūt adhibiti tāquam testes in instro, & asserāt aliter fuisse actū quàm scriptum: & sic directò reprobāt, etiam si sint plures descripti, locum habet opinio. Inn. ꝙ reprobat̄ instrumentū: nisi ei fides imponat̄ ꝓ alios. ꝓrationem suam quādo autem testes nō descripti in instro cōtradicūt, videt tenēda opi. quam sequitur Bart. in d. l. j. §. fi. vt sit in arbitrio iudicis. & cæteris paribus si instrumētum est de lōginquo facto, stabitur potius instrumēto quàm testibus cōtradicentibus: si autem de ꝓpinquo potius testibus. per not. in d. §. restat. in iij. col. vbi tractat de his quæ melius ꝓbātur ꝓ instrm quàm per testes, & ecōuerso. In dubio autem dicūt Inno. & Io. An. potius esse stādum instrumēto: quia firmior probatio præsumitur &c. † Sed dic prædicta vera: nisi in casibus in quibus cōtra instrumētum nō admittitur probatio in cōtrarium. qui ponūtur hic in gloss. scilicet, in casu l. fi. j. arbitrium tute. & l. antiquæ. ad velleia. Vide etiam circa prædicta quod not. Cy. ī l. si quis decurio. j. de fal. quādo notarius falsè attestatur in actis quem fuisse citatum: prout cōstat relatione talis nuntij: & ille nūtius dicit se nūquam citasse, nec retulisse, an facit vacillare scripturam notarij? Videt quòd sic. per dictam l. j. ī §. fi. ff. quemadmo. testa. ape. ipse tenet cōtrarium post multa: quia ille. §. fi. loquit̄ ī teste. adhibito, vt teste. sed iste nūtius nō est adhibitus vt testis in scriptura notarij: quia scriptura iudicialis non indiget testibus, propter authoritatem iudicis. † & sic dicit standum scripturæ notarij sicut in simili not. Spec. in notario qui examinauit testes, & vnus de testibus dicit se nō dixisse prout notarius scripsit. quia non facit vacillare scripturam notarij: sed statur scripturæ, ratione p̄dicta: vt nota. in Spec. de instrumē. edi. §. restat. ver. quid si dum attestatur. & versi. quid si vnus. in iij. colū. quid autem si Iudex in sentētia attestetur quem fuisse citatum, & ille negat, an stabit̄ sententiæ si nō apparet ex actis? Vide ī addi. Spec. titu. de sen. §. vt autem. vbi plenè tractat de hoc. & quid si nūtius refert se citasse: & ille negat se citatum, an stabitur verbis nuntij? Vide in addi. prædi. de teste. §. j.

¶ Scripsit. Adde de hoc & dic vt per Abba. in c. ad audientiā. de prescrip. & in c. cū causam el j. de test. in fi. per Lu. ro. in l. j. §. fi. ff. de ver. ob. & per Ale. de Imol. in cons. lxx. col. j. in fi. & cō. lxxiij. co. iij. ver. fortificantur in j. vol. & ibi ꝙ neutri creditur, ad hoc vt aliquis eorū puniatur de falso. Et quod magis creda tur notario ꝙ nūtio. adde Ang. in §. j. l. j. ff. quēad. test. ap. quod ī telligē verū: nisi notarius esset suspect⁹. ita Imol. Ab. & Phi. Franc. in c cū parati. de appel. & ita intellige quod dicitur de teste, qui dicitur notarium aliter scripsisse quā dixerit. & qđ neutri creditur, vt alter puniat̄. adde Ale. de Imo. in consi. lxv. in ij. vol. Franc. Cur.

1 ☞ *Imbreuiatura notarij in quo differat à protocollo, & ab instrumento, & à minuta seu cheda. & nu. 5.*

2 *Si partes simpliciter egerunt quòd contractus conclusus inter eas fiat in scriptis, quid importent hæc verba? & nume. 4.*

4 *Contractus an sit perfectus & consummatus statim ꝙ notarius fuit rogatus & stipulatus, & quando possint partes facere remoueri uel addi aliquod uerbum? & nu. 6.*

5 *An liber protocollorum seu imbreuiaturarum faciat fidem sicut instrumentum?*

6 *Scriptura publica notarij, ꝙ non requirat subscriptionē partium, nec testium, sed ipsius notarij cum signo suo, cum attestatione eius de testibus.*

7 *Si in uno contractu sint plura capitula: & unum facit pro una parte: & aliud pro altera non potest altera dicere & allegare se esse melioris conditionis quàm altera, quia capitulum præcedat in scriptura.*

Quòd aliquando prosit in ordine scripturæ præcedere.

8 *Si in uolumine statutorum sunt statuta contraria: & uno & eodem tempore confirmantur, an recipiant uigorem: ut sic neutrum per alterum tollatur: an uerò præcedens censeatur correctum per sequens?*

9 *An post conuentionem factam de uenditione, cum hoc ꝙ fieret instrumētum, si una pars non uult postea stare conuentis, possit altera agere ad obseruantiam contractus, tanquam fuerit perfectus & probare hoc per testes? & uide nu. 10.*

10 *Quid si tunc datæ sint arrhæ? ꝙ de earum perditione uel reddītione cum duplo procedat in duobus casibus. ut hic.*

11 Si nolo recipere, an possim agere ut impleas, uel ut condemneris ad interesse?
12 Venditor an possit præcise compelli ad tradendum, & an sibi possit auferri res manu militari?
An ex nuda promissione transferatur dominium, & quando dicatur nuda?
Venditor si tradat rem ante instrumentum nondum completum, an transferat dominiũ.
13 An transferat etiam usucapiendi conditionem?
Si contractus non impletur, qua actione agatur ad arrhas: & si aliquis est passus dãnum arrharum, an nihilominus teneatur ad interesse?
14 Si non reperitur nisi ultima scriptura redacta in mundum, non autem protocollum, uel imbreuiatura, an faciat fidem si pars aduersa petit q. aliæ producantur?
Quid si pars uelit redarguere instrumentum de falso?
15 Si non fuit actum inter partes de aliqua scriptura fienda, & concluserunt contractum an postea ex interuallo possit alter ab altero petere q. conficiatur publicum instrumentum?
16 Si instrumentum est perditum, an possit quis petere à notario q. iterum conficiat: & an notarius possit sine mandato & authoritate iudicis.

LEX XVI.

1 Contractus. † Contractus qui celebratur in scriptis, nõ dicitur perfectus. nec aliquod ius in eo acquiritur quousque scriptura non sit completa, & habita pro absoluta. Quod contingit si redacta est in mũdum. & sit subscripta à partibus, si est priuata. uel à notario, si est publica. & partes ad alios actus processerunt. hoc dicit. primò: & prædicta locum habent in instrumentis seu contractibus post hanc legem, factis. & in illis qui erant facti tempore huius l. nõ tamẽ cõsummati: nisi super eis interuenerit transactio, aut sententia. nõ autem habet locum in perfectis & cõsummatis. hoc dicit. ij. Et si per alteram partem steterit quo minus perficiatur & cõsummatur, si dedit arrhas, illas perdit. si recepit, restituat eas duplicatas. hoc. iij. & vltimò dicit lex tota singularis, quam diuide in quatuor partes. Primò enim loquit qñ talis cõtractus dicatur fore pfectus. usque ibi. [vt nulli liceat.] Secũdò declarat quãdo nõ erat adhuc perfectus, an ex eo foret aliquod ius quæsitum ex eo q; inter partes fuerat cõclusus. usq; ibi. [quæ tam in postea.] Tertiò declarat aliquos cõtractus trahi tur dispositio huius l. usq; ibi. [illud.] Quartò & vltimò ponit illum p quem stat quominus cõtractus perficiat. Et pone casum vt clarè intelligas. quod inter te & me solis verbis fuit cõclusus & cõcinatus aliquis cõtractus: tamẽ quia plura imminebãt capitula, ne in verbis alter nostrum posset decipi, ad remouendũ deceptionem fuit actum inter nos q; iste cõtractus celebret in scriptis. & ponamus quod fuerũt testes præsentes, quæritur quid importãt illa verba q; celebret in scriptis? Rñdetur q; importãt hoc q; ille cõtractus nõ sit pfectus, nec in effectu conclusus, quousque scriptura sit perfecta, id est, in mũdum redacta: & à partibus absoluta. † Nam primò cõficitur vna scriptura, quæ dicit schẽda: & illa traditur partibus, vt videãt & remoueãt, & addant quod eis videbitur. & quẽlibet pars facit apostillas de manu sua: postea redigitur in mũdum per notariũ, vel alium qui eã habet conficere, interserendo apostillas, & remouendo quæ voluerũt remoueri: & est verum q; notarius quãdo est rogatus, primò faci protocollum quod dicit à ptos. quod est primum. & colos. quod est scriptura. id est, prima scriptura: in qua ponit annos dñi noĩa testium, & contrahẽtiũ, & substantiam cõtractus postea extendit. & ista secũda vocatur schẽda: quẽ traditur partibus. & nõ est mũda propter dictas additiones & cãcellationes. postea ponit in libro: & tunc vocatur imbreuiatura: postea redigit in mũdũ in pergameno. & illud vocat instrumentum publicũ. scribit & apponit signum suum. his factis & recitatis inter partes si remanẽt cõcordes, dicit cõtractus absolutus, cũ ad alios actus gue nerit. Est ergo intentio partium per illa verba quod contractus non sit perfectus, & quòd nullũ ius ex eo sit acquisitum, quonsq; oĩa ista sint cõsummata. Quidã tamen dixerunt dici tunc in scriptis celebrari, qñ fuit actum expresse quod nõ valeret cõtractus: nisi scriptura sit completa. Alij dicunt q; non expedit dicere q; non valeat: sed sufficit dicere quòd conficiatur scriptura. Nam tacitè videt actũ q; aliter non valeat. vt habetur hic in glo. super verb. [in scriptis.] uterq; intellectus est bonus: tamẽ nõ bene declarat. † Sed declara vt dixi quando partes simpliciter egerũt q; contractus concluſus inter eas fiat in scriptis. quid importãt ista verba, lex ista interpretat importare hicq; oĩa ista sint completa. Quid ergo erit de contractibus qui hodie celebant super rebus immobilibus? nam cõiter partes agunt q; conficiat instrm: super mobilibus verò rarò vel nunquam, an dicẽtur moderni contractus celebrari in scriptis? Spe. videt dicere q; sic in ti. de empt. & ven. §. j. ver. sed si dictum. in secũda col. Idẽ videtur sentire hic
4 Bal. quãdo fuit actũ à prin. † Secus si partes ex postfacto egerint q; fiat instrumẽtum: mihi videtur q; ipsi nõ bene intelligũt. nã in cõtractibus modernis licet agat q; cõficiatur instrumẽtũ statim q; notarius fuit rogatus, & stipulatus fuit, cõtractus inter partes dicit perfectus & cõsummatus, licet adhuc scriptura nõ sit extẽsa, nec partibus commissa, nec in mũdum redacta: nec posset alitera pars pœnitere. cuius cõtrarium vult ista l. propter hoc. Idem Spe. in ti. de loca. §. nũc verò aliqua. versi. quinto. videtur dicere quod forma huius legis hodie de cõsuetudine nõ seruetur in cõtractibus qui celebrãtur in scriptis. hoc nõ placet. nã in modernis cõtractibus intẽtio partium hæc est vt statim contractus sit perfectus & cõsummatus q; notarius fuit rogatus, & stipulatus, & formã scripturæ cõmittũt peritiæ notarij: vt extẽdat (more solito) nõ mutatis substãtialibus: sed qñ partes agũt nõ vt contractu cõficiatur instrumẽtum: sed vt cõtractus celebret in scriptis, nõ videtur cõfidere de peritia notarij, vel alteris scriptoris: & intẽtio eorum est quod scriptura tota extẽdatur, & ostẽdatur partibus, vt possint addere, & remouere: quia plura possent cõcingere in modo scribẽdi, qui retraherẽt alteram partium. & hęc videmus fieri in cõtractu pacis: qui habet plura capitula: quia nõ dicitur concluſa quousq; tota scriptura sit perfecta. & ita intelligo istam legem. Et idẽ dicẽdum est in actibus in quibus requiritur scriptura: & in appellatiõe ab interlocutoria nõ dicitur perfecta quousque tota scriptura sit cõsummata, & correcta: & postea nõ licet addere, vel minuere: & ideo errãt notarij secũdum Bar. qui rogãtur de dicta appellatiõe. nam recipiũt schedulam vel scripturam à parte appellãte: quæ nõ est adhuc correcta. nec perfecta: & statim eãdem scripturam restituũt sibi, vt addat & corrigat prout sibi placet. nam nõ debet facere, sed eam retinere nã qualis producta est: & si nõ stat in forma, dãnum erit appellãtis quia nõ poterit postea addere, vel corrigere. & idem in schedula sentẽtiæ, si iudex eam tradat notario nõ acceptam: & postea velit corrigere: quia notarius nõ debet sibi restituere. Tenet nõ-
5 † In tex. post princ. ibi: [nisi instrumẽta.] glos. intelligit. id est interrogationes, id est, schedula inbreuiatura: & sic no. quòd tales scripturæ licet nõ completæ, nec in mundum redactæ, dicũtur instrumenta, quod facit ad quæstionẽ hic formatã per Cyn. fi. an faciãt fidẽ si producãtur in iudiciũ. pone enim q; notarius antequam publicaret instrumẽtum, decesisset: altera pars cõtra teram produxit librum protocollorum, vel imbreuiaturarum in iudicio, an stabitur tali libro? videtur q; sic: argu. hic quia vocatur instrumẽta. nec ob. si dicatur imò facit cõtra: quia vult q; ex tali scheda vel rogatione nullũ ius acquiratur parti antequã reducatur in mundum: quia loquitur qñ fuit actum q; contractus fieret in scriptis: & sic antequam scriptura sit redacta in mundũ, non est cõtractus completus, nec perfectus. nos loquimur quãdo erat iam completus cõtractus: quia nõ fuit actum q; fieret in scriptis, licet fuerit actum q; notarius esset rogatus, & sic stante q; fuit rogatus cõtractus est perfectus: licet scriptura nõ sit perfecta. i. cõsummata. Breuiter distinguendũ est. Aut talis scriptura habet signũ & subscriptionem notarij, vel in princi. quinterni, vel post cũ annis & cæteris quæ requirũtur: & tũc procedit ista pars. multi eñ cauti notarij statim hoc faciũt: quia ponit in libro imbreuiaturarũ. aut illa scriptura nõ habet formam instrumẽti puta est schedula manu notarij scripta de contractu cum annis dñi, & nominibus testiũ, nõ redacta adhuc in libro: & tũc nõ liceret fidẽ in iudicio quousq; de mandato iudicis per alium notarium fuerit in mũdum redacta, & publicata: vel illum cui fuerit commissæ rogationes notarij authoritate publica, secundum quæ habẽtur in c. cum P. tabellio. extra eo. tit. in tali tamen schedula non inserta in libro nõ sufficeret generalis commissio, sed requireretur: quia possent esse aliqua quæ redderent ipsam infectam. si tamen est reperta inter protocolla & scripturas notarij potest committi eius publicatio: sicut si non esset reperta inter illas scripturas: quia esset suspecta. † In tex. ibi [subscriptiones busque partium.] hæc referas ad scripturã priuatã, qñ fuit actum inter partes q; illa fieret: si autem q; fieret publica per notarium, non requiruntur subscriptiones partium nec testium. sed sufficit subscriptio notarij cũ signo suo, & attestatio eius de testibus, vt no-

no.gl.in auth.de hære.& fal.§.si verò absunt.in gloss.quæ incipit ergo.& hoc iatis innuit tex.sequẽs ibi.[& si per tabellionẽ &c.] In text.ibi.[postremò à partibus absoluta sint.] quod fit cũ partes diuertunt ad extraneos actus.quousque verò hęc faciant.res nõ dicit absoluta:& semper partes possent dicere remoueatur tale verbum,vel apponatur.quia semper cẽseretur dictum hoc ab initio.arg.j.de instit.& substit.sub cõditio.fa.l. pe.in fi.& quod ibi not.Bart.vel diceretur fieri incontinẽti.vt idem not.in l.lecta. ff. si cer.pe.in q.ij.† In tex.ibi.[vt nulli liceat.]Per istũ ver.qui vult q; ãn cõtractũ perfectum & absolutum neutri partium sit aliqđ ius quæsitũ:sed vno & eodẽ instãti quæritur.s.cũ parcitur. & absoluitur.dicit Barto.q; si in vno contractu sint plura capitula, & vnum facit pro vna parte,& alterum ꝓ altera, nõ potest altera dicere & allegare se esse melioris cõditionis quàm altera.quia capitulum præcedit in scriptura:licet enim p̃cedat, nõ prius sibi g̃rit ius q; alteri:imò vtriq; eo.istam.s.cũ cõtractus p̃ficitur,& cõsummatur.facit de leg.j.l.si ita scriptum.aliquãdo tn̄ prodest in ordine scripturæ p̃cedere:vt in casu.l.quoties.ff.de vsufru.& in similibus.† Quid autem si in volumine statutorũ sunt statuta contraria,& vno & eodẽ tẽpore cõfirmant:an recipiãt vigorem, & sic neutrum per alterum tollatur:an verò præcedens censeatur correctum per sequens:fuit antiqua q.de qua per Bar.in l.oẽs populi de iust.& iu.& in l.tutores.ff.de testa.tut.† In tex.ibi.[aliquod ius sibi ex eodem cõtractu vel transactione vẽdicare &c.] Quæro quid in contractibus modernis:pone partes cõcluserunt mercatum de vna possessione pn̄tibus testibus, & expresso pretio, & dederunt sibi manus ad inuicem, & more solito dederunt denarium:hoc tn̄ acto q; notarius vocaretur, & esset rogatus.ante quã notarius fuerit vocatus,altera pars pœnitet: altera vult agere ad obseruãtiam cõtractus,tãquam fuerit perfectus,& vult p̃bare per dictos testes,an poterit:vidi hoc de facto Florentiæ.& dixi q; nõ:quia postquã egerũt à princip.q; notarius deberet ro-
a gari,* videnť tacitè voluisse suspendere substãtiam cõtractus in tempus rogationis,& quod prius cõtractus nõ esset perfectus: sed fuisset quoddam ratiociniũ de futuro contractu.sicut in simili habeť in l.fideicõmissa.§.j.ff.de leg.iij.vñ sicut qn̄ agitť q; cõtractus fiat in scriptis,nõ dicitť perfectus antequã scriptura sit in mũdum redacta,& absoluta.vt hic,ita qn̄ agitur vt notarius rogetť, nõ dicitur perfectus quousq; sit rogatus. & sic in casu huius l. potest altera pars pœnitere,& pœnam nõ patitur:nisi arrharũ .vt hic in fi.nõ autem cõpellitur ad perficiendũ.ita in casu isto.quod autẽ hoc sit verũ,patet euidenti ratione:quia si notarius adhibeť, nõ ponit in scriptura diẽ in quo partes inter se concluserunt: sed diem rogationis.ergo illa die perficitur cõtractus: & nõ erat per prius perfectus.in hoc tn̄ differt à cõtractu in scriptis: quia sufficit notarium fuisse rogatum,licet scriptura nõ esset in mundum redacta.nõ sic quãdo fuit actũ vt fieret in scriptis.Idem postquã notarius est rogatus,nõ licet aliquid addere,vl̃ mutare circa substantiã cõtractus.sed solũ circa corroborationem eorum quę gesta sunt:sed qn̄ geritur in scriptis,antequã scriptura sit completa possit quælibet pars addere,& mutare circa substantialia: & istã
b partem puto veram.† In ver.[illud etiam.]quod dicitť i isto ver. vide q; in fi.de perditione arrharum,[b] & redditione earum cum duplo:procedit in duobus casibus.primus quando fuerũt datæ arrhæ contractu adhuc non completo: & per alteram partem stat quominus perficiatur.vt si dedit arrhas, perdat: si recepit,reddat duplicatas. Item procedit qn̄ cõtractus erat perfectus,nõ tamen completus:quia res nõ erat tradita:& per partem stat quominus impleatur.Circa primum intellectum op.si per testat quominus contractus perficiatur,videtur q; debeat haberi pro perfecto.ar. in l.iure ciuili.ff.de condi.& demon.& in l.Labeo scribit si mihi bibliothecam.ff.de cõtrahẽ.emp.& sic cùm possim agere ad implementum cõtractus,videť q; cesset hæc pœna.qn̄ debeo tibi aliquid dare vel facere:& per te stat quominus dem vl̃ faciã,fateor q; est perinde ac si dedissem,vel fecissem.vt cõtrario:sed quando tu debes mihi dare aliqd,vl̃ facere,& p̃ te stat quominus des,vel facias,nõ est verum quòd perinde sit ac si dedisses, vel fecisses: imò quia nõ das,vel facis,perdis:vel reddis arrhas tanquam con
c tumax. in lege, autem Labeo. suprà allegata contractus erat perfectus, licet non esset conditionalis, si alius bibliothecam ubi venderet,& per te stabat quominus venderet, perinde esset ac si conditio esset impleta.& per hoc apparet declaratio eorum

11 quæ hic no.Cy.in j.q.† Circa secundùm intellectum quæritť. si contractus erat perfectus quó ad substantiam: sed nondum impletus & dederam tibi arrham,si nõ vis implere,possum repetere arrhas duplicatas.vt hic.sed qd si nolo recipere:sed agere vt impleas.id est,tradas:vt interesse cõdemneris an possim?clarum est enim q; si arrhas nõ dedissem,possem.per l.j.ff.de act empt.sed quando dedi arrham, videor recedere voluisse à prouisione legali,de qua ibi.& solũ voluisse pœnam arrharum duplicatarum. ista fuit quæstio disputata,per Mar. de faqui pulchras rationes facit pro & contra. & nõ determinauit:vt refert Io.an. in addi. Spe.tit.de emp.& vẽ.§.j. nec etiam ipse determinat:licet ꝓ altera parte q; possim agere vt impleas,adducat opi. Io. seu Azo.de qua in gl.fi.tenuit quòd etiam si pœnam arrharũ fuit cõsequutus,si maius est interesse possim illud plus petere: mihi videť quòd ista pars sit vera. nec sit verum q; per dationem arrharum videatur recessisse à prouisione legali: & quòd mihi præiudicauerim.arg.j.eo.l.plures.in fi.& sic possum eligere quam viam magis velim.Si autẽ elegi pœnam arrharum,an possim petere interesse quatenus excedit?habetur in gl.fi.& Cy. in addi.tenet q; non. vt ibi dicam. sed antequam eligam,possim eligere viam iuris cõmunis ordinariam.& cum illa etiam repetere arrhas nõ duplicatas: vel conuertere in
12 pretium.† In gl.quæ ĩci.[cõtra Mar.facit.] fortior ratio facit contra Mar. quia venditor tenetur ad factum.i.ad tradendum:non autem ad dandum.i. dominium transferendũ.vt in l.j.ff.de re.permu.sed in obli. facti nõ potest quis præcisè compelli ad factum.sed liberatur p̃stando interesse.vt l.si quis ab alio.§.fi.ff.re iud.Bt̃ opi.Mart. cõmuniter tenetur eo casu quo venditor habeat facultatem rei tradendæ vel præcisè possit compelli ad tradẽdũ,& manu militari possit sibi res auferri.l.qui restituere in fi. ff.de rei ven.sed si non habet facultatem,libereť p̃stando interesse.quam opi. sequitur gl. insti.de contrahen.em.§.pretium.& Cy.in l.traditio.j.de act.em. Cano.in c.cũ Ioãnes.eo.tit.Nec ob.ratio sua.quia licet tradere sit facti,non tamen meri facti est quãdo venit ex contractu emptionis:imò habet in se naturam dationis:eo quia si tradens est dominus,transfert dominium:licet ad hoc oligatio non fuerit contracta.ideo seruatur media via. quam ŝ.dixi.Secus quando traditio esset meri facti:nec continetur translatio dominij aliquo casu. vt l.si rem tradi.ff.de ver.ob.In glos.ibi.[Bul.dixit aliquando quòd non.]& pro ista parte facit.l.nunquam nuda. ff.de acquir.re.do. vbi nuda promissio non transfert dominium.& dicitť nuda quãdo non subest iusta causa habilis:sed si contractus non erat perfectus,non suberat causa:ergo &c.tamen Bulg. mutat propositum,& bene:quia illud est verum quando non subest in re nec
⁂ in spe.* sed si in spe* vt in contractu conditionali: licet conditione pendente,non subsit in re,quia tamen subest in spe, traditio non dicitur nuda.& transfert dominium.vt est casus in l.dotis fructus.in fi.de iur.do.ff.& ita hic.quia suberat in spe propter consensum partium.licet esset suspensus in tempus scripturæ cõpletæ.quando autem contractus esset nullus, & à iure reprobatus licet:subesset causa in re,quia tamen de facto,& non de iure, non trãsfertur dominium ex tali contractu à iure reprobato:vt l.non dubium.ŝ.de legi.cum ibi not.per Cy.possessio verò quia
13 facti est,bene transfertur.vt in l.j.§.si vir.ff.de acquir.possess.† In glos.ibi.[an causam vsuca.præstet:]videtur quòd sic per regulã: quia vbi transfertur dominium, eo casu quo tradens est dominus,transfertur etiam vsucapiendi conditio:non vbi nõ erat dominus:vt l.clauibus.ff.de contrahen.emptio.glos. tamen ibi determinat contrarium per l.j.& ij.ff.pro dote. & sic fallit hic illa æquiparatio. Tu dic quòd aut quæritur an transferatur vsucapiendi conditio ex illo titulo conditionali,cuius conditio adhuc

a ¶Rogari. Adde in §. nos autẽ. in authẽ.de tabel.Bar.in auth. si quis in aliquo.in pe. col.C.de eden.glo.in ver. requisitis.in cle. j.de iureiu.Et an I dubio notariꝰ presumit esse rogatus.vide ll. quęcũq; in §. fi.ff.de publiciana. Inn.Ant. de But.& Abb.in c. j.de fi.instr. Et à qbꝰ debet rogari notariꝰ. vide per Io.An.in addi.Spe.tit.de fi. instr. in §.postquã. ver.sed numquid in conficiendo.Ant.de But.Abb. & Io.de Imo.i c. scripta.de fi.instr.Io. an. in reg.semel malꝰ.de reg.iur.lib.vj.in mercu.Bal.I auth.rogari. C.de test. Ang.in l.fi. in fi.ff.pro derelicto. & an debet rogari de cõmissiõe sibi facta. vide per Hostiẽ.in c. quoniãcõtra falsam. de pb.& ibi diffusè p̃ Lãfrancũ in repe.

b ¶ Arrharum.An sit differẽtia ĩter arrhas & pœnas. vide per Car.zab. in c.gẽma.I j.q.de sponsa. & an I spiritualibꝰ valet interuentio arrharũ. vide per Sozi.consi.iij. incip. Circa præsentem consultationem in j.volu.

a ¶Scriptura. Quid de notario qui reduxit vltimã scripturã instrumẽti in imagine. vide per Pau. de cas. cõs. xxvj. ici. in Christi. &c. dubium facit.

b ¶Perditũ. Adde bar. in l. ij. C. de discu. lib. x. Bal. in rub. C. de fi de instru.

c ¶Causa criminalis. Adde doct. in c. super qõnũ. e. tit. Archi. l c. saluo. ix. q. iij. Card. zab. in c. sententiam sanguinis in j. op. ne cle. vel mona. Et an causæ criminales episcoporũ possint delegari. vide gl. in verb. apostolicę in c. inquisitionẽ. de hære. li. vj. Bal. in c. decernimus. in vlt. col. de iu. Et an in causis criminalib⁹ deferetur iuramẽtũ necessarium. vide gl. & doc. in ver. agatur. in l. iij. de iureiur. ff. & Bart. in l. maritus. ff. de qõni. gl. fi. in regu. cũ sunt partiũ. de re. iuris. li. vj. gl. in ver. famosa. & ibi doct. in c. fin. de iureiu. & gl. in ver. prolatum. in c. tam literis. de testib. Host. in summa ti. de iureiu. in §. vt supra ver. quid si criminaliter. Arc. in c. si qs presbyter. ij. q. v. bar. in l. fi. ff. de in litẽ iu. Bar. l. eũ qui. in §. in popularibus. in j. col. ff. de iureiu. Bal. in l. Iudices. in j. op. C. de iud. quãuis cõtrariũ & malẽ, tenet glos. in verbo cęteris causis. l. in bonæfidei. C. de rebus creditis. & bal. in l. qui calumniatores. C. de calum.

pendet: & fateor q̃ nõ transfertur. quoniã ad vsucapiendũ nõ sufficit quòd causa subsit in spe: sed debet subesse in re: cùm tẽdat in alterius præiudicium vsucapio, non sic in dominij translatione, cum tradẽs est dominus: quia nulli alij nocet nisi sibi. Sed si quæritur an pendẽte conditione vsucapiat titulo generali pro suo: dic quod sic secũdũ Pe. & Cy. & si vsucapione pendente superueniat conditio, mutatur causa: & dicit acq ri dominiũ ex tit. superueniente. ar. in l. fundo. ff. ad l. fal. quia ille titulus subest tempore quo perficitur vsucapio. In gl. penul. ibi. [vel actionẽ ex eo contractu.] de hoc erat dubium: quia illa actio debet dari ad obseruantiam cõtractus: & vt impleatur: sed ille qui repetit arrhas, non agit ad obseruantiã: sed potius ad resolutionem contractus. Sed ista opi. tollitur per l. quã gl. alleg. ff. de act. emp. l. ex empto. §. is qui vina. vbi actio ex eo contractu datur ad resolutionem, nõ ad obseruationem: quia est bonæ fidei. & largam habet naturã. vt l. fi. ff. de condi. ob turpem causam. Super isto casu vide quod no. Bart. in l. si id quod aurum. ff. de ver. oblig. aliàs. l. si cùm aurum. de sol. & l. ij. de rescin. vendi. circa prin. qua act. agatur ad resolutionẽ cõtractus. In eadem ibi. [Item si qs.] In ista q. Cy. in antiqua lec. tenuit opi. Bul. vt possit agi ad interesse, quatenus excedat pœnam arrharũ per l. prædia. ff. de act. em. sed in additione quam postea fecit, tenuit primam opinionem Mar. & Azo. q̃ agere nõ possit: quia elegit viam extraordinariã. & illa debet remanere cõtẽctus. vt ĩ legibus allegatis in glo. nec ob. l. prædia. quia pœna erat conuentionalis. & sic eligendo pœnã elígit viã ordinariam. hæc verò erat pœna legalis. s. duplum arrharũ. Et si dicaẽ pœna legalis, cõcurrit cũ actiõe rei p̃sequutoria. vt ĩ l. si p̃ fure. ff. de cõd. fur. ip̃e rñ. verũ esse qñ est pœnalis ĩ principio: secus si ex postfacto. vt in l. metum. §. licet. ff. quod met. cau. dic vt hic per eum. Die iij. Junij. M. ccccxxxix. & die præcedenti fuerunt conducti in ciuitate Paduę tres captiui ducis Mediolani. quorum vnus vocabaẽ Nicolaus guerrerius filius domini Ottonis, alter Ioãnes Bõtrotus, & alter erat nepos Rismiri de triulcio. & fuerunt capti ab armata do. Venetiarum. & tũc temporis audiui dicere quòd Nicolaus Picininus

14 capitaneus eius erat castrametatus circa Veronã. Quæro, †quid

a si non reperitur nisi vltima scriptura redacta in mundum, nõ autem protocollum & imbreuiatura, seu scheda an faciat fidem si pars aduersa petit q̃ aliæ producantur? iste text. facit quod nõ, quia videtur velle q̃ omnes istæ scripturæ debeant confici. bal. super rubrica istius titu. in viij. col. videtur hoc tenere per hanc legem. quãdo agitur q̃ contractus fiat in scriptis: sed si fuit actũ duntaxat quod conficeret instrumentum. sufficit p̃ducere instrumentum publicatum: licet p̃tocollum vel liber imbreuiaturarũ non reperiatur. primum dictum non placet. nec iste text. vrget nam verum est quod si incipias à prima scriptura. s. protocollo, vel imbreuiatura, illa non sufficit. quia non est munda: sed requiritur vltima, in qua negotium concluditur. sed si incipis ab illa, sufficit. quia nihil aliud quæritur nisi quòd partes concluserint, & habeant negotium p̃ perfecto. & hoc in pluribus alijs casibus reperitur. quod glo. dicunt si incipis ab vno. requiẽ aliud si incipis ab alio, illud sufficit. Quid enim si scriptura ita fuit concepta quòd nihil partes voluerunt addere vel minuere, sed ipsam subscripserunt, non video ad quid sit opus alia scriptura. Secundũ verò dictum procedit, nisi pars aduersa velit redarguere instrumentum de falso ratione alicuius suspicionis, producitur protocollum: quia tunc præstito iuramento per eum quòd non petat malitiosè, debet protocollũ produci, aliàs instrumentum non faceret fidem: nisi producens iuret protocollum non reperiri, vel esse perditum. per l. fi. j. eod. & ibi expresse hoc

15 tenet Bar. †Item quæro quid si nõ fuit actum inter partes de alia qua scriptura fienda, & concluserunt contractum, postea exteruallo petit alter ad altero q̃ conficiatur publicum instrumentum an poterit compelli? dic q̃ sic. s. ad faciliorem probationem: quia testes possent mori. & hoc examina vt plenè no. Bart. in l. si finita. §. eleganter. ff. de damno infec. facit. l. chirographis. de admi. tut. & quod no. in l. si pupillus. ff. de noua. in glo. ij. vel iij. fi. & debitor qui soluit, potest petere vt sibi fiat instrumentum solutionis & liberatiõis. vt j. e. l. plures apochis. & plenè etiam no. in

16 d. §. eleganter. †Item quæro. quid si instrumentũ sit perditũ, an

b possit quis petere à notario q̃ iterũ conficiat. & an notarius possit sine mandato & authoritate iudicis? videtur q̃ non. vt l. si quis ex argentarijs. in fi. ff. de eden. & de hoc dic vt no. per doc. in l. ff. de bo. autho. iudi. pos. & Specu. in ti. de instru. edi. §. j.

2 ☞ *Causa criminalis potest tota alteri committi in casu necessitatis, propter absentiam iudicis.*

Notario an possit committi delatio iuramenti fienda testibus, & examinatio articulorum sine consensu partium?

3 *Petenti remissionem ad alia loca pro examinandis testibus debet deferri iuramentum? non petit calumniosè, nec causa differendi iudicium sed credat postea per alios absentes probare, vel per instrumentum, cuius copia petitur.*

4 *Quæ sint partes iudicis commissarij in referendo iudici committenti?*

5 *Ille cui committitur examinatio testium in causa ciuili, quare non possit alteri delegare?*

6 *Quando fit remissio ad alium locum, pars contra quem fit, debet admoneri vt ad illum locum accedat si velit: & quis sit effectus huius citationis?*

LEX XVII.

1 IVdices. †In remissionibus quæ fiunt ad alia loca pro examinãdis testibus ibidem, vel pro extrahenda copia instrumẽtorum originaliũ, quæ inde non possunt amoueri, debet Iudex alteram partem monere q̃ ad illum locum accedat ad videndum iurare testes, vel sumi copiam instrumenti: & ille iudex cui hoc committitur postquam expleuerit commissionem, debet eam clausam & bullatam remittere ad iudicẽ committentẽ. In causa tñ criminali talis commissio pro recipiẽdis testibus nõ debet fieri: sed Iudex causæ debet eos coram se facere venire, & per seipsum examinare. hoc dicit cum auth. hic posita. & istæ leges multũ practicantur in romana curia. vbi fiunt istæ remissiones ad partes lõginquas de quibus non esset conueniens adducere testes: nec possent ne à suis negotijs aduocentur. de qua materia vide in Specu. de teste. §. qualiter. ver, sunt autem testes producendi. vbi Spec. ponit formam literæ quæ debet dirigi per iudicem causæ ad examinatorem extra curiam. & in §. nunc tractandum. ver. hoc autem scias. & in §. j. ver. quid si aliquis. & in istis prosequitur hanc materiam. Et licet hic distinguatur inter causas ciuiles & criminales: vt in primis possit fieri, in secundis non. doc. videntur aliam distinctionem facere: quia etiam in ciuilibus dicũt quòd si esset causa multũ ardua, nõ deberet facere: sed testes ad se vocare, & sic in criminali: si esset parua: puta quia pœna esset pecuniaria. & non magnæ quãtitatis, posset fieri totũ ergo relinquit iudicis arbitrio, qui potest vel ad se vocare. vt §. tit. j. l. si qñ. & l. qñ liberi. quod declara vt ibi dixi. vel cõmittere iudici loci vbi sunt testes. & hoc vt plurimũ practicaẽ. & in ciuili etiã ardua posset hoc fieri qñ necessitas vrgeret: quia testes non essent de iurisdictione. & sic nõ posset eos cõpellere corã se venire: ne veritas occultetur,

2 vel pereat. secundũ Nic. ma. & Bal. †nam & tota causa criminalis posset alteri cõmitti in casu necessitatis, propter absentiã iudicis. vt in l. j. §. j. ff. de offic. eius cui man. est iu. & de iure canonico

c etiam necessitate non imminente causa criminalis põt delegari. vt in c. in archiepiscopatu. de rapto. & fiet cõmissio iudici minario loci. vt in authen. apud eloquẽtissimũ. in prin. j. eo. & ejus committi totalis receptio. i. vt deferat iuramentum, & examinare. sed & alteri non existenti in magistratu, puta notario, nõ potest cõmitti delatio iuramenti fienda testibus, nec examinatio articulorũ: nisi de cõsensu partiũ. ita videtur intelligendũ quod hic no. Bar. & etiã cle. vnica. de offi. dele. quæ videt probare contra q̃ indistinctè posset cõmitti. quod etiã sentit hic Bald. Sed ego intelligo vt dixit Bar. Postquã autem esset delatũ iuramẽtum per iudicem, & examinati essent articuli, simplex examinatio in

stiam in facto cõsistens posset bene fieri à notario,etiã sine consensu partiũ:licet vt plurimũ partes cõcordẽt in notario. facit l. scire oportet.§.oportet.ff.de exc.tut.& vide pro cõcordãtia tex. in c.cõstitutus.extra de fideius.† In text.ibi:[& hoc si iustè peti, Judex inuenerit &c.]debet ergo deferri iuramẽtũ petẽti talẽ remissionẽ,q̃ nõ petit calũniosè,nec cã differendi iudiciũ:sed credat postea per testes illos absentes probare,vel per instrm,cuius copia petit:& hoc ꝓbare nõ põt:& hoc ne ꝑeat veritas.]In tex.ibi: [similis proferat sententia.] s.interloquutoria:quæ est q̃n Judex decreuit cã prius cognita,vt fiat remissio.†In text.ibi: [postquã in locis.]hic ponit quæ sint partes iudicis cõmissarij in referẽdo iudici cõmittẽti:quia postquã facit examinari testes, siue taliter deponãt qd' fidẽ imponat instrõ,qd' allegabat suspectũ:siue nõ, dicta & attestationes eorũ remittat ad iudicẽ cõmittente: intelligas & sigillatas,& sic non debet publicare : & ita est de more fieri.debet ergo Judex cautæ expectare relationẽ, & interim nõ ꝓcedere ad actũ iudicialẽ:vt ſ.de dila.l.siue pars. In aut. apud.in fi.No.testes posse torqueri prout iudici videt in criminali,sicut in ciuili.† Itẽ q̃ examinatio testiũ in causa ciuili põt cõmitti:& vide ibi aut.si clerici.de iudi.& de offi.dele.c.sup quæstionũ.§.quòd si delegatus.in gl.super ver.alij delegare. Et adde q̃ ille cui cõmittitur examinatio testiũ in ciuili, cùm videat electa industria personæ,nõ põt alteri delegare:quia in hoc non est Judex,sed simplex executor facti:vt not.in d.cle.vnica.de offic. dele.† Item not.ex l.indices.q̃ quando aliqua remissio fit ad aliũ locum,pars cõtra quẽ facit,debet admoneri vt ad illum locũ accedat:intellige si vult:nõ autem compellitur præcisè :& ad hoc valorem negotij:nec possit dicere se non fuisse requisitã:de qua citatione vel requisitione conditionali habetur per gloss.in l.ea quidem.in vlt.gl.j.si mancipium ita fuerit alienatum: & tũc non dicitur aduersarius,nisi se opponat.Et aduerte:quia per hoc patet q̃ etiam si non sit subditus iudici, potest isto modo requiri:& sic iudex ecclesiasticus potest requirere laicum vt coram se cõpareat si vult:& q̃ licet non possit sibi mandare vt veniat, nolit vel velit:cum non sit sibi subditus:& effectus primi est:qa si nec comparet nec opponit,& ita excluditur ab oppositione sicut si fuisset admonitus per iudicem suum:vt no.Bal.in l.testamenta. ſ de testa.& ſ.de testi.aut.si quis.in pe.col.facit ad istum tex.l.generaliter.§.his de præsentibus.ſ.de reb.cred.

1 ✠ Quid sit apocha:& quid antapocha? nu.5.

2 Debitor qui soluit an possit compellere creditorem ad restitutionem instrumenti debiti,aut faciendum instrumentum de solutione? nu.9.

4 Notarius si est rogatus de solutione quam fecit mihi debitor meus: sicut tenetur tradere sibi instrumentum,quia principaliter concernit eius fauorem,quare ita & mihi?

1 Quando creditor reddit debitori instrumentum cancellatum propter solutionem, potest petere quòd sibi fiat instrumentum quòd illud quòd soluit debitor erat debitum.

Emphyteuta si uelit soluere pensionem pro pluribus annis futuris,an teneatur dominus eam solutionem recipere?

6 Si nihil ad annuam præstationem,& steterit per annos.xxx.q̃ nihil soluerit,an præscripserit pro præteritis præstationibus,& etiam futuris?

7 Conductor contra locatorem quousque tenet,tanquam conductor nunquam præscribit & quid si cessat soluere:an uideatur tenere suo nomine, & præscribat ? & numero 8.

8 Si colonus,uel inquilinus,uel emphyteuta,soluit longo tempore pensionem, an dicatur dominus contra eos præscripsisse,si non potest aliter ostendere concessionem uel locationem?

LEX XVIII.

8 † Nunc contra intellectum secundę glo. mag. super verbo. [red integratæ.] oppo. fortiter extra glo. & doc. quia si ponatur casus hic in ver. [si igitur.] in pacto. l. cōmissoriæ oppositio per procuratorem. prout ponit glo. & dicimus ex illo pacto transferri dominiū in dominū. tamē sibi nō acquirit actionē personalē prout dicit glo. & doc. sequentes eam. licet Petrus in primo cōtradicat. videtur q; ex quo acquiritur dominiū, quod est principale. acquiratur etiam actio personalis ad retraditionē rei: quæ est accessoria ad illud: vt j. l. proxi. quæ incipit cū per liberā. & in aliquibus libris est. l. fi. vbi ecōuerso qñ per procuratorem acquiritur personalis, in consequentiā etiam per eundē acquiritur hypothecaria. vt q; iuris est de principali, sit de accessorio: vt ibi dicam. Breuiter dic q; ista est. l. antiqua. illa verò noua Iustiniani. & hodie per illam. l. tenendo quod acquiratur dominiū ex solo pacto: acquiritur etiam personalis obligatio ex pacto. scilicet præscriptis verbis. vel ex stipulatione, si interuenit. secundū quod no. Bar. in
9 l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cer. pe. † Sed adhuc oppo. fortius. quod etiam secundū. ll. antiquas non solū dominiū, sed etiā personalis actio ex pacto acquiratur domino ex tali pacto per ꝓcuratorem: non solū si sit pactū. l. commissoriæ: quod est quādo agitur vt res sit inempta. & sic est resolutiuū contractus. sed etiā si sit pactū de retrouendendo. quia nō est resolutiuum, nec translatiuum dominij de sui natura. vt l. ij. & ibi no. j. de pac. inter empto. & ven. tex. est singularis in l. si cū venderet. ff. de pig. actio. verū illa. l. facit me dubitare cōtra istam. nec video vllam respōsionē. nisi dicamus qd' illa loquitur in creditore vendēte pignus iure creditoris: qui apponendo tale pactū in fauorē debitoris, vt ei restituatur res quandocunq; obtulerit pretium, acquirit debitori dominium vtile: vt sic possit vendicare oblato pretio. & datur etiam actio personalis in factum, id est præscri. ver. hic loquitur in simplici procuratore. ratio diuersitatis. quia creditor vendit ex iure quod habet in re. ideo potentior est ad acquirendum debitori quā ꝓcurator simplex: q; nullū ius habet. licet creditor dicat ꝓcurator debitoris in rē suā. Sed adhuc cōtrà. nā ex pacto alterius facto super re mea bene acquiritur mihi etiā iuris alterius actio vtilis. vt §. ad exhi. l. pe. sed ita erit hic. Sol. verū est qñ super re mea: quæ durat mea. Idē qñ sup re sua: quæ durat sua. vt

in l.publia.in prin.ff.depo.sed qñ non durat sua,secus.nisi in casu speciali.l.certi cõdictio.§.si nummos.ff.si cer.pet.& l.quoties.
* j.de don.quæ sub modo.& facit j.de pac.*conuentis tam super dote.l.pater.*sed qñ super re mea,quæ nõ durat mea,secus.nisi in casu speciali qñ creditor vendit rẽ meã iure creditoris. vt d.l. si cũ venderet. Adhuc quartò op. q̃ ex isto pacto.l.cõmissoriæ nõ acquiraẽ domino dñium per l.ea quæ ciuiliter.de acqui.rerũ do.Solu.pactũ non est iuris ciuilis:quia fuit introductũ à iuregẽ tiũ seu naturali:non à iure ciuili.vt in l.j.in prin.ff.de pac.tamẽ à iure ciuili assumpsit hanc virtutem. vt qñ est pactũ.l.commissoriæ.sit habile ad transferendũ dñium sine traditione propter naturã.facit.quia traditionibus & vsucapionibus rerũ dñia transferunt:vt l.traditionibus.§.de pac.contrariũ loquit̃ de his modis q̃ sunt à iure ciuili inuẽti.vt stipulatio sit acquisitio, vt non possit alteri stipulari,vt illi acquirat:sed bene põt recipere rem per tra-
10 ditionẽ:vt alteri acquirat possessionẽ,vel dñium.†Vltimò op.q̃ ex isto pacto nõ acquiraẽ dñium domino per l.solutũ.§.per libe ram.ff.de pig.actio. vbi per liberã personã non acquiritur alteri actio hypothecaria quæ est realis.ergo nec rei ven.contrariũ foret si acquireretur dominiũ.Solu.hypothecaria est realis. tamen accessoria ad personã:vnde si non acquirit mihi personalẽ, quia fortè prius fuit mihi acquisita per meipsum , non põt acquirere mihi hypothecariã ex sola cõuentiõe.vt in l.cõtraria. sed dñium est quod personale.vnde põt ipsum mihi acquirere , etiã ex sola cõuentione,quia est actus de sui natura talis qui sufficit ad trãslationẽ dominij.& in contrariũ acquiris etiã actionem realem.i. rei ven.quidã enim intelligunt illũ.§.quãdo interueniret sola cõuentio de pignore,vel hypotheca.vt per illã non acquirat alteri. si autẽ traditio interueniret,quæ est actus naturalis: dicunt non habere locũ illum.quia acquireretur hypothecaria.hoc non placet.quia hypotheca.non constituitur traditione,sed consensu solo.vt in l.j.ff.de pig.actio.vnde posito quod interueniat traditio, nõ plus operaẽ quã si non interuenisset.Ex his declarata est ista l.obscura.& dubia videre meo.quam tamen doc.malè declarãt.

1 ☞ *Qualiter ante illam legem ex numeratione pecuniæ tuæ facta meo nomine facta cõuentione de pignore:obligatio & actio directa ex numeratione acquirebatur mihi, & pignus vel hypotheca tibi?*

3 *Pignora,an constituantur traditione,vel sola conuentione?*

4 *Quod iuris est de principali,debet esse de accessorio.*
Si mutuaſti nõie meo,& fuisti stipulatus pecuniam, vel usuras , an sicut acquiritur mihi certi cõdictio,ad restitutionẽ pecuniæ:ita & actio psonalis ad pœnã,vel usuras?

5 *Quid si recepisti fideiussores,an mihi contra eos acquiratur obligatio?*

6 *Si aliquis in terra sua constituat procuratorem ad litigandum in longinquis partibus, & coram iudice terræ suæ promittat pro illo procuratore de iudicato soluendo,releuãdo ipsum à satisdatiõe,an aduersarius poterit dicere illã insufficiẽter releuatũ?*

7 *Actio quæ est cedenda,quando habeatur pro cessat?*

LEX II.

1 CVm per liberam.† Quando per liberam personam alteri acquiritur obligatio psonalis. vt in mutuo facto nõie alterius. acquiritur etiã hypothecaria.licet ante hanc l.hoc non esset.sed veniebat cedẽda. quæ cessio hodie nõ est fienda. & est l.Iustiniani.per quã Bar.in l.certi condictio.ff.si cer.pe. dicit correxi.§.quoniã.in ea.l.vbi dicitur qd̃ si mutuaſti pecuniã , postea fuisti stipulatus nomine meo,quia ista stipulatio non valet, sed est inutilis:& tamẽ si numeraſti meo nomine , valet numeratio: & ex ea mihi acquiritur actio.& est spãle in mutuo.propter eius frequentiã,& propter singularia præcepta pecunię.vt in l.singularia.eo.titu. qd̃ ex numeratione pecuniæ tuæ acquirit̃ mihi directa actio ac si ego numerassem. & tamẽ ex stipulatione per eũ dem facta super eadem pecunia mihi restituẽda nulla obligatio mihi acquirit̃.dixit ipse qd̃ hodie valebunt per hanc l.quia sicut põt mihi acquirere hypothecariã,quæ est accessoria:ita & personalẽ ex stipulatione: quæ similiter est accessoria ad illã. quæ erit ex numeratione.sed in contrariũ facit l.si pecuniã militis. eo. tit. per locũ à speciali.quia si est spãle in milite,in contrariũ videtur ius cõmune.vt l.j.in fi.ff.ad muni.sed dic quod loquit̃ de iure ve-
2 teri.sed hodie nõ esset spãle in milite.secundũ opi.Bar.No.† mirabile.quia ante hãc l.si numerabas pecuniã tuam meo nõie, & cõueniebas de pignore:obligatio & actio directa ex numeratione acquirebaẽ mihi: pignus vel hypothecaria acquirebatur tibi. quã debebas mihi cedere.& sic penes diuersas personas erat iste actus:quod erat valde absurdũ.cũ tamen nõ esset principalis &
3 accessoria apud vnũ. & hoc erat satis rigorosum & inutile.† Tolno.dũ dicit.[procurator data vel supposita sunt pro eo qd̃ dicš.l. proxi.cõtra illos qui distinguebant an pignora cõstituantur traditione,vel sola cõuentione.nã hic erant tradita procuratori & tñ dño nõ acquirebaẽ hypothecaria:qa traditio nõ constituebat
4 pignus,sed solus consensus.† No.etiã qd̃ iuris est de principali debet esse de accessorio. Quærũt doc. qd si mutuaſti nõie mei, & fuisti stipulatus pœnã,vel usuras, an sicut acquirit̃ mihi certi cõdictio ad restitutionẽ pecuniæ: ita & actio psonalis ad pœnã, vel usuras?videt̃ qd̃ sic.cùm sit accessoria.cõtrariũ tñ tenentes est odiosa.nõ sic in hypothecaria.vnde nõ debet extẽdi cõtra regulã iuris antiqui.q̃ per liberã personã &c.vt §.l.px. nisi in casu in quo loquit̃.& sic erit necessaria cessio:& adhuc sequit̃ mirabile,qd̃ olim erat:qa principalis obligatio erit apud me:& accessoria pœnæ usurarũ erit apud te.quã debes mihi cedere. qd̃ est ho-
5 tis extraneum.†Sed quid si recepisti fideiussores,an mihi obligatio cõtra eos acquiraẽ?Cy.tenet hic q̃ sic.qa nõ est odiosa. & sic est eadẽ rõ quæ in hypothecaria.mihi vr̃ contrariũ.qa in alio vdeo dr̃iam qa si cedis personalẽ mihi cõtra Titiũ, vr̃ cessa etiã hypothecaria cõtra eundẽ. vt j.de acti.& obli.l.si à creditore.& nõ vr̃ cessa cõtra fideiussores.& requirit̃ noua cessio.vt colligitur ex.l.q̃ filij.in prin.& l.vẽditor.de hæ.vel act.ven.& expresse no.in Spe.de cessio.acti.§.j.in addi.quæ incipit res. & credo qd̃ nõ dicat verũ ꝓ certo. & qd̃ requiraẽ noua cessio cõtra nouam psonam.sicut ergo in hoc est differẽtia inter hypothecariam & actionem competentem contra fideiussores : vt facilius transeat hypothecaria quã illa.ita vr̃ in casu huius l.& sic erit necessaria cessio contra fideiussores.Tene menti. quia ista sunt subtilia.
6 †Vltimò Cy.inducit hanc l.ad nouã.q.q̃ si aliquis vltramontanus in terra sua cõstituit procuratores ad litigandum in roma vel longinquis partibus,& coram iudice terræ suæ promittat iudicato sol.pro illo procuratore,releuãdo ipsum à satisdatione quod aduersarius modo possit dicere illum insufficiẽter releuatum,quia iudex non potuit ei acquirere actionem:cũ ipse nõ sit subditus eius.dicit Cy.secundũ alios q̃ imò est sufficienter releuatus,& quod sibi acquiritur actio.quia sicut procurator potuit fieri coram eo,quia iudex erat procuratoris & constituentis.ita
7 & satisdatio.quæ est accessoria.quod tene mẽti.& dicit Bal.† q̃ ita practicatur in glo.& est ratio ibi.nec tamen ipso iure competit.aliãs multa & infinita iura essent correcta.quæ dicunt omnia debere cedi.quia ad euitandum circuitum haberetur pro cessa.hoc declara. vt no.in l.cùm fundus.§.seruum tuum.ff.si cer.pe. nam in subsidium actio quæ est cedenda.habetur pro cessa,quando non supereſt qui cedat.vt quia abest mortuus est sine hærede.vt in l.j.in fi.ff.de instit.cum.ll.seq.& l.j.§.de actio.& obligã. in casu.d.§.seruum tuum.in fi.glo.ibi.Tu dic melius quod ibi loquitur quando per illum qui volebat acquirere hypothecã,non fuerat acquisita personalis mihi. vt si ego numeraui tibi, & ista fuit acquisita per me,& postea Titius conuenit tecum quod bona tua sint mihi obligata:talis conuentio non valet.nec mihi acquiritur hypotheca,vel hypothecaria.vt in l.solutum.§.per libe-
ram. actio. ff. de pigno. hoc verò Titius mutauit tibi nomine meo. & sic acquisiuit mihi personalem , eodẽ modo hypothecã.

2 ☞ *Si unus dominorum tantum iussit stipulari,& seruus non iubenti fuit stipulatus, autem iubenti,cui tunc acquiratur:an nominato,an iubenti,an utrique,vel neutri?*

3 *Nominatio quando præualeat iussui.*

LEX III.

1 SI duo.† Iussus specialis præualet nominationi sed iussui generali præualet nominatio.hoc dicit.Barto.secundùm intellectum glos.præmitte quod habetur in l.seruus communis. de stipula. seruo. cum ll.seq.ff.q̃ seruus communis duorum simpliciter stipulando vtrique acquirit vtriq; pro portionibus dominicis. fallit si alteri tantùm fuisset stipulari.quia tunc illi tantùm acquirit. Item fallit si vni tantùm fuisset stipulatus nominatim.quia illi solùm acquiritur.nisi rẽ alterius fuisset stipulatus:licet ei restituere teneretur, ex cuius re stipulatio fuit interposita.nisi esset talis cui non posset so-
2 ri.quia tunc illi soli acquiritur.†Nunc occurrit talis dubitatio vnus dominorum tantũ iussit stipulari:& seruus nõ iubenti stipulatus,nõ autem iubenti.cui acquiritur:an nominato, an iubẽti,an vtriq;,an neutri:& imꝑator dicit olim fuisse altercatum

inter ptudẽtes. & eligit primã viam. q̃ acquiratur iubenti tantũ: ne malitia ſerui noceat iubenti. vt tẽpus ab altero ſtipuletur illi, & nõ iubenti. & hoc vſq; ſbi. [quod enim.] ſibi format vnam opi. de eo q̃ apud antiquos dicebatur iuſſionem dñi eſſe abſimilem nominationi. & ſic antiqui dicebant quod noïatio eſt potentior quã ſit iuſſio. & ſic videtur quod nominato acquirat, non iuben ti ſed rñdit quod aut venit dũtaxat iuſſio, & acquiritur iubenti. aut interuenit duntaxat noïatio vnius, & acquiritur noïato. & tũc fateor quod nominatio eſt potentior quã iuſſio. qm̃ noïatio põt acquirere ex re etiam alterius, dñi. non ſic iubenti. vel ſi ſti pulatur ex re alterius non iubentis non acquiritur iubenti pro pter ſolũ iuſſum. & ſic plus valet noïatio ad acquirendũ, quàm valeat iuſſus. iſte eſt vnus videre meo intellectus nõ tactus per glo. vel doc. & ſic ceſſant ambages tactæ per doc. qui videnť du bitare. cũ iſta l. videatur ſibi cõtradicere. qa in prima parte vult iuſſum præferri noïationi: & poſtea in fine dicit contrariũ. quod plus valet noïatio quam iuſſio: ſed ponit caſum vt dixi, & ceſſat cõtrarietas. aliàs ille ver. [q̃ enim.] non veniret ad propoſitũ. qa videť velle opponere cõtra determinationẽ ſuã. & nõ ſequereť bona reſponſio. † De declaratione glo. j. oppo. ad primã partẽ. l. vbi dicit q̃ iuſſus prẽualet. de fi. l. vbi q̃ prẽualet noïatio. glo. ſol uit tribus modis prima & vltia ſunt bonę. Et diſtingue. aut ſunt de per ſe. & tunc maioris virtutis eſt noïatio quã iuſſus: qa facit vt acquirať noïato: etiã ſi ſtipuleť ex re alterius. dico tamẽ quod quærit actio. ſed qd' conſequit ex ea teneť ei reſtituere ad quem res pertinet. l. ſi ex re. §. ſicut. ff. de ſtipu. ſer. & l. j. §. ij. non ſic ope raretur vt acquirat iubenti ex re alterius. aut conſideranť ſimul: quia vnus iuſsit, & alter fuit nominatus. & tũc aut iuſſus fuit ge neralis: quia iuſsit vt ſtipularetur. & nõ dixit ſibi iubẽti, vel alte ri & idẽ. vt noïatio præualeat. vt in vltima ſolutiõe glo. quæ fuit Azo. aut fuit iuſſus ſpecialis. quia iuſsit vt prodeſſet ipſi iubẽti. & ipſe ſtipulatus eſt alteri. & tunc aut ex re iubentis. & acquirit iubenti. nec obſtat qd' ſ. dixi. q̃ noïatio acquiritur ex re alterius. quia verum eſt. ſi non præceſsit iuſſus illius. tunc enim duo vin cula præferuntur vni. vt l. re coniuncti. de lega. tertio. ſi veró ex re nominati, acquiritur nominato. eadẽ ratione. quia duo cõcur runt pro eo. ſed pro iubente vnũ tantũ. aut ex re alterius, non ali cuius eorũ. & puto q̃ acquiratur iubenti. & ſic in hoc præualet iuſſus. vt in prima parte huius l. per rationem quã gloſ. aſsignat.

Ad ſenatuſconſultum macedonianum. Rubrica.

1 ☞ *Ex mutuo facto filiofamilias oritur ciuilis, & naturalis obligatio, ſed obſtat excep tio macedo.*

An ſit in arbitrio iudicis diſcernere an creditor habuerit iuſtam cauſam credendi filio fami. vel non. ut ceſſet exceptio macedo.

LEX I.

1 SI filiusfa. † Hic ponitur vnus caſus in quo ceſſat ſenatuſconſultũ macedo. & non datur exceptio contra creditorem. ſcilicet quando filiusfa. qui mutuũ recepit, aſſeruit ſe pa trem familias. & creditor iuſta ratione motus cre didit ibi. & ſic duobus concurrentibus. Alij caſus ponunť in l. proxi. alij in l. ſi permittẽte. & l. macedoniani. alij in l. fi. qui ſunt ctio, vel nouẽ. puto autem in caſu huius l. aſſeuerationẽ filij nõ nocere patri. quia potuit fieri malitioſè. & ſic filius cõuentus nõ habebit exceptionẽ macedonia. ſed pater ſic, ſi cõuentatur de pe 2 culio. † In tex. ibi. [exceptio ei denegabitur.] debes autẽ ſcire q̃ 3 ex mutuo facto filioſa. oritur ciuilis & naturalis obligatio. vt in l. quia naturalis. ff. eo. quia. l. non reſiſtit contractui, ſed effectui ipſius: licens actionem ex mutuo non dari. quod eſt intelligen dum ſcilicet cum effectu. quia bene oritur actio: ſed obſtat exce ptio. Si autem reſiſteret contractui, nulla naſceretur obligatio etiam naturalis. vt in l. cum lex. ff. de fideiuſ. Item puto quod ſit in arbitrio iudicis diſcernere an creditor habuerit iuſtã cauſam credendi, vel non. Cy. autem dicit quod iuſtam cauſam videtur habuiſſe, ſi ille iurauit ſe eſſe patremfami. vel ſi pater erat alibi, & filius aſſeruit illum eſſe mortuum: ſi tamen poſtea conſtaret quod creditor ſciebat patrem viuere, & ipſum eſſe in poteſtate patris, & tunc aſſeueratio filij etiam cum iuramento non prodeſ ſet creditori contrarium ſcienti: quia ſeipſum decipit. nõ autem à filio decipitur. cùm ſcienti non inferatur dolus, nec deceptio. ſ. de tranſactio. l. cùm donationis.

LEX II.

a ¶ Ex mutuo facto ff liofa. An mutuũ factũ p filiũſa. noſe patris. quæratur patri vide per bar. in l. fra ter à fratre. in iij. co. ff. de condi. inde.

1 ENodorus. † In iſta l. ponuntur. v. caſus, in quibus ceſſat ſenatuſcõſul. pro intellectu primi dicti, qm̃ pu blicè ſe gerebat pro homine ſui iuris, quã to tẽpore debet hoc feciſſe, ad hoc vt habea tur pro tali vide omnino q̃ no. Bal. in l. ij. ſ. ſi aduerſus rem iudi. & Bart. in l. Labeo. ff. de ſuppel. leg. qm̃ aũt aſſerit ſe eſſe ſui iuris, nõ requiriť q̃ longo tẽpore ſe pro tali geſſe rit, ſed ſufficit aſſertio cũ longo tempore. vt ſ. l. proxi. ſed vbi non aſſeruit. longum tem pus requiritur: vt hîc. cum not. in dictis locis.

LEX III.

1 SI filiusfa. † In alio contra ctu quàm mutui non habet locum exceptio mace do. h. d. Et pone caſum vt habeat maius dubiũ q̃ filiusfa. emit quandã rẽ p centũ: & dicta centum confeſſus eſt ſe ha bere ex cauſa mutui, & promiſit per ſtipu lationẽ reſtituere. & ſic non attenditur hæc cauſa propinqua actioni ſoluendæ: ſed ori ginalis cauſa fuit contractus emptionis.

LEX IIII.

1 SI permittente. † Hic ponit i dẽ caſus qui in l. ij. ſ. eod. in quo ceſſat ſenatuſcõſulrum macedo nianum. ſcilicet quando eſt factum patre permittente. hoc dicit.

2 ☞ *Filius ſi eſt in ſtudio de voluntate patris, q̃ neceſſe ha bet pater perſeuerare, & adminiſtrare ſibi expenſas ne ceſſarias.*

An peter teneatur filium mittere ad ſtudium?

3 *Sicut pater tenetur dotare filiam, & dare donationem filio propter nuptias, ita & dare filio aliquam artem ex qua viuere poſſit.*

4 *Licet pater ſaltem quando filius eſt in ſtudio de voluntate ſua, teneatur ſibi emere libros: non tamen tenetur eos ſibi donare, & ſic quod poſt mortem patris erunt communes inter fratres.*

Quod tamen fratres debent eſſe contenti quod computetur pretium eorum in ſortem ſuam: ne auferantur ſibi. ſicut nec militi debent auferri arma.

b ¶ Dotare filiã. Add. l. fi. C. de dotis promiſsiõe. et an tenea tur dotare filiã diuitẽ. vide p Ang. i d. l. fi. iũcta gl. iij. & an teneať dotare filiam emãcipatã. vide. in d. l. fi. et an teneať do tare filiã ingratã. vi de per Bal. & Io. de imo. in. l. poſt mortẽ in vñ. col. ff. ſol. ma. & an teneatur dota re filiam ſi eſt mere trix: vel ſimilis cõdi tionis. vide p Bal. in l. q̃ liberos in re portatis antiqs. ff. de ri tu. nupt. & an tenea tur dotare filiã ẽt nu ptã. vide gloſ. & ibi Bar. et Ang. de ac. et ob. Bald. in l. fi. C. de ſen. q̃ ſine certa quãti. pſe. Nic. de neap. in ru. ſo ma. glo. in c. hoc ſanctũ xxxvj. q. ij. Abb. in c. accedẽs. de peur. i c. j. d. deſp. ſpu. et in c. j. de adul. Alex. de imo. conſil. cxxxix. incip. Viſo. themate in ij. vol. & an teneatur dotare fi liã ſpuriã. viđ p bar. in l. ſi quis à liberis. in §. vtrũ. ff. de lib. agn. Bal. in l. ſi pater. C. đ do promiſ. Abbas. c. cum haberet. & ibi cor. ale. in pe. not. de eo q̃ cog. cõſan. vxo ris ſuæ.

LEX V.

1 MAcedoniani. † Hic ponitur alius caſus, in quo ceſſat hæc exceptio. ſcili cet qm̃ fit mutuum filio in cauſam ſtudij: in quã pater habet filio neceſſe ſubuenire. puta in ſtudio. vel cã le gationis. gl. miratur de iſto tex. quia primò innuit q̃ quando mu tuum fit filio cauſa ſtudij, vel legationis, pater teneatur inſo lidum. dum dicit. [ad ſumptus neceſſarios. &c.] & poſtea in ver. [ſed ex contractu.] dicit eum teneri de peculio tantum. & rñdit q̃ quidam ſunt ſumptus neceſſarij. puta expenſæ, victus: & em ptio librorum. ſine quibus ſtudere nõ poteſt. & ita loquitur prin. legis. & ad iſtas pater tenetur inſolidum. quidã ſunt cã ſtudij, nõ tñ neceſſaria. vt coopertura librorũ. & aliæ ſine quibus filius poſ ſet trãſire. pone fecit ſcribere lecturas non neceſſarias. pro tũclo 2 quitur verſ. [ſed ex cõtractu.] † Item vult gl. q̃ ſi filius eſt in ſtu dio de volunta te patris, neceſſe habeat pater perſeuerare, & ad miniſtrare ſibi expenſas neceſſarias. ſed ſi non de voluntate patris, tunc ſecus. quia pater non tenetur filium mittere ad ſtu dium ſi nõ vult. aliàs diſputãdo tenui contrarium: ſi filius eſt ad hoc aptus. & facultates patris ſuppetunt. & pater teneť prouide re filijs. & ſicut † tenetur dotare filiã, b & dare donationem filio 3 propter nuptias: ita & dare filio aliquã artem. ex qua viuere poſ ſit ad quod allegatur. l. de bonis. §. non ſolùm. ff. ad carb. & illum caſum vidi de facto. vbi filius contra volũtatem patris venit ad ſtudium, cupidus ſtudere. & tamen reuocauit eũ: & nihil voluit ſtudium, cupidus ſtudere. & tamen reuocauit eũ: & nihil voluit ſibi adminiſtrare. dicẽs q̃ volebat q̃ ipſum iuuaret in ſuis agen dis. ſed malè fecit, & malè ſibi ſucceſsit. † Dicit etiam Bal. quod 4

a ¶ Emere libros. Adde Bar. in l. donationes. in §. pē. ff. de do. Bal. in l. j. ff. so. ma. & cōsi. xxj. inci. quinqt quærūtur. in vij. vol.

b ¶ Ratihabitio retrotrahit. Adde l. hoc iure. in §. deiecit. ff. de regu. iur. & in regula ratihabitionē. de regu. iuris. libro vj.

licet pater saltē quādo est in studio de volū tate sua, teneat sibi emere libros. a non tamē tenet eos sibi donare. & sic post mortē patris erunt cōes inter fratres. si pater eos sibi nō prælegauit. debent tamē fratres esse contenti qđ computet pretiū eorum in sortem suam: ne auferant sibi. sicut nec militi debēt auferri arma. argumē. ad hoc quod dixi in l. si familiæ. suprà fami. ercis.

2 ☞ *Pecunia mutuata filiofa. si est salua, nec dum mutuata in causam necessariam, an tesset exceptio macedoniani?*

LEX VI.

1 SI filius. †Ex mutuo facto filiofa. non datur actio de peculio cōtra patrem. Item senatuscō. quod loquit in filijs. habet etiā locū in nepotibus constitutis in potestate. h. d. † Quæro, quid si pecunia mu
2 tuata filiofamilias est salua, non tn fuit mutuata in cām necessariā: an cesset exceptio mace. videt quod sic. sicut qn pecunia mutuata filio esset salua: vel ex ea esset effectus locupletior, teneretur cū effectu. l. ij in prin. ff. cōmoda. quia nō debet locupletari cū aliena factura. Bal. tenet contrariū. quia hoc casu propter prohibitionē senatuscon. & dolum mutuantis permittit vt ille locupletetur cū sua iactura. & allegauit. l. sed & si pater. §. ij. vel iij. ff. eo. titu. vbi pecunia erat conuersa in ornamenta filiæ: quę pertinent ad decorē patris. & sic poterat dici salua. & nihilominus habet locum exceptio. Breuiter istud videt satis durum, & iniquū dicere. & contra ius naturale. l. nam hoc natura. ff. de condi. inde. nec obstat textū quia non dicitur salua eo quod esset expressa in ornamenta, si pater non esset illa facturus.

3 ☞ *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.*

4 *Quid si contractus non fuit celebratus nomine ratum habentis, & quando non trahatur retro? & nume. 2.*

5 *Statutum quod filiusfamilias non possit se obligare sine consensu patris: nisi sit mercator. & sit mercator, sed non obliget se ex cā mercātiæ, an erit efficaciter obligatus?*

LEX VII.

1 SI filiusfa. †Sicut cessat exceptio senatus. quādo pater consensit à principio, vel permisit filio mutuari, ita si ex postfacto ratum habet: quia ratihabitio retrotrahitur. & mandato comparatur: ad hoc semper allegat ista l. & si filius erat miles: quia habet pro patre fami. quó ad castrense peculiū. & in illud prēsumit accepisse:
2 in dubio cessat senatus. ma. h. d. tota l. † No. qđ ratihabitio retro-
b trahit. & mādato comparat. Bar. in l. uxor. §. si quis. ff. de adul. dicit esse hoc verū in his quæ gesta fuerūt nomine ratū habentis. per l. ij. ff. cōmu. prædio. Breuiter hoc videt mihi falsum. & contra istū tex. quia hic nō dicit qđ filius recepit mutuū noīe patris. vñ potuit recipere ꝓprio noīe. Itē qđ dicit Bar. est expresè contra tex. l. si fundus. §. j. ff. de pig. vbi actus nō erat gestus noīe ratū habētis. dic ergo ꝙ in prætiudiciū ratū habētis trahit retro à principio in cōtractu nō celebrato noīe eius. non sic in fauorē ratificantis: vt per hoc negotiū efficiat suū, & acquirat actionē. per l.
3 si pupilli. §. sed si ego. ff. de neg. gest. † Itē trahit retro: quādo actus deficiebat solū in consensu ratū habentis. si verò habebat alium defectū præter cōsensum: tūc ratihabitio nō faceret actum recō ualescere. sicut in sentētia nulla ꝓpter defectū ordinis: quia ratihabitio partiū non faceret eam recōualescere, vt valeat iure sententiæ. sed du taxat iure pacti. vt in l. ij. §. cōia vtriusq; iudicij. & circa prædicta vide oīno qđ tractat per glo. & Inno. & alios modernos canonistas in c. prudentiā. de offic. dele. in prin. & in c. cū nos. de his quæ fiunt à prælato. Bal. etiā ponit plures casus, in quibus cessat hęc regula. ꝙ ratihabitio nō trahitur retro. nec manda
4 to cōparatur. quorū aliqui colligunt ex. ll. allegatis in glos. † Ex vltimo dicto nota. argu. Si statutum dicat ꝙ filiusfami. non possit se obligare sine cōsensu patris. nisi sit mercator. quæritur si est mercator, tamen se obligat nō ex causa mercatiæ. puta emit vnā possessionem: an erit efficaciter obligatus? videtur quod sic. arg. huius tex. quia sit præsumptio iuris & de iure: contra quam non admittatur probatio in contrarium, quod se obligauerit in causam mercantiæ. sicut hæc est præsmptio quod miles accepit in causam castrensis peculij. contrarium sentit Bal. quia debet intelligi quando euidenter nō apparet contrarium. aliàs sicut per cō fessionem potest probari contra præsumptionem iuris & de iure ita & per euidentiam facti quæ nō est minoris potentiæ imò excedit omnem probationem. vt l. si irruptione. §. ad officium ff. fini. re. die xxiiij. Junij. M. cccc xxxix. Et tunc comes Franciscus de codignola fuerat ad castrum Mōtagnanæ die præcedenti cū gētibus suis. & ibi erat Gattamelata capitaneus. S. ve. & Comes Franciscus erat capitaneus ligæ, scilicet Venetorum Florentinorum. domi. Papæ eugenij. do. Marchio Ferrariæ & Genuensis & Nicolaus piciminus capitaneus ducis Mediolani vna cum domi. Marchione Mantuæ erat castrametatus circa veronam.

Ad senatusconsultum uelleianum. Rubrica.

1 ☞ *Senatusconsul. uelleianum, quare fuerit introductum?*

† Quia mulieres propter sexus fragilitatē pronę sunt ad promittendū plus quā masculi. sed ad donandū vel soluendum vel diminuendū de proprio matrimonio tenaciores sunt quā masculi. quoniā eorū genus auaritiosimū est vt traditur per antiquos. ff. eo. l. sed si ego. idcirco senatuscon. prouidet eis quādo incipiunt à promissione, & promittant pro alio: & sic intercedant: vt soluere nō teneantur. sed habeant exceptionē. & si soluant ex cā dicti promissionis per errorē iuris, vel facti, repetant per condictionē indebiti. & hoc ne ex facilitate earū periclitentur. quia soluendo fortè nō poterunt repetere ab eo pro quo soluerūt. quia forte nō est soluēdo. vnde repetūt ab eo cui soluunt. Excipiunt ne soluere cogantur. cū verò donant, vel incipiunt à solutione nulla precedente promissione pro alio: quia in hoc nō sunt faciles, sed tenaces. vnde non ex facilitate hęc faciūt. senatuscon. eis non prouidet, vt repetant ab eo cui soluunt. sed possunt repetere ab eo quo soluunt. & si ille nō est soluendo, imputent sibi, hęc est substantia senatuscon. vellei. quod sic dicitur à velleio consule, qui ipsum rogauit, & fieri fecit in fauorem mulierum. & sic dicitur exceptio fauorabilis: cui potest renunciari. vt no. glos. in l. j. & in l. fi. j. eo. sed exceptio Macedoniani non fuit introducta in fauorem filij recipiētis mutuum: nec patris, sed in odium mutuantis. ideo filius nō potest ei renunciare. & potest eam opponere etiā post sententiam quæ transiuit in rem iudi. vt l. tam & si. ff. ad trebel. quia est odiosa. non tamen inducit repetitionem solutionis per errorem iuris: sed facti. sicut in l. fi. ad Mace. ff. secus in exceptione velleiani. quæ inducit repetitionem: siue per errorem iuris, siue facti. vt in l. qui exceptione. ff. de condi. indebi. & sic fit exceptio fauorabilis magis reddit indebitum quàm odiosa quamlicet vtroq; casu tam filius recipiens mutuum, quàm mulier intercedens, obligētur ciuiliter & naturaliter. tamen exceptio velleiani competens mulieri, facit perinde haberi ac si nec ciuiliter nec naturaliter deberetur, quocunq; errore solutū repetitur. sed exceptio Mace. facit haberi perinde ac si esset debitū naturaliter tantū: non ciuiliter. quo casu solutū per errorem iuris non repetitur: sed per errorem facti sic. vt j. ad l. fal. l. error. & plenè no. in l. j. ff. de condi. indebi. & ille titulus. in ff. est subtilis & difficilis.

2 ☞ *Duo modi intercedendi pro alio. & in quo iuuetur mulier exceptione uelleiani?*

3 *Quod creditor tunc repellatur à muliere per exceptionem uelleiani, quando fecerit mulierem, ut pro alio intercederet.*

Quid si ignoraret eam esse mulierem, quia induit se uestē uirilē?

LEX I.

1 MVlieribus. †Tunc mulieri datur exceptio velleiani, qñ incipit à promissione, scilicet alienam obligationem in se suscipiendo. vel in se transferēdo. sed si incipit à solutione, & soluit pro alio, non repetit virtute senatusc. ab eo cui soluit supple. sed repetit ab eo pro quo soluit per actū nego. gest. In tex. ibi. [senatuscon. subuenitur.] scilicet vt non teneantur soluere. si soluunt per errorem, repetant. vt ff. eo. l. quauis. In ver. [si id.] & infrà sequitur. [eū obligatæ non essent &c.] q. d. secus si erant obligatæ. quia tunc videntur soluere non spōte, sed ex necessitate præcedentis obligationis. & hoc faciunt per errorem. quia præcedens obligatio eas non necessitabat cum aduersus eam haberent exceptionem. quando autem nulla præcedente obligatione soluunt pro alio, rem non repetunt. quia spōte hoc faciunt. non quod videantur donare. licet glo. ff. dicat contrarium. cum subsit alia præsumptio, scilicet vt repetāt ab eo pro quo soluunt sed ideo non repetunt ab eo cui soluunt. quia incipiunt à diminu. patrimonij: non à promissione. ad quam faciendam non sunt faciles. imò tenaces plus quam masculi. ideo frag-

liras ſexus nō meruit hunc fauorē. qa hoc nō facit ex fragilitate.
2 & patet in l. quāuis. §. interdum. ff. eo. & j. eo. ti. l. ſenatus. in fi. † Et not. in hac l. duos modos intercedendi. ſcilicet cum quis alienā obligationē in ſe ſuſcepit. q gl. intelligit. ſcilicet participando quia obligatio principalis remanet firma. & altera. ſcilicet interceſsionis ei adiūgitur. quæ dicit accеſſoria. & hoc poteſt fieri altero de tribus modis. vt in gl. j. ſecundus modus qñ alienā obligationē in ſe trāsfert. & hoc pōt fieri duob. mo. vt in gl. ij. in quibus principalis obligatio nō cōtrahitur: vel cōtracta in aliā tranſfertur iure nouationis. Et no. quia primo caſu qñ participādo in
3 tercedit, ſenatuſcon. producit mulieri remediū excluſoriū. quia creditorē agētē pōt p exceptionē excludere. Sed in ſecō caſu ſi
1 quidē alienā obligationē iā cōtractā in ſe trāsfert aīo nouādi. qa tūc tenet mero iure. verū quia obligatio nouās nō eſt efficax, propter exceptionē vellei. ſenatuſcō. prouidet creditori qa ſibi reſtituit vtilem actionē cōtra priſtinū debitorē ipſo iure eodē inſtanti quo prima tollitur per nouationem. & iſtud dicitur remediū reſtitutorium. vt infra eo. l. ſi paternam. in fi. quod non datur mulieri, ſed creditori. Si autem. prima obligatio non fuiſſet contracta. ſed cū fuiſſet cōtrahēda cū maſculo in fraudē ſenatuſcō. omiſſo maſculo cōtrahit cū muliere. vt ſic nō videat interceſsiſſe: ſed per ſe principaliter cōtraxiſſe. & ſic fuit color quęſitus. ſenatuſcō. tribuit creditori actionē vtilē in maſculū acſi cū eo contraxiſſet. quo caſu fuiſſet acquiſiturus directā. & hoc dicitur remediū inſtitutoriū. vt. ff. eo. l. quāuis. §. ſi cū eſſem. & no. infra eo. l. ſenatus. in gl. quæ incipit accipiendo. & ſic tria ſunt remedia ſenatuſc. excluſoriū, reſtitutoriū, & inſtitutoriū. habet quartū. ſ. repetitoriū. ſ. qñ p̄cedēte obligatione per errorē ſoluit vt d. l. quamuis. † Sēd no. in ver. [nō ignorēt.] q tunc creditor repellit à muliere per exceptionē velleiani, qñ ſic illuderet mulierē vt p alio intercederet. Si autem ignorat eſſe mulierem, quia induit ſe veriſimō videt intercedere. quia fingebat pro ſe ipſo habere: nō p alio. & ſic quia decipit creditorem, non ſuccurritur ei: quia decepti nō decipiētibus iura ſubueniūt. vt infra. eo. l. ſi ſine. §. j. & ff. eodē l. ſi decipiendi & de modis intercedendi vide bonam gloſ. in l. in perſonam. §. j. ff. de pac.

Mulier ſi intercedat pro creditore ſuo ultra quantitatem quam debet, quòd pro illo pari iuuetur exceptione velleiani.

LEX II.

1 RUſtra. † Non videt intercedere mulier, nec iuuat velleiano, qñ erat debitrix illius pro quo ſe obligauit. h. d. rō eſt qa potius vī gerere negotiū ſuū quā alienū. nec pōt in hoc dānificari, vel periclitari qa ſi p illo ſoluat, non habet neceſſe repetere ab eo p quo ſoluit: cū libereť ab eo. & hoc ſufficit ſibi. ſed qñ non debitrix, ſi ſoluerit, haberet ab illo repetere. & fortè nō poſſet. quia nō eſſet ſoluendo. ideo ſibi ſubuenitur ne ſoluere cogat. & adde q no. in
2 l. quāuis. §. ſi mulier apud. ff. eo. † Et intellige vſq; ad quantitatē quā ipſa debet. ſed ſi quatenus vltra quam debet pro eo p̄mittere, in eo haberet exceptionē. quia in eo q iuris eſt de toto, eſt etiā
2 de parte. vt l. quæ de tota. ff. de rei ven.

LEX III.

1 SI cum ipſe. † Etiā ſi pro filio mater intercedat, iuuatur velleiano. hoc dicit. videbatur cōtrarium. quaſi cenſeatur negotiū propriū ipſius
b mulieris: cū filius reputetur eadē perſona b cum patre, vel matre &c. ar. ſ. l. proxi. ſed certè in hoc non reputatur eadem perſona, quantum ad hoc vt videatur geſsiſſe propriū negotiū.

Mulier ſicut dicitur intercedere quando obligat ſe & perſonam ſuam pro alio: ita etiam quando obligat vel patitur obligari rem ſuam tanquam ſuam: ſecus ſi tanquam ſit ipſius obligantis & idem ſi patitur obligari rem ſibi obligatam.

EXL IIII.

1 SEnatuſconſultum. † Iſta lex vult idem in effectu q l. j. q mulieri ſuccurritur qñ intercedit, non qñ rem ſuam vēdit, & pretium pro alio ſoluit nulla præcedente interceſsione. † Not. hic in ver. [quod in rerum.] quod ſicut mulier dicitur intercedere quando obligat ſe & perſonam ſuam pro alio: ita etiam quando obligat, vel patitur obligari rem ſuam tanquam ſuam. vt in l. proxi. ſecus ſi tanquam ſit ipſius obligantis. quia tunc deciperet creditorem vt habetur ibi. Idem ſi patiť obligari rē ſibi obligatā. vt in l. vir vxori. §. j. ff. eo. & tāgā. j. eo. l. Iubemus.

In fi. ibi. [deficit auxilium ſenatuſcō.] quia a tales actus non videtur feciſſe ex fragilitate ſexus. cum ad eos ſit magis tenax quàm maſculus. & iſta eſt melior ratio quàm illa quam ponit glo. quę dicit quod videtur donare. quod eſt falſum. cum ſubſit præſumb ptio. vt in l. ſi cum aurum. de ſolu. repetet ergo à viro pro quo ſoluit: nō à creditore cui ſoluit ſponte. qa nulla præcedebat p̄miſſio.

Qui patitur obligari rem ſuam, an ſibi præiudicet?

LEX V.

1 SI ſine. † Si res mulieris obligatur per aliū ſine voluntate mulieris, nō valet ipſo iure obligatio. ideo nō indiget auxilio ſenatuſcō. Sed ſi cū eius voluntate expreſſa vel tacita obligat, tanquā res ipſius mulieris, valet mero iure obligatio. ſed obſtat exceptio velleiani cōtra agentē hypothecaria. Si verò patitur eam obligari nō tanquā ſuā, ſed ipſius obligantis, cū ſciat eſſe ſuam, decipit creditorem. ideo cōtra eum nō ſubuenitur. quia deceptis, & non decipiētibus iura ſubueniunt. h. d. ſic. j. e. l. fœminis. & ponit tres caſus illa. l. in primo nullus interuenit cōſenſus mulieris expreſſus vel tacitus: quia ignorabat. vel ſi ſciuit cōtradixit. vſq; ibi. [quod ſi conſenſiſti.] in ſecundo interuenit eius cōſenſus expreſſus. intellige ſcilicet, quod obligareť tanquā res ipſius mulieris. vñ imputet ſibi creditor qd' eā recepit. quia ſciebat, vel ſcire debebat eſſe interceſsionem. vt §. l. proxi. ſicut eſt in rem. Idē dico ſi non expreſsè conſenſit, ſed paſſa eſt eam obligari tanquā rem ipſius mulieris. quo caſu cōſenti re videtur ſecundū opi. glo. hic. & in l. Caius. ff. de pig. acti. quia cum cōtradicendo poſſet actum impedire, patiētia habetur pro cōſenſu ſecundū glo. Pe. dicit contrariū. & etiā Cy. quod nō placet. licet Bal. videat eos cōſequi. † In tertio & vltimo caſu inver. [quod ſi patientia.] non interuenit cōſenſus expreſſus ſed ſcientia & patiētia. verū quia paſſa eſt obligari tanquā rem ipſius obligantis, nō tanquā ipſius mulieris, cū ipſa mulier ſciret rē eſſe ſuā, decipit creditorē: quia ſi ſciuiſſet eſſe eam mulieris, veriſimiliter eam nō recepiſſet: ſed feciſſet ſibi dari aliā. ideo mulier perdidit exceptionē velleiani. p̄pter aūt patiētiā ſolā perdidit auxiliū iuris cōis. qd' eſt q quis nō poſsit obligare rem alterius ſine volūtate dñi. quia ſciēdo & patiēdo videtur velle ſecundū glo. ſed p̄pter fraudē perdidit auxiliū velle. ita intelligo. & hoc præſuppoſito ſuccedit qō formata in glo. quia ſi vēdis rem alienā illo ſciēte & patiēte, nullū ei facis præiudiciū. ſed ſi pignoras, facis præiudiciū. quia cōſtituit ius in re. glo. nititur reſpondere. ſed dic vt clarius colligitur ex glo. l. Caius. quia cūvendis, cōtradictio eius nō potuiſſet actum impedire. qm̄ qui vēdit, nō intēdit cōſtituere ius in re: nec cōſtituit ſe duntaxat obligare ad tradendū. dñs aūt rei non pōt impedire venditorē, quominus ſeipſum obliget: ſed qui obligat rē, intendit cōſtituere ius in rebus. & hoc non pōt facere in aliena re ſine volūtate dñi. & ſic dñs cōtradicendo poteſt impedire, ſi ergo nō cōtradicit, cenſeť conſentire. iſta eſt rō optima. quæ tñ non placet Pe. qa fundat ſolū in iſta l. quæ loquit' qñ dñs patit' fraudulenter obligari rem ſuā tanquā alienā. & eodem modo loquit'. l. ij. j. ſi aliena res pig. data ſit. quādo autē non fraudulenter, quia nō patereť obligari tanquā alienā, & tanquā ſuā. tenet ipſe quod patiētia nō habeť pro cōſenſu. per l. ſicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. qui. §. nihil facit. quia loqtur in eo qui patitur vendi, non obligari. Præterea ſi domino patitur rem ſuam obligari tanquam alienam, videtur conſentire. quantò magis ſi tāquam ſuam. nec obſtat, iſte textus, quia dico quod propter fraudulentiæ pœnas perdit auxilium ſenatuſcon. duntaxat. quod eſt de iure ſpeciali. ſed auxilium iuris communis non perdit propter fraudem, ſed propter patientiam. per rationem gloſ. & iſta eſt veritas.

Mater ſi malè gerat tutelam filiorum, non iuuatur velleiano.

LEX VI.

1 SI mater. † Si mulier ſe obligat, vel indemnitatem promittit futuro debitori de eo qd' eſt debiturus futuro creditori, nō videtur intercedere. ideo nō iuuatur velleiano. ſecus ſi futuro debitori. hoc dicit. Secundùm intellectum

a De toto eſt etiā de pte. Adde c. j. xij. diſt. cle. ne romani. in j. reſponſo. de elec. c. cognouimus. xij. qō. ij. & gl. in c. in noribꝰ. de præbendis.

b Filius reputeť eadē perſona. Adde gl. in c. ſup. eo. el ij. de teſti. & p Abb. in cōſil. lxxiij. inci. videtur primò dictū legatū. in j. vol. in iiij. col. & quare pater plꝰ diligit filiū quā filiꝰ patrē. vide per Ioā. An. in ru. de ſeu. in v. col. ver. ité in hereditate.

glo.& ponit tres casus.in primo qui durat vsque ibi.[si autem.] se obligauit tutoribus filiorū suorū pro eo,quia dixit erūt debitu
1 ri pupillis ex eo qđ nō gesserunt tutelā,sed ꝑmiserunt eam geri per matrē.& sic se obligauerūt futuris debitoribus pro eo qđ es sent debituri.vnde nō est intercessio.quia nō pōt quis intercede re pro eodē apud eundē.vt in l.si quis pro eo.& l.hęres à debito re.§.qꝑ si stipulator.ff.de fideiuss.& cū isto primo dicto cōcordat. l.quāuis.§.ꝑ.ff.e.vbi assignatur alia ratio. scilicet quia tūc mulier nullā obligationē in se suscepit veterē,vel nouā. sed eam de nouo facit.In secūdo casu.s.in ver.[si autē.] se obligauit tutoribus pro eo qđ eis debebat à pupillis ex administratione. & sic futuris creditoribus pro eo qđ debebūt futuri debitores.& ista est ꝑ priè intercessio.quia nō est pro eodē apud eundē. sed pro pupillis futuris debitoribus apud tutores futuros creditores.In tertio casu.in ver.[si verò.] se obligauit pupillis pro eo qđ tutores erūt debituri.& similiter est intercessio.eadem rōne.& cōtra ista duo dicta glo.oppo.de d.l.quāuis.§.ꝑ.ff.eo. & ponit quatuor cōbinationes.sed formalis solutio ad contrariū est ꝙ ille §.cōcordat.cū primo dicto huius l.qui est diuersus à secundo & tertio:quia ibi se obligauit debitori pro eo quod ipse debet: vel debiturus est. in istis aūt duobus se obligauit debitori seu creditoribus pro eo
2 quod eis debebitur à creditoribus.† In primo casu ibi.[cū filiorum suorū gereret patrimoniū].i.gerere vellet.rogauit enim tutores quod de administratione se nō intromitterēt: sed permitterēt eam geri per ipsam matrē.cum ipsa esset melius instructa,& informata.& cùm tutores hoc recusarent, dubitantes ne ex hoc teneantur pupillis , si tutela malè administrabit̄ per matrē.quia eis incūbit onus administrādi.ista mater promisit eis indemnitatem de omni eo quod possent ex ista causa debere pupillis.& dit fideiussores,& pignora.certè si pupilli postea cōueniant tutores,qui habent regressum contra matrē & fideiussores datos per eam,& cōtra pignora,non pōt se iuuare velleiano. quia nō fuit intercessio , quia se nō obligauit pupillus creditoribus pro ipsis tutoribus futuris debitoribus. sed obligauit se ipsis debitoribus pro ipsis eisdē & sic si foret intercessio,esset apud easdē ꝑ eisdē. quod esse nō debet.In secūdo casu ibi.[se excusare.]dic propter aliquā causam quæ præbet excusationē.vt in titu.de excus.tuto. & hoc ideo faciebant,quia nō videbāt se posse bene administrare nisi ponerent de suo consi.sed pupilli haberent largū patrimoniū.& paucam pecuniam.vnde dubitabant si aliquid expenderetur , nō posse faciliter à pupillis recuperare.mater etiā rogauit vt gererent & nō se excusarent.& sic ecōuerso ad prędcedentem casum & promisit eis indēnitatē de omni eo quod pupilli essent debituri huic tutori. & sic se obligauit creditori futuro pro suis pupillis debitoribus.ista est priè intercessio:quia non est pro eodē apud eundē.sed pro pupillis apud tutorē.In tertio casu ibi. [si verò tutores.]fecit aliquos fortè amicos suos:cùm tamen alij cōsanguinei,vel iudex recusarent eos dari:timentes ne sint idonei.sed mater suscepit in se periculū : & promisit indemnitatem: & sic se obligauit.& sic se recipientibus pro eis pro futuris debitoribus.scilicet tutoribus quos dedit,vel dari facit,si nō bene administrarent,illa est bene intercessio: & similiter iuuatur authoritate.§.ne teneatur. In glo.magna ibi.[& in vtroq; est intercessio.] & sic nō tenetur vt in secundo & tertio casu.quia in ambobus se obligat creditor pro debitore. In glos.ibi.[in vtroq; cessat velle.] vt in ll.cōtrarijs.iupple.& dic in primo casu.quia in vtroque se obligat debitori pro eo qđ debiturus est alteri. & sic non est intercessio inter eos pro eodē apud eundē. secundū Oldrad.

LEX VII.

1 SI sciens.† Mulier quæ consentit alteri obliganti rem suam dicitur intercedere. ideo creditor nō potest rem illam iure creditoris auferre. hoc dicit.in effectu.In tex.ibi.[dominium mulieri auferre nequiuit.] nec ob.ff.de pig. actio.l.si conuenerit. vbi creditor vendendo iure creditoris transfert dominium:licet non habeat. quia ibi quando obligatio pignoris erat valida saltem in effectu quia continebat intercessionem mulieris. & ideo quærens si est hæres mulieris: potest vendicare rem ab emptore. nec habet necesse sibi soluere pretium,sicut poterat ipsa mulier.vt ś.de rei vē dica.l.si mancipium & hoc est quod sequitur nec ibi.

a ☞ *Quando plures fideiubent pro uno an quilibet teneatur insolidum? Quid si obligauerunt se æquè principaliter?*

LEX VIII.

SI paternam.† Si masculus & fœmina suscipiūt in se obligationē alterius animo nouandi simpliciter, subducta muliere per velleianū restituitur actio in veterē debit. pro virili & pro illa tantū remanent obligata pignora data pro obligatione nouata. sed si data sunt ꝑ nouante,remanēt obligata insolidū.h.d.& est aliquantulū difficilis. Vnde pone casum qđ pater habens duos filios masculos & duas filias fœminas,erat tibi obligatus in centū: ille volēs liberari à te facit qđ isti quatuor filij suscepērūt in se obligat.suam animo nouādi,& ꝑmiserunt tibi ista centū simpliciter,vt pater liberaret.debes scire.& hoc colligit̄ ex isto tex.& est no.qđ quilibet istorū filiorū obligatur pro rata sua. & sic pro quarta parte.non autē quilibet insolidū : quāq; se obligent pro alio.s.pro patre.nec ob.insti.de fideiuss.§.si plures.vbi habet̄ qđ quādo plures fideiubent pro vno quilibet obligatur insolidū.quia ibi qñ fideiussorio nomine,& sic accessoriè se obligant participando obligationem alterius.hic verò æquè principaliter se obligauerunt,suscipiēdo in se obligationē patris animo nouādi.nunc hoc præmisso clarū est qđ illæ duæ filiæ ꝑpter senatusco. deducunt̄ ab obligatione ipsorū. & pro parte ipsorū obligatio effectū nō habuit. quia fuit intercessio. quæritur ergo an pater remanet obligatus insolidū, postquā obligatio noua est inefficax ex parte mulieris. & rndet qđ non quia saltē est efficax ꝑ parte filiorū masculorū & sic pro illa parte remanet pater liberatus.pro parte aūt filiarū fuit etiam mero iure liberatus.tamē quia mulieres subducunt̄ ab obligatione pro earū viribus restituitur in eum vtilis actio tibi creditori quæ dicitur restitutoria,per idē senatusco.poteris ergo cōuenire pro dimidia obligatione nouāte,& patrē pro alia dimidia exobligatione & actione restituta.Sed pone qđ erant data pignora patrē,an remanebunt insolidū obligata.& rndetur ꝙ si erant data ꝑ obligatione prima quæ fuit nouata,saltē pro dimi. nō remanent ꝑ illa dimi.nisi fuerit hoc expressē dictū.vt l.alia.ff. de noua.sed solū remanēt obligata ꝑ altera dimi. ꝑ qua pater tenuit actio.vtili restituta quia fuit restituta cū sua causa. & sic cū obligatione pignorū.Si verò pater dedit ista pignora pro obligatione nouante:& sic pro obligatione filiorū, bene remanēt obligatæ insolidū tam pro parte masculorū,pro qua tenet nouatio,q; pro parte fœminarū in actione restituta.h.d.ista difficilis lex. Ad primum dictum qđ est not bile.vide omnino Bar. in l.si
2 ne.ff.de duo.reis.in v.q.principali.† quādo plures se obligāt pro alio,an quilibet teneatur insolidum,an pro parte:& dicit ac fideiussorio nomine.& tunc quilibet insolidum,licet habeant beneficium diuisionis ex edicto diui Adria.an principaliter, suscipiendo in se obligationem animo nouandi.& tunc quilibet ꝑ te.per hanc l.vbi dicit esse casum no.iuncta l.reos.§. cum tale.ff. de duobus reis.an autem constituendo se debitorem pro alio.& tunc videtur idem quod in primo casu quando fideiussorio nomine.quia tunc accessoriè se obligant. vt in l.fina. ś. de constitu. pec.an autem mandatario nomine:tunc dicit esse opi. diuersa. qđ examina vt ibi per eum. & prima solutio glos. notabiliter est.

LEX IX.

1 QVanuis.† Si mulier pro alio nulla præcedente ꝓmissione vel intercessione soluit,non iuuatur velleiano vt repetat ab eo cui soluit.secus si ꝓcedēte promissiōe,vel intercessione. h.d. In primo casu repetit ab eo ꝑ quo soluit.nisi soluerit animo donādi.qđ in dubio nō præsumitur.vt dixi ś.l.j. In secundo casu intellige qui soluit per errorē iuris,vel facti.secus si ex certa scientia.qa tūc videretur donare & donāti &c.vt ff.e.l.j.in fi.ſ.vt non iuuetur velleiano.quia incipit à diminutione patrimonij:nō à promissione.

LEX X.

1 SI aduersarius.† Si contrahitur principaliter cum muliere , & sic negotiū ad ipsam pertinet, non iuuatur velleiano. secus si cōtrahatur cum alio,& illa pro illo se obligat.& sic principaliter non pertinet ad eam negotium.h.d.idem dicit.l.si fœnebris.j. eo. sed hoc limitatur nisi fuerit color quæsitus in primo casu.i. facta fraus.vt ibi tit.l.cum ad eas.In tex.ibi.[sed tecum negotium gesit.] scilicet locando tibi , & non marito. & hoc nisi primò fuisset locatum marito,& recepturus te in fideiussorem.sed cutrata persona mariti propter timorem senatusconsultum. voluit potius ibi locare

locare.& de istis apparet,& potest probari quod fuerint acta inter ipsum & vos & tunc.diceretur color quæsitus,& facta fraus & haberet locum.l.cum ad eas infra eo.& l.quamuis.§.si cum essem.ff.eo.& haberet locũ actio vtilis institoria in personam mariti.vt d.§.si cum essem.

2 ☞ *Qui remittit hypothecam,non dicitur donare.*
1 *Aliud est remittere ius suum,aliud est intercedere & remittenti ius suum senatusconsul. non prouidet.*
Ius hypothecæ non dicitur augere patrimonium illius cui competit.
4 *Si mulier renuntiat rebus specialiter obligatis pro dote iuuatur velleiano.*

LEX. XI.

1 ETiam. †Si mulier renuntiat hypothecæ quam habet in bonis mariti pro dotibus suis,nõ dicitur intercedere.ideò non iuuatur velleiano:& valet renuntiatio.h.d.nec dicitur donare.quia nõ diminuit de patrimonio.ideo non infirmatur renuntiatio ex ti.de do.inter
1 vi.& vxo.†Et no.istam.l.quæ semper allegatur cum glos.quod qui remittit hypothecam,non dicitur donare.ideo si bona essent obligata vltra mille,vel duo millia,non requireret insinuatio.& loquitur ista.l.quãdo remissio est facta ipsi marito.quo casu est generalis,& prodest alteri postea contrahenti cum marito,vt nõ possit contra illum vti hypotheca.Si autẽ tempore quo maritus cõtrahit in alio renuntiat pro securitate illius,censetur potius facta illi quàm marito.ideo alteri quàm illi non prodest vt j.eod.l. Iubemus.per quã ista.l.limitat & declaratur.videtur etiã adhibẽda alia limitatio.quia in primo casu quãdo fit marito non cõtrahẽti cum alio,valet in totum:etiam si reuntiet hypothecæ omniũ bonorum.sed in secundo casu nõ valet. nisi supersint alia bona,ex quibus possit sibi satisfieri de dote.& in quibus nõ fuerit facta renũtiatio.vt in authẽ.siue à me j.eodem.& dicam in illa.l.Iubemus.† No.ergo q̃ aliud est remittere ius suum:aliud est intercedere.Item quod remittenti ius suum senatusconsul.nõ p̃uidet.Item no.quod ius hypothecæ non dicitur augere patrimonium illius cui competit.& ideo remittens illud non dicitur do-
4 nare.vt in glos.& in ll.allegatis per eam.† Vltimò not.glos.primum.quæ vult l. illam nõ habere locum in rebus specialiter obligatis pro dote.sed in obligatis generaliter vel per maritũ ,vel per legem tacitè.vt infra de rei vxo.act.l.j.per glos.facit.l.quod autem.§.si vir & vxor.ff.de don.inter vir.& vxor.& est casus in authen.siue à me.etiam in corpore vnde sumitur.infra eod. plus ergo valet specialis prouiso.& fortior est quam generalis.facit l. est differentia.ff.in quib.cau.pig.ta. contrahen. est ergo cautela quando conficitur instrumẽtum dotis,in quo obligãtur omnia bona mariti,quod specialiter obligetur talis possessio. & tũc nõ poterit vxor renuntiare hypothenæ illius rei : nisi supersint alia bona , ex quibus possit sibi satisfieri de dote.vt in dicta authentic.siue à me.

LEX. XII.

1 SI dotare. †Mulier dotans aliam mulierem , non iuuatur velleiano.h.d.& hoc quia donare videtur.vt l.cùm is.§.si mulier.ff.de condi.inde.& l.j.§.accedit.infra de rei vxo.ac.& mulieri donãti non succurrit senatusconsul.quia in donando non est facilis. vt in l. sed si ego.ff.eo. Item quia speciale est in dote , quod licet ipsam non doter,sed pro alio donante & dotante se obligat,non iuuatur velleia.vt.infra eodem.l.fina.

LEX. XIII.

1 SI fœnebris. † Quando mulier principaliter cõtrahit pro se,licet vtilitatem contractus transferat in alium,etiam creditore sciente,non iuuatur velleia.h.d.Si ergo mulier scit maritum suum esse implicitum debitis,& volens sibi prouidere accipiat pecuniã mutuò ab illo qui scit illam velle conuertere in rei vtilitatem mariti,& pro isto soluere,nihilominus efficaciter obligatur , nec iuuatur velleiamo,nec nocet creditori sua scientia:quia non habebat quærere nec esse curiosus quid mulier vellet facere de illa pecunia.casus est notabilis hic.hoc verum nisi primò fuisset requisitus à viro:& creditor voluerit instrmẽtũ cãtare in personã vxoris:quia tũc diceretur color quæsitus,& facta fraus senatus vt in ti.gl.mag.& in l.Seia.§.fi.ff.eo.secũdũ vnũ intellectũ.vel nisi mulier,aut res sua foret obligata p̃ debito viri.& vt illã liberaret recipit pecuniã mutuó à creditore hoc icirẽte.nam ista esset intercessio veniens etiam in cõsequentia primæ intercessionis, & sic iuuaretur velleiano.d.l.Seia.§.fi.secundùm alium intellectũ. & hoc in prima solutione glo. In glo.quæ incipit.[id est,senatorum.] ibi. [iuuaris inquantum tu pauperior &c.] hoc intellige quando soluit pro viro animo donandi.quia non tenet donatio. sed si non animo donandi,non haberet locum illa glo.quia posset à viro repetere per actionem negotiorũ gestorum. In dubio autem an præsumatur animo donãdi vel non. dic vt in l.vtrum. ff.de dona.inter virum & vxorem.

LEX XIIII.

1 MVlierem. †Excepto velleia.competens mulieri,competit etiam fideiu.suo,& mandatori, vel ei cui ipse mandauit.h.d.cum l.seq. & hoc est verum secundũ glo.primam.etiam si fideiussit animo donandi.& sic non erat repetiturus à muliere.Secus in exceptione macedoniani.& quæ sit ratio dic vt in l.quam gl.allegat. ff.eo.l.si mulier.§. si ab ea.nã subducta muliere & etiam fideiussore suo ab obligatione propter senatusconsultum.creditori remanet ius agendi contra filium,vel patrem.& sic perderet debitũ.ideo hoc casu si fideiussit animo donãdi: nõ subducitur fideiussor ab obligatione.quoniam exactio eius non nocet filiofa. vel patri. sed si non animo donandi,noceret: quia ab eis repeteret. & sic in effectu videretur exactio fieri ab ipso filio, vel patre : quod improbat senatusconsultum.macedo.

LEX XVI.

1 SI mulier. † Si mulier alienã obligationem in se transtulit animo nonãdi creditori cõtra debitorẽ, restituitur vtilis actio prima.h.d. sicut.§. eo.l.si paternã in fi.glo.h.d.tamẽ intelligit hoc nisi creditor decepisset mulierem,& sic fuisset in dolo:quia tunc non restitueretur sibi per l.Titius.ff.de fideiuss.quæ limitat omnes.ll.loquentes de ista restitutoria actione.& probatur.in l.qui res. post principium.ff.de sol.In tex.ibi.[alienam suscepit obligationẽ.] scilicet animo nouãdi. vnde cũ mulier obligetur mero iure tam ciuiliter quã naturaliter,fit nouatio : & prior debitor liberat. Cũ autem mulieri detur exceptio , creditor perderet debitum si sibi non prouideretur.vnde senatusco.eidem prouidet de vtili actione , quæ prius erat directa necessaria : & dicitur rescissoria. quia idem senatusco.rescindit nouationem prædictam.vt in l.in honorarijs.§.sed cum rescissa.ff.de actioni.& obliga.

LEX XVII.

1 SI cùm pater. †Si mulier se nõ obligauit p̃ alio sed simulatè nomẽ suũ fuit in instrumẽto appositũ,nõ eget auxilio senatusco.h.d.pone casum per l.ñ.§. plus valere q̃ agi. & per l. multũ interest. si quis alteri vel sibi.

LEX XVIII.

1 FOeminis. †Mulieri creditorum decipienti non datur exceptio velleiãi.h.d.facit.l.ñ.§.j.ff.e.

LEX XIX.

1 QVm ad eas. †Etiam cum principaliter contrahit mulier,datur sibi exceptio si fuit color quæsitus: quia volebat contrahere cum masculo, & recipere mulierem in fideiussorem.sed timore senatusco.euitato masculo voluit cõtrahere cum muliere, ne iuuetur velleiano. per l.si aduersarius. §. eo. certè non prodest sibi. Vltimò in l.seq. dicitur quod ista exceptio transit ad hæredem mulieris.

2 ☞ *Mulier renunciando iuri hypothecæ,an iuuetur velleiano?*
3 *An eo ipso quod consentit venditioni vel obligationi rei mariti sibi obligatæ censeatur tacitè renunciare iuri hypothecæ.& nume. 5.*
4 *Quid in alio creditore quàm in muliere.& nume. 5.*
5 *Si mulier renunciet iuri hypothecæ omnium bonorum viri,an perdat dotem suam?*

LEX XXI.

1 IVbemus. † Mulier potest renunciare iuri hypothecæ quod habet in bonis mariti cum maritus contrahit cum alio.tamen illa renunciatio nõ extenditur vltra res vel personas quibus facta est.hoc dicit.Bar.Si ergo maritus vendit rem suam,& vxor consentit,& renunciat hypothecæ quã habet in illa re,non præiudicat sibi in hypotheca quam habet in alijs rebus. nec etiam in illa re præiudicat sibi nisi respectu emptoris , & habentium causam ab eo.vnde si illa res perueniret ad manus tertij nõ habentis causam ab emptore posset ab eo illam aduocare per hypothecariã

& hoc probat iſta l.& ſic non extinguitur ius hypothecę:ſed nō poteſt eo vti contra eū qui contraxit cum viro, & cuius cōtemplatione renunciauit. Tene menti. Similiter ſi maritus receperit pecuniam mutuò:& obligauit bona ſua: vxor verò conſenſit & renunciauit iuri hypothecæ poſtponitur illi creditori.& ille efficitur prior.ſed ſi bona mariti tenerentˉ & occuparentur per aliū, nō prohiberetur mulier illa aduocare per hypothecariam.& eſt ſpeciale fauore dotis,vt talis renunciatio reſtringatur tam ad res quàm ad perſonas. non ſic in alio debito. nam ſi bona tua prius eſſent obligata Titio,poſtea vendis vnam rem,& Titius conſentit,& renunciat hypothecæ quā habet in illa. & etiam ſi illa perueniret ad tertium non habentē cauſam ab emptore, non poſſet Titius ab eo aduocare: qui cenſetur renunciaſſe quó ad omnes. vt in l.creditor.ij.§.ſi tecum.cum ibi no.ff.qui po.in pig.hab. Et ſi bona tua erant obligata Titio,poſtea cōtrahis cum alio.& Titius renunciat hypothecæ, etiam ſi bona tua reperiantur penes alium non habentem cauſam ab eo cū quo contraxiſti, non poterit Titius ab illo aduocare:quia cenſetur extinctum ius hypothecæ quó ad omnes.per no.in d.§.ſi tecum.& per l.Paulus.quibus mo.pig.vel hyp.ſol.& idē videtur in muliere ſi haberet hypothecam pro alio debito quàm pro dote : quia non eſſet in hoc priuilegiata. Tene menti perpetuò hanc ſingularem. l. ſecundū
2 quod doc.videntur eam intelligere.† Oppo.q mulier renunciā do iuri hypothecæ iuuetur velleiano: & ſic nō valeat in effectu cuius cōtrarium vult ibi.l.& l.etiā.§.eo.de l.vir vxori.Cy.multū inuoluit ſe in ſolutione huius cōtrarij.vera ſolutio eſt.q hic log-
1 tur quando mulier renunciat hypothecæ,quia tunc non dicitur intercedere.ideo non iuuatur à diminutione iuris ſui.de quo ſenatuſcon.non cogitauit.vt in l.quāuis.§.interdum.ff.eo. ibi non renunciauit expreſsè iuri hypothecæ, ſed conſenſit marito alie-
1 nanti rem ſuam obligatā vxori.quo caſu non videtur renunciaſ-
1 ſe,ſed interceſsiſſe.ideo valet mero iure:ſed reſcinditur per vellei.ope exceptionis,vel replicationis.hodie verò per auť. ſi qua mulier.j.eo.ipſo iure conſeruaretur illæſa:& ſic non valet cōſenſus,quia intercedit pro viro.quo caſu ipſo iure eſt illæſa. vt in dicta auť.& hoc ſentit ibi Cy.in ver.ſed aduerte.†Sed oppo.ſecū-
3 dò.q iſta ſolutio nō ſit bona. qa eoipſo q cōſentit vēditioni vel obligationi rei mariti ſibi obligatę,cenſetur tacitè renunciare iuri hypothecæ.ff.quibus mod.pig.vel hyp.ſol.l.ſicut.§. ſi voluntate.& l.Paulus.& l.creditor.ij.§.ſi tecum.qui pot.in pig.haben. †Solue & tene mēti perpetuò. q illud eſt verum in alio credito
4 re quā in muliere.ſed mulier ſi renunciet expreſsè.non cenſetur tacitè renunciare:ſed potius intercedere.vt patet in d.l. vir vxori.§.j.& ideo ſit cautus ille qui cōtrahit cum marito,& facit vxo
1 rem cōſentire,vt faciat apponi in inſtrumēto q renunciauit expreſsè iuri hypothecæ.aliàs ille conſenſus nihil operaretur. Tene mēti.quia pauci ſunt qui aduertāt.†Tertiò oppo.quia ſi mu-
5 lier renunciat hypothecæ omnium bonorum viri , perdet dotē ſuam,quia non poterit illa bona aduocare ſi ſunt alienata. & ſic videtur quodammodo illam dotem donaſſe viro : quæ donatio non valet.propter hoc doc.dicunt quod non poteſt renunciare in omnibus bonis.ſed requiritur quod tot remaneant quæ ſufficiant ad ſatisfactionem dotis.pro quo in auť. ſiue à me. ibi dum
1 dicit & aliæ res &c.de quo per Iaco.de Are.& Bar. in l.Meuia. §.fi.ſolu.matri.ff.& per Dy.in l.pignus.ff.quæ in frau.cre.& per Iac.de Bel.in auť.vt immo.ante nup.&c.Sed contra q imò poſſit in omnibus.vt ſ.eo.l.etiam. Solu. ibi renunciauit ipſi viro nō cōtrahenti cum alio & ſic bona remanebant in ſuo patrimonio. de quibus ſibi poterat ſatisfieri.nos loquimur quando renunciauit viro contrahenti cum alio,& alienāti vel obliganti bona ſua: & ſic nō remanerent in patrimonio ad commodum vxoris. Tene menti. Aduerte tamen q ſi vir dediſſet fideiuſſores de dote reſtituenda,& eſſet caſus in quo valeret datio, vt eſt Florentiæ. vbi eſt ſtatutum q poſsint dari. licet de iure communi ſit ſecus. j.ne fideiu.do.dentur. dico q ſi fideiuſſor eſt ſoluendo , valet renunciatio hypothecæ in omnibus bonis viri,quia remanet vxori conſultum contra fideiuſſorem.cuius fideiuſſoris bona cōputantur inter bona viri quantum ad hoc.vt l.ſi plures.§.præterea. ff.de fideiuſ.& ita ſemel conſului Florentiæ. Sed ponamus tempore quo renunciauit hypothecæ omnium bonorum venditorum ſupererant iocalia , quæ ſufficiebant ad dotem , poſtea illa perierunt:an irritabitur renunciatio?dic q non.quia iuſpicitur tē pus renunciationis:vt ſi tunc fuerit facta legitimè,ex poſt facto non irritatur.& hoc videtur probari. in c.peruenit. extra de emptio.& vendi.vbi omnino vide. facit l.ſi patronum ex debita.§. j.vel ij.ff.de bo.liber. Item oppo. q iſta renunciatio extenderet etiam ad alias perſonas:quia extinguit ius hypothecæ. vt l.Paulus.ff.qui.mo.pig.vel hypo.ſol.& quod no.in d.§.ſi tecum.Solu. & tene menti.illud in alio creditore renunciante expreſsè,vel tacitè.vt cum conſentit alienationi,vel pignorationi:quia tunc extinguitur ius pignoris quo ad omnes.& ſic etiam ſi perueniat ad alium non habentem cauſam à contrahente , non poterit aduocare per hypothecariam.ſecus in muliere creditrice in dote quia non extinguitur ius hypothecæ. ſed nō poſſunt eo vti contra contrahentem cum viro,vel habentem cauſam ab eo.hoc tamen verum.niſi confiteatur pecuniam ad ſe peruenisſe.quia tunc extinguitur.& præiudicaret quo ad omnes vt in l.vir vxori.§.j.ſ. allegato ſecundùm vnum intellectum.ſi tamen erat caſus in quo cōſtante matrimonio poterat dos reſtitui ſecundùm Bar.hic.quod tene menti.facit auť.ſi qua mulier.in fi.j.eo. Vltimò oppo.q nō nocebit quo ad alios.pone enim q mulier conſenſit viro alienāti vnam rem ſuam,& renunciauit iuri hypothecæ in illa re.poſſea agit contra tertium poſſeſſorem aliorum bonorū,quibus non renunciauit,ille poſſeſſor offert ſe ſoluturum dotem ſuam viro,& petit ſibi cedi iura ſua in bonis viri, tam perſonalem actionem quæ hypothecariam: clarum eſt q mulier tenetur recipere & cedere.& ſi hoc nolit facere : excluderetur à poſſeſsione. vel mulier.ff.qui pot.in pig.hab.mulier dicit ſum parata tibi cedere. poſſeſſor dicit tu non potes mihi cedere hypothecariam contra emptorem illius rei, cuius alienationi conſenſiſti, & renunciaſti iuri hypothecæ.vnde cum facto tuo perdideris ius cedendi,poſſum te repellere per exceptionem cedendarum. vt l.Stichum.§. pen.ff.de ſolu. & ſic per indirectum renunciatio facta in vnam, & reſpectu vnius perſonæ extenditur ad alias res:& ad alias perſonas.cuius contrarium hic dicit Cy.& alij. q ſufficit mulieri q cedat in illis in quibus poteſt cedere.nec obſtat contrarium de Stichum. §. pen. quia ibi loquitur in mandatore vel fideiuſſore qui contraxit contemplatione hypothecę,cui creditor renunciauit vt ſibi cederetur.vnde ſi creditor facto ſuo perdit ius cedendi:perdit etiam ius agendi.ſed iſte poſſeſſor non contraxit contemplatione illius hypothecæ,ergo &c.ff.de fideiuſ.l.ſi ſupplicatus.§.j.& l.ſi Titius & Mæuia.eo.titu.Tene menti prædicta.in quibus remanet iſta l.optimè declarata.quę eſt vtilis & quotidiana. & licet de iure ciuili non valeat interceſsio etiam cum iuramento.ſecus de iure canonico.vt in c.cùm contingat.de iureiu.

☞ *Si mulier conſentit viro alienanti rem quæ fuit ſua: & nunc nō eſt marito ſed viro:quia ſibi fuit data donatio propter nuptias(quo caſu tranſiuit dominium in mulierem) an per iſtum conſenſum perdat dominium quod habet, & etiam ius hypothecæ?* 1

Quid ſi conſentiat marito alienanti rem dotalem,quæ eſt in dominio viri ,ſed ſpectat ad uxorem rediret? 2

Ex priuilegijs dotis qualiter quædam ſint realia,& quædam perſonalia. 3

Dominium rei dotalis an incontinenti ſoluto matrimonio reuertatur ad uxorem? 4

Quid in donatione propter nuptias?

AVTHENTICA.

Siue à me.†Lex iubemus.loquitur quando mulier conſentit viro alienāti rem ipſius viri hypothecatam mulieri pro dote,& renunciat hypothecæ. quæ renunciatio valet. iſta authen.loquitur quando conſentit viro alienanti rem quæ fuit ſua. & nunc non eſt,ſed eſt ipſius vxoris.quia fuit ſibi data donatio ꝓpter nuptias quo caſu tranſit dominium in mulierē.vt colligitur ex rex.illius auť.in verſi.[in rem actionem.]& nihilominus quia ſperatur ad eundem virum redire ſolu.matri. ſicut dos ad mulierē. & ſic dicitur perfectè facta mulieri.dicunt doc.q licet ſit ſua, eſt tamen ſibi obligata.eo iure quo non perfectè eſt ſua.argu. optimum l.in bello.§.ſi quis ſeruum.ff.de capi. Quæritur ergo an per iſtum conſenſum perdat mulier dominiū quod habet,& etiam ius hypothecæ.& reſpondetur q non:etiam ſi pluries conſentiat quia illa res eſt ſpecialiter obnoxiata pro dote. quia donatio propter nuptias fit pro ſecuritate dotis.& eſt vtilius mulieri quā ius hypothecæ generale.quia illi licet renūciare.vt l.iubemur.ſed hoc non.& ita no.per glo.in auť.dos data.j.de donatione ante nup. & ideo gloſ.in l.etiam.§. eo. dixit idem in alia re viri non data in donationem propter nuptias, ſed ſpecialiter hypothecata pro

vxore quæ eſt notabilis.vt dixi. & probatur per rationem huius auth.& quod dixi in re quæ fuit viri:& per ipſum data in donatione propter nuptias, etiam locum habet in re quæ non fuit viri ſed per alium data vxori in donationē propter nuptias. vt in princ.huius auth.prædicta fallunt duobus concurrentibus.ſcilicet quod poſt primum conſenſum interuenerit ſecundus poſt biennii à die primi. & q̄ ſuperſint tot bona ex quibus poſsit dotati ſatisfieri: & hoc faciendo perdit dominium;& ius hypothecæ in illa re.& hoc vſque ibi.[vir tamen.] ſed licet iſtis nō interuenientibus non valeant conſenſus vxoris, nec tranſferatur dominium in emptorem in præiudicium vxoris. tamen vir obligatur emptori ad omne damnū & intereſſe. & hoc dicitur in ver.illo. & adde quod habetur in.l.& ſi is quem.j.de prædijs mino.& q̄d not.in.l.cum is qui.ff.de fideiuſ.& quod no.j.de iure do.l.ſi præ-
1 dium. † Sed quid ſi conſentiat vxor marito alienanti rem dotalem,quæ eſt in dominio viri,ſed ſperatur ad vxorē redire? dicitur in verſic.[idem in dotibus]eſſe idem & multo magis glo.dicit quod non valeat conſenſus ſeu alienatio etiam concurrentibus illis duobus de quibus. ſ.& ſic ille verſ.referatur ad id quod ſ.dictum eſt de prohi.alie.vſq; ad verſi.[niſi.]non ad id quod dictum eſt de permittenda.concurrentibus.his duobus in illo ver. [niſi.] quia intendit corrigere. l.dotalē. de fun.do.quæ indiſtinctè impedit alienationem fundi dotalis. vt in toto tit. de fun.do. & j.de rei vxo.act.l.vnica. §.& cum lex. ſed quia videtur abſurdum quod iſte ver. non referatur ad omnia præcedētia. quidam dicunt debere intelligi ne corrigatur illa. l.in re data in dotē æſtimata etiam illa æſtimatione quæ non facit emptionem,vt poſsit alienari concurrentibus illis duobus ſicut res data in donationem propter nuptias.vt in.l.ſi æſtimatis.ff.ſolu.matr. quæ declaratur per iſtam authen. & limitatur. dum vult quod illa poſsit alienari. & quod hoc operetur æſtimatio. ſed iſta. l.limitatur. ſ. concurrentibus his duobus.quod tene menti. Alij reſtringūt ad res mobiles datas in dotem,quæ ſeruando ſeruari poſſunt.vt ille poſsint alienari concurrentibus illis duobus,& conſenſu mulieris aliàs ſecus.& ſic etiam iura antiqua,quæ permittebant alienationem ſed ſi ſint res quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, indiſtinctè hodie poſſunt alienari. l.ſi ex lapidicinis. ff.de iure do. & vide omnino Cy.in illo.§. & cum lex. & Barto.in.l.prima. ſolu. matrimo. ff. & ſunt clara in text. vſque in fin. Tene menti hanc authen.cum his quæ dixi. & remanent expeditæ omnes glo.no. ſtam quæ incipit [hæc referunt quidam.] Or aduerte & oculos
1 ad me volue tuos. † Et nota circa finem. in verſiculo [omnibus.] ad euidentiam. quod multa ſunt priuilegia dotis * de quibus in.l.j.ff.ſol.matri. & quædam ſunt realia:quæ dantur rei dotali,vel actioni de dote.quædam perſonalia,quæ dātur perſonæ mulieris.vt quod præferatur alijs in hypotheca tacita etiā habenbus priorē in tēpore.vt in.l.aſſiduis.j.qui po.in pig.hab.de quibus in priuilegio dotis:iſta priuilegia.perſonalia cōpetunt mulieri quouſq; viuit,& cuique agēti nomine mulieris. ſed ea mortua non tranſeunt ad hæredem extraneū,ſed ad filium ſic.& hoc dicit ille ver.[omnibus.]vſq; in fi.& dum dicit [ad ſuos.]nō intelligas quod mulier habeat iuū hæredem propriè loquendo.prout ſumitur in.l.in ſuis.ff.de libe.& poſthu.cùm non habeat filios in
1 poteſtate. ſed intellige impropriè i. ad ſuos deſcendentes. † In glo.j.in fin. [authen.æqualitas.] Tu dic quod etiam ſi non fuit factum pactum de lucranda donatione propter nuptias, poteſt procedere iſte text.dum dixit vxori competere actionem in rem ſolu.matrimo. pro illa re. ſcilicet ſi nondum rehabuit rem ſuam: quia donatio talis fit pro ſecuritate dotis. & tūc eſt verum quod ſoluto matrimo. reuertitur dominium ad virum quando dotem ſuam rehabuit,non prius.ſed dominium rei dotalis incontinenti ſolu.matri.reuertitur ad vxorem. vt.l.in rebus.j. de iure do.& ſi tam dos quā donatio propter nuptias conſiſterent in rebus mobilibus,ſaltem ſolu.matri.dominium cuiuslibet rediret ad priſtinum dominum.ſed ſi dos cōſiſtebat in pecunia, & donatio conſiſtebat in re immobili, dominium illius pœnes vxorem remaneret quouſq; rehabuiſſet dotem.

1 *¶ Mulier,an poſsit renuntiare velleiano?*

LEX XXII.

1 SImulier. †Mulier quæ ſecundò cauit, poſt biennium nō iuuatur velleiano. & hoc ideo quia poſt lapſum biennij ſi approbat primam interceſſionem,& iterū promittit ſeu cauet,vel quo a quo modo confirmat, cenſetur hoc feciſſe ex magna deliberatione:nō ex fragilitate ſexus.ideo non iuuatur,ſicut quando donat, b vel quando patrimoniū diminuit.& in ratione huius.l.fundatur id q̄ dicitur in auth. ſiue à me.facit l.cum fidem.j.de nō nu. pec.
2 † Et per hanc.l.patet an mulier poſsit renūb tiare velleiano. quia ſi renuntiat extra iudicium, non valet niſi poſt biennium à prima interceſsione.qa qui fragilitate interceſſit præſumitur renūtiaſſe.vt in l. doli. §. diuerſum.ff.de noua.& iſto modo limita glo.quæ eſt in l.j.ſ.eo. ſuper verbo ſi non ignorent.in iudicio verò poteſt indiſtinctè renuntiare.vt in l.ſi.ff.eod.titu.in.§.penulti.

a ¶ Multa ſunt priuilegia dotis. Add hal. & Io.de cāpe. bono. in ſuis tract. de dote.

b ¶ An mulier poſsit renuntiare velleiano. Adde gl.in l.ſi. ff. ad velleian.Bar.in l. doli mali.ff.de noua & in.l.ſi quis in cōſcribendo.in iñ.q. C. de epi.& cle.& gl. in.c. ſi diligenti. de foro competen.

2 *¶ Mulier ſi intercedat pro viro ſuo,qualiter debeat renuntiare velleiano, & cuilibet alteri auxilio,quòd de iure competeret:& quid ſit iſtud auxilium, & an requiratur iuramentum?*

3 *An ſtetur confeſsioni mulieris,ſi confiteatur in inſtrumento pecuniam ſeu contractum uerti in ſuam utilitatem? & uide.nu.5.*

4 *Si non valet contractus,an tamen valeat iuramentum in eo interpoſitum?*

AVTHENTICA.

1 SI qua mulier. †Quādo mulier intercedit pro viro ſuo,ipſo iure non obligat. niſi contractus vertatur in eius vtilitatem. ideo excep. ſenatuſcon.non eſt neceſſaria.quæ habet locum eo caſu quo obligatur ciuiliter & naturaliter.h.d.in effectu:& ſic corrigit omnia iura antiqua,quæ volebant contrarium q̄ obligaretur.ſed habet exceptionem.vt ſ.eo.l.vxor. & l. ſi aduerſarius. licet ergo mulier renuntiet ſenatuſcon.velleiano quando ſe obligat pro viro etiam poſt biennium, nihil nocet ſibi renuntiatio: quia renuntiat ei quòd nō habet.ſcilicet exceptioni velleia. quā
2 non habet.† Debet ergo renuntiare velleia. & cuilibet alteri auxilio q̄ de iure ſibi cōpetereret.& hoc eſt auxilium iſtius auth. quæ tuetur eam ipſo iure.Sed an tunc ſufficit iſta renuntiatio,quantū ad hoc vt obligetur efficaciter? dic quia non eſt modus inducendæ obligationis niſi renuntiet cum iuramento, promittendo nō opponere aliquod remedium ſibi datum à iure: & tunc tenetur ſeruare iuramentum de iure cano.vt in.c.cum contingat.de iure iuran.ſed de iure ciuili ſecus per l.non dubium.ſ.de legi.& ita intellige principiū glo.& hoc voluit Bal.j.l.proxi.§.ne aūt.vbi ponitur alius caſus,in quo mulier ipſo iure ſeruatur illæſa. & quando intercedit pro alio quā viro. ſcilicet quando intercedit ſine inſtrumento continente ſubſcriptionem trium teſtium.quo caſu etiam non nocet renuntiatio velleiani.ratione quam ſ.dixi. Et ſi adſciatur & omni alteri auxilio, valet cū iuramento ſecundùm Bal.non aliter,q̄ intellige.vt ſ.dixi. Quidam autem intelligebāt iſtam auth.generaliter pro quocunq; intercedat.& ſic totus iſte titulus corrigetur.q̄ glo.reprobat. Quidam verò intelligūt vt corrigatur.l.ſeq.q̄ etiā docto.reprobāt.tene ergo q̄ dixi.& ratio quare magis ſibi ſuccurrit qñ intercedit pro viro,eſt qa facilius induc
3 itur per virum quàm per alium.& interdum malè gratibus ſuis propter timorem vel reuerentiam eius. nam antequam emanaret ſenatuſconſul.per conſtitutionem principum prohibebatur intercedere pro viro.ſed poſtea per ſenatuſconſul.prohibita fuit intercedere pro quocunque.vt pater.in.l.j.&.ij.ff.eodem.tit.Quidam verò dicunt per hanc auth. quòd quoties mulier ſe obligat pro viro in eodem inſtrumento,non obligatur.certè non eſt curandum an in eodem inſtrumento,an in diuerſis. ſed an ſe obliget pro viro,& eius vtilitate,& ipſo iure non tenetur. an pro ſua vtilitate,vel communi.& tunc tenetur pro rata ſua.etiam ſi in eodem inſtrumento. In text.ibi.[crediti.] In hoc fundant ſe illi de quibus.ſ.dixi.Sed dicit Bal.ſecundùm Nico.ma.quòd hic ponitur contentus pro contento.& exponit id eſt obligationi viri cōtentæ in inſtrumento participando de ipſa modis qui infrà ſequuntur.& qui not.in.l.ſ.eodem. In tex.ibi.[proprio.] hoc verbum pondera per rationem quam ſuprà dixi. In tex.ibi.[nullatenus non valere.]ſcilicet ipſo iure.vt aliquid addat ad leges veteres. In tex.ibi.[ſiue multoties.]etiam ſi poſt biennium. Nec ob. l.C.ſi mulier.quia illa reſtringitur ad caſum quando interceſsit pro extraneo,quo caſu obligatur ciuiliter.& naturaliter licet ha-

beat exceptionē:quam perdit si post biennīū approbat intercessionem:& sic remanet obligata efficaciter remota exceptiōe.sed quando ipso iure nō fuit obligatata,cessat ratio illius. l. In text. ibi:[siue publicum.]puta quia maritus tenebatur fisco.vnde propter priuilegium fisci videbatur ꝙ mulier potuerit se obligare.ꝙ
3 hic tollit.& sic eius priuilegium præfertur priuilegio fisci. †In tex.ibi.[pecuniæ.]versam proba.quia tuncnō esset intercessio. vt §.eo.l.ij.Sed quæritur an stetur confessioni suæ si confiteatur in instrumento pecuniam seu contractum verti in suam vtilitatem?videtur ꝙ nō.quasi eadē fragilitate cōfessa fuerit qua interceisit.vt in.l.C.&.l.doli.§.diuersum.ff.de noua.Potest dici ꝙ stetur confessioni si interuenerunt illa de quibus.j.l.proxi.§. j. scilicet ꝙ contineatur in instrumēto publico signato tribus testibus: & ꝙ tūc non admittatur probatio in contrariū,si confitetur illud fuisse scriptum de sua voluntate.vt ibi no.illa.l.loquitur quando pro alio intercedit.vnde istud videtur,dubiū qñ pro viro.qui faciliter potest inducere mulierē ad hoc cōfitendū. & securius est
4 dicere nō sufficere cōfessionē,nisi aliter appareat.†In prima glo.[in.l.non dubiū.]hoc procedit de iure ciuili.secundū ꝙ nōvalet principalis contractus,non valet etiā iuramētum.vt in illa.l. sed de iure canonico licet contractus sit ipso iure nullus, iuramentū tamen est seruandum si potest seruari sine interitu salutis æternę vt in.d.c.cùm contingat.imò tenent docto. quod interueniente iuramento cessat inualiditas,quasi cum iuramento contrahendo cessat causa inualiditatis & prohibitiōis.quòd plenè examina ꝙ Barto.in l.si quis pro eo.ff.de fideius. In gl.ibi.[iumpserunt.]quidam intelligentes hanc aut generaliter loqui pro quocūque intercedat.licet loquatur de viro gratia exempli.In glo.ibi.[de do. &c.]si ista ratio esset bona,sequeretur ꝙ nec econuerso vir posset intercedere pro vxore.quod est falsum secūdùm omnes. imò efficaciter obligatur,& olim & hodie.præterea non sequitur intercedit,ergo donauit.dic ergo vt dixi.& facit pro eo ꝙ ſ.dixi.l.
5 fi.ſ.ne vxor.pro marito.†In gl.ibi.[vel scdm Bal.]secūdū alium intellectum Bal.illa aut.deberet intelligi seu legi super.l.antiquę ad cuius correctionemveniret,ꝙ nullus tenet.tamen ex ista opi. nota.quia Bal.sentit quòd non stetur confessioni vxoris, & ꝙ pecunia sit versa in suam vtilitatem.nisi aliter probetur.

2 ☞ *Si mulier recepit premium pro intercessione, & contingat quod soluat pro alio quo intercessit,repetit solutum:nec debet sibi imputare illud quod recepit, cum sit pretium periculi.*
Quid si talis pecunia fuit data pro securitate?

3 *Si non apparet per testes sed per confessionem ipsius mulieris quod recepit pretium pro intercessione,an hoc sufficiat ad probationem ut excludatur à beneficio uelleiani? & nu.1.& 4.*

4 *An possit quis probare contra publicum instrumentum, quando confitetur ipsum fuisse scriptum de uoluntate sua?*

5 *Quòd fauore libertatis cessat senatusconsultum uelleianum.*

LEX XXIII.

1 ANtiquæ.†Si mulier recepit præmiū pro intercessione,nō iuuatur velleiano.sed efficaciter obligatur.quia non videtur interceisisse ex leuitate vel fragilitate sexus.sed præmio consequendo.h.d.primò. Et si hoc cōtineatur in instrumento publico subscripto à tribus testibus, statur suæ confessioni absque alia probatione.aliquo autē istorum deficiente non excluditur à beneficio velleiani: nisi sufficiēter probetur quod pretium vel præmium receperit aliter per eius cōfessionem.h.d.secundò.Et eo casu quo pretium recepit.& sic excluditur à beneficio velleia.si interceisit.transferēdo in se obligationem animo nouandi,& sic est facta nouatio. quatenus tamen mulier non est soluendo restituitur actio in pristinum debitorem.h.d.tertiò. Itē qñ nō recepit pretiumvel pecuniam,si nō intercedit cum instrumento publico cōtinente subscriptionem trium testium,ipso iure seruatur illæsa.Si aūt cum tali instrumēto,iuuatur velleiano.& omnes ll.huius tit. tūc vendicāt sibi locum.h.d.ista singularis.l.& vtilis.inducens de nouo quæ de iure veteri nō erant inducta.nam illo iure bene reperiebatur ꝙ si debitor pro securitate mulieris intercedentis dabat sibi totā pecuniam contractus,vel alio modo ipsam cācellabat,dando fortè pignora sufficientia pro tota quātitate ꝙ cessabat senatusconsultū.vt.l.si mulieri dederim.ff.eo.quia tūc nō potest damnificari: vel periclitari ꝙ senatuscō.voluit.Sed si nō dabatur pecunia pro securitate cōtractus,sed pro præmio intercessionis.puta obligabatur se pro alio in centum:sed ne frustra subiret periculum pro alia,voluit habere in pretiū.x.prout frequenter fit florētiæ: quia sunt multi qui pro aliquo lucro fideiubēt pro alijs, cum auaritia ducti.& sic non reperiebatur iure veteri cautum ꝙ perderet excep.senatusc.sed inducitur hoc per hanc.l.notabiliter.quia sic nō mouet ex fragilitate sexus,sed ex cupiditate lucri. vnde sibi l.aufert sibi beneficiū senatuscō.velleia. & hoc quādo cōstat ꝙ
2 testes de receptione talis premij.†Et aduerte secundū Bald.quod isto casu si soluat pro alio,repetit:nec debet sibi imputari illud ꝙ recepit.quia est pretium periculi ꝙ suscepit.vt in.l.periculi.ff.de nautico fœnore.Sed in primò casu quādo pecunia fuit data pro securitate,si soluit creditori,nō repetit ab eo pro quo soluit,quia iam habuit ꝙ soluit.Quid autē si nō appareat per testes, sed per
3 per eius†cōfessionē ꝙ recepit pretium pro intercessione,an sufficiat ad probationē.& dicitur hic ꝙ sic duobus cōcurrentibus ſ.ꝙ interuenerit instrumentū publicum:& ꝙ sit subscriptū à tribus testibus,& ꝙ in eo cōtineatur dicta cōfessio. altero istorum deficiente nō statur cōfessioni.sed est necesse probare per testes, vel alijs modis.& si probetur,nō excusatur si non probetur,iuuatur velleia.& hocvīꝙ ibi:[sed si minus.] & vltra hoc additur per gl.ꝙ interuenientibus illis duobus vel tribus nō potest probari cōtrarium per mulierem.ꝙ tamen in tex.nō dicit; sed doc. addūt hoc verum si cōfiteatur illud fuisse scriptum de sua voluntate,nō aliter. †Vnde inducitur per hanc.l.non posse quem probare contra publicum instrumentum quādo confiteatur ipsum
4 fuisse scriptum de sua voluntate.sed hoc nō verū generaliter,sed solum in casu huius.l.quando vult probare cōtrarium vt vtatur priuilegio speciali cōtra ius cōmune.de hoc per Cy.in.l.opeinl.
5 j.de cōtrahen.stipu.†Quod aūt hic dicitur de subscriptiōe testiū nō est hodie in vsu ꝙ in instrumento publico testes se subscribāt sed sufficit ꝙ notarius atteſtetur de interuētu ipsorum.vt not. hære.& fal.in gl.& hoc tenet Bald.in l.j.ſ.eo.Et sic hodie sufficit ꝙ notarius atteſtetur de interuentu triū testiū ad hoc vt habeat locū ꝙ hic dicitur.præsuppositio autē ꝙ probetur ipsam recepisse pretium vel per cōfessionem de qua ſ.vel per testes,si interuenit transferendo in se obligationem animo nouandi,cum efficaciter teneatur.& sic nō subducitur in obligatione,& facta innouatio si non esset soluendo,nō deberet restitui actio vtilis in pristinū debitorē:quia senatuscō.ꝙ eam restituit: loquitur eo casu quo mulier subducitur per excep.senatuscō.sed per hāc.l.in vsi.[sed si minus.]prouideretur etiā hoc casu vt excutiat mulier per prius.& in eo in quo reperitur nō soluendo restituatur actio in pristinum debitorem,ꝙ est notandū.& sic tam quando subducitur de iure,quā quādo etiam de facto quia non est solucio. quia inanis est actio,quam inopia debitoris excludit.l.nam is à de dolo.& habet locum restitutoria,vel institoria actio. de quibus in l.senatus.& in.l.j.ſ.eod.Prædicta quando apparet mulierem recepisse pretium pro intercessione.quo casu nō refert an se obligauerit cum scriptura,vel sine scriptura.& si cum scriptura publica,vel priuata.& si publica, an habeat subscriptionem testium vel non.vt patet in princi.l.ibi.[siue sine scriptis &c.]in ver.[sinautem sine scriptis.] quia obligatur efficaciter.& non habet auxilium senatuscon.si autem pretium non recepit venit locum sequens.§. [ne autem.] secundùm verum intellectū Bald.qui.§.inducit tertium de nouo.vt tunc obligetur ciuiliter & naturaliter: & habeat exceptionem velle.quando se obligat per instrumentum publicum habens subscriptionem testium aliàs ipso iure non obligatur quòd olim non erat.imò obligabatur,& habebat excep.& illud est bene singulare.vnde quando ostendit tibi instrumentum in quo mulier se obligauit pro alio, respicias an interuenerint tres testes vel non. & licet quod notarius atteſtetur de hoc, vt voluit Bald.in l.j.ſ.eo.non ergo corrigitur principium. l. per hunc.§. licet Mar.diuersum trarium.quia Imperator sibi ipsi contrariaretur, statuendo primò vnum.scilicet quòd efficaciter obligetur,& sine auxilio senatuscon.quando recipit pretium:siue cum scriptura sine scriptura obligetur.& postea statuendo hoc contrarium, quod nullo modo obligetur quando sine scriptura, vel non publica, vel non continentur tres testes.tria ergo in effectu inducit diuersa uo.primum continetur in prin.l.secundum in ver.[sed si minus.] tertium in isto.§.[ne autem.] Lex veterum. dicit quod fauore libertatis cessat senatusconsul.

2 ☞ *Maritus qui recepit uxorem sine dotis promissione, non potest postea compelere eam*

rem al se dotandam.
si dos promissa non soluatur uiro in totum, potest uir uxorem licitè repellere de domo.
secus si dos non fuisset promissa.
Non licitur quis compulsus facere illud, ad quod faciendum est obligatus.
Decem casus in quibus cessat senatusconsultum uelleianum.
Quando mulier renuntiat uelleiano, ad hoc ut renuntiatio ualeat, debet certificari quid continet uelleianum in fauorem eius: nec præsumitur certificata nisi hoc appareat in instrumento. & si renuntiatio facta sit cum iuramento, an extendatur ad ignoratas

LEX XXV.

GEneraliter. †Hic ponitur vnus casus specialis in quo cessat velleianū fauore dotis secundùm gl. Sed aduertendū. quia impropriè videtur loqui. quia ista lex loquitur, quando mulier promittit dotē pro alia muliere, quæ tamen pro seipsa non promisserat. vnde non est intercessio, quia non est dare aliam promissionem principaliorē: sed est quidam contractus celebratus principaliter in personam mulieris dotantis, continens donationem præsumptione iuris: quia ille vel illa quæ mulierem aliquam dotat de suo, in dubio fauore dotis censetur dotare animo donandi mulieri, non animo repetendi ab ea. vnde sol. matri. nō sibi competit repetitio: sed mulieri dotatæ nisi cōuenerit sibi restitui per stipulationem vel pactum. vt. j. de rei vxo. act. l. j. §. accedit. etiam si errore ducatur. quia credat se teneri ad dotandum vt. in. l. cum quid. §. si mulier. ff. de condi. inde. constat autē quod mulieri dotanti senatusconsul. non prouidet. vt in. l. sed si ego. ff. eo. ideo ista l. non videtur fuisse necessaria. †Nō obstat si dicatur imò est intercessio: quia mulier quæ dotatur tenebatur seipsam dotare: quia hoc est falsum si maritus eam recœpit sine dotis promissione. quia non potest eam compellere postea ad se dotandum, nec eam repellere de domo si non dat sibi dotem: vt est casus in. l. fi. j. de diuor. Ad hoc ergo vt ista. l. congruat huic titulo, & aliquid inducat de nouo, & saluentur glo. & dicta docto. potest intelligi vt si mulier etiam quæ dotabatur promiserat dotē si illa mulier pro ea intercedat, & eandem dotem promittat, etiā si animo repetendi ab illa muliere non habeat excep. senatusco. & sic conuinct vtilitatem. Et no. ibi. [& sic à viro forsitan repelli.] quod si viro dos non soluatur promissa in totum, potest licitè vxorē repellere de domo. concor. text. in auth. de non eligendo secundò. sub. §. fi. sed si dos non esset promissa, non posset eam repellere ex hac causa. vt est tex. in illa. l. fi. j. de diuor. † Itē no. in fine quod non dicitur quis compulsus facere illud ad quod faciendum est obligatus. quia sicut voluntariè se obligauit: ita & voluntariè dicitur soluere: licet fuerit compulsus, facit. l. de accessionibus. §. fi. ff. de diuer. & tem. præscrip. & no. extrà de spō. c. requisiuit. † Vltimò no. gl. quæ numerat nouem casus in quibus cessat senatusco. velleia. Adde decimum quando interuenit decretum iudicis. vt. j. si mater indemnitatem promiserit. l. fi. iuncta gl. j. cum ibi no. Super illo autem quādo renuntiauit velleia. dic vt dixi. s. eo. l. si mulier. quia procedit quando in iudicio, vel post biennium à die primæ intercessionis: alias esset ponenda in renūtiatione, ad hoc vt valeat. vide in addi. Spe. de renun. & conclu. §. j. in addi. quæ incipit quomodo huic dicto &c. † Dicunt enim doc. quod quando mulier renuntiat velleia. ad hoc vt valeat in iudicio vel extra: debet certificari quid contineat velleianum in fauorē eius: nec præsumitur certificata nisi hoc appareat in instrumēto renūtiationis. quia consistit in facto. & facta non præsumuntur nisi probētur. l. quæcunq;. de publiciana. ff. non enim valeret renuntio eius quod ignorat: vt. l. qui cum tutoribus. in fi. ff. de trāsac. hæc vera nisi renuntiet cum iuramento: quia extenditur etiā ad ignorata: vt no. in. c. ij. de pac. li. vj. in nouel. & per Bar. in. l. si duo. §. Idem. Iuli. ff. de iureiuran. licet Dy. consuluerit contrarium. vt not. per Cy. in. l. ij. j. de rescin. ven. quem Bar. reprehendit. & pro ejus opi. est determinatio can. in. d. c. ij.

De non numerata pecunia. *Rubrica.*

Qui confessus est recepisse, si re uera non recepit tunc infra biennium est ciuiliter tantum obligatus, & an ille ciuilis sit efficax ad agendum, & an lapso biennio assumat naturam naturalis obligationis?
Senatusconsultum uelleianum & etiam macedonianum licet prohibeant mulierem intercedere, uel filiofa. mutuari, non tamen impediunt dari ciuilem & naturalem obligationem, & per consequens actionem: licet tribuant exceptionem.
Contra pro creditore numerante pecuniam, ne ei postea agenti noceat exceptio non numer. pecu. si fortè debitor esset malignus.

1 †Quia frequenter contingit q; aliquis propter indigentiam pecuniæ confitetur in scriptura publica vel priuata de manu sua se habuisse & recœpisse mutuò aliquam quātitatem ab aliquo sub spe futuræ numerationis: quam ille pollicetur se facturū: & promittit eam reddere & restituere. ille verò postea malignitate ductus non numerat: sed repetit pecu. tanquam numeratam: & ad probandam numerationem inducit confessionem prædictam: quam ille non negat fecisse se: sed dicit pecuniam non fuisse reuera numeratam: se sub spe numerationis fiendæ confisus de creditore sic fuit confessus. & quia regulariter confessio debitoris probat contra eum quando continent causam obligatoriam: vt j. eo. l. generaliter. & propter hoc contingebat q; fiebant extorsiones illicitæ cōtra. l. illicitas. in prin. de of. præsi. ff. idcirco fuit prouisum q; in contractu mutui, in quo hoc frequenter contingit, talis confessio non probet numera. sed ille qui se dicit numerasse perinde habeat necesse probare, ac si nulla emanasset cōfessio: & hoc si agat infrà annum de iure veteri, vel infra biennium. vt j. eo. l. in contractibus. & instit. de literarum obli. §. fi. & in prī. quinimo si non agat, possit ille qui confessus est querelam exponere infrà biennium coram iudice, & repetere cautionem, vel facere cancellari instrumentum, nisi creditor probet: vt. l. in contractibus. §. fi. j. eo. & ista dicitur excep. non nu. pe. quæ pōt proponi non solum excipiendo, sed etiam agendo. vt dixi. q; est contra naturam aliarum exceptionum. Et ideo est temporalis: cū tamen aliæ sint perpetuæ. vt l. purè. in fi. ff. de doli excep. quia non possunt proponi agēdo: sed dumtaxat quando conuenitur debitor. lapso verò biennio confessio assumit robur, & probat numerationem: nisi debitor assumat in se onus probandi: & sic probet cōtrarium: quia falsa confessio (si potest probari falsitas) nō debet nocere confitenti: etiam si scienter fuit confessus. l. cùm falsa. §. de iur. & facti igno. nam omnis probatio recipit probationem in cō
2 trarium. l. cum de indebito. ff. de proba. † Iste autem qui sic cōfessus est si reuera pecuniam non recipit infra biennīū, est ciuiliter tantum obligatus, non naturaliter: quia titulus nō est habilis ad agendum: & ista est opinio gl. sed lapso biennio illa ciuilis efficitur efficax, & assumit naturam naturalis obligationis: vt no. insti. de literarū obl. in fi. gl. mag. licet docto. multùm super hoc passi fuerint cōtrarij: quia quidam dicunt q; nullo modo est obligatio per lapsum biennij. quidam q; imò est obligatus ciuiliter & naturaliter: sed Bar. eos reprehendit. & tenet opi. glo. quòd dic vt plenè no. in l. cùm quis. §. de iur. & facti igno. tunc autem est verum q; ei ciuiliter est obligatus, quando interuenerunt verba de futuro: quia confessus fuit se habuisse & recœpisse. & promisit restituere. Alij dicunt q; prima verba de præterito sufficiunt: vt not. in l. in contractibus. j. eo. in secunda glo. q; dici potest quando cō tinentur in scriptura propria manu facta. quo casu loquitur titu. de litera oblig. & oritur ex dispositione iuris ciuilis contra naturam verborum, quæ non sunt apta parere obligationem, & nullā contineant promissionem de futuro: vt in l. v. §. stipulatio. de verbo. oblig. dicit ergo gl. rectè, q; per hunc titu. prouidetur tantùm ciuiliter obligatis: sed per articulos præcedentes prouidetur obligatis ciuiliter & naturaliter. † Et sic no. q; senatusco. vellei. & etiā macedo. licet prohibeant mulierem intercedere, vel filiofa. mu-
3 tuari, non tamen impediunt dari ciuilem & naturalē obli. & per consequens actio. licet tribuant excep. q; videtur contra. l. cum lege. ff. de fideiusso. sed dic vt ibi per Bar. Aduerte tamen advnum q; cùm iste titulus emanauerit contra creditorem recipiētem cō fessionem. & volentem extorquere q; non numerauerit, frequenter contingit q; etiam si verè numerauit, remanet in damno: qa ignorantes naturam huius tit. de numera. recipiunt scripturā de numera. recipiūt scripturā de manu debitoris: in qua continetur se habuisse & recœpisse mutuò talem quantitatē, & eam verè recœpisse: tamen debitor malignitatis confisus negat eā se recœpisse. & cōqueritur in biennium: & quia creditor aliter non pōt probare nume. reus absoluitur: & ipsi creditori silentium perpetuū imponit: & vidi aliquando fieri, & est magnum periculū mutuā tis: & ideo non cōfidant de schedula vel scriptura debitoris: siue dicat confiteor me habuisse & recœpisse, siue dicat habui & recœpi, siue ponat vtranq; partem: quinimò dicat hæc non confiteri ipe futuræ nume. nihilominus quia hoc totum est de cōfessione, creditor per talem schedulam vel scripturam nō posset ipsum conuincere, nec probare numerationem. adhibeat ergo notariū

a Ex sola confessione. An ex confessione extrāiudiciali oriat̄ actio. vide per Bart. in l. cum scimus. in fi. C. de agri. & cēsi. lib. xj. Lu. ro. in l. nuda ratio. in. j. co. ff. de dona. Lu ro. in l. sed & si à possessore. in §. ff. ff. de iurein. & p eun dē lu. ro. cōsil. cccxc. inci. in casu propositæ consultationis.

& testes: qui in sua præsentia & etiam testiū numerationem sequi & fecisse videant. vt no. j. eo. l. si ex cautione in glo. vel si non potest haberi notarius, non facias scribi schedulam de mutuo, sed de depositō: confiteris habuisse tantam quantitatem: quia tunc confessio statim est valida, & probat nume. vt j. eod. l. generaliter.

☞ *Qui dedit pignus sub spe futuræ numerationis, ea non secuta qualiter agere debeat & quid debeat probare*

L E X I.

1 SI pecuniam. †Qui confessus est se recœpisse pecuniam mutuò, & dedit pignus, obtinet: probando se dedisse pignus. nisi creditor probet nume. & eodem modo si conuenit̄ hypothecaria. h. d. sicut ergo quando deducitur numeratio principaliter in iudicium, infrà biennium incumbit onus ptobandi ei qui dicit se numerasse nō obst. confessione aduersarij, quæ non habet effectum. vt j. eo. l. si ex cautione. ita quando deducitur incidenter: quia principalis quæstio est de pignore restituēdo, vel tradendo: sed incidens quæstio est de nume. vt in hac. l. secundū
2 Bar. † In tex. sbi. [nam intentio.] dubitabas si repeteres pignus ac. pig. q̄ ille nō opponat exce. nō potes repetere nisi mihi restituas pecuniam pro qua pignoraſti: quia ista actio non datur nisi soluto debito. vt l. si rem. §. omnis. ff. de pig. act. Sed Imperator dicit q̄ non habes timere: postquàm asseris numerationem tibi nūquam fuisse factam: & potes probare te dedisse pignus: quia obtinebis. nisi ille probet se tibi numerasse. quod facere nō poterit si reuera nō numerauit. incumbit ergo tibi onus probādi quòd dederis rē pignori. nam competit pignoratitia, etiam si pignus non fuit cōstitutum: quia numeratio nūquàm fuit facta: vt l. solutum. §. si quasi: de pig. act. ff. licet ergo hypothecaria nō competat quando pignus nō est cōstitutum, pignoratitia tamē bene competit, dū tamē res fuerit data pro pignore: vt in. d. §. si quasi. Pro declaratione gl. mag. oppo. cōtra tex. dum dicit [in rem experiri potes.] nam ad repetendū pignus competit debitori actio pignoratitia etiam in casu de quo loquitur ista lex. quādo fuit res tradita pignori sub spe futuræ numerationis, quæ nō est secuta: vt in d. §. si quasi. Sed actio pignoratitia non est actio realis: imò personalis. vt no. in gl. in proœmio. ff. vete. & re cōtrahitur. gl. fatetur contrarium. & exponit tex. dum dicit [in rem.]. i. pignoratitia ꝓpter rem, vel ad rem: & ista est bona solu. Aliī verò nolentes impropriare tex. intelligūt de rei vēdi. quia nō sufficit probare te dedisse pignori, sed habes necesse probare te esse dominum, & illum possidere. vt §. de aliena. iudi. l. j. sed iste text. dicit sufficere si probes te pignori dedisse: ergo non pōt loqui de rei vē. ipsi respōdēt q̄ aduersarius nō referebat tunc. q. dominij: imò confitebatur q̄ illa res erat tua: sed dicebat q̄ nō fuit sibi vnquā tradita pignori. & sic negabat se possidere. sed cōtra non possidentem nō datur rei vēdi. ista est diuinatio. Vnde alij dicūt quòd etiam si referebat q. dominū, sufficit probare tibi quòd tradideris eam pignori tāquam dns eius. quia cum habebat causam à te tāquàm à domino, necesse habet fateri te dñm, nec potest tibi referre. q. dominū gl. istam opi. nō tenēt: quia cum agas tanquā dominus, nō ex eo q̄ tradideris tanquā dominus necesse habes probare dominium. vt no. in l. nec creditores. §. de pig. act. & l. ita vt si fur. ff. cōmoda. quātum autem ad possessionem quæ requiritur in prima cōuentione: & agitur rei vēd. bene sufficeret se probare tradidisse: & sic semel ad manus eius peruenisse. quia etiam hodie præsumeretur esse postquàm habuit causam à te: vt dixi in. l. non ignorat. §. ad exhibēdū. tene ergo primam solutionem gl. quia hic nō loquitur de rei vē. sed de pig. act. in qua nō habet necesse probare dñium, sed solum quòd tradideris, & loco pignoris: & quòd obligatio principalis nō fuit cōtracta postquàm nō est secuta numeratio. sed si fuisset cōtracta: habet necesse probare eam fore dissolutam vt in. l. si rem. §. omnis. ff. de pig. act. Item oppo. secūdò q̄ non incumbat onus probādi aduersario numerationem fuisse factam: sed potius tibi, quòd eam sibi restitueris. nam si agēdo pignoratitia asseras te rē illam dedisse pignori pro cētū, ex ista noua cōfessiōe apparet q̄ illa cētum habuisti: ergo nisi ea restituas agere nō potes: sic cōtingit quando quis iurat se pignori dedisse rem pro cētum. nam nō potes obtinere restitutionem eius, nisi solueris illa cētum. vt ff. de iureiurā. l. si duo, §. Marcellus. Solu. ibi quādo iuraſti te dedisse pro centum quæ nō habuisti: hic quādo asseris te dedisse pro centum quæ non habuisti: licet fueris confessus habuisse: & sic non est verum quòd hodie confitearis te habuisse. licet cōfitearis te fuisse confessum habuisse.

a *De exceptione non numeratæ pe. constare dicitur ex eo q̄ contrariū non probatur.*

L E X II.

1 MInorem. †Exceptio nō nume. pecu. sicut potest opponi pro tota quātitate confessata, & nō numerata: ita pro parte non numerata hoc dicit tex. sus. In tex. sbi. [constiterit.] hoc verbum facit dubium: quia innuit q̄ habeat necesse probare. vt §. l. proxi. Dicūt quidā quòd ibi loquitur quādo negas nihil fuisse numera. de summa cōfessata: sed quando fateris numeratam fuisse partem: & alteri partem negas, præsumitur contra te: nisi probes alteram nō fuisse numeratam. Sed quomodo poteris probare? glos. dicit per cōfessiones. Item per numeratiōes &c. ponamus, de mille probat quòd numerauit semel centum, & alia vice centum, si non apparet, non præsumitur alterum numerasse. not. istam glos. secūdùm Bald. breuiter glos. tenet quòd sicut ille qui dicit nihil fuisse numeratum de summa confessata non habet necesse probare: ita etiam si dicit fuisse numeratam partem, & aliam negat, non habet necesse probare non fuisse numeratam: & sic text. dum di
2 cit [constiterit.] exponitur † quòd constare dicitur eo quòd contrarium non probatur.

2 ☞ *Casus in quo ex sola confessione sine promissione oritur obligatio & actio.*
Si interuenit uera numeratio, an oriatur obligatio & actio ex numeratione uera, vel ex confessione tantum?
3 *An illa confessio probet numerationem tempore confessionis, an verò facta ab illo a te, & quæ sit utilitas?*
4 *An referat qualiter stet confessio?*
5 *Si notarius in instrumento attestatur de numeratione facta in præsentia sui & testium, an possit probari contrarium, & sic falsitas instrumenti per testes uero deponentes, qui dicant nullam numerationem interuenisse. nec potuisse interuenire quin ipsi uidissent?*
6 *Debitor qui fuit confessus habuisse & recepisse si renuntiauit exceptioni non numerat. pecu. an hoc non obstante poterit eam opponere?*
Quid si interueniat iuramentum?

L E X III.

1 SI ex cautione. †Si opponatur exceptio non nu. pe. infra tempus quo potest opponi. creditor habet necesse probare numerationem non absolutè cōfessionem aduersarij. quæ nō probat numerationem: & nisi probet: aduersarius absoluitur. h. d. intelligē scilicet diffinitiuè: & sic transit sententia in rem iudicatam. & non poterit creditor iterum agere, & petere etiam per instrumenta de nouo reperta. vt l. sub specie. j. de re iudic. & l. Imperatores. ff. eo. tit. In glo. j. quæritur quid continebat ista cautio ex qua sibi conueniebatur? glos. dicit quòd potest intelligi duobus modis. Primò quòd cōtinebat confessionem de mutuo absque promissione de restituendo: secundò quòd continebat promissionem cum stipulatiōe vna cum confessione. Ex primò no. ibi cto tex. q̄ dicit quòd ex ista cautiōe cōueniebaris: & sic ex ea eras obligā
2 tus, & oriebatur actio: aliàs non posses ex ea cōueniri. † Nota. cau
a sum in quo ex sola confessione sine promissione oritur obligatio & actio. scilicet in contractum mutui. Regulariter contra. quia confessio non producit obligationem vel actionem: sed duntaxat facit probationem. l. publia. §. fina. ff. depositi. & dicitur obligatio literarum: quia oritur ex literis non meris vel simplicibus, sed iunctis cum intellectu & sensu verborum. vt infra. de literarum obliga. per totum iuncta. l. non figura. ff. de actionibus & obligationibus. Sed pone quòd interuenit vera numeratio: an oriatur obligatio & actio ex numeratione vera, vel ex confessione tantum? videtur hæc vltima verior per. l. cum quis de noua. Sed illa loquitur quādo interuenit stipulatio: quæ est solennior: & impedit oriri ex numeratione, quasi illa sit causa implendi stipulationem in confessione. non reperio iure cautum quòd habeat illam vim: sed puto quòd oriatur ex numeratione, & etiam ex confessione: & sic creditor poterit agere ex qua vult nō sic qñ interuenit stipulatio: quia debet agere ex stipulatione & si ageret ex numeratione, ineptè ageret. & succumbe

ret si stipulatio erat valida:secus si inualida:quia tunc non impe-
dit ortri ex numeratione.vt.l.certi cõdictio.§.quoniam.ff.si cert.
peta.& hoc voluit Bar.j.ea.l.§.si nummos.& l.si ita stipulatus.§.
Chrilogo.ante fi.ff.de ver.obl. Sic econuerso quãdo actio orire-
tur ex nume.sola,non ex confessione,si in libello deduceret con
fessio,& non fieret mentio de numeratione: licet postea proba-
retur numeratio,actor succumberet:quia ineptè egisset si ex causa
nõ producente actio.vel obli.in disputãdo tenet Nico.ma.vt re-
fert Ioã.and.in addi.Spe.tit.de teste.§.j.ver.sed pone egi.& Bar.
etiam hoc sentit,& vult in.l.j.§.si quis ita.ante fi.ff.de verb.obli.
licet non alleget prædictos. Bald.etiam hic facit mentionem de
disputatione prædicta. Dices tu in cõtractu mutui semper ori-
tur ex confessione.vt statim dixisti. Respon.quod.s.dixi.& etiã
ista glos. debet intelligi quando confessio continetur in scriptu
ra facta propria manu debitoris: secus si in alia scriptura publi-
ca,vel priuata:quia tũc nõ producit oblig.vel act.sed facit dun-
taxat probationem: & sic intelligitur tit.de literarum obliga. &
d.l.non figura.†Sed tunc quæro.an illa confessio probet nume-
rationem factam tempore confessionis:an verò factam dudum
ante.& est magna vtilitas:quia in primo casu leuiter potest pro-
bari contrarium per testes qui fuerunt præsentes tempore con-
fessionis & instrumenti quod nulla pecunia interuenit:quia nõ
potuisset interuenire quin ipsi vidissent.& sicut etiam lapso bien
nio posset confitens euadere dictam confessionem probando
contrarium. iuxta not.in gl.mag.sed si probaret. numerationem
dudum ante,difficile erit probare contrarium: verba sunt Ange
li in hac.l.breuiter istum articulum tangit Ange.in.d.§.Chryso-
gonus.& in.l.post dotem.soluto matrimo.in.j.q.& determinant
pro prima parte non obstantibus verbis præteriti temporis:scili
cet habuisse & recepisse &c.tene menti. †Secundò colligitur ex
ista glos. no. quòd non refert qualiter stet confessio: an confi-
tetur se debere ex causa mutui:& sic contineat ius, vt vtroque
casu possit obijci except. non nume. pecu. videtur contrarium
hoc secundo casu: quia non dixit sibi fuisse numeratum: & po-
test esse obligatio ex causa mutui absque numeratione sibi facta:
puta ex causa hæreditaria. & sic except.non contradicit confes-
sioni:ergo non debet eam infringere.cuius contrarium vult ista
glo.quam tene menti.In glos.magna.primò facit tres oppositio-
nes vsque ibi.[sed dic.] Secundò format tres quæstiones vsque
ad fin.ibi.[Item quomodo.] Vltimò redit ad oppositionẽ:& sic
sunt quatuor oppositiones. prima de.l.in contractibus.j.eo.vbi
non licet opponere:scilicet excep.non nume.pe.vltra biennium.
& ista.l.loquitur indistinctè.Solu.limita eam per illam.l.Secun-
da oppo.est de.l.generaliter.j.eo.vbi contra propriã confessionẽ
nõ dicitur hæc exceptio.Sol.speciale est in cauta mutui.secus in
alijs.vt in cõtrario.Tertia oppo.est à sufficienti partium enume-
ra.Nam aut ista confessio continetur in scriptura priuata etiam
facta tam manu debitoris, & supple & confessa per debitorem.
& sic facit plenam fidẽ. confitetur enim nunc se illam scripturã
fecisse,& etiam confessionẽ contentã in ea. tamẽ dicit q illa con
fessio non cõtinet veritatẽ:quia numeratio nõ interuenit,sed fa
cta fuit spe futuræ numerationis. & aduertendũ q tunc non re-
fert qualiter dicat an cõfiteor me habuisse & recœpisse: an dicat
habui & recœpi:etiã si dicat non spe futuræ numerationis:quia
qua fragilitate confitetur se habuisse quod non habuit,eadẽ præ-
sumitur illa verba apposuisse.de hoc no. in.l.si ex pretio. s.si cer.
pera.& l.si nõ singuli. Item potest intelligi quando cõtinetur in
scriptura publica.si tamen notarius non attestatur nisi de confes
sione. secus si de numeratione facta in præsentia sui & testium:
quia tunc procederet oppositio:nec posset opponi non nu.pecu.
quantùm ad hunc finem vt transferatur onus probandi in acto-
rem:quia satis probat per hoc instrumentum.pro quo præsumi-
tur.vt.l.cum precibus.s.de proba. †Sed tunc quæritur primò,an
possit probari contrarium, & sic falsitas instrumẽti per testes in
eo descriptos,qui dicãt nullam numerationem interuenisse, nec
potuisse interuenire quia ipsi vidissent: licet notarius dicat con-
trarium.glo.tenet quod sic.& respõdet quibusdã legibus volen-
tibus q cõtra instrumentũ non possit contrariũ probari.breuiter
istũ articulũ examina plenius & subtilius per Bart. in l.singula-
ria.ff.si cer.pet.in vlt.vel pe.col.vbi quærit an sufficiat depositio
testiũ ad reprobãdũ instrumentũ, cùm potuerit interuenire ficta
numeratio,quæ nõ percipit oculorũ aspectu:sed iudicio intelle-
ctus: & sic attestatio notarij põt verificari 2
6 in illa.dic vt ibi subtiliter per eum.†Secun-
dò quæritur.quid si debitor qui fuit confes
sus habuisse & recœpisse,renũtiauit excep.
nõ nu.pe.an hoc nõ obst.poterit eam oppo
nere?glo.tenet q nõ illam,sed exceptionem doli sic.& q renun-
tiatio ista præiudicet sibi in gloss. vt ibi primò nõ habeat necesse
probare numerationẽ factam non fuisse:sed creditor q numera-
uit nũc propter renuntiationem trãsferatur in eum onus proban
di q numeratio nõ fuerit facta,ad hoc vt aliquid operetur:& po
terit probare(vt.s.dixi)per testes qui fuerunt præsentes in hoc:
ergo valet renuntiatio.& nocet sibi.& importat hoc: quia vult q
confessio sua habeat vigorem incontinenti, sicut habet in alijs
causis,& probet numerationem: non tamẽ tollit sibi facultatem
probandi contrariũ,etiam contra veram & validam confessionẽ
admittitur probatio in cõtrarium,vt l.generaliter.j.eo.& l. cũ fal
sa.s.de iur.& facti igno.& si cõtrarium diceremus q non possit
probari cõtrariũ,daretur materia creditori dolũ committendi.id
est nõ numerandi.qui dolus futurus nõ potest remitti.& etiã da
retur materia faciẽdi illicitam extorsionem.cõtra.l.illicitas.ff. de
offi.præsi.Postea glo.adducit vnam rationẽ. quæ videtur proba
re q dicta renũtiatio nõ noceat in aliquo:& q censetur facta spe
futuræ numerationis sicut ipsa cõfessio,& sic nõ transferat onus
probandi in renũtiãtem.& istam partem tenẽt doc.si facta est in
eodem instrumẽto vel scriptura:secus si ex interuallo.quia vide-
retur cõfessionẽ approbare,& ei dare vigorem.ar.j.l.proxi.maxi
mè si in iudicio:quia tũc non potest dici facta spe futuræ nume.
sed ad finẽ instãtiæ ferendæ hoc tamẽ totũ relinquitur arbitrio iudi
cis,quando dicatur ex interuallo vel nõ:quia non requiritur la-
sus biẽnij,sicut requiritur in velleia.vt.s.tit.j.l.si mulier. quia nõ
reperitur expressum.Quid autem si cum renuntiatione interue-
nit iuramẽtum,& facta fuit in eo instrumẽto,& sic sine iuramen
to?nõ valeret.vt dixi:an iuramẽtum facit eam valere.refert an iu
rauit restituere pecuniam,cuius numeratio nõ est facta nõ obstã
te cõfessione debitoris.& sic ergo ille soluit indebitum,& sic põt
repetere solutum.multò fortius potest excipere super non solu-
to.Solu.duobus modis.primo vt loquatur quãdo soluerit scien-
ter,& tunc cessat ar.quia nõ potest repetere solutum: cum videa
tur donasse:nec potest excipere per cõsequens super non soluto,
quia videtur de nouo cõfessus q illa prima confessio cõtinet ve
ritatem.Alij dicunt posse intelligi etiam quando ignoranter igno
a rantia iuris* vel facti.quo casu potest repetere solutum: tamen ne
cesse habet probare q indebitè soluit.nec sufficit ad hoc proban
dum q erat infra biennium:imò propter solutionem. quia non
præsumitur factasse pecuniam suam,necesse habet probare pecu
niam non fuisse numeratam.vt l.cùm de indebito.ff.de prob.eo-
dem modo si conueniatur ad partem non soluti.& ipse excipiat
de numeratione non facta, necesse habebit hoc probare. Petrus
dicit quod ista est periculosa opi.sed tamen videtur probabilis:
quia ista.l.indistinctè loquitur,& sic vtroque casu potest intelli-
gi in auth.de triente & semisse.§.studium verò not.super. l. cùm
fidem cautionis.

2 ¶ Ignorantia iuris. Quotuplex sit ignorantia.vide glo. in c. non omnis. xxxvj. dist. gl. summæ. xxxvij. dist.

a *¶ Casus in quo quis punitur de mendacio in pœna dupli, & aliquandò propter mendacium punitur ut cadat à iure suo aliquando in diuersis pœnis.cum limita.*

Quòd regulariter propter negationem quam quis facit in iudicio ad sui defensionem licet mendacio conuincatur,non punitur nisi in expensis factis propter negationem?

1 *Qui semel negauit intentionem aduersarij,si antequam conuincatur de mendacio confiteatur,euitat pœnam negationis.*

Quid si statutum dicat quòd negans maleficium condemnetur in quarto pluri,uel quod confitenti maleficium remittatur quarta pars pœnæ, & primò negauit, & postea confitetur.

4 *Ille qui temerariè litigauit:si postea cedit liti:condemnatur in expensis.*

Quòd fauorabilior sit condemnatio in expensis quàm pœna.

5 *Qui semel negauit intentionem actoris,conuictus de mendacio potest recurrere ad aliã defensionem. & uide.nu.6.*

6 *Quid si primò negauit debitum, & postquàm fuit probatum allegat solutionem?*

7 *Si in inquisitione uel accusatione dicatur quòd spiritu diabolico instigãte dolosè & mala intentione Titium occidisti, & tu negasti occidisse,conuictus de occasione poterit dicere.quòd non dolosè nec mala intentione,sed ad tui defensionem.*

8 *Dictio ex quib importet?*

Negans propriam scripturam factam ad probationem:si conuincatur, an punitur, ut hic: & in quibus casibus habeat locum pœna negantis propriam scripturam. ut in hac authentica. & seu in quibus casibus habeat locum ista authentica?

9 *Practica huius authenticæ.*

Quæ contingunt ante litem contestatam:non pertinent ad officium iudicis nisi petãtur:

& quid in his quæ contingunt post?

AVTHENTICA.

CONtrà qui propriam. Leges huius titu. prouident ei qui cõfessus est se recepisse & nõ recepit vel & nũc asserit se non recepisse. Ista verò aut. prouidit cõtra eũ qui econuerso negat se recepisse, & verè recepit, vel negat scripturã factam manu propria, in qua continetur numeratio vel receptio. Et diuiditur in tres partes: quia primò loquitur in debitore qui recepit ab obligandum vsq; ibi: [contra si actor. Secundò loquit in creditore qui recepit ad liberandum vsq; ibi. [hac pœna.] Tertiò loquitur, in curatore vel administratore legitimo, qui recepit pro eo cuius negotia administrat, & scripsit schedulam de manu sua, vt pœna sibi imponatur. non autem ei pro quo recepit, siue pro creditore. Item prima pars subdiuiditur in tres. quia primò loquitur quando perseuerauit in negatione quousq; fuit demendacio conuictus: nec postea recurrit ad aliam defensionem vsq; ibi: [nisi.] Secundò quando non perseuerauit: sed cũ primò negasset postea confitetur antequam de mendacio conuincatur vsq; ibi: [at si.] Tertiò quãdo postquàm fuit conuictus de mendacio recurrit ad aliam defensionẽ, dicens se soluisse & recepe-

1 rat † & hoc dicit in summa. Qui negat scripturam factam manu propria, in qua continetur numeratio: & per consequens negat etiam numerationem vel negat numerationem tantum in ea cõtentam: licet nõ scripturã: cõuictus de mẽdacio punitur vt aliud simplũ cogatur loco pœnæ restituere. h. d. primò: sed si ante quã de mendacio conuincatur cõfitetur, solum punitur in expẽsis factis propter suam negationem. h. d. secundò. sed si postquàm de mendacio fuerit conuictus asserit se soluisse quòd probatus est eum recepisse, nõ prodest sibi dicta solutio: quominus aliud simplum restituere cogatur. h. d. tertiò & quòd dictum est in debito re qui cõfessus fuit se recepisse ad obligãdum se, locum habet in creditore qui cõfessus fuit se recepisse à debitore ad liberãdum. h. d. quartò & si legitimus administrator hoc fecit in causa illius cuius negotia administrat, pœna imponitur sibi, nõ illi. hoc quintò & vltimò dicit ista aut. solẽnis. & aduerte ad ipsam. Cõuictus de mẽdacio cogitur soluere duo simpla. vnum pro debito: aliud pro pœna. In secundo vnum tantũ: scilicet pro debito cõfessato, & expẽsas factas propter negationem. in tertiò similiter vnũ simplũ: & aliud retinet creditor loco pœnæ: quia nõ prodest. vel sic gũtur non prodesse ad liberationem: vnde soluit illud simplum pro debito probato, & tunc etiam confessato. In quarto dicto in ver. contra similiter cogitur soluere vnum simplum loco pœnæ: aliud autem solutum retinet pro debito: quia nõ receperat vt redderet: sed vt retineret. & differt à primò quando debitor recepit: quia ille reddit vt redderet: & sic reddit illud aliud tantũdẽ pro

2 pœna, non casus. † No. ex primò dicto casum in quo quis punitur de mendacio in pœna dupli, & aliquando propter mẽdaciũ punitur vt cadat à iure suo. vt in vsibus feu. de lege conradi. c. fi. aliquando in alijs diuersis pœnis secundùm diuersas materias in casibus qui not. per Bal. in l. j. j. de furtis. & hic etiam, sed ibi melius. regulariter verò propter negationem quam quis facit in iudicio ad sui defensionem: licet mendacio conuincatur, nõ punitur nisi in expensis factis propter negationem: vt inquit Bald. in d. l. j. & allegat glo. in procemio institutionum vt si petij à te centum, & tu negasti te esse debitorem: si postea probo, patieris condemnationem in centum tantùm, & in expensis: non in duplo, si non negasti scriptam de manu tua, vel numerationem in ea contentam. Et not. quòd illud primum dictum dum dicit in duplũ. limitatur per ver. [at si.] vbi in simplum tantùm condemnatur

3 quando recurrit ad aliam defensionem. † Ex secundò dicto not. quòd ille qui semel negauit intentionem aduersarij: si antè quã conuincatur de mendacio cõfiteatur, euitat pœnam negationis, & consequitur commodum confessionis. Vnde si statutum diceret quòd negans maleficium condemnetur in quartò pluri, vel quòd confitenti maleficium remittatur quarta pars pœnæ, si primò negauit, & postea confitetur antè quã maleficium sit probatum: quia releuat curiam vel accusatorem ab onere probãdi: euitat pœnam: & consequitur cõmodum confessionis per hũc tex. Sed cõtrà: quia hic erat iam conuictus de mẽdacio quia text. dicit & erant factæ probationes, & sic non releuauit actorẽ ab onere probandi: ideo eius confessio non debet sibi prodesse: postquã semel negauit. prout videtur circa tex. in l. eum qui. ff. de furtis. ran. Solu. in corpore vnde sumitur non est istud verbum prohibitiones. quòd potest intelligi: scilicet fiendas propter negationem nondum tamen erant factę. Potest etiam dici quod non debet esse verbum factas, sed factis: vt sic determinet verbum expẽsis. & tunc concor. cum tex. in corpore. vel dic quod erant factæ. tamẽ creditor dubitabat an essent sufficientes. ideo non confidens de eis detulit iuramentum: & ille potius voluit confiteri quàm iurare falsum. Si autẽ actor confidit se plenè. & sufficienter probasse, superfluò deferret reo iuramentum: imò nec tenetur recipere cõfessionem sponte oblatam: sed posset dicere volo vti probationibus meis, & non curo de tua confessione vt consequar duplum vel pœnam. vt in. d. l. eum qui. dic vt ibi plenè nota. maximè per

4 Bar. † No. etiam secundùm Bal. & ille qui temerariè litigauit: si postea cedit liti, condemnatur in expensis. Item & fauorabilior est condemnatio in expensis quæ in pœna. quia pœna nõ remit-

5 titur propter nouam confessionem. sed secunda sic. † Ex tertio dicto in versi. [at si post.] no. & ille qui semel negauit intentionem actoris conuictus de mendacio, potest recurrere ad aliam defensionem. & ideo si negasti debitum, & postea factis probationibus dicis te mihi soluisse, vel tibi factum pactum de non petendo, debes audiri. Eodem modo ac si à principio ambas exceptiones simul proposuisses negando debitum: & sic exceptionem intentionis, & etiam solutionis, vel pactum factum debes audiri. licet istæ exceptiones videantur inuicem contrariari. in. c. nullus pluribus. de regu. iur. libr. vj. vbi ponit Dyn. dicens reum non posse simul proponere contrarias exceptiones. & si proponit nõ debere audiri nisi exceptionem proponat conditionaliter hoc modo. nego debitum: & si probetur, dico me sibi soluisse: tunc enim bene audiretur per id quod no. gloss. in l. si quidem. j. de ex-

6 cep. † Et eodem modo si primò negauit debitum, & postquàm fuit probatum allegat solutionem, vel pretium. dicit Dyn. quòd non est audiendus: & allegat tex. illius authen. qui dicit quòd solutio facta sibi non prodest: si non prodest, ergo nec debet admitti ad ipsam probandam, quòd probatum nõ releuat. vt l. ad probationem. s. de proba. allegat etiam. l. cùm de indebito. ff. de proba. Et per hoc determinat si reus negauit se occidisse Titium, & conuictus de mendacio nunc dicit se fecisse ad sui defensionem, non debet audiri. per istos text. Cyn. hic secundùm Iacob. vidi-tur dicere contrarium in hac vltima. q. nec ad istum text. respondit Bartol. hic. & in l. nemo prohibetur. ff. de excep. tenet etiam contrarium. & istum text. & l. cùm de indebito. retorquet contra Dyn. dicens, quòd imò faciunt cõtra eum: quia licet negauerit, si dicit postea soluisse, auditur: vt euitet condemnationem vnius simpli. vt solùm condemnetur in alio. Item text. in l. cùm de indebito. probat manifestè contra Dyn. quia ibi reus negauit solutionem sibi factam, & conuictus de mendacio audiri volens dicere bene fuisse factum, & solutum fore indebitum, & propter mendacium in hoc solo grauatur, quòd cogitur probare debitum: sed si non negasset, non cogeretur probare debitum: quia præsumeretur debitum: nisi actor probaret indebitum. Hic

7 tex. facit pro Barto. sed iste videtur * facere pro Dyn. inquantũ dicit quòd solutio facta sibi non prodest, & sic videtur quòd diuito actore non admittatur ad probandam solutionem factam, postquam sibi non prodest. per dictam. l. ad probationem. nisi actor vellet quòd condemnaretur in duobus simplis: quia postquàm asserit vnum soluisse, admitteretur ad hoc probandum, vt non condemnetur nisi in vno. sed si actor contentatur in vno, non admittitur ad probandum solutionem alterius. Praterea cõtra istum tex. facit tex. in illa. l. cum de indebito. quia ibi solũ grauatur in onere probandi propter negationem. sed hic grauatur: quia condemnatur in vno simplo, & perdit aliud quod soluit: ideo subtilius aduerte: quòd aut negas solutionem factam tibi ex tali causa: & postea conuictus de mendacio confiteris eam, & etiam confiteris illam causam, sed recurris ad aliam defensionem, & tunc debes puniri: & defensio illa tibi non prodest ita videtur probare iste tex. quia negasti te recepisse ex causa mutui: & conuictus de receptione confiteris te recepisse ex causa mutui. sed dicis te mihi restituisse, & tunc puniris: quia postdis quòd soluisti: & iteratò cogeris soluere. Interdum confiteris solutionem: sed non confiteris causam. puta dicebam me tibi soluisse centum indebitè, tu negabas te recepisse

piſſe ego probaui, tu nũc fateris te recœpiſſe, ſed negas quòd indebitè, tũc admitteris ad probandũ q̃ debitè: & in nullo alio puniris, niſi in onere probandi. vt in cõtrario. Et ideo in quæſtionibus prædictis ſi primò negaſti debitum, & poſt cõuictus confiteris, ſed dicis te ſoluiſſe, videt quod nõ debeas admitti per hũc tex. ſed ſi vis dicere q̃ ſolutio tibi facta, & quã ego probaui, non fuit facta ex illa cauſa: puta dicebã me tibi ſoluiſſe centũ ex cauſa mutui, tu negaſti ſolutionẽ, probaui eã: tu nunc confiteris fuiſſe eam factã, ſed dicis q̃ non ex cauſa mutui, ſed ex cauſa donationis, debes audiri: dũmodo probes per illam. l. ſi cõfiteris q̃ ex cauſa mutui: & nũc vis dicere q̃ eam mihi reſtituiſti, non debes audiri. ſecundũ Dy. & iſta videtur veritas. † & in. q. de maleficio: quia in inquiſitione vel accuſatione dicitur quod ſpiritu diabolico inſtigante doloſè & mala intẽtione titiũ occidiſti: tu negaſti occidiſſe: & cõuictus de occiſione dicis quod nõ doloſè, nec mala intentione, ſed ad tui defenſionẽ, debes audiri: tamen grauaris in onere probandi. quia occiſio eſt de genere prohibitorũ: & ſic præſumitur quod mala intentione occidiſti. niſi cõtrarium probetur l. vt. ſi nõ conuitũ. j. de iniu. Et ex prædictis ſubtilius & verius patet veritas iſtarũ. q. & arti. & Dy. non meruit reprehendi ita indiſtinctè. in cõſulendo tamen nõ recederẽ à determinatione Bar. Quidã autẽ in. q. maleficij diſtinguũt. quod aut reo fuit delatũ iuramentum quod diceret merã & plenam veritatem, & ſub iſto iuramẽto negauit factũ, ſcilicet ſe occidiſſe: cõuictus de mẽdacio nõ poteſt dicere q̃ ad ſui defenſionẽ. ſi ſimpliciter fuit dictũ q̃ reſpõderet ad inquiſitionẽ. habet locũ determinatio de qua. ſ. vt poſſit excipere. Cõtra quã tamen facit quod habetur in c. dilecti. de accu. quia confeſsionẽ ſuã nõ poteſt quis perimere, ſed declarare, vel limitare ſic. Ad quod reſpõdit Io. and. in. c. nullus pluribus de reg. iur. in. vj. qa aliud in confeſsione quã quis ſemel facit ad commodum aduerſarij: & vt poſtea eam non poſſit perimere: qa ius acquiſitũ eſt aduerſario, qui in ea conſentit: licet poſſit modificare & exponere. Aliud verò in negatione, ex qua non eſt quæſitũ ius aduerſario: quia in ea non cõſenſit, vt poſſit etiã eam perimere. de quo Bal. hic facit mentionem. licet nõ alleget Ioan. and. Tene menti &c. † Circa iſtum articulum de excep. pluribus contrarijs vide per Bar. in. d. l. nemo phibetur. Hic ſunt aliquæ gl. ſubſtantiales. vna eſt glo. ij. quæ tenet quod iſta auth. quæ loquitur de negante ſcripturam propriã, debeat intelligi de illa ſcriptura quæ eſt facta ad obligationẽ contrahendã. propter tex. qui dicit [ex qua cõuenitur:] qa dictio ex a denotat cauſam proximã. vnde ex ea nõ cõueniretur niſi p̃duceret obligationẽ: & iſta eſt ſcriptura cõtinens numerationẽ factã ex cauſa mutui, & tẽpore ipſius ſcripturæ cõfectæ. vt dixi in. l. ſi ex cautione, ſed ſi eſſet facta ad probationẽ tantùm, puta ex cauſa alia quam mutui, quæ nõ producit obligationẽ, ſed facit probationẽ. l. Publia. ſ. fi. ff. depoſiti. vel ex cauſa mutui: tamen tunc non facit, ſed dudum antè: puta quod recœpiſti centum iam eſt annus ex cauſa mutui. nam glo. vult quod tunc ex confeſsione nõ oriatur actio, ſed fiat probatio: & tũc quia ex ea non cõueneris, ſed ex mutuo dudum facto. vult glo. quod ſi eam negas, & cõuincaris de mendacio, non puniaris. Bal. hic tenet contrarium: quia eadem eſt ratio. nec obſtat tex. dum dicit, [ex qua conuenitur:] quia poteſt exponi [ex qua.] i. propter quam. Alia eſt gl. ſuper verbo. [in duplum] quæ dicit quod ſi non præceſsit numeratio, ambo ſimpla ſunt pœna: ſed ſi præceſsit, vnum tantùm eſt pœna. Iſta gl. in primo dicto vult quod ſi negas ſcripturam manu propria factam, in qua continetur quòd recœpiſti centum à me mutuò, & dicis eam non fuiſſe factam manu tua. non tamen probo numerationem, quod debeas condemnari ad ducenta: & tota ſunt pœna. Nico. ma. & Bal. (qui non ponderauerunt iſtam glo) dicũt contrarium. quòd niſi probem numerationẽ, propter mendaciũ de ſcriptura non debes puniri. tali ratione ſatis bona: quia ſi confiteris ſcripturam, mihi non prodeſſet tua confeſsio, ſi negas numerationem. niſi ego probem: ſi ſumus infrà biennium. vt. ſ. eo. l. ſi ex cautione. ſi non prodeſſet confeſsio ergo negatio mihi non nocet, ſi numerationem non probaui: ſi non nocet, non debes ex ea puniri. per tex. in. l. fundũ. in fi. ff. de nõua. & ſic in nihilo condemnaris: tamen gl. vult quod condemneris in ducentis. & iſtud eſt ſatis ſuſtentabile. Alia gl. ſuper verbo. [abnegat.] dicit hanc auth. habere locum in tribus caſibus. ſcilicet quãdo negaſti ſcripturam manu propria & etiam numerationem in ea contentam. & hoc eſt verũ. Item quando numerationẽ a tantùm, & non ſcripturam contentam, tamen in ſcriptura: & hoc eſt etiam verũ. Itẽ ſcripturam tantùm, & non numerationem in ea cõtentam: & hoc eſt falſum: quia ſi cõfiteris numerationem, negatio ſcripturę mihi non nocet: cùm habeam intẽtionem fundatam: & ſic non debes condemnari ad pœnam. vt ſ. dixi. ſed ſi numeratio nõ cõtinere tur in ſcriptura facta manu propria, ſed in alia, puta publico inſtrumẽto licet de mẽdacio conuincaris, nõ habet locum pœna huius auc. & hoc vult gl. ſuper verbo [numerationem.] & ſic indiſtinctè loquitur in quacunq; ſcriptura contineat. Bal. & alij docto. ſequuntur intellectũ gl. quia plus delinquit quãdo cõuincit 9 in ſua ſcriptura quàm quãdo in aliena. † Vltimò Bal. dicit ex hac auc. colligi practicã. ſi habeo ſcripturam de manu tua, q̃ antequã incipiam agere, faciam te citari ad recognoſcendum ſcripturam an ſit de manu tua, vel nõ, ad præparationem iudicij. & ſi tunc negaſti, non debes officio iudicis condemnari niſi dem libellum & petam te condemnari condi. ex iſta auc. ad probãdum mandatum. quia quæ cõtingũt ante lit. cõteſt. nõ pertinẽt ad officiũ iudicis: niſi petãtur. iuxta. l. ædiles. ſ. item ſciendũ. de ædil. edic. Sed ſi prius petam quãtitatem, & poſt lit. cõteſt. producã ſcripturam, & tu eam negas, & ego eam probẽ, & ſic officio iudicis: ſine alio libello poteris ad duplum condemnari per eum. §. Item ſciẽdum quia quæ cõtingunt poſt lit. conteſt. pertinent ad officium iudicis: licet nõ fuerint in libello petita. dummodo ſimplici verbo petantur: ſed & ſi condemnatio facta nõ fuerit, lite finita poterit p̃ peti condictione ex iſta auc. per l. j. ſ. de iudic. quia poteſt peti iure actionis, non ſolùm officio iudicis mercenario.

¶ Dictio ex. Adde. l. qui liberis. in §. hæc verba. ff. de vulg. & pup. & an hęc dictio denotat cauſam extrinſecam. vel remotam vide per Bar. in l. j. in §. ex incendio. ff. de incen. ru. naufragi. in l. non dubium. C. de leg. in l. ex placito. C. de rerum per. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. & in l. j. C. ſi cer. pet.

Si debitum ex futura cauſa conuertatur in mutuum, & illa nõ ſequatur, an habeat locum exceptio non numeratæ pecuniæ. vel cauſæ non ſecutæ.

Contra confeſsionem factam ex alia cauſa quàm mutui, non admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ.

L E X V.

ADuerſus. † Lex iſta legitur tribus modis in gloſ. ſecundùm primam lectu. h. d. Si debitũ ex vna cauſa conuertatur in cauſam mutui, non habet locũ exceptio nõ numeratæ pecuniæ. hoc dicit. Et redditur ratio. quia tunc illa exceptio locum habet, quando reperitur pecunia tanquàm verè numerata, cùm tamen non fuerit numerata: ſed hic non reperitur tanquàm verè numerata, ſed tanquàm numerata fictè. vt in. l. ſingularia. ff. ſi cert. peta. per quam. l. hic ponitur caſus. & per. l. ſi ex pretio. eodem tit. ſ. & intelligequando præcedebat debitum efficax: aliàs ſecus. quia deficeret cauſa obligatoria.

2 † Quid autem ſi debitum non ex præcedenti cauſa: ſed ex futura conuertatur in mutuum, & illa non ſequatur? dic quòd habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ, & non ſecutæ cauſæ, quãdo fieret confeſsio ſpe futuræ numerationis: & illa non ſequeretur. & ille eſt caſus in l. ſi ſub ſpecie. ſ. de poſtu. Ad hoc tñ vt fiat conuerſio in cauſam mutui: & poſsit ex illa cauſa peti, requiritur ſtipu. vel ſi non interuenit ſtipu. quòd pecunia eſſet parata ſolutioni: licet non eſſet pręſens. aliàs nõ fieret cõuerſio ſolo pacto. vt in certis ll. habetur. & hoc tangit gl. quæ proſequitur illam lectu. vſque ibi. [vel hic fuit confeſſus.] † ecundùm aliam lectu. dicit quòd contra confeſsionem factam ex alia cauſa quàm mutui, non admittitur exceptio non nu. pecu. & ſic ponit caſus per l. generaliter. j. eod. & redditur ratio. quia tunc habet locum illa exce. quando pecunia reperitur tanquàm mutuata, cùm non ſit. non quando tanquàm depoſita, vel ex alia lauſa debita. & hanc tangit glo. hic in verſi. [vel hic fuit confeſſus.] & iſtam tenet Pet. ſecundùm tertiam quæ ponitur in verſi. [vel ſecundùm Ir. dicit q̃ contra confeſsionem factam ex cauſa mutui potius ad probandum quã ad obligationem inducendam non opponitur exceptio non nu. pecu. quando autem hoc ſit tangitur per gl. & ibi dixi in auc. contrà qui propriam. in ſecunda gloſ. ſi confiteris te habuiſſe centum mutuò à me iam eſt annus: nam tunc confeſsio non producit obligationem, nec ad illum finem, ſed ſolùm ad inducendum probationem. quando autem ſimpliciter confiteris habuiſſe à me centum: quòd intelligitur tunc confeſsionem feciſti, dicitur fieri ad obligationem inducendam: & tunc oritur obli

a ¶Proteſtatio nō finitur morte.add bal. in c.cumana.in x.co. de ele.

gatio literarum.de qua loquitur titu . inſtit. de literarum obliga.iſta lectu. non placet. quia contra quācunque confeſsionem facta ex cauſa mutui oppo.exce.illa aliàs ſequeretur quòd ſi de confeſsione non fuiſſet confecta ſcriptura propria,ſed ſcriptura publica manu notarij , non poſſet opponi exceptio,quia tunc non fit ad obligationem inducēdam,ſed ad probationem.cuius contrariū vult gl.mag.in.l.ſi ex cautione. in verſicu. Item in publica poteſt loqui. In fin.glo.ibi:[præſumitur pro actore.]tu autem dic hoc verum tenendo ſecundam lectu. quòd fueris confeſſus habuiſſe à me centum ex cauſa debiti , & non habeam aliter probare depoſitum : quia tua confeſsio quæ ſtatim eſt efficax,releuat me ab onere probādi. Sed referēdo iſtā qōnē ad primā lec.qñ debitū eſt ex cauſa mutui:dic ꝙ ſi in cōfeſſione facis mētionē de cauſa p̄cedēti confiteris habere ex cauſa præcedenti,puta decem in quibus teneor tibi ex cauſa depoſiti, vel emptionis:& confiteor habere ex cauſa mutui,& tunc idem. quia duo confiteris:ſcilicet quòd primò habebas ex cauſa depoſiti.& iſta ſtatim facit fidem.& quòd nunc habes ex cauſa mutui & idem ſi non faceres mentionē ſed ſimpliciter confiteris habuiſſe à me decem ex cauſa mutui:& cùm ego peterem opp. excep. non numeratæ pecu.ego replico ꝙ non potes opponere,ꝙa tua confeſsio non fuit facta ſpe futuræ numeratiōis,ſed propter debitum præcedens:& ſic nō deficit cauſa obligatoria.& ſic neceſſe habes probare debitum præcedens,& quòd fuerit actū inter te & me quòd conuerteretur in cauſam mutui. aliàs etiam poſt biennium producendo teſtes qui fuerunt præſentes tempore cōfeſsionis qui dicerent quod nulla numeratio interuenit:& quòd non potuiſſent interuenire quin ipſi vidiſſent : deberes abſolui . & ſi ante lapſum biennij opponens non producit, etiam in iſtis teſtibus idem.& intellige no.in.l.ſingularia circa fi. per Barto. ſi cer.peta.ff.vbi deducit ad plenum iſtam materiam.

a ☞*Campſor quando promittit pro alio,licet videatur intercedere,vel fideiubere , non habet beneficium excuſſionis.*

L E X VI.

1 ERuſtra. †Iſta lex idem dicit ꝙ lex præcedens ſecundū primā lect.ſaluò ꝙ illa loquit qñ debitum à te ex vna cauſa confiteris habere ex cauſa mutui:ita quando debitum ab alio nouandi animo videtur ꝙ non poſsit iſta exceptio opponi. In fin.l. ibi: ſubſtitueris te debitorem.] ſiue per confeſsionem & ſtipulationem animo nouandi.puta.x.in quibus Titius tibi teneť,confiteor habere pœnes me ex cauſa mutui per ſtipulationem quæ promitto ſoluere

2 idem videtur ſi non animo nouandi.†Sed an tunc requiritur vt poſsim te conuenire quòd ille prius excutiatur? Reſpondeo ſi erat campſor,non aliàs:ſecus.de hoc habes glo.ſing.inauť.de fideiuſ.§.fi.& ſic quando campſor promittit pro alio, licet videaťintercedere,vel fideiubere , non habet beneficium excuſsionis propter præcipuam fidem quæ ad tales habetur.quòd perpetuò tene menti ſecundùm Bald.

3 *Querela non numerate pecunie poteſt proponi per modum agendi,& per modum excipiendi.*

L E X VII.

1 SI quaſi. †Qui confeſſus eſt ſpe futuræ numerationis,& reddere promiſit:poteſt intra biennium condicere obligationem,ſi contra eum non agatur:& ſi agatur,ſufficit ꝙ obijciat exce.non nu.pecu.h.

2 h.†Et ſic iſta quęrela de non nu.pec.poteſt proponi per modum agendi,& per modū excipiendi.Et dixerunt quidā ꝙ primò caſu iſta conditio eſt perpetua,& durat.xxx.annis.vt refert gl.in l. ſi ex cautione.ante fi.in ver.quia datur condictio ſine cauſa : ſed nō eſt verum.imò non datur vltra biennium:nec exceptio.vt infrà dicit glo. ſequitur &c.& ꝙ dicit de condi.&c.quia magis eſt de natura exceptionis ꝙ ſint perpetuæ quam act. l. purè in fi. de doli.excep.vnde ſi [illegible] exceptio non eſt perpetua , multominus conditio.Condict[illegible]tem obligatio duobus modis.vel petendo ſe liberari ab illa obligatione tanquam cauſa non ſecuta. propter quam facta fuit,vel petendo ſibi reſtitui ſcripturā quam de hoc fecit,vel cancellari inſtrumentū:regulariter aūt exceptiones non proponunť per modū agendi,ſed excipiendi.ideo ſunt perpetuæ:quia nō eſt in poteſtate eius cui cōpetebat eas proponere eū non poſsit,antequam contra eum agatur,& iſta eſt ratio, d.l. purè.in fi.& in poteſtate rei non eſt quando actor agat:vt ſ.vtrē mo inuitus.in rubro & nigro,& quòd no.Cyn.in l.ad peremptorias.j.ſenten.reſcin.non poſ.eſt autem vtile proponere per modum agēdi:vt ſic perpetuetur exceptio:vt l.proxi.aliàs actor poſſet malitioſè differre agere quouſq; lapſum eſſet biennium:vt ſic confeſsio inciperet ſumere robur.In tex.ibi:[& ſi actor.] quāuis actor nō petat ſupple:ſed differat fortè malitioſè vt labatur biennū.& ſic ad vos transferatur onus probandi ꝙ numeratio facta nō fuerit:quòd fortè erit vobis difficile,ſi teſtes qui fuerunt præſentes confeſsioni,nunc non ſuperſunt. In tex.ibi:[exceptionem non nu.pecu.]id eſt in factum propter pecu.non nu. poſtquàm interuenit ſtipula.vt colligitur.ſ.in verbo[cauiſtis.iuncta l. cum vltra.j.eo.Sed ſi non interuenit,propriè ſtaret litera.

2 ☞*Caſus in quo etiam circa conteſtationem litis fit perpetuatio.ſed regulariter ſola interruptio.*

3 *Caſus in quo proteſtatio non finitur morte,ſed tranſit in hæredem , ſed regulariter ſecus.*

4 *Reſiduum temporis quod reſtabat defuncto ad proponendum exceptionem non nu. pecu.an currat hæreditate iacente quando erat delata maiori.xxv.annis?*

5 *Si erat delata minori,& hæreditas erat adita,an illud reſiduum currat minori?*

6 *An in caſu huius l.aduerſus talem curſum reſtituatur minor ipſo iure?*

L E X VIII.

1 SI intra. †Iſta exceptio tranſmittitur ad hæredē: qui debet eam proponere intra tempus quòd reſtabat defuncto:vel perpetuò ſi per defunctum fuerat in conteſtationem deducta.& ſic perpetuata:ſed ſi tempus erat lapſum defuncto,hæres(etiam ſi ſit pupillus) non poteſt eam opponere:ſicut nec poterat defunctus.h.d.tota lex. Primò loquit quando ille cui competebat hæc exceptio,deceſsit infrà biennū & antequàm perpetuaret exceptionem.vſq; ibi.[ſinautem.]ſecundò quando iam perpetuauerat per querelam in iudicio propoſitam,& tunc ſiue deceſsit ante biennium,ſiue poſt,nō refert: quia hæres poterit perpetuò eam opponere. vſq; ibi. [ſin verò.] Tertiò quando non perpetuauit,& deceſsit poſt lapſum bien-

2 †In tex.ibi.[ſinautem quæſtus eſt.]ſecundùm formā eius quòd habetur.j.e.l.in contractibus.§.in omni no.vſque in fi.& in aut. hanc autem querelam.vel condicendo liberationem:vt in.l.præcedenti.& hic not.caſum in quo etiam circa conteſtationem litis fit perpetuatio.regulariter ſecus quia non perpetuatio , ſed ſola interruptio.vt no.in l.cùm notiſsimi.j.de præſcri.xxx.ann.ſed ludi in act.perpetuandis.hic in exceptione.de cuius natura eſt vt ſit ꝓpetua.ſed fallit hic vbi eſt tēporalis:ideo facilius redit ad ſuā naturam,vt citra conteſtationem perpetuetur ſecundùm Rich.

3 malumb.in quadam diſputatione. †Not.caſum etiā quo pro-

a teſtatio non finitur morte,ſed tranſit in hæredem.ſecus regulariter:vt l.non ſolùm.§.morte.ff.de ope.no. nun. rationem dic vt ibi not. In text.ibi.[ſi verò legitimum tempus exceſsit.] ſiue in vita defuncti.ſecundùm verum intellectum.ſi autem nō exceſſerat viuente defuncto,dubium eſt quando incipiat currere poſt mortem id quòd reſtabat,& ſic quando finietur:& hęc mi vertuntur in dubium:quæ non deciduntur per text.ſed rangi-

4 tur in glo.†Primum eſt an reſiduum tempus currat iacente hereditate quando hæreditas erat delata maiori.xxv.annis . & dic quòd ſic per.l.cœptam.ff.de vſuca.& præſcriptio nōdum cepta in perſonam defuncti non incipit currere iacente hæreditate.vt not.ſ.de tempo.in integ.reſt.l.ea quæ.§.cùm verò maior.in glo.

5 ñ.†Secūdùm dubium eſt.quid ſi erat delata minori pupillo, vel etiam adulto,& hæreditas erat adita,an reſiduum tempus currat minori?videtur quòd non ſi erat pupillus:vt in.l.ſicut.in fi.j.de præſcrip.xxx.anno.ſed illa loquitur in præſcriptione. xxx. anno.quæ incipit:& incepta currit contra minorem.fallit quando eſt pupillus:quia & ſic cœpta etiam contra minorem dormit contra pupillum , & ipſo iure non currit:non ſic in aliis præſcrip.minoris temporis. Item videtur quòd ipſo iure non currat, etiam ſi maior ſit pupillo:vt in.l.fin.ſ.in quib.cau.in integ. reſti.non eſt neceſ.ſed illa loquitur in præſcriptionibus inchoandis contra minorem,quæ ante illam.l.inchoabantur.ſed cœpebat reſtitutio. hodie verò non inchoantur vt ibi habetur per rationem q̄ ibi ponitur . qñ aūt eſſet inchoata cōtra defunctū & ſic iura vetera q̄ dicāt currere cōtra hæredē minorē euā pupillū, ſed dari reſti.nō ſunt correcta ſecūdū cōem opi.& ſic.l. vnica.ſ. ſi aduer.vſuca. &.l.ei qui.ff. de mino. vnde in caſu iſto ſine dubio

bio currit ipſo iure.†Tertiũ & vltimum dubiũ eſt. an in caſu hu-
ius l.aduerſus talẽ curſum reſtituatur minor iure ipſo. ꝙ ſic per
d.ll.quæ volũt currere,& dari reſtitutionẽ.In contrariũ facit iſte
tex.in fi.ſed hic loquitur quãdo inceperat contra defunctũ. Itẽ.l.
Emilius.ff.de mino.ſed illa loquitur in præſcriptione cõuentio-
nali:quæ oritur ex contractu defuncti.vnde ſicut minori aduer-
ſus illum contractum nõ datur reſtitutio. arg.in.l.quæ à patre.ſ.
de teſt.mili. ita nec aduerſus præſcriptionẽ orientẽ ex illo cõtra-
ctu:niſi aliquid fuerit geſtũ cum ipſo minore.vt habetur ibi.nos
loquimur in præſcri.legali. Iac.de are.tenuit idẽ eſſe in legali qñ
currit ad corroborationẽ cõtractus geſti cũ defuncto. vt eſt illa
ſecundã eum.& ſic tenet ꝙ nõ reſtituatur hic in integrũ. Bar.te-
net contrariũ in.d.l.fi. qa hic cenſetur aliquid geri cauſa minoris
quia per lapſum biẽnij incipit obligari,vnde ſicut in preſcriptio-
ne cõuentionali quãdo aliquid geritur cũ minore datur reſtitu-
tio.vt in.d.l.Emilius.ita & in legali multò fortius. Ang.dixit ſal-
va pace Bar.& ꝓpter hoc ſolũ ꝙ poſt lapſum biẽnij incipiat obli
gari,nõ dicitur ꝓpterea aliquid geri cũ minore:vt patet ex illa.l.
Emilius. vbi poſt lapſum tẽporis priuabatur dominio,& reuer-
tebatur ad venditorẽ,& tamẽ propter hoc nõ dicebatur aliquid
geſtũ cum minore,ſed ſolùm quãdo ipſe minor fuiſſet interpella
tus.inde ſatis potes tenere opi. Iac.de are. quod hic nõ competat
reſtitutio.quia tunc ad corroborationẽ cõfeſſionis factæ per de-
functum.licet Cy.eam nõ teneat plenè in.d.l.fi. quia eſt materia
implicita vtilis, & ſubtilis. & per prædicta remanent declaratæ
gl.quæ ſunt hic ſatis obſcuræ,& non bene declaratæ.

¶ Exceptio debet contrariari directæ intentioni agentis.
Quid plures poſſint obligari inſolidum in obligatione quæ re contrahitur, licet pecu-
nia non potuerit ad quemlibet peruenire inſolidum.

LEX IX.

VM VLTRA. †Obligatio quæ re cõtrahitur, non poteſt in plus cõtrahi quã peruene
rit.& ſi ſumma cõfeſſata & nõ ſoluta deducitur,com-
petit exceptio in factũ:nõ autẽ exceptio nõ nu. pecu.
intra tempora tamen exceptionis nõ nu.pecu.h.d.cum primo di
cto cõcordat.l.ſi tibi.in prin.ff.de pa.& l.rogaſti. §.ſi tibi.in prin.
ff.ſi cer.peta.& eſt ratio ipſius.quia effectus limitatur ſecundùm
ſuam cauſam:nec poteſt in plus produci quã ſit cauſa producti-
va,nam limitata cauſa limitatũ producit effectum.l.ita tamen in
prin.& §.j.de admin.tuto.& ff.de fideiuſ.l.Lucius. Et dixit Pet.
ibi ꝙ prius poſſent cadere ſtellæ de cœlo,quàm in plus oriatur
obligatio quæ re contrahitur.†Ratio ſecundi dicti eſt.quia exce
ptio debet cõtrariari directò intẽtioni agentis. quãdo autem in-
tenuenit ſtipulatio, nõ agitur ex numeratione. etiã ſi interueniſ-
ſet.ſed agitur ex ſtipulatione.& illa eſt quæ producit actionem,
nõ numeratio.ſi ergo peto à te centũ quæ per ſtipulationem red
dere promiliſti,& tu excipis:illa centũ mihi non numeraſti, non
contradicis intẽtioni meæ:ego nõ dico me numeraſſe,nec ex nu
meratione te obligatũ, ſed ex ſtipulatione:ideo exceptio eſt ine-
pta quę ſolet opponi ad tollendũ intentionem agentis:ideo loco
eius datur exceptio in factũ: quia ſtipulatio fuit interpoſita ſpe
futuræ numerationis:ſic ipſa cõfeſsio:qua nõ ſecuta ſicut cõfeſ-
ſio nõ habet vigorẽ ipſo iure: ita & ſtipulatio nõ habet vigorem
in effectum. mero tamẽ iure habet vigorẽ. quia obligat ciuiliter
propter ſolennitatem verborũ, non naturaliter propter defectũ
cõſenſus:quia non fuit intentio tua te obligandi niſi numeratio-
ne ſecuta.& hoc probatur in.l.qui pecuniã.ff.ſi cer.pet.vbi dicit
ꝙ licet promiſeris per ſtipulationẽ,eſt tamen in tua poteſtate an
obligeris:ſcilicet nõ recipiẽdo pecuniã.quia nõ cogeris recipere
plus quã velis.ergo obligatio nõ erat nata.quod eſt intelligendũ
de naturali:quia ciuilis ſine dubio erat nata. cum ſtipulatio fue-
rit purè cõcepta, licet quidã vltramontani dixerint quod ambo
naſcuntur incõtinenti.quod eſt cõtra illum tex.ſecundùm Bart.
ibi. & quidã dixerũt ꝙ nulla erat nata:quaſi ſtipulatio habeat in
ſe tacitam conditionem: ſed non eſt verum.ſed potius modum:
qui nõ impedit obligationem oriri de his omnibus. in.l. cũ quis.
ff.de iur.& fac.ign. † In tex.ibi.[re obligari neminem poſſe con-
ſtet.]Sed quid ad propoſitum in caſu iſto vbi interuenit ſtipula
tio:quia obligatio non contrahitur re,ſed verbis.vt in.l.ij.in fi.ff.
ſi cer.pet.reſpon.verũ eſt:ſed tamen cõtrahitur propter rem quę
interuenit.& ſi non interuenit,nõ contrahitur cum effectu.quia
obſt.excep. licet mero iure fuerit cõtracta ſaltem ciuilis, vt dixi.

Sed ſi non interueniſſet ſtipulatio ipſo iure, non eſſet contracta
etiam ciuilis vltra quã peruenerit.gl.opponit de.l.ſi nõ ſinguli.ſ.
ſi cer.peta. vbi plures poſſunt obligari inſolidum in obligatione
quæ re cõtrahitur.vt ibi:&.l.eandem.in prin.ff.de duo reis.& ta-
men pecunia non potuit ad quemlibet inſolidum peruenire. gl.
ſol.multis modis.dic breuiter ſecundùm Pet.& Cy.quod in hoc
conſideratur perſona numerantis,vt quatenus numerat,oriatur
ſibi actio & obligatio,& non vltra.non autem cõſideratur perſo
na recipiẽs.quia pro eo quod numeratum eſt poſſunt plures in-
ſolidum obligari.vt in.ll.contrarijs. Item ad ſecundum dictũ op-
po.quod etiam quando interuenit ſtipulatio habeat locum exce
ptio non nume.pecu.vt inſti.de excep.circa prin.gl.ſuper verbo
in factum. ſoluit multis modis. Tu dic quòd ibi illa verba non
denotant nomen exceptionis: ſed potius denotant factum.quia
oppo.except.in factum vt hic: propter hoc tamen quia pecunia
non fuit numerata.vt ibi.

LEX X.

ASSEVERATIO. †Exceptio in qua excipiens ali-
quid ponit,& per conſequens in
ſe onus probandi aſſumit,eſt perpetua: ſed illa in qua
nil ponit, ſed negat intentionem agentis, & in illum
tranſfert onus probandi,vt eſt exceptio non nume.pecu.non eſt
perpetua:ſed tẽporalis.h.d.in effectu.& idem in exceptione non
numeratæ dotis.Et iſte tex.in fi.dum facit vim in hoc quòd op-
ponens exceptionem non nu.pecu. non aſſumit in ſe onus pro-
bandi,ſed illud tranſfert in actorem,'& propter hoc exceptio eſt
temporalis, & vltra biẽnium nõ poteſt opponi. facit pro opi.gl.
quæ volunt quod quando vellet in ſe onus probandi aſſumere,
poſsit opponi poſt biennium: quia ceſſat cauſa quæ facit ipſam
temporalem. vt no.gl.in.l.ſi ex cautione. licet quidam alij dixe-
rint contrarium.pro quibus facit.l.ſi intra.in fi.vbi dicitur quod
elapſo biẽnio cogitur ſoluere: ſed intellige vt dixi.niſi velit in ſe
aſſumere onus probandi pecuniam non fore numeratam. quod
probare poterit per teſtes,qui fuerunt præſentes tempore cõfeſ-
ſionis:vt aliàs dixi.

LEX XI.

SI TRANSACTIONIS. †Qui promittit ex cauſa
tranſactionis, nõ habet ex-
ceptionem non numeratæ pecuniæ.hoc dicit.& ratio
eſt.quia nõ cenſetur promittere ſpe futuræ numera-
tionis.ſed propter receſſum à lite quã ſecutus eſt:ſed ſi non eſſet
ſecutus,bene haberet per.l. ſi ſub ſpecie.ſ.de poſtu. Et pone ca-
ſum quod petebam à te centum tanquam mutuata, vel alias de-
bita: & timore condemnationis trãiegiſti mecum,& promiſiſti.
xxv. vt recederem à lite, & receſsi. nunc tamen peto.xxv. dicis
me nunquam tibi ea numeraſſe: certè non potes hoc dicere, ra-
tionem ſume ex his quæ dixi.

¶ Exceptiones & defenſiones competentes principali:an'etiam cõpetant fideiuſſori?

LEX XII.

TAM MANDATORI. †Iſta exceptio ſicut alię
exceptiones reo compe
tentes principali:cõpetunt etiã fideiuſſori & mãdato-
ri.h.d Et habet materiã vtilem,& ſubtilem.†quã vide
hic per Cyn.in quadã longa diſtinctione: an exceptiones & de-
fenſiones competentes principali competant & fideiuſſori vel
non.de qua materia multæ leges ſparſæ in corpore iuris loquun
tur.Et aduerte.quia interdum perſona principalis debitoris exi-
mitur ab obligatione: ius tamen creditoris non læditur: & tunc
hoc nõ prodeſt fideiuſſori quominus poſsit conueniri:licet per-
ſona principalis cõueniri non poſsit. Pone exemplum.cùm exi-
mitur per condemnationem & cõfiſcationem bonorum. vt in.l.
vbicunque.&.l.ſi debitori deportato.ff.de fideiuſſo,vel quando
decedit ſine hærede.vt.l.poſtquam.ff.vt lega.no.caue. vel quan
do cedit bonis,vel quando ratione ætatis reſtituitur in integ.l.in
cauſæ.in princ.ff.de mino. & de fideiuſ.mi.ſ.l.j.& per totum.in-
terdum non eximitur, ſed liberatur. & ictus actoris vulneratur:
& tunc diſtingue an ſit excep. perſonalis, vel realis. l.exceptio-
nes.de excep.de quibus hic plenè vide tex.& etiam Bald.multa
tangit.In gl.in prin.ibi:[inuito etiam reo principali.]dicunt doc.
hoc verum quando principalis non eſſet ſoluendo. ſed ſi eſt ſol-
uendo,& ſic fideiuſſor poteſt ab eo reuocare, non tamen poterit
eo inuito exceptionem opponere:ſed certè vtilius eſſet non ſol-

uere quàm solutum recuperare.ideo puto glo.simpliciter tenendam.In gl.ibi: [dummodo rei cohærent.] hoc nō referas ad casum huius l.sed generaliter ad exceptiones competentes principaliter,an competant fideiussori:quia distinguitur an sint rei cohærentes vel non.vt in ll.allegatis in gl.

b rato manente pacto. [b] ſed quid ſi ſine pacto, & non veniebat re ſtituenda ſors: ſed pœna tantùm: quia ſtipulatio pœnalis noua bat obligationem ſortis. vt l. obligationum ferè. §. fi. ff. de actio. & oblig. dic quòd poteſt peti pœna vſq; ad quantitatem ſortis: quia cenſetur potius peti pro ſorte, quàm pro pœna, vel pro vſuris tā quam intereſſe. & etiam vltra ſi plus intereſt. l. prædia. ff. de acti. 1 emp. † In caſu ergo huius l. vbi fuerunt mutuata mille, poterit peti pœna vſque in mille. Sed poſtquam ſors venit reſtituenda vnà cum pœna, non poteſt peti vltra quàm ſit legitimus mo dus: vt ſi ſecundùm conſuetudinem regionis dabantur decem pro centenario, tantùm poterit creditor. & non vltra. & ita audiui alias à Bald. licet non ponat hæc in lectura ſua: & 3 eſt ſatis rationabile dictum. † Opponi. quòd pœna poſsit tota peti: & quòd non videatur appoſita loco vſurarum: niſi credi tor conſueuerit fœnerari. vt in l. qui ſemel. es. cum alijs allega tis. in gl. ff. e. quidam fatentur & dicūt hāc a l. debere limitari ſecundū illam. vt Bul. Io. dicit contrariū indiſtinctè: q̄ etiā ſi non cō ſueuit fœnerari. & reſpondet ad l. Bart. in l. ſi ſtipulati ſumus. ff. de verb. obli. tenet pri mam opi. niſi qñ ſtipulatio pœnalis fuiſſet diſtincta per tempora: puta ſi non ſoluerís in tali termino, promittis mihi quolibet an b no vel menſe nomine pœnæ tantam quan titatem: tunc enim diſtributio per tempora quæ magis aptatur vſuræ quàm pœnæ, fa cit cenſeri potius vſurā quàm pœnam. De natura autē pœnæ eſt q̄ ſemper ſtipulatio cōmittatur: non q̄ reiteretur. vt l. ſi duo. cū ibi not. ff. de arbi. & ideo cùm ſit contra na turam ſtipulationis pœnalis quæ ſemel ve nit committenda, quòd cēſeatur vſura, de bet diſtingui an creditor conſueuit fœnerari, vel non. Ang. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de ver. obl. dicit hanc diſtinctionem Bart. tenendā in alio contractu quàm mutui. in quo nō ita formaliter cōmittitur vſura: ſed mentaliter vt dicunt Canoniſtę: ſed in con tractu mutui. in quo vſura cōmittitur formaliter, etiā ſi non ſit di ſtributa per tēpora: nec creditor cōſueuerit fœnerari, cenſeē ap poſita loco vſurarū: ſic loquitur iſta l. & hodie de iure canonico & etiā de iure ciuili ſecundū opi. not. in auē. ad hæc. nihil poſſet peti de iſta pœna: niſi quatenus p̄baret creditor ſua intereſſe: q̄a tertè ratione dāni quod reccepit ex mora debitoris non lucri ra tiōe. niſi certi & vſitati. l. iij. §. fi. cū ibi no. de eo quod certo loco. iunctis his quæ habent in l. ſocius qui in eo. ff. pro ſocio. in glo. & etiā in fi. huius gl. & hæc ſententia videē iuridica & vera. Secun dò op. ad idē q̄ tota iſta pœna poſsit peti, & nō videat loco vſu rarum, & ſic etiā de iure canonico hodie, quod nō prohibet pœ nam peti: licet prohibeat peti vſuras. iuxta not. in c. ſententia. de pœnis. Vnde op. de l. Lucius. ff. de act. emp. & l. promiſsis. §. de trania. So. diſtinguit gl. no. aut pœna apponit obligationi quāti tatis, ſeu pecuniæ: vel alterius rei, in qua cōſiſtat mutuū: & tunc 4 cenſeē appoſita loco vſurarū: q̄a in talibus cadit vſura: † aut fuit appoſita obligatiōi certæ ſpeciei, vel facto: & tunc ſecus: quia in talibus nō cadit etiam vſura: & ſic poterit tota peti per illas ll. & etiā de iure canonico. per qd̄ il. loquētes de pœna nō ſunt corre ctæ: & p̄pter hoc vſurarij adhibēt cautelā: quia q̄n mutuāt appo nunt pactū q̄ debitor quantūcunq; requiſitus debeat cōparere corā iudice, & recipere præceptū in ſe de ſoluendo, vel cōſigna re pignora: & hoc eſt multū in conſuetudine Bononiæ. nā ſi hoc facit, tota pœna poterit peti: quia eſt appoſita obligationi facti, nō quātitatis. & hoc tenuit Ia. bu. Bar. in l. cū ſeruus. ff. de condi. & demō. dicit q̄ ſi hoc bene fuiſſet appoſitū in principio rpe cō tractus celebrati, talis pœna cēſeret appoſita in fraudē vſurarū: q̄a licet appoſita obligatiōi facti: q̄a tn iſtud factū tēdit ad finem exigēdi quātitatē, reputaē potius appoſita obligatiōi quātitatis q̄ obligatiōi facti. & alle. gl. in l. ſed & ſi qs. §. fi. ff. ſi qs cau. & idē no. in l. cū p̄ponas. C. de dolo. & l. q̄ res. §. mihi Romæ. ff. de ſol. ſi aūt ex poſtfacto fuiſſet hoc actū, fateē dicū Iac. bu. nō ſic cm̄ ex poſtfacto p̄iumit fraus: ſicut à principio: q̄ hoc bonus tex. in l. iij. §. ſi ab ignoto. cū ſequēti. ff. de manumiſ. & p̄ Inn. in c. grauis. cir ca fi. de depoſito extrà. Bononiæ tn̄ ſeruaē indiſtinctè dicū Ia. bu. † Ex p̄dictis etiā apparet q̄d iuris ſit in pœna cōpromiſsi q̄n partes p̄mittūt parare laudo cū pœna, & arbiter condēnat eū ad dandū certā quātitatē infra certū terminū. & ille ſoluit, an pœna poſsit peti? & videē q̄ nō tāquā appoſita ſolutiōi quantitatis. in cōtrariū q̄ ſic in l. j. ff. de ver. ob. glo. dicit q̄ parere laudo cōſiſtit in facto, tanquā appoſita obligatiōi facti: ideo nō poſſet dici vſu ra. vt in hac gloſ. Breueter aūt cōdēnatus venit cōtra laudū, ip̄m impugnādo: & iſta ſecūda pars eſt vera: q̄a parere ibi non impu gnādo eſt meri facti: ſi aūt nō impugnat, ſed nō ſoluit, eſt maius dubiū: q̄a licet ſoluere cōſiſtat in facto. ar. in l. cōſilio. §. fi. de cu ra furio. tn̄ iſtud factū ordinatur ad dandū: quia ex ſolutiōe trā ſfertur dominiū pecuniæ: & ſic potius cēſeē datio quàm factū. vt no. in d. l. cùm proponas. §. de dolo. & in l. naturalis. §. q̄ ſi faciā. ff. de præſcrip. ver. & l. qui res. §. mihi Romæ. de ſolu. verū etiam hic eſt contēptus arbitri. poteſt dici q̄ pœna committitur. & de beatur: quia nō eſt appoſita merę ſolutioni quātitatis: ſed in pœ

a ¶ Alicuius prędij ad vſum. Adde Pau. de ca. conſi. xxj. inci. cō munitas alicuius ter rę. diffuſe per Iaſonē. in l. j. in xv. col. verſi. quintō quæro. & ibi vide meam apo. C. de ſum. trin.

b ¶ Rato manente pa cto. q̄d importet iſta clauſula. vide tex. & Doc. in l. cū p̄ponas. C. de tranſ. Doc. in l. ita ſtipulat⁹. magna. ad fi. ff. de ver. oblig. Doc in l. ñ. C. de iur. emphy. glo. & Doc. in c. fin. de loca. Doc. in c. inter R. ſeniorē. de elect.

a ¶ Quicquid accedit sorti dicitur vsura. ad de in l.j.& ij.C. de pig no.act.in c.j. in fine de vsur.

b ¶ Siliqua, est quoddam genus monetæ. Adde in aut de scūlissimis eūt.in §.sportularū.in gl.in ver.siliquis. Doc. in l.frugē. ff de ver.sig gl.i c.legimus. § huic etiam. xxxviij.distinct.

c ¶ Sunt permissæ. In q ibus casibus vsura sit permissa de iure cano. vide per gl. summæ. xiij.q.iij.host. i sum. tit.de vsu.in §. an ali quo casu.Io de ana.i c.j.in fi.de vsu.Ab.in c.cōquestus e.tit.& i c.post miserabilē. eo. tit.Bar.in l.atqui natura.in §.nō tātū sorte.ff.de neg.gest.Bal. & Io.de Imo.in l.diuortio.ff.so.ma.Bar. cō.incip. Franciscus vxorem quandā nomine Thomasinam.

d ¶ De iure diuino. ad de.c.qm̄ multi xlvij. dis.c.qm̄ multi.xiij. q.iij onginalr.Exo. xxj.Deutero. xxiij. & xxviij.Eze.xviij. & Luce.vj.

e ¶ Et de iure canonico. Adde tex.in c. ga in oīb⁹.de vsur. & i c.super eo.eo.tit. & i c.qm̄ multi. xlvij.di. i. Tho.ij.ij.q.lxxvj. ar.lxxviij.

f ¶ De iure autē ciuili. Adde auth. de eccle. tit.in prin.gl. & in c. quid dicā.xxiij.q.iij. & glo.in c.j.de vsur. lib.vj. Io. de Imo. in cle.j.eo.tit. Ioan.An. in regula peccatum. de re.in.lib.vj. i mer. Abb.in c.cū sit generale.d foro cōp. Car. Ale.i c.licet.x.di.angel.cōsi.ccxix.incip. arbitror dicta litē. in v.col.eūdē.ang.cons. cdxxij.ici.qm̄ dictū priuilegiū. Lu.ro.cō. ccccxvij.inci. In casu propositę cōsultationis. Pet. de anc.cons. xxviij.inci. in q.que vertitur. Car.zab.cō sil.lxxviij.inci. amice & maior charissime.

nam contēptus: quia interest arbitrorum ne contemnantur: & q eorū sententijs pareat. 6 vt l.si quis rē.ff.de arb.† Item opponitur de l.si pœnam.ff.de ver.ob.vbi si promittis mihi mutuare sub pœna quantūcūq; magna, & nō mutuas, cōmittitur pœna vltra legitimum modum. & sic nō censetur vsura: & tñ apponit solutioni quantitatis. & etiā dationi. quia mutuum est cū fit de meo tuum, & de tuo meum, interuenit solutio vel numeratio. Sol. ista debet intelligi cū apponit numerationis simplici: quæ fit vt perpetuò remaneat. ibi verò qñ non simplici: quia nō vt perpetuò remaneat, sed restituatur. et sic potius dicitur factum quàm datio. cùm veniat datio resoluenda. vt in hac gl. Item opde l.qui res.§.qui stipulatur. de sol.ff.vbi si promittis mihi dare & Titio centum, etiam sub pœna maiori mihi danda. si non das, cō mittitur pœna etiam vltra legitimū modū vsurarū. & sic nō censetur vsura. Solu. hæc qñ promittis mihi dare sub pœna. seu restituere quod accepisti. Secus quādo alteri q̄ mihi. quia tunc nō censetur vsura. cùm possit mea interesse q alteri soluas. vt si tenebar illi sub pœna: in quā incido si nō soluis. vt in l.liber homo.§.fi.de ver.obli. Et dicit Bar. in illo.§.qui stipulatur. quòd p ipsum datur materia fœneratoribus extorquendi vsuras maiores quàm debeantur, quando stipulantur alteri quàm sibi sortem soluendam sub pœna soluendi sibi pœnam. Bald. reprobat dicens q nō est aperienda materia committendi dolum. & dicit q si ille cō sueuit vsuras exercere, q talis pœna censet loco vsurarū apposita. & sic nil de tali pœna poterit peti. hodie secus si nō consueuit exercere. vel dic etiam si nō consueuit. si apponatur in mutuo alteri restituēdo, censebitur vsura. arg. huius l. & quod ś. dixi secū dū Ange. In alijs verò cōtractibus poterit tota pœna exigi. etiā si nō probet interesse. quia cùm in obligatione dandi pecuniam non veniat interesse intrinsecum, pōt venire extrinsecum. vt d.l.liber homo.§.fi. † Et prædicta in contractibus. in vltimis autem voluntatibus pœna apposita dationi, non censetur apposita in fraudem vsurarum: & potest peti l.j.§.Item si ita.ff.ad l.fal. et l.j.de penu.leg. Quid autē si nō sub nomine pœnæ, sed sub nomine vsurarum testator mādat hæredi quòd soluat: aliàs teneat quolibet mense pro vsuris dare tantam quātitatem vltra sortem, an valeat talis dispositio? vide per Bart. in l.ij.ff.de his quæ pœnæ nomine. & l.iij.§.fi.de admin. lega. & l.tutor qui repertorium. circa fi. prin.ff.de admi.tu.

2 ☞ *Vsura non solùm potest consistere in pecunia, sed etiam in alia re.*
Quicquid accedat sorti, dicitur usura: etiam si factum uel aliud emolumentum sit.

LEX XVI.

1 CVm non frumentum. † Si mutuatur pecunia: licet cogatur vt restitutio fiat in frumento, vel in alia quantitate mutuabili, nō potest vsura excedere legitimū modū. h.d. Cōtra q opp.de l.oleo.j.eo. Sol.tex.hic voluit soluere: qa illa loquitur qñ nō mutuatur pecunia: sed frumētū, vinū, vl oleū: quorū æstimatio pōt variari. & sic vsura pōt excedere legitimū modū. vt ubi no.ī gl.hic verò nō fuit mutuata pecunia: licet fuerit actū q p pecunia restituat frumentū cū certo additamēto. vñ 2 mutuū nō cōsistit ī frumēto. sed ī pecunia. ¶ Et sic no. q vsura nō solū pōt cōsistere in pecunia: sed in alia re. vt ś.e.l.proxi. & l.si ea a pactione. Quicquid enim accedit sorti, dicit vsura. * etiam si factum vel aliud emolumentum sit. In text. ibi. [vt certa modiatio tritici p̄staretur.] s. pro quantitate mutuata. si mutuaui tibi quinquaginta, hoc acto quòd vsq; ad sex menses restituas mihi pro eis tot modia frumenti. & si nō feceris, soluas quolibet mense tum pro vsuris. & illud excedit legitimū modū. q habet ī.e.l. con.

3 ☞ *Si mutuatur agricolæ pecunia, q non possit mutuans ab eo exigere pro usura nisi unam siliquam pro quolibet solido seu aureo, & quid sit siliqua?*
An istud habeat locum in alijs personis? & nu.1.
Qualiter puniatur creditor non restituens pignus, uel exigens plus. hic dicitur.
3 *An de iure canonico sint permissæ usuræ usque ad modum istum authenticæ?*
4 *Iuramentum de usuris præstandis, an valeat?*
5 *Vsura nautica, an sit permissa?*

AVTHENTICA.

1 AD hæc. † Ista authen. limitat modum vsurarum super mutuo quod fit agricolæ per alium modum quam limitetur in mutuo quod fit alteri personæ. j.eo.l.eos. & hoc fauore agriculturæ in qua vertitur publica vtilitas: sine qua viuere non possent homines; & statuit q si mutuantur fructus aridi: vt frumentum, ordeum, siligines, vel fabæ, non debeat creditor exigere pro vsuris vnius anni nisi octauam partem modij: & sumo hic modium, pro tota sorte. vñ si mutuauit. viij. staria frumēti, nō potest in capite anni vltra dicta octo staria accipere nisi vnum. & si mutuauit cēum, nō poterit accipere. xij. cum dimidio. quæ octauam faciunt partem de centum. nec hic distinguitur in qualitate condi. personæ 2 mutuantis. vt in d.l.eos. † Si autem mutuatur pecunia pro quolibet solido. i. aureo, nō potest exigere nisi vnam siliquā. gl. in aut. sed hodie. ś. de epīl. & cle. dicit quod siliqua est quoddam genus b monetæ. * quod hodie non habemus. Item punit creditorē plus exigētem, vel nō restituentē pignus, si tantum percœpit in sortis. quia cadit ab ea. & sumitur hæc aut. nullum credentum agricolæ. Gloss. mag. quæ hic est: format plures. q. Prima est, an ista aut. quæ loquitur in mutuo quod fit agricolis, habeat locum in illo quod fit alijs personis. quidā dixerunt q sic. l.oleo. et l.eos. j.e. quæ sunt correctæ, q̄ permittunt grauiores vsuras. plus vide 3 dixisse. † Nico. mat. q etiam iure diuino vel canonico nō obstante c te vsuræ vsq; ad modū istius aut. sunt permissæ. * propter publicā vtilitatem. propter quā. l. humana potest. distinguere. l. diuinam, & permittere quod. l. diuina prohibet. vt ś. patet vt liceat vnicuique vt pater dum dicit. liceat vnicuiq; se vindicare. & sic permittit homicidium publicæ vtilitatis occasiōe. Tñ quod l. diuina prohibet. iuxta illud nō occides, & in ore duorum vel trium consistit omne verbū: & tñ l. humana in testamētis in quibus magis timet falsitas, requirit. vij. testes, & multa alia exempla dari possunt, sed publicè interest quod īdigētes reperiāt mutuātes: & per hoc modū reperirēt. quia saltem creditor habet aliquod solatiū de pecunia sua, quæ nō stat sterilis: sine quo nō moueretur ex charitate ad mutuādum gratis. Breuiter ista opi. falsa. est. & reprobata per clemē. vnicam de vsuris. quę reprobat statuta quorūdā locorum ista occasione facta, quod liceat mutuare tm̄ pro cētenario, & cō muniter faciētes, & nō remouēres de volumine statutorum. quia permittūt & fouēt peccatum: ac si vsura nō esset peccatū. sed si diceret statutū quod nō licet capere pro vsuris vltra tantam quantitatem. illud statutum nō esset reprobatum. quia nō propterea permittit malè fieri: sed limitat maleficium secundùm Bald. Secunda quæstio est p̄supposito quod dispositio huius aut. nō habeat locum in mutuo quod fit alijs personis, attēta dispositione iuris ciuilis. gl. ponit hic vnā bonam distinctionem. quæ colligitur et Il. præcedentibus. quam vide & signa. & ad eam semper recurratur. Tertia & vltima quæstio est. cum clarum sit de iure diuino d quod vsuræ fuerint prohibitæ, & de iure canonico. * quod illud e limitat: de iure autem ciuili * antiquo, fuerunt permissæ vsque ad f certum modum. & etiam de iure authenticorum erant permissæ antè quàm fieret. authē. de ecclesia. tit. quod fuit de vltimis factis per iustinianū: an saltem per illud sint hodie p̄hibitę: & sic de iure ciuili. etiā cū illud mandet & disponat seruari quatuor consilia facta in Græcia, in quibus tota fides christiana fundat. Glos. tenet quod sic. quia in concilio. Niceno: quod fuit primum de illis, prohibent vsuræ: ergo & per illud authē. cēlentur prohibitæ. ar. in l. asse toto. ff. de hæred. instit. de isto ar. tractatur in lege prima. ś. de sum. tri. per gloss. & doct. allegat etiam gloss. hic aliam ra-

tionem

4 siones:† & dicit nō valere iuramentum de vsuris præstandis. Canonistæ dicunt contrarium. quia potest seruari sine interitu salutis æternæ. vnde nisi fuerit per episcopum remissum, debet ipm seruare & soluere vsuras, & postea repetere. vt in c. debitores. de
5 iureiu. † Dicit gloss. quia etiam vsura nautica propter periculum quod subit creditor, etiam est permissa per Iustinianum. sed dic quod per ius Canonicum est reprobata. vt in c. nauiganti. extrà 2
de vsur. sic ista authentic. est hodie correcta. cum non liceat hodie à rusticis aliquid exigere pro vsuris: sicut non licet ab alijs. multò minus à rusticis etiam vnum minimum omnino gratuitum. Nec obst. ratio. Nico. ma. quia l. diuina in hoc non est generalis, sed specialis. vt vsuræ nō possint exigi. vnde per legem humanam non potest tolli aliqua ratione. etiam. l. diuina & humana bene cogitauerunt necessitates hominum. propterea non prohiberunt vsuras.

LEX XVIII.

1 INdebitas. † Vsuræ indebitæ omni iure si soluantur antequàm sors, in eam computantur & si postea repetuntur, quocunq; errore fuerunt solutæ. hoc dicit. declara hic per l. si non sortem. de condi. inde. ff. si autem non sunt indebitæ omni iure, sed debitæ saltem naturaliter. dic vt ś. eo. l. iij.

1 ¶ Qualiter debeat fieri oblatio totius sortis debitæ: & penes quem, ut liberetur quis ab obligatiõe sortis & usurarum: & quãdo sola oblatio sufficiat sine depositione? & nu. 3. & 10.
1 Differentia inter tale depositum & sequestrum.
Si tale depositum factum fuit cum authoritate iudicis, depositarius non posset postea restituere deponenti sine eiusdem iudicis authoritate. & nu. 5.
4 Post oblationem & depositionem (de qua hic) pecunia perditur qualiter liberetur debitor. & an ope exceptionis. & quid si sola oblatio fuit? & nu. 9.
5 Ante depositionem (de qua hic) si creditor pœnitentia ductus uellet habere pecuniam oblatam & depositam: qualiter agere debeat contra depositarium non autem contra debitorem qui liberatus est: nisi debitor eam receperit.
6 Depositarius qui recepit tale depositum sine iudicis authoritate, si creditori denuntiauit qualiter habet tantam pecuniam ad sui petitionem, & creditor non recusauit, non debet postea restituere deponenti sine creditoris uoluntate.
7 An depositum (de quo hic) procedat in re animata: ut in equo, uel boue: & an oblatio tũc operetur? & nu. 10.
8 Quid in re immobili? & nu. 10.
Quid in rebus mobilibus inanimatis, & an depositarius possit eis uti? nu. 11.
9 An hoc ut debitor quantitatis soluendo liberetur: an requiratur q. dominium pecuniæ transferat in creditorem?
10 Qui operetur oblatio cum quis portat rem secum, quam offert? Item consignatio. & nume. 12.
Qui operetur uerbalis & non realis oblatio. ut cum quis offert se paratum soluere, nõ tamen habet rem secum.
11 Iudeo forensem transeuntem in ciuitate cum equo meo, possum implorare iudicis officium quod satisdet, uel deponat. & consignet equum. ut hic.
12 Si tales res quæ non possunt deponi & consignari, an sola oblatio tãtùm operetur, quãtum consignatio & depositio?
13 Qui operetur sola depositio & consignatio sine oblatione?
14 Qui operetur sola oblatio realis sine consignatione & depositione?
15 An sola oblatio realis impediat cursum usurarum quæ iam incœperant currere?
An liberet debitorem ab obligatione personali statim, & antequam res interueniat?
16 Quando & quare transferat periculum in creditorem?

LEX XIX.

1 ACceptam. † Oblatio, depositio, & consignatio totius debiti legitimè, facta tollit cursum vsurarum quæ iam incœperãt currere. Item liberat debitorem & pignora: & trãsfert in ipsum periculum pecuniæ depositæ & creditori datur actio contra depositarium. nisi deponens eam recœperit: quia tunc agere poterit contra eundem debitorem. hoc dicit. Et dicit Bart. quod est l. solennis. & masculini generis nō verba quasi dicat: vna maschia lege in vulgari. i. magnæ vtilitatis & substantiæ in sua materia. & semper ad eam recurritur. propterea quæ habẽtur in vltima gl. quia melius in ea tractatur quàm hic. de effectu oblationis debiti. Item depositio vel consignatio qñ omnia concurrunt, vel alterum tantũ sit. nam plures oriuntur effectus. & quid iuris qñ quis offert se paratum soluere, vel tradere nõ tñ habet rem in manibus: & sic est oblatio verbalis. nõ realis. de qua gloss. non loquitur. sed Doctores tangunt. quia non dicitur propriè oblatio de qua loquitur ista l. & etiam glo. in illa.

vnde non solum requiruntur verba sed etiam factum. & primò prouidet debitori, vtq; quasi in fi. ibi. [creditori.] secundò prouidet creditori. die xxiij. Julij. M.cccc xxxix. & tẽc Comes Fracisc̃us transiuit per montes Veronæ inuitis gentibus ducis Mediolani ad succursum & auxilium ciuitatum trium obsessarum, scilicet Veronæ, Brixiæ, & Pergami. quæ quidẽ in malis stabãt terminis. † In tex. [ibi post cõtestationẽ offeras,] id est, in præsentia testium. vt sic possis probare, si ille negaret oblationem factam fuisse. fit autem hæc oblatio non solo verbo, offerendo se paratum soluere: sed rebus ipsis & factis: quia debet habere pecuniam in manibus, & eam numerare in præsentia, testiũ, vt possit aduersarium conuincere. si enim non numeraret, vix posset aduersarius recusare recipere: quia fortè non esset tota: nec ipse cogitur recipere partem. vt patet suprà dum dicit [sortem cum vsuris.] etiam si deficeret in vno numero. vt j. de distra. pigno. l. quandiu. & quod non sufficit aliter offerre sine numeratione in marsupio, vel sole. not. in c. cùm seruus. de condi. & demonst. & si quidem suscipiat eam, clarum est quod liberatur ab obligatione sortis & vsurarum, si non suscipiat, consignet, & deponat, vt sequitur. & eodem modo liberabitur ipso iure secundùm veram opinio. ab obligatione. licet hoc non dicatur hic: sed solum
3 quod impeditur cursus vsurarum. † In text. ibi. [sacratissimas ædes.] scilicet penes custodes rerum ecclesiasticarum, id est rectores earum. & si hoc faciat debitor, non erit opus authoritate iudicis si obligatio fuit facta extra iudicium: quia secutus fuit cõsilium huius l. Si autem vellet deponere penes alium, vel si oblatio sit coram iudice, quo casu sola oblatio sufficit: si tamen ex abundanti velit deponere, requiritur authoritas iudicis vt eligat depositarium. Et nota quod illud est propriè depositum, non sequestrum: quia sequestrum est de re litigiosa, sed ista pecunia nõ est litigiosa. Item sequestrum fit de voluntate vtriusque litigantis, sed illud depositum fit de voluntate debitoris tantum tamen omne sequestrum est depositum, non econuerso, & sic differũt vt genus & species. & quæ sint aliæ differentiæ. dic vt in l. licet. ff. depos. Et aduerte, si fuisset factum cum authoritate iudicis, depositarius non posset postea restituere deponenti sine eiusdẽ iudicis authoritate. arg. j. de nup. l. [si vt proponis.] & de repudijs. auth. econtra si filijfa. vbi in dissoluendo matrimonio requiritur consensus patris: sicut in contrahendo. & si contrarium faceret: non liberaretur à creditore: sed si nõ interuenit authoritas iudicis liberaretur restituendo deponẽti. ita debet intelligi quod habetur hic in fi. dũ dicit [nisi fortè eas receperit.] iuncta l. bonafides. ff. depositi. † In tex. ibi. [etiam periculo.] nam cum esset
4 debitor quantitatis, etiam si totam partem quam habet perderet, non liberaretur. vt in l. incendium. ś. si cer. pe. sed nunc post oblationem, cõsignationem, & depositionem cum sit iam liberatus, etiam pecunia adhuc non perdita, si postea perdatur, perit periculo creditoris: sed si sola oblatio facta fuisset, & tunc antequàm perdatur, pecunia non est liberatus: sed secuta perditione liberatur ope exce. nisi culpa eius perderetur, vt in l. qui decẽ. ff. de sol. intellige etiã leuissima. ex quo tenebat de casu. Sed si erat debitor speciei, & sic nõ tenebat de casu, liberat ipso iure. nisi interuenit eis culpa leuis, nõ leuissima: qa aliquid habet operari oblatio, vt qñ tenetur de casu: liberet de casu & faciat offerẽtẽ teneri de culpa leuissima, liberet ab ea, & faciat eũ teneri de leui. si aũt tenebatur de leui, tantũ liberet ab illa: & faciat eũ teneri de lata, vt hæc habentur in l. semel mora. ff. solu. mat. per Barto. & etiam hic aliqualiter tangitur. In text. ibi. [& ius pignorum tolletur.] & sic nascitur pigneratitia si tradiderat pig. vt in l. si rem. §. fina. de pign. act. si non tradiderat, faciat vt contra creditorem volentem agere seruiana &c. seu hypothecaria posset obijci exceptio. & hoc est quod sequitur. [cũ seruiana &c.] etiã si dũtaxat obtulisset extra iudicium: sed pignoratitia nõ naceretur ex illa oblatione extraiudiciali. sed dũtaxat ex iudiciali. d. l. si rem. §. fin. In tex. ibi. [in traiectitijs.] in quibus currunt vsuræ cẽtesimæ. vnde magis erat dubium an per oblationem, & consignationem, & depositionem impediretur cursus tam magnarum vsurarũ, sicut impeditur cursus minorum. vt in prin. & respondet quod
5 sic. Et quòd etiam quæ dicta sunt suprà locum habeant. † In tex. ibi. [creditori.] scilicet quia à principio recusauit recipere, & nũc pœnitẽtia ductus vellet habere pecuniã. certè nõ debet agere cõtra debitorẽ qui liberatus est: sed contra depositariũ vtili a-

ctione depositi. & si ipse deposuisset : cum debitor deposuerit ad vtilitatem creditoris,vt possit eam habere quãdocunque voluerit.& ideo vtili,nõ directa:quia iste verè nõ deposuit.videtur etiam quod agere possit vtili rei vẽdi.quia ex quo nunc ratificat depositum,dominium pecuniæ in ipsum transfertur.l.si ego.cũ ibi not.ff.de nego.gest.& hoc est quod dicitur in fi.[vel ipsas cõ petente pecunias.]Nam actio depositi quæ est personalis,datur cõtra depositarium.rei vẽdicatio datur in ipsas pecunias potius quàm in depositarium:quia petit declarari illas ad se pertinere, & depositarium cõdemnari officio iudicis ad restituẽdum.Hæc vera si pecunia est apud eum depositarium.sed si nõ restituit deponenti,non debet agere cõtra ipsum,sed cõtra debitorem, qui eam recuperauit. & hoc est quod sequitur.[nisi fortè eas receperit.]quem text.not. Nam innuit quod depositarius non debet impunè restituere deponẽti.& non teneatur creditori.quod intellige vt dixi suprà. quãdo sine authoritate iudicis recepit à solo deponente.sed si cum iudicis authoritate, nõ debet restituere sine eiusdem iudicis authoritate. aliàs nõ liberaretur. Adde

6 † quòd etiam quando sine iudicis authoritate si creditori denũtiauit qualiter habet tantam pecuniam ad sui petitionem,& creditor non recusauit, non debet postea restituere deponenti sine creditoris voluntate. maximè si acceptauit, & denuntiauit sibi vt non restitueret per legem tertiam.j.de noua. & quod nota.in addi.Spec.titu.de depositio. eo igitur casu quo liberatus est restituendo deponenti,debet creditor agere contra ipsum debitorem qui deposuit & recepit.hoc est bene mirabile:quia cum per depositionem fuerit liberatus,nõ deberet rescindere in obligationem:cum actio semel extincta nõ reuiuiscat. vt de solu.l.qui res. §.aream.ff.Glos.super verbo.[& hoc casu.]dubitat de hoc.Sed dic quòd fingitur verè liberatus.& hæc fictio nõ facit vt resuscitetur eadem actio directa,sed vtilis.Vel dic quòd etiam directa: non quòd sit illa eadem:sed alia simul à l.instituta. vt ff.de iure

7 fisci.l.deferre.cum l.sed reuocata. † Pro declaratione.j.opp. qd Imperator non dedit perfectum consilium debitori quòd consignet & deponat,quando creditor non vult recipere quod obtulit. & potest esse debitor talis rei quæ non potest deponi, nec consignari:vt si erat res animata.puta equus,vel bos. tales enim res bene possunt offerri materialiter,sed cõsignari & deponi nõ: quia tunc non possent postea tangi.& sic perirent famæ.vt probatur in authentic.dos data.allegata in glossa prima.Solu. fateor quod consilium Imperatoris procedit in eo qui est debitor rei mobilis inanimatæ.puta pecuniæ,vel alterius rei mutuabilis. nõ autem in eo qui esset debitor rei animatæ. in qua sola oblatio cadit. Sed tunc quæritur,an talis oblatio tantùm operetur postquam non potest fieri depositio & consignatio, quantùm si illa duo interuenissent. Respondetur quòd non. Nam si interuenissent,statim esset liberatus antequam res periret. Sed nunc non est statim liberatus:sed demum re perempta. & tunc si erat debitor generis,vel quantitatis,liberatur ope exceptiõis.Si verò speciei,liberatur ipso iure.quod tamen declara.vt ff.dixi.si non inter

8 uenit aliqua culpa eius.aliàs dic,vt suprà. † Sed quid si erat res immobilis?Certè in illa non cadit etiam oblatio realis. quia non potest portari in manibus sicut res mobilis:sed dũtaxat tradi vbi est.solùm ergo cadit oblatio verbalis.& illa multò minus liberat incontinenti:sed si postea casmate periret,liberaret ipso iure. In glo.ij.ibi.[hoc ideo quia totum debitum debet offerre,&c.]Sed cõtra, quia quando non sunt debita diuersa, potest quis offerre vnum sine altero.& tenetur creditor recipere. aliàs constituitur in mora.vt not.in §.Lucius.allegato in glos.& l.fi.seu pe.ff. qui. mo.pig.vel hypo.solu. sed hic erant diuersæ:s. debitum sortis,& vsurarum.quod patet:quia diuersæ sunt obligationes: vna cõtra trahitur re.vt sortis:altera verbis. vt vsurarum. vt §. eodem.l.ij. Solu.cõtrarium procedit quãdo essent diuersa debita æquè principalia.sed quando vnum est principale,alterum accessorium,reputantur esse vnum & idem debitum : vt non possit vnum sine altero offerre.nec tenetur creditor recipere.patet hoc in text. cõ-

9 uncta gl.nisi in tribus casibus.duos hic enumerat glos.† In glo. q̃ incipit.[Quid miri?]ibi[Nec obstat.],p declaratiõe huius particulæ opp.cõtra id quod dicit gl.in princip. quòd liberatur ipso iure per talem oblationem,cõsignationem,& depositionem. Nã videtur quod nõ liberetur ipso iure.Nam ad hoc vt debitor quãtitatis soluendo liberetur, requiritur quod dominium pecuniæ transferat in creditorem:vt patet in l.empto.post princ.ff. de act. emp.vbi emptor nõ liberatur soluendo pretium,nisi dominium transferat in venditorem:quia tenetur ad quantitatem: licet venditor liberetur rem tradendo,licet nõ transferat dominium.quia tenetur ad speciem tradendam, nõ dandam: sed per istam oblationem. consignationem, & depositionem debitor non transfert dominium in creditorem.quod patet.quia creditor recusando recipere nõ cõsentit acquisitioni dominij. ergo &c. vt not. in l.si ego.ff.de nego.gest.& si nõ transfertur in eum, nõ recedit à debitore:quia nõ potest stare in aëre.vt ibi not. vnde dicimus q nunquàm abdicatur, nisi adducetur.licet secus sit in possessione.quam potest quis perdere:licet alteri nõ acquiratur,si nõ recedit ab ea:ergo nõ debet liberari.gl.vult respondere quod ista cõsequẽtia nõ est bona:quia est dare plures casus,quibus id quod soluit nõ abdicatur à soluente:& tamen liberatio contingit.ponit tria exempla.vnum in hærede cedente nomen debitoris legatario.Nam liberatur act.ex testamento. & directa actio nõ abdicatur ab eo.quæ non potest ab ossibus separari.vt in ll. allegatis in gl.istud exemplum satis procedit. Aliud est in muliere quæ aliquam rem in dotem promisit. nam illam tradendo liberatur. & tamen dominium ab ea nõ recedit.secundùm glos.dic quòd imò recedit.quia maritus efficitur dominus.vt in l.doce ancillam. C. de rei ven.ergo necesse recessit ab ea:aliàs essent duo domini in solidum.quod esse non potest.vt l.si vt certo.§.si duobus vehiculum. ff.commo.& hoc veritate attenta.Sed attenta fictione potest dici quod remanserit domina.vt in l.in rubus.j.de iure dotiũ. Tertium exemplum ponit gl.in debitore qui soluit procuratori creditoris reuocato,ignorans reuocationem : quia liberatur ipso iure.dominium tamen pecuniæ nõ transfertur in creditorem.vt in l.cùm quis.§.si debitorem.ff.de solu. Tu dic quòd imò transfertur.si procurator prædictus bona fide recepit. & animo tradi domino:qa tũc fingit mandatũ nõ fuisse reuocatũ fauore liberationis.Sed si recepit mala fide,& animo sibi retinẽdi, fateor q nõ transfertur in creditorem.sed nec debitor liberatur ipso iure licet ope exceptionis.& in præcedenti casu si postea procurator mutaret propositum & sibi appropriaret, committit furtum ipsi creditori,in quem dominium est translatum.secundo casu committit furtum ipsi debitori soluenti: à quo dominium non fuit abdicatum,postquàm non fuit acquisitum creditori:sed nec ipsi procuratori reuocato:quia hoc nõ intendebat soluere.Alij vero dicunt timore prædicto quòd quandoque per oblationem,consignationem,& depositionem non contingit liberatio ipso iure sed ope exceptionis. Prima pars communiter tenetur.vt not.

10 obsignatione.j.de solu.fauore liberationis.† In ea glos.ibi[Imo hoc verum.]licilicet quòd per oblationem,cõsignationem.& depositionem impediatur cursus vsurarum quæ inceperunt currere,& quòd non sufficiat sola oblatio.siue vsurę per stipulationẽ, siue per officium iudicis debeãtur.vt in act.bonæ fidei. Iodicit quòd tunc quando per officium iudicis,sufficit sola oblatio quod glos.reprobat.tu tene opinionem. Joã. qua per officium iudicis in act.bonæ fidei non possunt deberi vsuræ nisi propter moram.vt in l.mora.§.in bonæ fidei.ff.eodem. sed sola oblatio facit vt quis amplius non sit in mora.vt in l.illud.ff.de peri.& commo.rei venditæ.ergo facit vt amplius nõ currant vsuræ. vt in lecta.§.sed cùm sortis.ff.si cer.pe.& ita dixi.in l.ex prædijs.ff.eod. & reperio Bald.hoc hic tenere.sed quando debentur ex stipulatione,possunt deberi etiam sine mora.& tunc est vera opinio quòd sola oblatio non impedit cursum vsurarum inceptarum. sed requiritur consignatio,& depositio.vt hic:sed bene impedit ne incipiant currere.vt ff.titu.j.l.si cõstat.sed si deberentur ratione moræ,etiam tunc putarem per solam oblationem impedire cursum vsurarum inceptarum. cum sit eadem ratio. vt dixi in ex prædijs.& hoc videtur esse de mente.Bald.quod placet.quia video quòd non malè cogitauit. licet alij Doctio. non tangunt. Glos.ff.recolligendo examinat tres casus.Primus est, quãdo retur oblatio supple realis,quæ est cùm quis portat rem iuxta quam offert. Item consignatio,& depositio.Secundus est, quando operetur sola consignatio & depositio sine oblatione. Tertius econuersò, quid operetur sola oblatio sine consignatione & depositione. Adde quartum casum, quem glos.non tangit. quid operetur verbalis & non realis oblatio. vt cùm quis offert se paratum soluere,nõ tamen habet rem in manibus, nec in

cum. Debes aũt ſcire pro declaratione gl. q̃ ſunt quædam in quibus nõ cadit realis oblatio: ſed duntaxat verbalis. vt ſunt res immobiles, quæ non poſſunt ſolui niſi vbi ſunt. & in iſtis talis oblatio verbalis tantũ operatur, quantùm realis ad tollendam morã, & conſtituendum aduerſarium in mora: & quantùm ad effectũ omnes proſunt. dummodò is qui dicit poſsit implere: quia habet facultatem rei tradendæ: aliàs erit nugatoria. & nõ releuaret oferentem. Quædam verò ſunt quæ poſſunt realiter offerri, non tamen cõſignari, nec deponi. vt ſunt res animatę. vt ceruus, bos, vel equus. quos quis poteſt ſecum ducere, & ſic realiter offerre: non tamen deponere & conſignare, taliter quod non tangantur. prout eſt de natura depoſiti. vt in l. ſacculum. ff. depoſiti. quia morentur, bene tamen poſſunt deponi, cum hoc quod tangantur.
11 vt patet in ſequeſtro. quod fit de re mobili. † Si video forenſem in ciuitate tranſeuntem cum equo meo: nam poſſum implorare iudicis officium quòd ſatisfaciat, vt poſsit ſtare mecum ī iſto loco, vel quod equus deponatur, & conſignetur penes quendam. l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. qui ſatisfd. cog. & ibi not. Quædam verò ſunt q̃ poſſunt realiter offerri, & etiam conſignari, & deponi, taliter q̃ non tangantur per depoſitarium. vt res mobiles inanimatæ: vt pecunia, vel liber. dico non tangantur quantùm ad vſum: quia depoſitarius non debet vti, ſed bene poteſt tangere tranſportando de loco ad locũ. In iſtis ergo quæ poſſunt realiter offerri, oblatio realis dũtaxat, nihil operat etiã quãtũ ad purgãdũ morã. & impunet ſibi quare ſecum non portauit. vt etiam realiter offerret: vt not in l. prætor. §. ſi quis paratus. ff. de oper. no. nun. Dicit tamen Bart. quòd talis oblatio verbalis licet non purget moram, habet quendam effectum. quia ſi fiat creditori volenti pignus vendere: quia debitum ſibi non ſoluit, facit vt ſi venditio poſtea fiat, reſcindi poſsit ſoluendo, vel offerendo poſtea realiter. per legem reſiduum. infrà de diſtra. pignorũ. & per l. fundus. ff. de reſcin. ven. venditio. & in iſtis glo. videntur hoc dicere. quod eſſet ſingulare, ſi foret verum. Sed Bald. ſecundùm Oldr. dicit contrariũ. quòd in illa l. fundus. non fuit facta reſciſsio propter illam ſolam oblationem verbalem: ſed quia non fuerit ſeruata ſolennitas requiſita in venditione: vel quia fuit vendita minus iuſto pretio. l. autem ſi reſiduum. dicit eſſe ſanè intelligendam quando interuenit oblatio realis. ſi enim ſola verbalis non purgat morã, nõ debet etiam effectum moræ tollere. qui eſt vt creditor rem pignoratam poſsit vendere. & ſi poteſt venditio non debet retractari, vel decipere emptorem authoritate. l. & illa opinio ſecurior eſt.
a †Quantum ergo ad primum caſum gl. dicit quod oblatio realis, conſignatio, & depoſitio in illis rebus in quibus iſta tria cadũt, habet vim veræ ſolutionis. & ſic liberat ipſo iure. ſecundùm veram opinionem: licet quidam dicant per excep. & tollit omnem obligationem realem, & etiam perſonalem, ac ſi eſſet facta vera ſolutio. vt in l. obſignatione. j. de ſol. etiam antequam res oblata interiret. Hoc verum. & ita limita gloſſ. ſi fuit facta purè & ſimpliciter, ita q̃ in libero arbitrio creditoris erat eam oblatam recipere. prout hic dicitur in fi. quòd ſibi datur vtilis actio contra depoſitarium: quãquam depoſitum ſuo nomine factum fuerit. facit l. Publia. in princ. ff. depoſiti. Si verò facta fuit ſub conditione etiam intrinſeca, vt ſi emptor deponat precium, cũ hoc quòd venditor tradat rem, & aliter ſibi non ſoluatur: talis depoſitio & conſignatio non liberat. quia non eſt in libero arbitrio creditoris recipere. ita not. Bart. in l. ſi ſolutus. in fine. ff. de ſolu. & ibi vide quædam dicta ſua in hac materia ſatis bona. Et quid ſi eſt talis res quæ non poteſt deponi & conſignari, an ſola oblatio tantũ operetur quantùm conſignatio & depoſitio in his quibus cadunt iſta? Bartol. hic videtur ſentire quòd ſic. per authenti. dos data j. de do. ante nupt. mihi videtur oppoſitum: quia non operatur liberationem: niſi ſecuto interitu. caſus eſt in l. qui decem. ver. planè. ff. de ſolu. vbi loquitur in ſeruo oblato. & tamen ibi dicitur liberationem debitori contingere ipſo perempto, & non prius. Nec obſt. quod ſuprà dixi de rebus immobilibus. in quibus non cadit realis oblatio, & quòd ſufficiat verbalis, quæ fieri poteſt. ita deberet hic ſufficere realis ſola oblatio, poſtquam non poteſt fieri conſignatio & depoſitio: quia nos loquimur quantùm ad diuerſos effectus. Nam illa verbalis ſufficit ad purgandam moram, poſtquam non poteſt interuenire realis: ſed iſta realis non ſufficit ad liberandum: licet non poſsit interuenire depoſitio & conſignatio: niſi ſecuto interitu. quia hæc eſt maioris effectus. videtur tamen q̃ ſufficiat ad liberationẽ pignoris, ſicut oblatio quæ fit in iudicio. vt l. ſi rem. §. fi. ff. de pign. act.
13 †Quantum ad ſecundũ articulũ gloſ. tenet quod ſola depoſitio & cõſignatio ſine oblatione reali nil operetur per l. ij. §. eo. niſi in caſu quando creditor aberat. & ſic nõ erat cui poſſet offerre, ſed tunc dic quod debet adire iudicem, & ibi proteſtari q̃ eſt paratus ſoluere ſi eſt qui velit & poſsit recipere. vt §. eod. l. ſi creditrici. in fi. & expreſsius in l. fi. ff. de lege cõmiſſo. talis namq; proteſtatio habet vim realis oblationis. facit l. ij. ff. de nau. fœno. & l de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de no. op. nun. & ſine ipſo non ſufficeret debitori propria authoritate facere depoſitũ: licet creditor abeſſet. nec propterea purgaret morã: ſic debet intelligi. l. pecunię. in fi. & l. cum quidã. §. ſi pupillo. ff. de vſur. & ſi non põt habere copiã iudicis, deberet iſtam proteſtationẽ facere coram honeſtis perſonis, & rogare notariũ. vt j. de his qui per metũ iudi
14 cis non ap. l. fi. cũ ſimilibus. & no. in d. §. ſi quis ipſi prętori. † Circa tertiũ articulum de ſola oblatione reali ſine conſignatione, & depoſitione. ſciendum eſt quod illa purgat moram, ſi offerẽs prius erat in mora, & conſtituit creditorem in mora: quia vltima mora nocet. vt l. illud. ff. de peri. & commo. rei ven. iuncta l. ſi ſeruum. §. ſequitur. de verb. oblig. Et ex hoc ſequuntur quatuor effectus, quos gl. tangit. Primus eſt: quia impedit curſum vſurarũ
a quæ nondum inceperunt currere. vt §. eod. l. ſi per te. & hoc eſt clarum. Secundus: quia impedit committi pœnam: quæ veniret committenda ratione moræ. non tamen adhuc erat commiſſa. vt in l. Celſus. in fi. ff. de arb. Contra illud facit. l. ij. in fi. j. de iure emphyt. vbi ad impediendum committi pœnam commiſſam requiritur conſignatio & depoſitio: & non ſufficit ſola oblatio. Sed ſolue vt ibi not. per glo. & Cy. Tertius effectus eſt: quia transfert periculũ interitus in creditorẽ. Quartus eſt: quia liberat pignus, vt faciat cõpetere exceptionẽ cõtra creditorẽ hypothecaria agẽtem. vt hic in ver. [cum ſeruiana etiã actio.] non intelligas vt faciat compignorationem ſi pignora erant tradita. nam quantũ ad pariendum actionem non ſufficeret oblatio extraiudicialis, ſed requiritur quòd fieret in iudicio. vt l. ſi rem. §. fi. ff. de pig. act.
15 facilius enim acquiritur exceptio quàm actio. † Nunc circa prędicta quatuor quæritur de tribus. Primò. an ſola oblatio realis impediat curſum vſurarum quæ iam inceperant currere. Gl. tenet q̃ non. arg. hic à contrario ſenſu. vbi requirit conſignationẽ & depoſitionẽ. tu dic quod dixi in præcedenti glo. ſuper verbo [inhibeat.] in fi. & in l. ex prædijs. §. eo. Secundò requiritur an liberet debitorem ab obligatione perſonali ſtatim, & antequàm res intereat: tenet gloſſ. q̃ ſic in duobus caſibus ſpecialibus. aliàs ſecus. q̃ non ſi poſt interitum. vt in gloſ. j. huius l. & in l. qui decem. ff. de ſolu. & ſic non tantũ valeat ſola oblatio quantum conſignatio & depoſitio. Doct. dicunt quod etiam illis duobus caſibus quos glo. dicit eſſe ſpeciales, non contingit liberatio: niſi ſecuto interitu. hoc verum in extraiudiciali: aliàs ſecus. per dictam l. ſi rem. §. fi. vbi præcedit pignorationem: ergo pignus eſt liberatum. & eodem modo debitor videtur liberatus ab obligatione perſonali. Bar. verò in l. ſi debitor. de ſolu. tenet contrarium: quia ſequereť quod poſt oblationẽ factã in iudicio ſi debitor eſſet liberatus, creditor non poſſet ipſum cõuenire. ſicut nec q̃n conſignauit & depoſuit. vt in l. fi. huius l. ſed certè etiã q̃n cõſignauit & depoſuit poteſt eum conuenire, ſi depoſitum rehabuit. vt hic in fi. patet. Tene dictũ Bar. quod non eſt liberatus ab obligatiõe perſonali, poſtquam rem quã obtulit retinuit penes ſe. vt hic in fi. ſed bene eſt liberatum pignus ipſo iure, vt ſic poſsit ipſum repetere per pignorationem. pactum enim quod indiget pignore. vnde intereſt ſua ipſum recuperare, licet remaneat debitor: & imputet ſibi creditor cũ non recepit. & ſi pignus non erat traditum, per talẽ oblationẽ factam in iudicio non ſolũ paratur exceptio iuris: ſed etiã facti, & intentionis agere volentis hypothecaria: licet quando eſſet facta extra iudicium nõ eſſet liberatum pignus ipſo iure, qd̃ poſsit agi pignoratitia: ſed ope exceptionis ponis cõtra volentem agere hypothecaria. vt §. dixi.
16 † Tertiò & vltimò quærit gloſſ. q̃ ſola oblatio realis transfert periculum in creditorem, & tamen non liberat ab vſuris quæ inceperunt cur-

¶ Curſum vſurarũ. Adde q̃ etiam cõpẽſatio quæ fit ipſo iure à lege impedit conſeſsionẽ pœnę: & curſum vſurarũ. vt in l. ſi cõſtat. §. de cõpen. Et de primo per Bar. & doc. in l. Iulianus. ff. de condi. & demõ. Et p̃ Alex. de imo. de vtroq; in cõſ. lxxiij. co. ij. ver. Sed prędmiſſis. in v. vo. Frã. Cur.

a ¶ Dedit etiã fideiussorem. Adde tex. iuncta gl. in l. quæro. ff. loc. Bart. in l. centum Capuę. ff. de eo quod cer. loco. Inn. & Ab. in c. j. de vsuris.

rere. & dicit q̃ ratio est. quia tunc verũ est, q̃ liberat à periculo, quando erat talis res q̃ non poterat consignari & deponi: aliàs nõ liberaret. nisi interuenerit cõsignatio & depositio. ita etiam recitat Cy. illam gl. hoc est expresse conrra l. qui decem. in princ. ff. de solu. vbi etiam in pecunia quæ potest cõsignari & deponi sola oblatio realis liberat à periculo secuto interitu, non ipso iure: sed ope. excep. Dic ergo quòd sicut secuto interitu liberat ab obligatione saltem ope. excep. ita & liberaret à cursu vsurarum, etiam quæ inceperũt currere. & etiam si nõ propter moram currebãt quod enim hic & in pluribus locis dicit gl. solam oblationem nõ sufficere ad impediendum cursum vsurarum quæ inceperãt currere. debet intelligi nõ secuto interitu rei oblatæ. quia tunc non est liberatus debitor ab obligatione personali ipso iure: nec ope excep. ideo durat stipulatio vsurarum. sed secuto interitu: quia liberatus est saltem ope. excep. cessare debet cursus vsurarum, quæ non debent currere pro eo quod non debetur. & ista est clara & optima rñsio. & ita etiam sentit Cy. & ita procedant in obligatione, consignatiõe, & depositione quæ fiũt per debitorem ad finem liberationis consequendæ, & moræ purgandæ: sed interdum fit p̃ creditorem ad finem acquirẽdæ actionis, & tunc dicit Bart. quod aut loquitur in contractibus: & non sufficit sola oblatio: sed requiritur consignatio & depositio: sed in vltimis voluntatibus sic. vt l. cui fundus. de condi. & demon. circa hoc vide quod ipse melius not. in l. mulier. §. j. vel ñ. ff. de cõdi. insti. & Bal. hic reprehendit Bar. in j. dicto. dicens quod etiam in contractibus sufficeret sola oblatio: nisi quando agereẽ de rescissione contractus. Et ita dicit Bal. debere intelligi illam l. si per te. §. eod. aliàs sufficeret sola oblatio. vide per Bal. de pluribus alijs quæstionibus circa materiam huius. l. tamen ipse non declarat materiam huius gl. sicut declaraui, nec ita explicat materiam.

2 ☞ *Debitor qui promiserat usuras, si dedit etiam fideiussorem, & fideiussor interpellatur à creditore, & soluit sibi usuras, an possit eas repetere à debitore: & an debitor postea à creditore? & nu. 4*

An possit eas repetere à creditore?

3 *Quid si eas soluit ex interuallo necessitate non cogente?*

Quid si promisisti eas soluere cum iuramento, & nõ impetrauit absolutionem ab episcopo, & facilè erat sibi eam impetrare?

4 *Quid si erat talis persona, cui fuisset dedecus uenire contra promissionem suam?*

LEX XX.

1 CONstitutionibus. † Exceptio competens debitori, competit etiã fideiussori & mandatori. concor. l. tam mandatori. §. de non pecu. h. d. Cy. † tangit hic. q. quotidianam. Si debi-

2 a tor qui promiserat vsuras, dedit etiam fideiussorem *, & fideiussor interpellatur à creditore, soluit sibi vsuras: an possit eas repetere à debitore. videtur quòd nõ. quia illæ erant indebitæ vtroq; iure. & sic non tenebatur nec poterat cogi soluere: imputet ergo sibi cur soluit. vt l. si fideiussor. ff. mã. in cõtrarium videtur casus in l. Quintus. eo. tit. quia potuit parcere honori suo in prę̃iudicium debitoris, postquam ad sui instantiam promisit vsuras. quasi esset sibi deterius recusare soluere: sed illa l. Quintus. loquitur quãdo vsuræ erant debitæ saltem naturaliter: quia promissæ per pactum, attenta dispositione iuris ciuilis antiqui. sed hodie tam de iure ciuili nouissimo quàm de iure canonico nullo iure sunt debitæ. quia à l. prohibitæ. l. si non sortem. ff. de cond. indeb. gl. iuris cano. in c. peruenit. extra de fideiuss. dicit quòd si iurauit soluere, soluendo repetit à debitore. quia propter iuramentum erat obligatus ad soluendum. vt in c. debitores. de iureiur. sed si non *iurauit, nec debitor repetit, quia non * debuit soluere ad sui præiudicium. nec etiam à creditore repetit. cui videtur donasse scienter soluendo. Bald. dicit quòd imò à creditore per condi. indeb. quia non videtur donasse: licet scienter soluerit, & nulla necessitate cogente. quia in vsurario ab ipso principio inest peccatum.

3 & dicitur extorquere & recipere. Tene menti. † Alij verò dicũt quòd si ex interuallo, nõ necessitate cogente soluit, non repetit. per illam gl. de illa quęstione, vide in regula peccatum. de re. iur. in mercurialibus. Item dico quòd etiam quando fideiussor promisit cum iuramento soluere vsuras, nõ excusatus, facilè sibi fuit impetrare absolutionem ab episcopo. quod potuit de iure canonico, vt in c. j. extra de iureiur. cum ibi not. per l. iij. §. & vtili act.

4 ff. de contra. iudic. tute. † Secus si non fuit sibi facilè: nec in l. ij. §. tractari. ff. ad tertul. & argu. in l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. man. & eodem modo non esset sibi imputandum si non petijt absolutionem: si esset talis persona cui fuisset dedecus venire contra promissionem suam. puta magnus & fidelis mercator: de cuius promissione quilibet confidebat. Nam poterat parcere proprio suo. per illã legem Quintus. quæ est no. ad hoc. & idem si ignorabat contractum fore vsurarium ignorantia facti. vt in l. si fideiussor in princ. ff. mandati. Secus iuris ignorantia. ea. l. §. non malè cum ibi not. Si ergo in prædictis casibus potest repetere vsuras ab eo p̃ quo soluit, & ille poterit repetere à creditore: sed vbi foret sibi imputãdum fideiussor non repeteret, ab eo: sed ab alio cui soluit, si per ignorantiam iuris vel facti. cùm ipso iure essent indebitæ: & vsurarius tractat de lucro. si autem ex certa scientia. gl. illa in c. peruenit. vult quòd non possit repetere. Bald. hic tenet contrarium. vt dixi.

LEX XXI.

1 SI vsuras. † Qui tenetur ad sortem & ad vsuras efficaciter, si simpliciter soluat quantitatẽ, quæ non sufficiat ad vtranque, & non declarauit le soluere pro sorte, creditor potest retinere pro vsuris et quatenus excederet pro sorte. concor. l. j. j. de sol. sic ergo licet debitũ sortis sit grauius quam debitum vsurarũ: quia sors parit vsuras. non econuersò. nihilominus simplex solutio nõ cedit in grauius debitum satis quando vnum est principale, & aliud accessionis: quia tunc econuersò cedit in minus graue. vt hic & in gl. fi. quæ format istud contrarium. & est ratio diuersitatis. quia primo casu debitor potest soluere vnum sine altero inuitò creditore. vt sit interpretatio pro eo, vt videatur soluisse in grauius. sed in secundo casu nõ posset soluere sortem sine vsuris inuitò creditore. vt colligitur ex l. acceptam. in princ. ideo fit interpretatio pro creditore, vt possit retinere pro debito minus graui. scilicet, pro vsuris casus. In gl. fi. ibi. [quàm quòd alieno.] supple. & tamen inuitus soluit pro alio, quàm pro se. ergo istud non facit censeri grauius debitum quod magis inuitus soluat. hoc voluit dicere gl. reprehendendo rationem quam suprà fecit secũdùm quosdam. In gl. ibi. [cùm ex pluribus causis est debitor.] supple. æquè principalibus. & rationem dicit. vt ŝ. dixi.

LEX XXII.

1 PIgnoribus. † Pro vsuris etiam naturaliter tantùm debitis potest retineri pignus si pro eis fuit obligatum. hoc dicit. Gloss. requirit quod fuerit obligatus expresse. aliàs in dubio vult quòd nõ censeatur obligatio nisi pro sorte. Ego dixi contrarium in lege per retentionem. suprà eodem. & Cyn. secundùm Petrum tenet hoc & prius non videram. posset tamen gl. saluari si primò vēdit pignus pro sorte, & postea promisit vsuras per pactum nudum: quia tũc censetur datum pro sorte, & pro debito præcedenti, non sequenti. sicut in simili no. in l. cùm virum. j. de fideicõ. sed si per promissionem vsurarum fuerit datum simpliciter, censetur datum tam pro sorte, quàm pro vsuris. secundùm Cy. & ista est vera: licet non tangat.

LEX XXIII.

1 QUeo quidem. † Si datur mutuò res cuius examinatio variatur, vel variari potest ex tempore, permittuntur vsuræ vltra legitimum modum, etiam centesimæ quæ æquiparantur sorti h. d. & hoc voluit gl. in aut. ad hęc. ibi si autem incerti, &c. pone ergo exemplum. Mutuauit tibi x. cados olei, qui valebãt x. aureos, cùm hoc vt hinc ad annum debeas mihi restituere xx. aureos. sicut nõ valebant postea in termino soluti x. cadi olei nõ valebãt nisi quatuor, vt v. & sic p̃ x. aureis habẽtur. v. Attenta ergo natura mutui, q̃ est vt reddat tantundẽ in eodẽ genere. vt in l. in prin. ff. si cer. pe. quod si facere potes, dãdo x. cados olei nõ constarent tibi nisi. v. videt q̃ tale pactum quod reddas pereũ in duplo, sit vsurariũ: & vltra legitimũ modũ, quia æquiparat sortẽ. & sic est cẽtesima. & tñ permittit. & eodẽ modo si actum fuit vt p̃ x. cadis olei valẽtibus. v. restituas mihi xx. q̃a poterit esse q̃ tũc p̃ x. aureis haberes xx. cados. et tñ tale pactũ nõ reprobatur ante hanc possibilitate. licet cõtrariũ eueniat. q̃a nõ debet illud inspici: sed quod euenire potuit, vt ŝ. eo. l. si ea pactiõe. & l. si ea lege. nisi tale temporis nõ sit verisimile dictum casum euenire posse secũdùm communem æstimationem omnium hominũ. vt in d. l. si ea lege.

Si aliqua

☞ Si aliquis gerat negotia alicuius fœneratoris: non tenebitur fœnerari pro eo: & si pro alio exerceat, tenebitur ipse ad restitution em.

LEX XXIIII.

SImater. † Gerẽs aliena negotia, si pecuniã illius tenuit otiosam, & nõ dedit eã ad vsuras, tenetur domino ad eas vsuras quas potuit percipere: & sui negligentia non percepit. glo. intelligit verũ quã do dominus consueuit suas pecunias fœnerari. aliàs secus. quia gestor negotiorum debet seruare consuetudinem domini post quam gerit. arg. l. vel vniuersorum. ff. de pig. act. † Sed quid erit hodie si aliquis gerat negotia alicuius, fœneratoris: an tenebitur fœnerari pro eo? dic ꝙ non. quia nec suo, nec alicuius nomine debet quis vsuras exercere: aliàs tenetur ad restitutionem; etiam si pro alio exercuit. xlvj. dist. c. sicut non suo.

LEX XXV.

PRo auro. † Pro speciebus datis æstimatione possunt deberi vsuræ sicut pro pecunia. secus si non sint datæ æstimatæ. vel sint datæ, non tamẽ vt restituatur æstimatio: sed eadem species vt in l. in fidecommissi. in prin. ff. eod. titu. In text. ibi. [pro auro.] quia cùm peteres à me centum mutuò. & ego non haberem pecuniam, dedi tibi tantùm argentum, vel testes æstimatione, cũ potestate vẽdendi pro centum, quibus indigebas. nam est perinde ac si cẽtũ mutuassem. vt l. rogasti. in princ. ff. si cer. pe. & ſ. e. ti. l. si ꝑ mutuo.

☞ Hypothecaria quaditer duret plus quàm obligatio personalis, quæ est principalis.
In præstatione annua quolibet anno incipit præscriptio pro solutione fienda illo anno: non pro futuris.
Rei uendicatio competens pro fructibus perceptis ex re mea, tollitur triennio cùm sint res mobiles. licet rei uendicatio adhuc duret super fundo.
Quid in conditione sine causa, quæ datur loco rei uendicationis, si sunt consumpti, & efficitur est locupletior ille qui consumpsit?

LEX XXVI

POs qui. † Tutus exceptione præscriptiõis in sorte, vl' in re principaliter debita, nõ potest molestari super vsuris, vel fructibus. etiam si à tempore perceptionis fructuum, vel quo vsuræ inceperunt deberi, non cucurrerit tantùm tempus quantùm sufficit ad ꝑscribendum. quia requiritur quòd currat in obligatione principali. qua sublata tollitur accessoria. hoc dicit. not. vicꝫ ad §. super vsurarum verò. & debet intelligi vt habeat aliquod dubium. etiam quando vsuræ poterant peti per stipulationem. vel fructus vendicari, aut condici iure actionis. Si enim non possent peti nisi iudicis officio mercenario, quod per se non potest in iudicium deduci non haberet aliquod dubium, quòd sublata actione principali periret & extingueretur officium iudicis super accessorijs. vt suprà, depo. l. iij. & ff. de eo quod certo loco. l. centum Capuę. in fin. infrà. l. fi. & sic aliud in præscriptione sortis, aliud in solutione. quia si ille qui tenetur ad vsuras iure obligationis, solueret sortem sine vsuris, possent peti vsuræ. vt d. l. centum Capuæ. & tamen præscripta sorte non possent vsuræ peti. vt hic. nam in ꝑscriptione adest negligentia non petentis: quæ ita respicit vsuras sicut sortem. sed in solutione secus. ideo non extendit effectum suum solutio vltra id quod solutum est. In sententia verò condemnatoria idem: sed in absolutoria videtur idem quod in præscriptione: quia causa absolutionis sicut concernit sortem: ita & vsuras. si enim absoluitur, quia debitor non potest ad vsuras esse obligatus: quæ non concurrunt nisi pro debito. Et vide hic omnino quod not. Cyn. suprà, de iudi. l j. in secunda oppositione. † Pro declaratione glos. primæ opponitur tribus modis. primò contra textum dum dicit. [vel xl. præteritos annos.] quia omnis obligatio personalis tollitur spacio triginta annorum. vt infra, de constit. pecu. l. secunda. & l. sicut. de præscript. triginta annorum. Solu. quod hic dicitur de xl. refertur ad hypothecariã. quæ quando competit contra principalem debitorem, durat plus quàm obligatio personalis, quæ est principalis. l. cum notissimi. in princip. de præscriptio. xxx. annorum. & l. intelligere. de laitione pig. & sic durat sublata principali super sorte. & est ratio. quia pignus datur ad maiorem cautelam, & securitatem creditoris. Ideo plus durat hypothecaria. Vt sic sibi aliquis cui prosit 'prouisio. Vel dic etiam quòd potest referri ad personalem actionem super sortè', si super ea interuenit litis contestatio: per quam perpetuatur actio ad xl. annos. vt in glos. Secundò op. inquantũ iste tex. vult ꝙ sublata hypothecaria tollatur stipulatio vsurarum: quia hypothecaria potest tolli ꝑ spatio longi temporis, quando datur contra tertium possessorem habentem titulum. vt j. si aduer. cred. l. j. & ij. & per lapsum lõgi tẽporis nõ debet intelligi stipulatio vsurarum. ex qua oritur actio personalis. glos. soluit duobus modis. tene secundam, quod iste tex. loquatur & debeat intelligi solùm de eo casu quo tollitur hypothecaria ꝑ spatio xl. annorum, vt quando competit contra principalem. vt d. l. cum notissimi. & tunc erat sublata actio personalis obligatio ad sortem: & in consequentiam stipulatio vsurarũ. Tertiò opponitur. si pignoraverant data pro sorte & vsuris, licet essent vsuræ accessoriæ respectu sortis: respectu pignoris erant quid principale ergo sublato principali pignore non debet tolli stipulatio vsurarum: quia accessorium non regulat principale, sed econuerso. breuiter dic quod stipulatio vsurarum non tollit propter hoc solum quod tollatur hypothecaria, sed propterea quia erat principalis sublata ad sortem: quantum autem ad fructus, cum obligato prædio censeantur etiam obligati fructus. vt l. in prædijs. ff. in quib. cau. pig. tacitè contrahitur. si sublata esset rei vendicatio, vel actio personalis ad fundum, non est sublata hypothecaria quo ad fructus. ita videtur sentire Cy. † In sequẽti glo. oppo. similiter tribus modis: primo de l. cùm notissimi. §. his infrà, de præscript. xxx. annorum, vbi in præstatione annua quolibet anno incipit præscriptio pro solu. fienda illo anno & ideo lapsis xxx. annis non est præscriptum: nisi solutioni fiendæ illo anno veniebat. non pro futuris præsta. à quibus non sunt lapsi adhuc anni xx. & ille text. dicit contrarium ibi. dum dicit per xl. &c. Solu. ibi in præstatione annua principali: quæ nec per se tollitur, nec in consequentiam alterius, scilicet principalis sublatæ. Item oppo. de l. intelligere. j. de luitione pignorum. vbi sublata obligatione principali, quæ est personalis per præscrip. non est sublata hypotecaria proinde: licet sit accessoria. Solu. ibi in alio accessorio quæ hic nec in eo quod fit pro securitate creditoris. vt est pignus. nam illud est potentius: hic verò in illo accessorio, quod non sit ad securitatem: sed ad augmentum principalis, quod non est impotens. Vltimò opponitur de l. centum Capuę. post princip. ff. de eo quod certo loco. vbi sublata principali pro solutione non tollitur stipulatio vsurarum. propter hoc glos. intrat distinctionem. de qua dic. vt §. dixi. nam aliud est quòd tollatur principalis pro præscriptione: aliud quòd pro solutione. & hoc in accessorio, qui potest per se stare in iudicio, & per se deduci: quia debetur iure obligationis: sed in illo qui nõ potest per se stare, vt officio iudicis mercenario nam sufficit quòd principalis tollatur per præscriptionem, vel solutionem, an autem idẽ sit quando tollitur per sententiam glos. hoc tangit. dic vt suprà dixi. † Vltimò scias quòd rei vend. competens pro fructibus perceptis ex re mea tollitur triennio, cùm sint res mobiles. & sic vsucapiuntur. licet rei vendicatio super fundo adhuc duret: quia possor bonæfidei habet titulum pro suo in illis fructibus: & sic poterunt triennio vsucapi. l. sequitur. §. fructus. de vsucapio. hoc si extant. quid autem si sunt consumpti, & sic non competit rei vendicatio: sed conditio sine causa, si est effectus locupletior: an illa conditio (quæ est actio personalis sicut rei vendicatio, cuius loco succedit) tollatur triennio? Bartol. similiter tenuit quod sic in dicta l. sequitur. §. fructus. quod perpetuò tene menti: quia notabile est: Quod autem suprà dixi de fructibus, quòd possunt vẽdicari à possessore, & vsucapi. intellige de naturalibus. vt sunt oliuę, vel poma. nam industriales facit suos propter bonam fidẽ. vt l. qui scit. §. final. ff. eodem. possunt tamen condi. & ista condictio tollitur triennio, sicut rei vendicatio: quia nõ habet esse aliquis deterioris conditionis ex eo quòd sit dominus. facit. l. in bello. §. si quis seruum. ff. de captiuis.

☞ Non ualet consuetudo uel statutum de usuris præstandis.
Contractus factus contra prohibitionem legis, non ualet.
Quid si contra prohibitionem consuetudinis?
Fœnerator si mutuauit puta centum, non licet ei aliquid retinere de illa summa pro usuris.
Ad discooperiendum fraudem potest fœneratori deferri iuramentum.
Valet constitutio episcopi quæ dat faciliorem modum probandi quem usurarium esse manifestum quam detur à iure communi.

§. Super vsurarum. † Nota hic quòd constitutis in dignitate minus licet stipulari

a ¶ Nō valet consuetudo. adde l.j.ff.de vsu. & per Car. zab. in c. fi.de consue.

b ¶ Contractū factū. An ille qui post contractum efficitur clericus possit cōueniri i foro secu. vide bar. ¶ Officiales.C. ū epi sco. & cle.Bal.in l.cū ḡdā puella.ff. de iur. om.iu.in l.j.C.an seruus ex facto suo. & I c.j.de eo q arma.bel. 2 depositi.in vsib⁹ seu. Ang.& Io.delmo.l. a nemo pōt.ff.de leg.i. a Io.an.in c.j.de ob. ad ra.Ant.de Bu. & ab. in c.ppositi. de so. compe.

c ¶ Sacra vrbe.i.Hierusalē adde Phi. frā. in c.fœlicis.§.quapro pter.in iij.no.de pœnis lib.vj. 3 b

d ¶ Depositari⁹. Adde gl.instit.quib. mo.re cōtrahi.ob.in §.præterea.doc.I c.j. depo. 4

e ¶ Culpa lata. Quid sit lata culpa. vide p Abb.I c.vnico.de cō mo. Et qñ culpa lata æquiparat dolo.maximè in delictis. vid per Abb.cōs.iij.inci. Facti diligentia talis est.in j.volu. Et quid sit culpa leuissima. vide Bart.in l. quod Nerua.ff.depo. Car. zab.in c.j.in x. q.de commo. & quando culpa dicatur grauis seu leuis.vide p Ab. in c.fi.de his q fil. oc.

pro vsuris,quàm alijs:quia maius eis est decus mutuare ad vsuram. Item quod mercatoribus et negotiatoribus licet plus stipulari ḡ alijs vsq; ad bessem.i.duas tertias sortis.vt si sors est xxij. possunt stipulari viij. in anno.Item quod propter periculū quod creditor suscipit in sorte,licet sibi stipulari vsuram cēteſimam.quod est verum donec substantiæ periculum.id est,postquàm nauis peruenerit ad portum.postea incipiunt currere cōes secūdùm taxationem huius l. & desinunt maiores.vt l.j.j.tit.j.† Item nota in ver.[Cæteros.ibi.occasione consuetudinis.] quod non valet consuetudo * vel statutum de præstādis vsuris.& lex prohibet. vnde cum hodie sint vsuræ prohibitæ etiā vnius nummi non poterit per statutum vel consuetudinem induci contrarium. † Item not.contractum ᵇ factum cōtra prohibitionem.l.non valere.quid si contra prohibitionem consuetudinis?gl.videtur tenere contrarium.ff.de pac.l.Iurisgē.§. quinimò ver. maximè.† Item not.in ver.[interdicta.]cōtra cōsuetudinem aliquorum fœneratorū, qui numerant centum,& incontinenti retinent decem vel xij. pro vsuris vnius anni. & faciunt cantare instrumentum de centū. nam non licet retinere vnum nummū, vel decem solidos pro vno pisce,vel aureū pro recolligendo instrumentum. & quod retinet,minuit debitum sortis. Not.in fi. quod ad discooperiendam fraudem potest fœneratori deferri iuramentum.& est arg.secundùm Bald.quòd valet constitutio episcopi quæ dat faciliorem modum probandi quē vsurarium esse manifestum,quàm detur à iure communi.

LEX XXVII.

1 DE vsuris. † Lex noua trahitur ad præterita, quatenus habet tractum pro futuro tempore. hoc dicit.

2 ☞ *Creditor qui recepit usuras, si eas postea restituat debitori ex causa donatiōis, non potest debitor postea aliquid repetere per cōdictionē indebiti à creditore: nec ab eius hæredibus, postquam semel fuerunt restitutæ: licet ex causa donationis.*

LEX XXVIII.

1 VT nullo. † Vsuræ vsurarum non sunt permissę. etiam si primæ vsuræ fuerint ī sortem deductæ.hoc dicit.gl.intelligit non tamen numeratæ: aliàs possent exigi.sed doc.tenent contrarium.quia da 2 rē materia fraudādi hanc l.quærit hic Bal.†pone quod debitor soluit creditori vsuras,& creditor incontinenti eaidem vsuras sibi restituit,dicens se ei donare: mortuo creditore debitor repetit ab hæredibus vsuras quas soluit in curia episcopali, hæredes se defendunt dicētes,quod defunctus eaidem vsuras sibi restituit: creditor replicat quod illa restitutio fuit facta ex causa donationis,& sic nō tollit debitum,seu condi. inde.quæ fuit nata eoipso quod dictas vsuras soluit creditori: quæritur quid iuris?& tenet ipse quod nō sint restituendæ postquàm sunt semel restitutæ.licet sub nomine donationis impropriè sumatur.& intelligatur potius secundùm subiectam materiam.

De nautico fœnore. *Rubrica*

3 ☞ *Hierusalem qualiter appelletur urbs sacra.licet facta ab imperatore nō christiano.*

LEX I.

1 TRaiectitiam. † Eatenus veniunt vsuræ centesimę,p pecunia traiectitia, quatenus durat suspitio periculi maris apud creditorem.quod est quousq; nauis peruenerit ad portum.quo casu cessant cōes vsuræ.& debentur centesimæ.postea verò veniunt cōes,& nō centesimę. & idem si creditor non suscipit in se periculum.h.d.cum l.seq.& adde quod quando creditor suscipit in sē periculum sortis,etiam si nō pro pecunia traiectitia,erat licitum sibi stipulari cēteſimas vsuras:cum sit eadem ratio in alijs periculis, quæ est in periculo maris.ff.e.tit.l.periculi.† No.tex in l.ij.dum dicit.[in sacra vrbe.] c id est. in Hierusalem ᶜ ꝙ licet ista l.q̄ est de antiquis: & sic facta fuit ab imperatore non christiano, nihilominus Hierusalem appellabat sacram vrbem.quia ibi colebatur Deus cœli,sed in alijs partibus colebantur idola.

2 ☞ *Vecturales,uel muliones,si causa fraudandi uectigal non seruant iter consuetum, eorum est periculum contingens in tali itinere.*

3 *Si quis habeat apodissam de aliquibus rebus quæ portantur ad gabellarios, & aliquas portat aliquam rem quæ non sit in apodissa,& sic fraudat gabellam, quòd propter illam tota salma perdatur.& confiscetur.*

4 *Præceps auaritia,& inciuilis audacia à lege reprobantur.*

LEX III.

1 GVm proponas. † Qui suscepit in se periculum,tenet de eo.nisi ex culpa alterius partis acciderit.h.d.ista not.l. secundū Bar. & declarat & limitat omnes ll.dicentes debitorē posse suscipere periculum in se casus fortuiti.quia contractus ex conuentione partium legē accipiunt* l.j.§.si conueniat.ff.depositi. & sic licet quis de natura contractus non teneat de casu:potest tñ per pactum illum in se suscipere.vt ŝ.de pign.act.l.quæ bona. tis.& l.nec creditores.cum similibus.nam tūc tenetur ex isto pacto,quando casus non accidat culpa creditoris.per hanc l.quam 2 perpetuò tenemenți.† Not.contra vecturales, vel muliones,qui causa fraudandi vectigal,non seruant iter consuetum,vt eorum sit periculum contingens in tali itinere: quia præsumitur nō do buisse venire,si iuissent per rectum iter.† Item allegatur ista l. 3 si quis habeat apodissam de quibusdam rebus quæ portant ad gabellarios: si aliquas portat quæ non sint in apodissa, & sic fraudat gabellam,quòd propter illā tota salma perditur,& confiscatur.& sic etiam illæ res de quibus apodissam habebat: quia sibi non prodest:postquam ea abutitur.& vide ꝙ idem Bar.not.in l. eotem.§.dominus.ff.de publicanis.& hoc etiam tāgitur per Cy. hic. † Vltimò not.tex.in fi.de præcipiti auaritia, & inciuili audacia reprobata à lege.faciūt enim homines odiosos apud omnes. 4

LEX IIII.

1 TRaiectitiæ. † Periculum pecuniæ traiectitiæ pertinet ad creditorem antequam nauis perueniat ad portum,si creditor illud in se suscepit: aliàs ad debitorem.

Depositi. *Rubrica.*

2 ☞ *Culpa lata in quo differat à culpa latiori remissiuè.*

LEX I.

1 SI incursu. † Depositarius ᵈ tenetur de dolo & lata culpa nō de d 1 su,nisi contrarium sit actum.h.d.sed nec de leui,vel leuissima tenetur:quia cōtractus celebratur gratia dantis: nō gratia recipientis. l.si vt certo.§.nunc videndum.ff cōmo.No hic secūdū Bart.de lata quia † rarò reperta 2 in tex.nam.l.quod Nerua.quæ principaliter ad hoc allegatur,ibi loquitur de culpa lata: ᵉ sed de culpa latiori.quæ est dolus ipse e ptus.& longa est differentia inter illam & istam. vt ibi pleniùs tatur per eundem.sed certè imò reperitur in l.Iuliæ.de ver.sig.

LEX II.

1 VSuræ in depositi. † In contractu depositi quia est bonæ fidei, vniunt vsuræ ex mora.sicut in cæteris bonæ fidei tractibus.hoc dicit. Et procedit ista l.cùm apud te pono pecuniam in sacculo, quam conuertisti in tuos vsus: quo casu commitis furtum,& statim es in mora, quousque fueris interpellatus de restituendo.& non restituis cessante quolibet impedimēto.Si autem pecuniam quā apud te deponam, non dū cōsignatam,poteris ea vti.quia videor dedisse licentiam vtendi & sic non commitis furtum vtendo.ff.eo.l. Lucius.

LEX IIII.

1 SI deposita. † Quod venit in officio iudicis mercenario,sententia lata super principali nō pōt peti.h.d.Et vide hic quod no. Inn. de iuramento calumnię

calumniæ. capitulo. cum causam tamen aliâs cum iuramento, & circa fi. In tex. videtur velle q̃ si es mihi condemnatus ad sortem. non facta mentione de vsuris quę veniebant officio iudicis mercenario. sic non possum iudicis officium principaliter in iudicium deducere sine sorte, vt fiat cõdemnatio in vsuris: sed debeo agere prima actione ad sortem: vt sic illa mediante possim venire ad vsuras, & nolo vti sententia lata super sorte tantùm q̃ ego non possum hoc facere. & tamen regulariter possum: quia per sententiam condemnatoriam non fuit prima actio sublata: sed noua actio sibi accumulata: vt l. j. cum ibi plenè no. ſ. de iud. iunctis his quæ habentur & no. in l. duobus. ff. de excep. rei. iudi. & hoc fortè odio vsurarum. & sic non potest negari acquiri per hanc nouationem iudiciariam actionem primæ decedat, & non accedat. regulariter secus. vt no. in d. l. j. secundùm Cy. non tamẽ est sententia nulla propter hoc q̃ non fuerit facta mentio de vsuris licet fuerint petitæ in libello. vt ſ. de vſu. l. in bonæfidei. & ibi dixi: non sic credo interesse fore. q̃ veniret officio iudicis mercenario. vt in actionibus arbitrariis: quia si esset lata sententia super principali, non facta mentione de interesse, licet non possum iudicis officium mercenarium implorare vt condemnet. vt l. centum Capuæ. in fi. ff. de eo quod cer. loco. possum tamen omissa sententia iterum agere actione prima, & petere iteratam condemnationem fieri, tam in sorte quam in interesse. facit l. iij. ſ. Item Iulianus. de eo quod certo loco. quia non sic est odiosum interesse sicut vsuræ. nec obstat quod ex sententia condemnatoria contra volentem iteratò agere obstat exceptio rei iudi. sicut ex absolutoria. l. si quis cũ totũ. ſ. planè. ff. de exce. rei iudi. quia verũ est si post sententiam fuit secuta absolutio. vt no. in l. euidẽter. eo. ti.

1 ☞ *Sequestrum est species depositi, & in quibus differat à simplici deposito tremissiuè.*

LEX V.

1 PRopter. † Sequester tenet restituere sequestrũ ei de quo actum fuit impleta conditione. Item debitor postquam soluit tutus est, licet nõ rehabuerit instrumẽtum debiti. hoc dicit. De materia se-
1 questri vide per Bar. in l. interesse puto. ff. de acqui. possess. † Est enim species depositi. ideo de ipso fit mentio in hoc tit. vt hic. & ſi. eo. l. licet. vbi ponuntur quædam in quibus differt à simplici deposito, cum vltimo dicto. concor. l. indultum. j. de solu. In tex. ibi. [cum aduersario tuo.] hoc est propter quod illud depositum vocatur sequestrum. quia factum ab vtraq; parte cõtendente. nã simpliciter depositum fit ab vno tantũ. & hęc fecit iste colonus: quia non confidebat de locatore: cũ penes se haberet instrumentum promissionis. & vt facilius posset rehabere facta solutione.
1 ☞ *Si deposuisti penes Titium aliquam rem, dicens in instrumento quod illam rem habuisti à me in depositum: licet illud instrumentum sit factum inter te & Titium, an tamen probet intentionem meam contra te?*

LEX VII.

1 DEsiderium. † Actio depositi datur contra depositarium, non contra eum in
2 quem ipse depositarius rem depositam trãstulit. hoc dicit. cum l. sequẽ. videbatur iste depositarius excusatus, si fortè iusta ratione motus. quia fortè habebat se absentare: depositum transtulit in alium cum pacto, q̃ ille restitueret deponenti. ex quo pacto acquiritur deponenti actio: vt in l. penulti. ſ. ad exhiben. & l. si cũm venderet. ff. de pigno. actio. nam ipse non tenetur nisi de dolo & lata culpa cùm nunc nõ habeat penes se, nec dolo desijt habere. videbatur q̃ non teneretur: sed deberet deponens agere contra illum in quem transtulit: sed contrarium est. quia eoipso fuit in lata culpa q̃ in alium transtulit. nisi fortè necessitas ipsum cogeret. In tex. ibi. [instrumentum quo hanc tibi reddi &c.] dicit Bal. fortè istum tex. alibi non reperiri. qui pro
1 bat. † q̃ si deposuisti penes Titium aliquam rem, dicendo in instrumento q̃ illam rem habuisti à me in depositum: illud instrumentum licet sit factum inter te & Titium, probat tamen intentionem meam contra te: & etiam si non possim aliter probare q̃ deposuerim, sufficiat hoc instrumentum ad probandum. Et videbatur contrariũ. quia res inter alios acta alijs non prodest, nec nocet. & quia confessio tua facta me absente, non debet probare intentionem meam contra te. l. certum. ſ. si quis absente. ff. de confes. sed hoc est verum. nisi feceris eam cõtrahendo cum alio, & per publicum instrumentum. quod perpetuò tenet menti. tamen reuera iste tex. non vult hoc dicere * q̃ illud instrumentum probet intentionem meam cõtra te. sed potius vult dicere * econuerso: quod inducebas ad probandum intentionem tuam coram me, videlicet quòd depositum non habebas penes te: sed in alium transtuleras bona fide: & de hoc apparebat instrumentum. nota tamen primum dictum in se propter authoritatem Bal. facit c. peruenit. de fideius.

2 ☞ *Inter successionem filij in potestate, & mortem patris, non est dare medium.*

3 *Si hæreditas patris est delata filijs in potestate ex testamento, uel ab intestato, an antequam se immiscerant possit dici hæreditat iacere?*

4 *Commendare, idem est quod deponere.*

LEX IX.

1 GVm hæreditas. † Ex contractu serui hæreditarij acquiritur actio hæreditati iacenti. & per eam postea hæredi. hoc dicit. casus. In tex. ibi. [personam domini.] defuncti quousq; adeatur: sed postea re
2 præsentat personam hæredis. † In tex. ibi. [priusquam patri vestro successeritis.] sed contra: quia inter successionem filij in potestate, & mortem patris, non est dare medium. vt l. si post mortem. de lega. j. & de condi. inde. l. Iulia. gloi. dicit q̃ isti filij erant emãcipati, & sic nõ cõtinuat dñiũ in istis, nec erat iuri: vel si erat in potestate, erant instituti sub conditione potestatiua. qua pendente similiter non erant hæredes necessarij. & sic hæreditas dicebatur iacere. Si autem erant instituti purè, & erant in potestate, procederet contrarium. nec posset dici hæreditatem iacere.
3 † Dicit Bal. no. singu. hanc glos. per quam patet quòd si hæreditas patris delata est filijs in potestate ex testamento, vel ab intestato, etiam antequam se immisceant, non potest dici hæreditas iacere. cùm statim sint hæredes: licet sine effectu. quantùm ad ea quæ concernunt eorum præiudicium. quia non possunt conueniri à creditoribus. nisi probetur immixtio. vt ſ. si minor se ab hęredi. absti. l. j. sunt tamen hæredes quó ad concernentia commodum. quia transmittunt hæreditatem tanquam aditam ad quoscunq; hæredes. secundùm communem opi. & ideo tali hæreditati non debet dari curator: tanquam hæreditati iacenti: & si daretur, non valeret datio. tanquam erronea. argu. in l. Seiæ egressæ. ff. de tuto. & cura. datis ab his. Breuiter non puto hoc esse verũ: quia propter beneficium abstinendi quod habet filius in potestate ex edicto prætoris: redigitur ad instar emãcipati: vt l. nam nec emancipatus. de lega. j. sed si esset de lata emancipato diceres iacere: vt patet in glos. ergo & nunc: & sic bene potent dari curator. & valebit datio: quicquid dicat Bal. huius dictum est potius inutile quàm vtile. † In tex. ibi. [commẽdatas.] No. quòd idem
4 a est commendare, quod deponere, secundũm Bart. si ego dico commendo tibi hunc librum, vel hanc rem, videor deposuisse: & agam depositi.

☞ *Sententia lata in actione depositi super restitutione rei, quod sit diffinitiua.*

Instrumentum depositi habet executionem paratam.

Deponens condemnatum actione depositi contraria pro expensis factis in re deposita an efficiatur infamis?

LEX X.

1 QVi depositum. † Condemnatus in actione depositi directa: quia non restituebat rem: efficitur infamis. hoc dicit. Et hoc quia redarguitur de fide rupta. qui enim deponit, multum confidit de depositario: & depositarius recipiendo, videtur dare fidem suam de restituendo. vt j. l. proxi. denegando ergo restituere perfidiam cõmittit. vt habetur ibi. † Sunt & alij duo casus in
2 quibus condemnatus efficitur infamis eadem ratione, vt habetur in l. j. de his qui notan. infa. & sic in deponente condemnato actione depositi cõtraria pro expensis factis in re deposita, quia non condemnatur de fide rupta. Et per istam le. patet quòd sententia lata actione depositi super restitutione rei est diffinitiua: aliàs non infamaret: vt in l. quid ergo. ſ. ex compromisso. ff. de in fa. ergo falsum videtur id quod dicit Bar. j. l. proxi. quòd instrumentum depositi habet executionem paratam, quia sic nõ esset necessaria diffinitiua. Certè potest esse quòd de deposito nõ fuit confectum instrumentum: & sic oportuit probari per testes, & ferri diffinitiuam, sed etiam si fuit confectum instrumentum, potest esse quòd non fuit petita executio: sed fuit actum ordinario

a ¶ Idem est commendare quod deponere. Adde l. Lucius. ff. de posi. l. commendare. ff. de verb. signi. c. ne quis. xxij. q. ij. & in c. j. de depo. Item hoc verbum commendare accipitur pro laudare. vt in l. ea quæ. ff. de cõtrahen. empt. c. nemo debet esse ceps. de elec. lib. vj. per Inno. in c. dudũ. el j. de ele.

a ¶ Cōpensatiōis. Add de d. Maria. Io. in. c. primo. de mu. pe. ar. vj. fal. xj. et ibi q̄ tñ admittit cōpensatio de depositō ad depositū licet vnū sit liq̄dū, aliud nō. allega. Bal. & Sal. & in proposito. adde Tinda. in suo tracta. de cōpens. col. ij. & Moder. in §. Bonæfidei. insti. de ac. Cur.

b ¶ Executionē paratā. Adde & intellige vt hic q̄ Ang. Et Ad de q̄ etiā si de depo. cōstaret p̄ testes exa minatos ad perpetuā rei memoriā: in casibus p̄missis, tale depositū sic p̄batū, haberet executionē paratā. ita Math. in suo notabili quem to q̄ dictū refert. & sequit. d. Fel. in c. sicut. col. ij. de re. i. d. & vide alexā. in l. fi. C. de fideicom. Cur.

c ¶ Defunctō depositū set. Adde Ioā. an. & Barb. in c. j. de depositō.

iudicio dato libello super hac actione, & sic per hanc l. non reprobatur dictum Bar. In text. ibi. [suo nomine.] Secus si nomine defuncti. vnde non fieret infamis: quia nō condemnaretur de fide rupta. nam de ipso nō confidit deponens de depositō. nec ipse dedit fidem sed defunctus. & idem in procuratore depositarij: vt l. furti. §. si quis alieno. ff. de infa.

2 *Actio depositi, an sit de iure communi summaria?*

3 *Instrumentum depositi an habeat executionem paratam?*

4 *Licet ex depositō non transferatur dominium nec possessio nec usucapiendi conditio dicitur tamen præbere titulū largo modo.*

5 *Depositarius propter impensas factas in re depositā, potest retinere eam quousque sibi defundantur?*

Depositario si facta fuit protestatio quòd non restituat deponenti, an tamen debeat restituere nulla cautione recepta?

LEX XI.

SIquis. †Depositarius sine dilatione compellēdus est ad restitutionem depositi, nec potest obijcere compensationem vel dicere in contrarium sibi factam protestationem. h. d. hęc singularis. l. † Bar. qui dicit per eam quod actio depositi est de iure communi summaria, quantum ad cognitionem & ordinem iudicij: non quantū ad probationem, vt collígitur in verbo [ilico.] & in verbo [quā celerrimè.] & in verbo [quā ocissimè.] vt no. in l. meminerint. j. vnde vi. Et sic vult Bar. quod non requiritur libellus, nec litis contestatio, quantū ad ordinē iudicarium, hoc est quantum ad terminos qui abbreuiantur: non quantùm ad ordinem iudicarium, quominus requiratur libellus, & litis contestatio sicut in actiōe ad exhibēdū, q̄ est summaria, & tñ illa requirunt. vt l. tigni. §. j. vel. ij. iuncta. l. iij. §. j. vel ij. iūcta. l. ij. ff. ad exhibē. & hoc plus placet: & hoc important illa vocabula quæ hic ponuntur: non tamē omissionem ordinis iudiciorum: sed abbreuiationem terminorum, & etiam remissionem feriarum vt etiam diē feriato ob necessitates hominum possit agi: sicut in alijs casibus requirētibus toleratur. vt l. ij. ff. de feriis. Et aduerte q̄ ista procedunt quando depositarius negaret depositum, vel confiteretur: sed negaret restitutionem, opponendo exceptionem compēsationis, a vel alia si autem confiteretur, & nullam exceptionem opponeret: non esset speciale in depositō, quia idem in quolibet alio debito confessato coram iudice. l. si debitori. ff. de iudi. cum ibi nota. † Dicit 3 etiam Bar. per hanc l. q̄ instrumentum depositi habet executionem paratam. b & non est necessarius libellus, nec sententia diffinitiua. Bal. videtur tenere contrarium per l. præce. sed non ob vt suprà dixi, per illum tex. qui dicit quòd depositarius non pōt. allegare contra deponentem quòd res sit ipsius depositarij, & quod propter hoc depositum non valeat, nec teneatur restituere. per tex. dum dicit [actiones personales vel in rem.] & sic non pōt obijcere exceptionem dominij sicut nec contra agentem cō ditione exceptionis l. si quis conductionis titulo. infra loc. vel cōtra petentem restitutionem. illud videtur esse falsum, & expressè cōtra tex. in l. is qui rem. ff. eo. tit. quia exceptio dominij pro quo excludit intentionem agentis, vt dicat in re propria factum depositum, cùm in re propria nō cadat depositum sic nec locatio, vt ibi habetur. Breuiter si deponens non consentit vt exceptio dominij admittatur, sed petit primò fieri restitutionem, procedere potest quod primò dixit. vt ante omnia fienda sit restitutio. & ista exceptio reseruetur in ordinario iudicio per modum agendi si non consensit, vel tacet: & depositarius fuit admissus ad probandum de proprio dominio, & probauit, & denegabitur restitutio, & sic debet intelligi. l. is qui rem. ad quod facit. c. j. de restit. spolia. vbi licet non admittatur exceptio dominij contra agentē de spoliatione, si tñ fuit admissa: quia agens nō ꝓbauit probato dñio denegatur restitutio, & illo modo videt Bal. istā. l. intellige 4 re, & q̄ suprá dixi. † Nota in princip. in verbo [titulum.] q̄ licet ex depositō non transferatur dominium, nec possessio, nec vsucapiendi conditio, dicitur tamen præbere titulum. sed hoc largo modo sumendo. & quantum ad excusandum quem à mala fide propter retentionem rei alienæ, quia si fuit sibi deposita, non dicitur habere malam fidem. stricte tamē: & proprie loquendo nō dicitur titulus, nisi quando ex eo transfertur dominium, vel vsucapiendi conditio. vt in toto titu. pro emptore, & pro donato. & similibus, & dicit pluraliter alijs modis titulus, quod dic vt per Cy. in l. cogi. §. de peti. hære. Item dicit Bar. in simi. huius. l. probari q̄ de protestatione facta alicui per quendam tertium statur iuramento ipsius. Bal. contrà: quia nō dicit hoc tex. imò oportet q̄ ostendat scisse sibi factam protestationem à tertio: vt patet dum dicit, [quod si inscriptis &c.] sed bene statur eius iuramento, quod ipse non commisit dolum nec fraudem in faciendo sibi fieri talem protestationem, & sic est iuramētum purgationis de proprio debito. vt §. de vsuris. l. eos in fi. & hoc verius est, quàm 5 quod dicit. Barto. † In glos. quæ incipit. [hoc ad vtrunque.] Itemopi. Pla. quod depositarius propter impensas factas in re depositā, potest retinere eam quousq; sibi refundantur. per l. colonus. ff. de vi & vi armata. & quod no. eodē titu. l. si plures. §. fin. & per Azo. in summa. Oppo. in glo. fi. contra fi. q̄ licet facta fuerit protestatio depositario q̄ non restituat deponenti, nihilominus debet restituere: etiā nulla cautio nec recepta de defendēdo ipsum ab illo denunciante, quia potuit elusione fieri. vt in l. hęc autem. in prin. ff. si cui plus quàm per leg. fal. dic quod ibi fuerunt facta minæ verbales, non autem mota controuersia, nec facta protestatio in forma. & illæ non debent attendi, nec propter eas deponens grauaretur onere satisdationis: sed post motam controuersiam, vel protestationem factam in forma, secus, quod tamen hodie corrigitur per authen. hic positam, quæ vult q̄ illa non obstante teneatur liberè restituere, etiam nulla satisdatione recepta, & implere fidem quam dedit, & si protestans postea vult agere contra deponentem agat. Item ad idem oppo. q̄ illa cautio non sit p̄standa, siue tertius non habebat ius: quia non potuit committi. vt in ll. allegatis in glo. quæ dicit quod licet reuera non haberet ius, posset tamen obtinere de facto. vt l. cùm putarem. ff. mi. ercii. & reputaretur habuisse huius l. res iudicata. de rei. &c.

2 *Habens iura directa, quòd interdum ex iusta causa admittatur ad protestandum ei debitori ne soluat habenti utilia, vel econuerso habens utilia, ne soluat habenti directa.*

AVTHENTICA.

1 SEd iam cautum est. † Nota hic casum in quo quis non potest alteri protestari quod non faciat illud ad quod faciendum alteri tenetur, quæ dicitur protestatio inhibitoria. de qua vide plenè per Barto. in l. non solùm. §. monē. ff. de 2 ope. no. nun. † Aliquando tamen admittitur, cum ille qui habet iura directa protestatur ex aliqua iusta causa debitori ne soluat habenti vtilia. vt ff. ad Trebel. l. hæres cùm debuerat. vel econuerso cùm habens vtilia protestatur ne soluatur habenti directa. vt j. de dona. l. iij. & vide omnino quod no. Inno. de officio delegat. c. sanè. an possit talis protestans prohiberi facere talem protestationem vel inhibitionem, & an possit cogi ad remittendam eam officio iudicis: sic ergo corrigitur finis. l. præcedentis per hanc authen. quæ volebat quod facta protestatione per tertium non cogeretur depositarius restituere nisi recepta cautione à deponente de defendendo ipsum aduersus illum tertium. Nam hodie non tenetur hanc actionem præstare. si tamen ille teneretur esset dominus, & ageret rei vendi. contra deponentem, haberet ius cum. l. bona fides. ff. eo. quæ non est correcta per hanc authen.

2 *Diligentia vnius debet sibi prodesse: non alteri.*

LEX XII.

1 SVperuacuam. † In his quæ pondere, numero, vel mensura consistunt vni ex hæredibus deponentibus pro hæreditaria parte persoluitur, residui periculum ad cæteros pertinebit. hoc dicit. Barto. & est optimus casus. ecce casum. † Nota quod diligentia vnius debet sibi prodesse: non alteri, facit l. iij. in princ. ad leg. falci. ff. & loquitur ista l. in his quæ pondere, vel numero, vel mensura consistunt. in quibus fit diuisio numero, vel pondere: non autem in speciebus in quibus non fit diuisio per numerū: sed per singula corpora. vnde si defunctus deposuisset duos c æquos: & depositarius vni ex hæredibus restituisset vnum, & alter postea moreretur, teneretur alter communicare cum hæredes

de: quia quilibet ex hæredibus in quolibet æquo habebat partẽ pro indiuiso. ergo primus recepit rem quę non erat sua propria: sed communis cum suo cohærede. Sed quęritur hic. quando depositum fuit ab vno factum, & postea deuentum ad plures hæredes ipsius, quid si fuit factum à duobus, & postea vni eorum fuerit restituta pars, & antequàm restitueretur altera pars alteri, fuit perdita. Respondeo secundũ Bal. idem quod hic nisi in casibus qui habentur & no. in l. pupillus. ff. quę in fraudẽ. credito. & per glo. in l. tutores. ff. de condi. indebi. In contrariis quæ formatglol. dic vt in ea.

Mandati: uel contrà. *Rubrica.*

1 ☞ *Videtur quis gessisse de mandato alicuius, qui ipso sciente & patiente gessit, sed si ipso ignorante, habet locum actio nego. gesto. non mandati: & si domino prohibente neutra istorum habet locum.*

Casus quo dominus locupletatur cum aliena iactura.

Qui gerit aliena negotia, potest recipere pecuniam sub usuris, si expedit pro utilitate domini, & dominus tenetur sibi pecuniam, & usuras solutas restituere.

Officium procuratoris, an debeat esse gratuitum?

LEX I.

ADuersus. †Pecuniam quam procurator expendit de suo in negotijs domini in dubio recuperat de suo cum vsuris, sed salariũ an possit consequi, nõ est sine dubio, sed relinquitur in cognitione iudicis. hoc dicit. † In tex. ibi. [gesta iunt.] scilicet per te de mandato suo, & sic fuisti procu. ad negotia, & videris gessisse de mãdato, si ipso sciente & patiente gessisti. vt l. qui patitur. ff. eo. & j. ea. l. si fideiuss. sed ipso ignorãte nõ haberet locum actio mandati, sed nego. gesto. vt in toto titu. de nego. gest. sed si domino prohibẽte, neutra istarum locum haberet pro recuperanda æstimata pecunia. l. si pro te. ff. eo. & sic est casus in quo dominus locupletabitur cùm aliena pecunia: aliàs iactura. & imputet sibi gestor. vt ſ. de nego. gest. l. fin. † In tex. ibi. [mutuò acceptam.] dicit glo. cum vsuris. Et sic no. ꝙ qui gerit aliena negotia, potest recipere pecuniam sub vsuris, si expedit pro vtilitate domini: & dominus tenetur sibi pecuniam & vsuras solutas restituere. & isto casu etiam de iure canonico petuntur: quia non vt lucrum, sed vt damnum emergens petuntur. facit c. peruenit. de vsuris. † In tex. ibi. cognitio præbebitur.] sed in quo consistit illa causæ cognitio. glo. propter hoc ponit vnam distinctionem, per quam patet ꝙ aliquando non potest peti salariũ promissum. & hoc in duobus casibus. Primus quando fuit promissum incertum non expressa certa quantitate. puta bene prouidebo tibi de salario. Item quando certum, tamen illicitum. puta de quota parte litis. aliquando potest peti per actionem mandati informatam à pacto, quando ista concurrunt: scilicet & ꝙ promissa fuit certa quantitas. Item per pactum nudum inconti nenti appositum iuxta mandatum. Item ꝙ procurator etiam sine salario fuisset gesturus: & sic est propriè contractus mandati. qui debet esse gratuitus. licet incidenter interuenerit remuneratio. aliquando verò petitur per actionem præscriptis verbis. quãdo ex interuallo interuenit promissio: quia videtur esse contractus innominatus do vt facias. aliquando per actionem ex locato, quando fuisset gesturus sine salario. & est tale opus ad quod ipse procurator consueuit operas suas locare: quia dicetur cõtra ctus locationis & tamen habet in se admixtum mandatum: sed non oritur actio mandati: sed locati. si autem non cõsueuit locare operas, ad hoc petetur per actionẽ præscriptis verbis. ista sunt in effectu quæ voluit glo. quam Bal. dicit esse defectiuam quasi in singulis membris. vnde vide hic per eum.

LEX II.

VM ex causa. †Pecunia quam fideiussor soluit pro debitore, põt tam per ipsum quàm per hæredem eius repeti per actionem mandati vna cùm pignoribus. hoc dicit. Intellige vt dixi in l. præce. quando de mandato debitoris fideiussit expresso, vel tacito: quia ipso sciente & patiente. vt j. eo. l. si fideiussor. secus si ipso prohibente: vt l. si pro te. ff. eo. In tex. ibi. [habes mandati actionem.] sed mirandũ est: quia pignora petuntur per hypothecariam. quæ est actio realis: sed actio mandati est personalis. glo. vt effugiat hoc contrarium. legit istum tex. & exemplificat multis modis. & effectus glo. est: quia iste tex. potest intelligi duobus modis, scilicet de rebus patris tui fideiussoris obligatis creditori per patrem tuum de mandato debitoris principalis. vel per ipsum debitorẽ de consensu patris tui. & primo casu clarũ est quòd habet locum actio mandati. in secundo habet locum actio commodati. Et dicit glo. ꝙ lite cõtestata super actione mãdati ad pecuniam censetur etiam contesta. super actione commodati ad restitutionem pignorum. per l. fi. j. de annali exce. & propter hoc tex. hic dicit. [qua.] id est per quã. Secundò modo potest intelligi de rebus ipsius debitoris. & hoc duobus modis. vel ꝙ fuerint obligatæ creditori: qui tenebitur eas tibi restituere, vel patri tuo, cùm ei soluisti. ꝙ aliàs non tenebaris soluere: vt j. de fideiuss. l. ij. vel quòd fuerint obligatæ patri tuo pro fideiussione: & tunc daretur hypothecaria, & istud relatiuum * qua, facit impropriam relationem. sicut ibi. mulier damnauit quæ saluauit. vt no. ſ. de nego. gest. l. ij. tene quam vis: quia quælibet potest sustineri. & est vera in se.

¶ Et istud relatiuũ. Quid importet relatiuum quę vide Rapha. Cu. consi. xcvij. inci. stante dicto statuto. & consil. clxxvj. incipi. statuto papiensi cauetur.

a

2 ☞ *Si aliquis cesßit iura sua ex causa uenditionis, uel donationis, an hoc non obstante posßit re integra agere directa actione quæ apud eum remansit, nec potuit per cessionem ab eius ossibus separari?*

3 *Qualiter aliud sit ante cedere, & aliud concedere?*

LEX III.

SI pater. †Mandãs alteri actiones, potest hoc nõ obstãte re integra experiri hoc dicit. qui ergo facit procuratorem ad agendum, non tollit sibi potestatem agendi antequàm procura. litem contestetur. postquàm verò non sit effectus dominus litis, nec possit reuocare sine causa. vt l. post litem. ff. de procur. non poterit agere dominus, quia vel vult prosequi eandem litem, & videtur ꝙ non possit. cùm ipse non sit dominus eius, sed procurator. Aut vult inchoare nouam litem: & ob. excep. lit. pendentiæ. vel dic ꝙ potest prosequi eandem litem ratione vtilis. videtur ꝙ habetur in instantia per l. in causæ. §. fi. de procura. non tamen per hoc reuocatur procura. quod prosequere vt per Bar. in d. l. post litem. & hoc in procuratore simplici. † Quid in procuratore in rẽ suã, si alicui cessit iura sua ex causa venditionis, vel donationis, an hoc non obstante possit re integra agere directa actione, quæ apud eum remansit nec potuit per cessionem ab eius ossibus separari: vt l. quis ergo casus. ff. de peculio. videtur quòd non. quia talis procura. non potest reuocari per l. illam. j. de donati. contrarium tamen est quòd admittitur ad agendum. nisi in tribus casibus. qui habentur in l. iij. j. de dona. & hoc quando directa actio remansit penes cedentem nõ omnino inutilis. quod est quando fit cessio inter viuos. secus si in vltima voluntate ex sena. consul. tre. nam postquam hęres restituit fideicommissario, nullo modo potest agere etiam extra casus illius. l. iij. licet apud eum remanserint directæ actiones. vt l. si hæres institutus. ff. ad Trebel. quia remanserunt sine vtilitate, & omnino inutiles. vt l. qui in princi. eo. titu. & ideo potest ei obijci exceptio tu non potes agere tanquàm hæres: quia restituisti hæreditatem. Non sic quando quis cessit inter viuos: quia non potest sibi obijci hæc exceptio tu cessisti alteri hanc actionem quam intentas. nam hoc non põt obijci nisi in tribus casibus. qui habentur in d. l. iij. & sic non remansit directa omnino sine vtilitate. quod tamen exigit tenetur restituere cessionario vel actione ex vendito, si cessit ex causa venditionis: vel actione in factum, si causa donationis. l. hæreditatem. ff. de dona. † In tex. ibi. [mandauit.] non dicit cessit. & sic potius concessit aliud est antecedere, & cõcedere: quia primo casu trãsferuntur vtiles: quas cessionarius suo proprio nomine intentare potest. Secundo casu nullæ transferuntur: sed solùm exercitium directarum. & sic nomine mandantis agere debet. iuxta ea quæ habentur in l. qui stipendia. §. de procu. iuncta. l. fi. in princi. cum ibi no. j. de dona. & primo casu dicitur procura. in rem suam. de quo quærit glo. in fi. secundo nõ. sed simplex procurator. In tex. ibi. [actum est.] quia fortè pater tuus cum debitore transegit. & tu volebas infringere transactionem. quasi non potuerit eam facere, postquam actionem mandauerat. Sed an pater filio in potestate potest actionem cedere. Bald. hic tangit. & videtur casus in l. filiusfami. ff. de actio. & obliga.

2 ☞ *Si procurator damnificauit dominum in xx. sui culpa, sed in alia manu melioruit conditionem domini in x. an ita x. debeant detrahi de illis xx. ut non posßit dominus repetere nisi x.*

¶ Hæreditas non potest adiri per procuratorem. Adde Bal. in rubri. extra de procura. in ix. col. versi. vtrum hæreditas.

LEX IIII.

1 ETiam. †Licet ꝓcurator per dat cautam, tamen si ne sua culpa recuperat expensas quas fecit de suo in prosecutiõe

2 litis à domino principali. hoc dicit. ista l.† Glo. hic quærit in fi. si procurator damnificauit dominũ sui culpa in xx. sed in alia manu meliorauit cõditionem domini in x. an ista x. debent detrahi de illis xx. vt non possit dominus repetere nisi x. & tenet ꝙ non: quia non debet ex eodem facto pœnam vel præmium reportare: vt in l. quàm alleg. glo. doc. tenent contrarium per l. Caius. ff. de vsur. vbi dicunt casum esse notabilem.

2 ☞ *Hæreditas, quare non potest adiri per procuratorem: sed bonorum possessio sic.*

LEX V.

1 SI maritus. †Negligens implere mandatum susceptum: tenetur ad interesse etiã lucri deperditi. hoc dicit. In tex. ibi. [noluerit.] & sic lapso tempore eam perdidisti culpa & negligentia procuratoris tui. In tex. ibi. [si mandasse te vt peteretur &c.] si autẽ non mandasti, expresse innuit ꝙ non potes agere ad emendatio nem huius damni: quia nec in generali mandato cadebat hoc vt eam peteret, cum ex hoc venires obligandus. vnde sine speciali mandato, vel generali cum libertate obligare non potuit: ergo non est sibi imputandum si talem bonorum possessionem nõ petijsset, postquam non poterat petere cum effectu vt te obligaret: potuit tamen eam petere sine effectu vt te obligaret. non statim: sed demum postquam ratam habueris. per rationem quã ponit glo. quia etiam sine aliquo mandato petere poterat: sed te nõ obligat, nisi ratam habeas. tamen non potest sibi imputari si nõ petijt: postquã non poterat cùm effectu. hæc est intentio huius tex.

2 † In glo. j. in fi. ibi. [l. iij. §. acquirere.] & quæ sit ratio diuersitatis

a ꝙ hæreditas non potest adiri per procuratorem. ª sed bonorum possessio. bene potest peti & acquiri per procuratorẽ. dic vt not. in l. Paulus. per procuratorem. ff. de acqui. hære. In glo. fina. in fi. ibi. [multo magis.] certè illi qui debent requiri speciale mandatum. loquuntur de petitione effectuali. per quam dominus status obligatur oneribus hęreditarijs. & ista est veritas ꝙ illi dicũt ꝙ non possit peti sine speciali mandato, vel generali cum libera. Nam generale sine libera non importat quod possit dominum obligare. sicut nec importat ꝙ possit alienare. illud autem quod dicit glo. ꝙ sufficiat generale mandatum: quia etiam sine illo mãdato potest peti. procedit in petitione non effectuali: per quã dominus non obligatur, nisi postquam ratam habuerit. vnde gloss. non bene loquitur. Nam & illa quæ requirunt speciale mandatum, si nõ adiuit, possunt rata haberi: vt l. patri pro filio. ff. de mi.

LEX VI.

1 SI fideiussor. †Qui patitur pro se alium fideiubere mandare videtur. hoc dicit.

2 ☞ *Accipiens pecuniam mutuò de mandato alterius, qualiter obligetur mandati. & si mandans soluat an sibi sit fienda cessio contra accipientem?*

LEX VII.

1 SI literas. †Mutuans vni de mandato alterius, habet vtrunq; obligatum, scilicet primum tanquam principalem certi conditione ex mutuo: & alterum tanquã accessorium, scilicet actione mandati: & hoc quãdo ille recepit suo nomine, & per se. si autem pro mãdato: tunc aut mandatum fuit directum illi recipienti, nõ autem mutuanti: & tunc tale mandatum parit vtilem institoriam. vt §. de exer. l. si mutuam. aut fuit directum ipsi mutuanti, & tunc oritur certi conditio ex mutuo: quia ille recipiens videtur recepisse vt nuncius. & sic contractus mutui videtur celebratus cum ipso mandatario: sed non cum nuncio. tñ oritur actio mandati, post-

2 quam potest oriri ex mutuo: vt l. Idemq; §. si cui. ff. eo. † In glo. j. ibi. [nonvt commendatum eum haberes.] nam talis commendatoria litera non importat vt sibi mutuetur. & si contra fieret, non obligaretur scribens. l. Lucius. ff. de fideiuss. In glo. seq. ibi. [si non potest satisfacere accipiens.] gl. ista habuit respectum ad ius antiquum. secundùm quod non potest agi cõtra fideiussorem vel mandatorẽ nisi excusso principali: vt in auth. de fideiuss. iure verò antiquo secus. quia poterat eligere creditor quem prius volebat: vt j. de fideiuss. l. iij. In glo. ibi. [& debent cedi actiones huic mandanti contra accipientem.] hæc glo. innuit ꝙ ille accepit suo nomine, & pro se nõ tãꝯ ꝓcurator scribentis, seu mãdãtis. alias nõ esset sibi fienda cessio. & tñ infrà innuit contrarium. In gl. ibi. [& sic loquitur hic.] gl. hic sentit ꝙ iste recepit vt procurator. vt patet. §. dũ dicit [vt pecuniã mutuet procuratori.] ꝙ non est verũ vt §. dixi. quia recepit ꝓ se, & suo nomine. In glo. ibi. [& nunc tenetur dñs vtili institoria.] s. qñ recepit vt procurator. videt hoc procedere cuicunq; literæ fuerint directæ: siue procuratori, siue mutuanti. quicquid gl. dicat. si recepit vt nuntius. ꝙ qualiter cognoscatur. dic vt no. j. si quis alteri vel sibi. in l. multum. & nunc tene ꝙ sequitur in gl. per rationem quã. §. dixi. ipse autem institor nõ tenetur. dic vt in l. si pupilli. §. j. ff. de neg. gest. & per Cyn. §. ꝙ cum eo. l. ei qui.

1 SI tibi. †Ex mandato defuncti competit actio cõtra hæredem.

LEX VIII.

1 CVm per procuratorem. †Procurator lædens dominum sui culpa, tenetur hac actiõe ad interesse. l. d. lex sequens. die prima August. M.cccc xxxix. & die præcedenti audiui quod comes Franciscus erat castrametatus circa castrum Suauij. Pau. de cast.

2 ☞ *Negotiorum gestor qui se obligauit pro domino: an antequam soluat, possit agere ut liberetur?*

3 *Qui mandatum accepit de fideiubendo, videtur accipere de soluendo.*

LEX X.

1 SI pro ea. †Fideiussor antequã soluat, non potest agere contra debitorem vt sibi soluatur tribus tamen casibus qui hic ponuntur, agere potest. subaudi non vt sibi soluat: sed vt liberetur ab obligatione. hoc dicit vsque ad §. fideiussorem. & an habeat locum in fideiussore qui se obligauit pro alio sine mandato expresso, vel tacito. vide gl. in l. iiij. ff. de nego. gest. † Item quid in alio gestore negotiorum quã fideiussore qui se obligauit pro domino, an antequã soluat, possit agere vt liberetur. & etiam extra casus qui ponuntur in hãc. l. vide bonam gl. in l. si quis mihi mandato. eo. ti. de neg. gestis. & id ꝙ dixi posse agi non vt sibi soluatur, sed vt liberetur. probatur in l. si mandato. §. quoties. ff. manda. In tex. ibi. [neq; condemnatus.] sub. nec lis erat contra te contest. aliàs videtur ꝙ etiam tunc agere posses vt liberis, vel conserueris indemnis. per l. si socius. ff. communi diui. In tex. ibi. [postea coepisse.] Idem si iam cœperat tempore fideiussionis. sed hoc ignorabat, vel etiam sciebas. tamen nõ tantũ dilapidauerat ꝙ in suspitionem verisimiliter veniret. sed suspicio venit post fideiussionem. aliter tene ꝙ dicitur in gl. j. secundũ Bal. In gl. quæ incipit: [Nota non posse.] ibi. [quartus est si diu steterit in obligatione.] sub. pura. sed si erat conditionalis, quousq; pendet conditio, non dicitur stare in obligatione. & ideo quantuncunq; steterit non agit. nec vt liberetur, nec vt sibi soluat. per l. facere. ff. sol. matrimo. ponit exemplum in fideiussore euictionis anteq; res euincatur. nunq; enim potest agere etiam vt liberetur. secundũ Cyn. & alios doc. In gl. ibi. [& est ratio, quia iam liberauit eum.] sed fideiussor vel mandator non liberant eum. nisi soluat verè vel fictè. nam & ficta solutio sufficeret vt agere possent: si ex ea adesset liberatio debitori. vt. ff. eo. l. inter causas. §. si. is. allegata in gl. secus si non adesset liberatio. vt l. si verò non remunerandi. in princi. cũ ibi no. ff. eodẽ.

3 † In ead. gl. ibi. Item qui mandatum accepit de fideiubendo, videtur accipere & de soluendo. sub. & sic antequam soluat, mandatum adhuc non impleuit, meritò non potest agere vt liberetur ab obligatione qua tenetur venditori. nõ enim debet soluere de suo. primum tamen dictum gl. ꝙ fideiussor videat recipere mandatum de soluendo. reprobat Pet. quia si hoc esset, & ꝓpter hoc ꝙ non soluit creditor venderet pignus, teneretur fideiussor debitori ad interesse. quod tamen est falsum. vt patet ex his quæ no. in l. j. §. de dolo. iuncta. l. proxi. & §. eodem. l. si maritus. in quibus habetur ꝙ qui negligit mandatum susceptum, tenetur mandanti ad interesse. istud ergo ꝙ soluat, venit in consequentiam fideiussionis. non ꝙ susceperit mandatum expressum. ideo tene predentem solu. gloss. quia debitor ex fideiussione debet releuari beneficio affici. non autem grauari: sed hic grauaretur si statim fideiussor agere posset antequàm solueret, quia pro vno creditore debitor haberet duos. igitur &c. argu. in l. in commodato. §. fi. ff. commodati.

¶ Paupertas, an excuset fideiussorem si non appellauit, uel appellationem non fuit prosecutus?

§. Fideiussorem. †Fideiussor[a] indebitè condemnatus debet appellare cōmodè si potest:aliàs non censetur bonafide gessisse.ideo quod soluit repete re non potest.h.d. In tex.ibi.[exceptione munitum.]sub.descendere ex persona debitoris principalis.vt quia sibi fuerat factum pactum de non petendo, qua exceptione fideiussor vti poterat, & fuit vsus.sed non profuit:quia iudex ea non obstante indebitè ipsum condemnauit.Si autem nō descendebat ex persona debitoris principalis,sed ex persona ipsius fideiussoris: si eam non opponat,an sit sibi imputandum:distingue vt in glossa quia aut erat inhonesta,& non est imputandum:aut honesta, & tunc aut proderat etiam reo,& est imputandum:aut non proderat,& tūc secus.l.Idemq;.§.generaliter.ff.eo. & hoc in exceptionibus peremptoriis.in dilatoriis verò iudicijs etiam si vtriq; competebat, non est imputādum si non fuit vsus.vt l.si fideiussor.§. quidam. ff.eo.vt in glo.& etiam ibi no.† Pro declaratione opponi.contra tex.q̄ nō sit imputandum fideiussori si non appellauit:vel si appellationem non fuit prosecutus. nisi paupertas ipsum excuset, vt in princip.glos.

LEX XI.

Procuratorem. †Procurator teneē de male gestis,& etiam de negligentia.h.d.sic.ś.e.l.si maritus. In tex.ibi.[pro his quæ gessit.]sub.& malè. In tex.ibi.[suscepit.] sub. & non impleuit.In tex.ibi.[quam culpam.] hoc intelligitur aliquando de lata tantùm,aliquando de leui, aliquādo etiam de leuissima, vt dicam.j.eo.l.à procuratore.

¶ Si procurator uendidit rem pro maiori pretio quàm haberet in mandatis: an nihil aliud gessisse sine mandato?

LEX XII.

Cum mandati. †Si procurator non seruauit formā mandati quod agit nō nocet domino:nisi ratum habeat.h.d.† In tex.ibi.[vēdidit.]puta pro maiori pretio quàm habuit in mandatis quia forma mandati diligenter est attendenda, & seruanda. alias videtur gestum sine mandato.vt in l.diligenter.ff.eo. & idē in mandato iurisditionis, si iudex delegatus non seruauit formā rescripti.vt in c.cùm dilecti.extra de rescripti.

¶ Si mandatur aliquid in quo quasi nulla industria uertitur: tūc nō uenit nisi lata culpa. Qui si mandatur illud in quo uertitur aliqualis industria,non tamen exacta:quod uenit? leuis culpa.

Qui si mandatur illud in quo uertitur exactissima diligentia?

LEX XIII.

A Procuratore. †Procurator tenetur de dolo, & omni culpa. h.d. & sic etiā de leuissima:sed contrà, quia mandatū fit gratia mandantis tantùm,& non recipientis: sicut depositum. vt patet in l.ij.ff.eo.Illud enim est propriè mandatum: ergo non debet venire nisi lata culpa,sicut in deposito.vt §.depositi.l.j.Solutio.hoc non contingit ex natura contractus.quia tunc procederet oppositio. sed procedit ex eo, quia qui mandatum acceptat: censetur se peritū asserere & diligenter super eo q̄ continet mādatum,& ratione huius assertionis venit leuis & lata,sicut in illo qui recipit custodiam rei.l.si quis fundum.§. Imperator.ff.locat. vnde dicit Bar.† quod interdum mandatur aliquid,in quo quasi nulla industria vertitur.vt in mandato fideiussoris.& tunc nō venit nisi lata culpa.vt in l.si fideiussor.in prin.ff.e.Interdū illud in quo vertitur aliqualis industria,non tamen exacta.vt ad gerēdum negotia extraiudicialia.& venit leuis culpa,non leuissima. vt j.eo.l.procuratorem.in verbo culpam. quod regulariter intelligitur de leui. Interdum illud in quo vertitur exactissima diligētia.vt in mandato procuratoris ad lites:& tunc venit etiam leuissima,quia videtur asseruisse se diligētissimum.& ita intelligitur hæc l.& ff.depositi.l.quod Nerua.in ix.q.& hoc in actione mandati directa.sed in cōtraria quę dat̄ procuratori.dic vt in l.si sed'm.

LEX XIIII.

Si secundùm. †Quod vni traditur de mandato alterius,etiam illi traditū videt.h.d. In tex.ibi. [vni de his vtriusq; volūtate.] iub. & nomine agebas contra ambos vt tibi restituant pretium q̄ soluisti, ille cui non tradidisti dicebat se tibi non teneri, sed q̄ agas contra illum cui tradidisti. certè imò tenetur.& potest conueniri,postquam alteri tradidisti de voluntate sua: & sic etiā illi tradidisse videris.

¶ Fideiussor. An fideiussor possit appellare à sententia lata cōtra principalem. vide glo.in l.fina.C.de vsu.rei iudi.

¶ Mandatum quando finiatur. uel non finiatur morte mandantis?

LEX XV.

Mandatum. †Lex ista licet sit breuis, habet tamen materiam valde longam.quam Cy.tractat hic.sed Bar. subtilius in l.ij.ff.de dona.ego plenius tractaui in repe.l.fi.ff.de solu. † Et pro aliquali notitia materiæ distingue tres casus. Nam aut mandatum & effectus mandati conferuntur post mortem mandantis.vt de funere faciendo.& tunc mandatū non finitur morte mandantis.imò tunc incipit habere robur. vt in l.si verò non remunerandi.§.fi.ff.mandati. Aut mandatum confertur in vita, & effectus eius post mortem.tunc distinguevt habetur in l.cùm pater.§.Meuio.de lega ij.quæ distinctio a[b] ibi non ita bene reperitur. Aut vtrunq;:scilicet mandatum & effectus mandati conferuntur in vita. & sic aut super eo quod in vita geri non poterat. & non debet.vt l.at si quis.§.si cui.ff. de religio. aut poterat geri in vita,& tunc aut hæredi mādantis expedit q̄ nō finiatur morte,& non finitur.vt l.si defunctus.ff.de procura.in eo quod dicit non finiri si procurator sciuit. Aut expedit hæredi q̄ finiatur. & tunc aut erat procurator in rem suam,aut simpliciter. primo casu aut mandans decedit cum hærede.& non finitur morte. vt in l.illam.j.de dona.aut sine hęrede.& sic secus.vt l.j.ś. de actio. & obligati. Secundo casu quando simplex.aut erat vniuersalis seu generalis aut specialis.Primo casu quando generalis, si per mortem mutatur conditio procuratoris,finitur mandatū.vt in l.eius qui in prouincia.ff.si cer.peta.si non mutatur conditio, secus. vt in l.si quis mancipijs.§.si impubes.ff.de instit. Cy. tamē intelligit illum.§.quando aliquid erat certum.quo casu cum vnum cēsetur mandatum respectu omnium quæ veniebant sub vniuersitate,censetur quó ad omnia res non esse integra.& sic etiam quantum ad gerēda non est finitum mandatum. q̄ etiam videtur sentire glo.hic in prin.sed doc.videntur velle q̄ etiam si nil esset cœptum quando mandatum est generale vel vniuersale, non finiatur morte.si conditio mandatarij non mutatur per illum.§.Secūdo casu quando erat specialis. tunc aut constituitur super eo q̄ dominus habebat necesse facere.& nō finitur.vt l.fundi.§. Item si amicus.ff.de acqui.pos.& in c.gratia.de reseri. lib.vj. & hoc in necessitate præcisa.secus si causatiua.vt l.si defunctus.ff. de procura.& hoc nisi ex forma contractus ius foret quæsitum procuratori.vt in l.fi.ff.de sol. & hoc in reuocatione tacita. quæ fit per mortem.in expressa dic vt colligitur in l.si pecuniam.ff.de cōdictio.ob cau.& in l.si quis prohibuit *aliàs incipit.Papi.* de publiciana.& l.vtrū.de cōsti.pecu.reliqua dic vt in locis præallega.

¶ Si semel interfuit mea,& hodie cessat interesse, an cesset etiam actio cōpetere quæ semel competijt?

LEX XVI.

Ad comparandas. †Procurator qui mandatum non impleuit,tenetur domino ad interesse.h.d.glo.quæ est hic:intelligit quando hodie cùm agit interest.si verò hodie non interest,licet olim interfuerit,agi non potest.vt l.si procuratorē. §.mandati.ff.e.† ille articulus est valde subtilis. cùm quæritur an si semel interfuit mea,& hodie cessat interesse, etiam cesset actio competere quæ semel cōpetijt. vt plenè per Cy. hic. & subtilius per Bar.in l.qui autem.ff.si quis cauti. vbi dicit tres casus. q̄ aut peto interesse,aut peto pœnam.quia semel interfuit, aut peto rē propter interesse. & de secundo & tertio dic vt ibi per eum. sed de primo in quo est propria materia. dic aut hodie non interest, licet semel interfuerit:non tamen desinis damnum de præterito: & tunc non cessat actio.competere. Puta mandauī tibi vt infrà certum tempus faceres mihi domum in loco nundinarum, quā si feciſſes fuissem lucratus multa:non feciſti,& sic non fui lucratus.hodie nō interest amplius quod fiat:& sic cessat interesse domum fieri:non tamen cessat damnum lucri de præterito.ideo nō desinit actio cōpetere.vt l.si.§.qui iniuriarū.*ff si quis cau.*sed si cessaret damnum de præterito,haberet locum ista glo.quia ex quo cessat hodie interesse,cessat etiam competere actio.vt in l.si

procuratorem.§.mandati.ff.eodem.

LEX XVIII.

4 POst solutionē. †Qui mandat alteri mutuari,si soluit mandatario, repetit ab eo cui mutuum est factum:ꝙ quo videt mãdando interceisisse.h. d.in effectu. sicut & fideiussor postquam soluit,repetit à debitore:vterque enim videtur interceisisse pro debitore,cùm plures sint modi.intercedenti. vt not. in l.in personam.ff.de pac.

LEX XIX.

1 PRetij. †Vsuræ vltra licitum modum non possunt deberi:etiam si per stipulationem fuerint ꝑmisse vel pro eis datum fuerit pignus.

6 ☞ *Quid dicatur pactum de quota litis.*

LEX XX.

SI contra. †Ex pacto de quota litis nil potest ꝙ curator petere.sed si tale pactum non fuit,bene pōt petere expensas factas de suo.h.d. Quid si fecit pactum de quota litis,& etiam expēsas de suo, certum est ꝙ ex primo non potest agere ad expensas.gl.fi.hic videtur tenere ꝙ non.Alij dicunt contrarium.gl.videtur verior. ꝙ l.si remunerādi.§.Maurus paulus.ff.eo.vbi propter pactum de quota litis.punitur procurator,vt non possit petere quod soluit
2 pro domino.† Dicitur autem pactum de quota litis.siue paciscatur de dimidia,siue de quota,siue de certa quantitate in euentū victorię.quia quia per hoc inducitur ad calumniosè litigādum. & hoc probatur in dicto.§.Maurus paulus.& in l. sequen. nam vtrobique est eadem ratio.post litem verò finitam bene potest pacisci de aliquo dando loco palmarij.propter victoriam quam habuit.l.j.§.honorarij.cum.§.sequen.de varijs & extraor.cog.

8 ☞ *Qualiter intelligatur quod quisque in re sua est legitimus moderator.*

LEX XXI.

1 IN re mandata. †Cōdemnatus in actio. mãdati de fide rupta, efficitur infamis.& licet culpa commmissa in propriis rebus vel negotijs non puniatur:quia quilibet de re sua est moderator & arbiter.commissa tamen in alienis negotijs bene punitur.hoc dicit.sed in propriis etiam licet non puniatur.vt hic.& l. etiam.§.licet.ff.solu.matri.tamen culpanda est & reprehendenda.eo.titu.l.constante.§.si maritus.In tex.ibi.[nam iuæ.]respondet tacitæ oppositioni.posset enim quis dicere quod procurator condemnatus de negligentia non debeat effici infamis.quid ēm si erat talis qui etiam in propxijs rebus erat negligens?de qua negligentia certum est ipsum nō puniri.ergo vt mihi in alienis. qa nō debet plus quis alium diligere quàm seipsum diligat: sed potius econuerso plus se quàm alium.vt in l.ti manifestè. ſ. de serui.& aqua.Ad hoc respondet Imperator, quòd argumentatio non est bona, quod in propriis rebus. ideo quis non punitur, quia moderator est & arbiter:& potest de eis facere quicquid vult,non sic de alienis: quæ non sunt in eius arbitrio quoad malè tractandum:sed ad bene,& ideo exacto officio debet ea gere-
2 re,quia nil neglectum vel declinatum culpa fatuum est.† nota. quia semper ad hoc allegatur.facit.ſ.de iudæis.l.nemo exterius & quod dicit [quisque moderator &c.]intellige dummodo disponat legitimè.alias secus.de testa.in fi.a l.testandi.in text.& gl.

x ☞ *Differentia inter procuratorem simplicem, & procuratorem in rem suam.*

3 *Pactum de quota litis,an sit reprobatū in procuratore in rem suam,& quid si actio erat inutilis cedenti.uel cedens sit pauper?& nu.4.*

5 *Cessio interdum impugnatur ex impotentia cedentis,& aliquando ex potentia cessionarij.& interdum ratione iuris,uel actionis cessæ & interdum impugnatur in fauorem illius contra quem cedituꝛ.*

4 *Cessio quæ fit per creditorem debitori soluēti.uel quæ fit ad defensam,non ad offensam debet de necessitate fieri.*

7 *Cessio potest fieri in omnibus casibus in quibus est eadem uel similis ratio,quæ est in casibus exceptuatis,hic remissiue*

6 *Cessio præsumitur simulata,quando inter cedentem & cessionarium agitur quod totum emolumentum sit cedentis:& an etiam sit inualida quantum ad illum cōtra quem fit: an uerò ualeat tanquam mandatum simplex?*

7 *Paruitas pretij,an faciat censeri cessionem simulatam:& nu.8.& 4.*

8 *Simulatio,quod facilius præsumatur quàm dolus.*
Simulatio, non est dolus.

Quòd quis possit allegare simulationem quam fecit pro fundamento intentionis sue, sed dolum & fraudem non.

Quæ dicatur paruitas pretij?

9 Cessio præsumitur inualida,quando deficit titulus, id est causa habilis ad translationem dominij,uel quasi in rebus incorporalibus.

Sicut se habet traditio in rebus corporalibus:ita & cessio in rebus incorporalibus.

10 An titulus debeat præcedere cessionem,& non sequi?

11 Si in instrumento continetur quod cessi tibi actionem contra Titium pro certum & dixi titulo uenditionis,an ualeat?

Cessio quando fit ex causa donationis,si dicatur pro benemeritis & seruitijs, an sufficiat esse probare merita: & an requiratur insinuatio, si excedat legitimam summam?

11 Cessio quando fit per laicum clerico cōtra laicum. an & quando præsumatur fraudulenter?

LEX XXII.

PEr diuersas. Lex ista cum sequenti quę venit ad eius interpretationem sunt singulares,& vulgares. tamen intentio imperatoris radicitus videtur hic malè declarata per glo.& doc. propter quod emanauerunt illæ leges.Et aduerte † quia aliæ leges huius tituli loquuntur de mandato simplici quod mandatarius seu procurator exercet ad vtilitatem domini.leges istæ loquuntur de procuratore in rē suam qui exercet mandatum ad suum commodum,& suam vtilitatem.vt est cessionarius,qui ex cessione habet vtilem actionē suo nomine,& exercitium directæ nomine domini. iuxta no. in l.qui stipendia.de procu.ſ.sed simplex procurator non habet exercitium directæ. Item eius mandatum potest re integra reuocari expressè,vel tacitè.sed mandatum procuratoris in rem suam, secus quia nec morte finitur.vt l.illam.j.de do.nec reuocari pōt. vt in l.si quidem.ſ.de actio.& obliga.Item quando per procuratorem simplicem agitur causa:cōcessio domini præiudicat.nō sic quando per procuratorem in rem suam,si agit ad suum commodum:scilicet ad eum pertinet periculum cauſæ iuxta notam l.facta.§.si hæres.ff.ad Tre.& in l.fi.ſ.de proc.per Cy.ideo ꝺ̃o. postquam plenissimè tractauit de procuratore simplici in tit. de procu.postea in §.fi.tractat de procuratore in rem suam.id est de cessionario,circa quam materia multa bona dicit, & etiam in tu.de cessione actionis:emanauerunt autem ex his legibus secundum rei veritatem.& hoc est radix & fundamentum earum per glo.& doc.non tactum,quia per leges veteres †pactum de quota litis erat reprobatum in procuratore simplici,& ex eo nil poterat procurator post victoriam petere, vel exigere à domino pro quo sententia lata erat vt ſ.eo.l.si contra licitum.propter hoc multi litiosi carentes anima,& inhærētes facultatibus alienis, faciebāt se fieri procuratores in rem suam, & cedi sibi actionē ad fundādū leges veteres:vt sic agitarent causam proprio nomine,& tanquam domini, & obtinerent sententiam in propria persona,& promittebant cedentibus,quod si cōtingeret eos obtinere victoriam,darent ipsi cedenti certam partem litis,seu victoriæ,& residuum retinerent pro se.vt sic ipsi nō habeant ire post dominos, à quibus nil possent extorquere ratione pacti:sed potius cōtra ipsos domini irent post eos,& peterēt partem eis polliciram,& starent in fide ipsius procuratoris,& propter hoc cōtingebat quod multi vexabantur indebitè & calumniosè. Cùm enim quidam haberent actiones dubitatas,& non auderent eas mouere,dubitantes succumbere:dicti procuratores litigiosi offerebant se, dicentes pur ꝙ cederetur eis actio, & possent litigium ducere suo nomine,& ad suam commoditatem, & multi erant qui cedebāt tales actiones dubitatas,& ipsi cessionarij per calumnias obtinebant propter quod multæ querelæ fuerunt expositæ Imperatori anastasio,qui condidit hanc l. & statuit in effectu ꝙ quando nō apparet ꝙ interuenerit aliqua iusta,vel rationabilis,aut necessaria causa,quæ induxerit cedentem ad cedendum, quòd talis cessio præsumatur facta in fraudem.l.si contra.ſ.eod.& quod inter eos tacitè interuenerit conuentio ꝙ partem eius quod exigebit cedenti,& partem sibi retinebit,vt voluit hic glo.super verbo.[velle.]ideo reus conuentus à tali cessionario, potest obicere contra eum,& repetere per hanc l.tanquam illa cessio sit inualida,& facta contra prohibitionem huius l.& de actione dubita,& causa calumniandi reum:& pro nimia auaritia cessionarij tanquam redemptoris litis, & si exprimatur titulus emptionis ad iustificandum cessionem, & detur minus pretium quàm sit actione quę cedit̃, vt valeat vsq; ad illud pretium quod solutum in residuo non valeat,tanquā sit simulata,& loco pacti de quota litis facta.Si autem subsit aliqua iusta causa,propter quam ces-

sca lege

set suspicio prædicta de calumnia vel redemptione litis, valeat cessio. Et de hoc ponit quinq; exempla in versicu. [exceptis.] & postea circa finem. vult idem esse in alijs casibus rationem habē nbus: scilicet eandem, veluti si fieret ex causa meræ & puræ donationis: quia tunc cessat dicta suspicio, cùm omne emolumentum sit peruenturum ad cessionarium. & sic cessat tacita coniectura q; inter eos interuenit conuentio de diuidendo lucrum interse. & hoc vult illa l. sed dicti procuratores cauilloſi interuertunt modum irritandi vtilem prouisionem huius l. committentes fraudem triplici modo: quia ista l. primò approbat cessionē quæ fit ex causa venditionis vsq; ad quantitatem quæ soluitur pro pretio. vt in versicu. [ita tamen.] in residuo imporbat postea in §. fi. approbat, quando fit ex causa donationis, ideo ipsi faciebant fieri partem ex causa venditionis puta actionem competentem ad mille emebant pro quingentis, & faciebant quod cedens residua quingenta eis donabat: vt sic tota mille possent petere, vel faciebant vt eis venderetur pars pro quingentis, & cuidam alteri quem sibi submittebant, puta consanguineo, vel vxori donabantur alia quingenta, & aliquando faciebant fieri cessionem totam ex causa donationis apparentis: sed quia cedētes volebāt habere partem, & sic non intendebant reuera donare totum: ipsi clarius & occultè dabant sibi certam partem quantitatis, & recipiebant instrumentum donationis de tota quantitate. Istis calūnijs, & fraudibus volens obuiare successor Imperatoris Anasta sij, commēdans prouisionem huius l. statuit dictas cessiones nō valere nisi vsq; ad quantitatem verè solutam: quantùm autem ad alteram partem, quæ erat remansura pœnes ipsum cessionarium loco pacti de quota litis, non valeat: vt sic illa non possit peti ex causa donationis per ipsum cessionarium: sed nec per cedētem qui conscripsit huic fraudi: & sic perditur illa pars, & remanet pœnes debitorem, non sic si fuisset facta cessio pro minore quantitate, quam sit in actione: nam licet id quod excedit non possit peti per cessionarium: non tamen perditur, sed petitur per cedētem, vt in l. per diuersas quæ punit duntaxat cessionarium, & in eius odium disponit, & simulationem præsumit: non autē in odium cedentis, nec ipsum punit: licet consenserit in fraudando l. si contra licitum. §. eo. Sed quando consensit in fraudando sanctam & vtilem prouisionē l. per diuersas. quia dupliciter punit fraudando. l. & interpretationē l. punit ipsum in hoc. q; quatenus plus est in actione quàm in pretio quod recipit, illud perditur. & per neutrum ipsorum peti possit. & quia ista [l. ab Anastasio.] veniebat ad interpretationem l. per diuersas. quia talis cēsetur fuisse intentio imperatoris q; à principio debuisset dispositio huius l. trahi retro ad tempus l. per diuersas. conditæ. sed Imperator mitius agere volens propter nouam pœnam, vult q; nō trahatur ad præterita: sed ad futura. & hoc vult. [l. ab Anastasio. & nunc intelligis medullitus & radicitus fundamentum harum legum. & sine illo fundamento nunquam gustabis intellectum harum legum. † Et no. q; interdum cessio impugnatur ex impotentia cedentis. vt quando cedit ille apud quem non est actio radicata, tamen gerit administrationem legitimam vt tuto. vel cura quod dic vt l. potest. ff. de autho. tuto. Aliquando ex persona. vt quando ceditur potentiori ratione officij publici, qui minacē potest terrorem ingerere. & tunc punitur iactura causæ cedens. & de hoc loquitur titu. & l. ij. §. ne liceat poten. & ibi est optima glo. de ista materia. Interdū ratione iuris, vel actiōis cessæ. vt qñ erat iam facta litigiosa. & de hoc loquitur titu. j. de litigio. l. ij. & authē. ibi posita. Interdum impugnatur in fauorem illius contra quem ceditur. & tunc loquuntur istæ. ll. quę voluerunt prouidere ne quis indebitè vexetur. quod frequenter contingit per illos qui faciunt pactum de quota litis. nam per. ll. veteres (vt §. dixi) erat prouisum circa procuratores simplices, & aduocatos: non circa procuratorem in rem suam. vt est cessionarius. sed per hāc l. prouidetur etiam attento odio recipientium tales cessiones calumniosas. Nam quatenus pro cessione non soluitur, præsumit lex interuenisse simulationem. quia si venditur pro minori quātitate quā valeat, licet simuletur tota actio vendi: & propter hoc videretur totum posse peti. & sic tamen verè noluit vendere qd' vltra est, sed donare cessionario in præmiū sui laboris. & in fraudem pacti de quota litis. ideo glos. dicunt q; præsumunt simulationes ratione paruitatis pretij. intellige scilicet in residuo. quia simulatur vendi. & donatur. non simpliciter, sed in pręmium laboris. & eodem modo si pro parte venditur pro parte donatur, & præsumitur simulata in eo quod donatur quia simulat donare ex liberalitate: & tamen non ita donat. sed in remunerationē, & in fraudē dicti pacti. vt §. dixi. Ex quibus remanent quasi oēs glo. declaratæ. exceptis glo. quæ sunt in ver. [exceptis.] quæ tendunt ad declarandum exemplа quæ ibi ponuntur. Et in effectu recollige † q; vbi cessio fit ex necessitate. vt contingit quando creditor fideiussori soluenti cedit. Nam habet necesse hoc facere. ff. de fideiuss. l. fideiussoribus. vel quando fit ad defensam, non ad offensam. quia possessor dubitās molestari ab aliquo, recipit cessionem ab alio qui potentius ius habet quàm ille: vt se defendat ab alio, nō vt offendat. vel quādo iubest aliqua causa expediēs. vt si sunt plures hæredes diuidentes hæreditatem: in qua est qd' dam nomen debitoris, q; assignatur vni ex eis in partem: cùm diuisio aliter fieri nō possit. l. planè. ff. famil. ercis. Nam alij debebūt cedi pro partibus aliorum. nec requiritur alius titulus in cedēdo. Item in similibus causis. vt si actio quæ erat inutilis cedenti. puta quidam parisiēsis debet mihi mille, ego non sum aptus ire parisium: vnde cedo cuidam parisiensi illam actionem pro cētum. certè non videtur causa vexandi & redimendi litē: cùm alia sub sit causa rationabilis. & sic poterit totam summam petere. hoc tenet hic Bal. in xij. q. qd' perpetuò tenementi. Et idem sentit Spe. tam in hoc, quā in similibus casibus. vt si aliquis est pauper, vel execratur lites, ita q; actio est sibi inutilis: vt possit eam cedere p modica quantitate. & cessionarius totam summā petit: quia cessant præsumptiones harum legum. Et his diebus consului. cùm quædam mulier in pœnā foris iulij cessisset iura sua contra quosdam super hereditate & bonis paternis & maternis pro duobus milibus, quæ valebant vltra sex milia. quia hoc non fecit nisi qa actio erat sibi inutilis propter potentiam aduersariorum. & quę rebatur à me an cessionarius posset exigere vltra duo milia. dixi quod sic. Nec obstat ista lex per diuersas. quia propter qualitatē personæ cedentis aduersariorū cessabat præsumptio. de qua hic: scilicet pacti de quota litis. & vexatur indebitè. vnde nō plus videtur valere hic ius quàm esset dicta quantitas. maximè propter dubium litis. nec plus fuisset emptum etiam ad incantum. † Vltimò omissis alijs glo. quæ tendunt ad expositionem literæ: capio glos. fi. quæ tangit materiam. & primò oppo. de principio huius l. vbi prohibetur cessio fieri: & per consequens annullatur: tanquam facta contra prohibitionem. l. vt l. non dubium. §. de legi. & postea in fi. dicitur q; valet non solùm in casibus specialibus. §. exceptuatis, sed in alijs etiam. ergo semper valet. glossa dicit q; finis intelligitur de non simulatione: vt quando fit ex causa donationis. certè cùm talis specialiter dixerit in ver. [si autē.] illud verbum. [quàm alijs causis.] non debet restringi ad illum. dic ergo melius quod valet in omnibus, in quibus est eadem vel similis ratio, quæ est in casibus specialiter exceptuatis in ver. [exceptis.] quorum aliqui ponuntur in Spe. de cessione actio. §. j. ver. sed oppo. ad præmissa. vsq; ad vers. quid si excommunicatus. & hic per Bal. in xij. q. vbi autem non est eademvel similis ratio, & sic non valet. & præsumitur simulata, & animo calumnię facta, & pro redemptione litis. vt in prin. Postea glo. prosequendo materiam ponit quatuor casus, in quibus cessio est, & præsumitur simulata. † Primus. quando agitur intercedentem & cessionariū q; totum emolumētum sit cedentis: & sic dicit glos. q; non valet. per titulum plus valere quod agitur. nam cùm cedo, videor velle quod emolumentum sit cessionarij. hoc enim importat cessio. vel differret à simplici: in quem non transfertur nisi exercitium directum. si ergo agitur vt emolumentum ad me pertineat, hoc est contrarium naturæ cessionis. & hic plus attenditur quod in veritate agitur, quàm quod simulatè cōcipitur: per titulum plus valere quod agitur. Doc. videntur tenere contrarium. & miratur Iaco. de Are. q; glo. vtatur istis verbis simulatis. quia in tota ista l. de hoc non fit mentio. sed plus est mirandum de ipso: quia in [l. ab anastasio.] pluries fit mentio ad interpretationem istius. vnde glos. non somniarunt vtentes isto vocabulo. Item dicunt Doc. non esse verum q; propter hoc reddatur cessio inualida. & allegant tex. expressum in l. si tibi mandauero. §. interdum. ff. eo. titu. vbi valet. licet commodum & omne periculum pertineat ad cedentem. Aduerte tu clarius. Aut quærimus an sit simulata & inualida quantùm ad cedentem & cessionarium: & est dicendum q; sic: vt dicit glo. quia emolumentū non remanebit penes

a ¶ Mandatum morte mãdãtis. Adde Bar. in l.si cùm filiusfa. §. sed si quis.ff.de don. Inno. in c.quoniã ab bas.de offi.dele.doc. in c.si gratioſæ.de rescrip.lib.vj. Anto.de But.in c.relatum.de offi.dele.doc.in c.licet.eo.titu.Doc.in l. eius qui in puincia. ff. si certum petatur.

b ¶ Simulatio. An simulatio.vid per sanctum Tho.ij.ij.q.iij. Et qd sit simulatio. vide glo. in l.pen.C. de iuris & fac.igno. Cardi.zaba. in c.per tuas.in ij.no.qui filij sint legi. & an simulatio sit permissa de iure.vide per Cardi. alex.in c. quod inter rogasti.in ij. col.xxvij.di. Et quę sit differentia inter simulationem,& fraudẽ.vide per Bal.in c.j.§.beneficiũ.si de feu.fue. cõtrouer.inter do.& agn.in vsi.feu. Et de multiplici specie simulationis.vide per Bar. cepolam veronensem cautela. cccxxvij. 7

c ¶ Allegaret turpitudinem. An liceat allegare suam turpitudinem: vide in l.iusiurandũ.quod ex conuentione. ff. de iureiur.gl.& doc. in c.ex tenore.de concess.prę ben.glo. in c.inter dilectos. de.dona.doc. in c.lator. de re iudi.

d ¶ Cõtractũ innominatum.quot sint cõtractus innominati. vide per Ang.in l.naturalis.ff.de præscri. verbis.Item contractus innominat⁹ habet vim mandati. secundùm Bal. in c.ex parte decani. in vij. col.de reseri.Item omnes contractus de mundo,quos cõsuetudo de nouo inuenit, sunt innominati: ex quo à iure gentiũ vel ciuili nomen nõ acceperunt. secundũ Bal.in c.fi.in vlti. colum.de causa possess. & proprieta. § b

ceſsionarium: licet ceſsio importet contrarium.ſed redibit ad cedentem prout reuera fuit actum. & ſic reputabitur potius ſimplex procurator in rem ſuam propter hoc pactum,quod alterat naturam ceſsionis.vt in ſimili dicitur in lege, vbi ita donatur. ff. de donatio.cauſa mortis.Et propter hoc dico quòd illud mandatum morte mandantis * re integra finietur, tanquàm ſimplex a mandatum. quod non foret ſi eſſet in rem ſuam.vt l.illam.infrà,de donati.Item quòd confeſsio cedentis præiudicabit ceſsionario, ſicut præiudicaret procuratori ſimpliciter per ea quæ nota. Cyn.in l.finali. ſuprà, de procurato.& Barto.poſt Dyn.in l.facta. §.ſi hæres. ff. ad Trebellia. Sed ſi quæritur an ſit inualida quantùm ad illum contra quem fit ceſsio.dic quod non: & quòd ille non poterit ipſum repellere ex cauſa dictæ ſimulationis, quæ non tendit in fraudem pacti de quota litis, quòd nihil ſit remanſurum penes ceſsionarium, & ſic ceſſat diſpoſitio huius legis, ita intellige dicta docto. reprehendentium gloſſa, valebit ergo iſta ceſsio vt valere poteſt, ſcilicet tanquã mandatum ſimplex. argumen. in l. ſi tam anguſti. ff. de ſeruitu. † Secundus caſus in quo ceſsio præſumitur ſimulata, ratione cuius ſimulationis ceſsionarius poteſt repelli ab agendo ex diſpoſitione huius legis eſt paruitas prætij. quando venditur pro minori ſumma quàm debeatur, & iſte caſus ponitur hic in verſicu.[ita tamen.] ſed poſtea in eadem gloſ.ante fin.in verſi.[vel verius.] videtur dicere contrarium. quòd paruitas pretij non facit cenſeri ſimulatam. Dic pro concordia, quòd non facit cenſeri ſimulatam totam.prout dicebat primum dictum: ſed quatenus plus eſt in actione quã ſit ſolutio pro pretio: ſed quatenus eſt ſolutio valet. & ex ea agi poteſt. & conſiſtit ſimulatio in illo pluri: vt ſ.dixi. quia cedens ſimulat totum vendere.& tamen illud plus non vendit. ſed dimittit penes ceſsionariũ loco pacti de quota lite.Sed opponi.in glo. quòd paruitas pretij non faciat præſumi ſimulationem.vt infrà de reſcinden.venditi. l.dolus. dicit gloſ. quòd non facit præſumi dolum ſecundùm ſimulationem, ſicut hic. § † Ex qua gloſ.nota.duo:ſcilicet quod faciliùs præſumitur ſimulatio quàm dolus. Itẽ quòd ſimulatio * non eſt dolus. Et ex hoc b ſequitur quòd quis bene poteſt allegare ſimulationem quàm fecit pro fundamento intentionis ſuæ: quia non allegat turpitudinem ſuam,ſed dolum & fraudem non poſſet allegare: quia alc legaret turpitudinem.ᶜ vt l.cùm profitearis.de reuocan.dona. & hoc tenuit Bar.in conſi.ſuo quod incipit Petrus Nicolę. Item dicit gloſſ.ꝙ hoc caſu non perditur actio in eo quod eſt plus: licet ceſsionarius non poſsit ad illud agere. nam aget ipſe cedens. cũ in iſta l.per diuerſas.non dicat contrarium.quod etiam tenet Innoc.& Spec.in dicto titu.ver.ſi verò dubitatur.licet quidam cõtrarium.vt ibi no. Sed quando pro parte venditur, & pro parte donatur,perditur actio in eo quod eſt donatio.vt eſt tex.in[l.ab Anaſtaſio.Ratio diuerſitatis eſt illa quam primò dixi. quia primò caſu cedens vnam tantùm fraudem committit. ſcilicet contra leges veteres improbantes pactum de quota lit. ſed in ſecundo committit tam cùm illa,quàm etiam contra l.per diuerſas.ergo plus debet puniri per l.ita fidei.ff.de iure fiſ. vbi plus punitur qui fraudat.l.& interpretationem.l.quàm qui.l.tantùm. Item dicit glo.ꝙ pretium reputabitur paruũ,quando computato eo qđ eſt datum,& pretio laboris,& expenſis litis,adhuc plus ſatis eſt in actione.hoc intellige ſanè quando veriſimiliter fuiſſet poſitum ad incantum. & in ſubhaſtatione ſatis plus fuiſſet repertum. Si autem non plus, illud reputatur iuſtum. vnde ſi ceſsi actionem in mille pro quingentis, & in ſubhaſtatione veriſimiliter non fuiſſent reperta niſi quingenta:computato labore & expenſis,illud reputabitur iuſtum pretium:& ſic poterunt exigi mille. hoc videtur velle Specu.in loco prælegato. Nam debet æſtimari futurus euentus,& incertitudo.quæ facit cenſeri iuſtum qđ aliàs eſſet iniuſtum.vt ſ.de vſur.l.ſi ea lege.& ſi ex pactione.& l.oleo.& quod no.in ſimili.in l.Lucius.§.fi.ff.ad trebel.& l.ſi qs cùm aliter.de verbo.oblig.per Bar.quando quæritur an in tranſactione quis fuerit deceptus vltra dimidiam iuſti pretij,non eſtimatur res quæ petitur,ſed dubius euentus.facit l. quæreba- 9 tur.ff.ad l.falci.† Tertiò præſumitur ſimulata & inualida quando deficit titu.id eſt cauſa habilis ad translationem dominij, vel quaſi in rebus corporalibus.ſicut enim nuda traditio in rebus corporalibus ſine titulo vel cauſa non eſt habilis ad translationem dominij,vel quaſi.vt in l.nuda.ff.de acqui.re.do.ita & in rebus incorporalibus.vt eſt actio ſimplex,ceſsio ſine cauſa non eſt habilis ad transferendum iura vtilia in ceſsionarium:quia ſicut ſe habet traditio in rebus corporalibus:ita & ceſsio in rebus incorporalibus. vt ſ.quando fiſ.vel priua.per glo.& iſta melior eſt ratio ad probandum id quod dicit glo.quam id in quo ſe fundat.ſcilicet text.in verſi.[ita tamen.]ibi dum dicit [licet inſtrumento ceſsionis] vbi innuit ꝙ qñ in inſtrumẽto ceſsionis exprimit nomẽ actionis & ſic tit.regulariter valet:ſi ſit ꝓ iuſto pretio. ergo ſi non exprimitur,non valet:& idem ſi exprimitur.ſed pre- 10 tium non eſt iuſtum quatenus eſt vltra. † Subdit glo.quod ins. debet præcedere,& non ſequi: aliàs non prodeſt eius inſertio. hoc expreſsius voluit glo.mag.in fin.ſ.ne lice.po.in l.j.& dicitur quod fuit opi.Azo.quam docto.reprobant.quia non refert qđ eorum præcedat.nam in quacunque parte ſit titulus inſtrumenti.cenſetur præcedere ſuum cauſatum.ſicut non refert in libello ſi dicam debes mihi centum,quia peto te condemnari ad centũ, in quibus mihi teneris ex cauſa mutui.& ſic præmitto cõclusionem vel cauſatũ.ſecundũ Bal.qui ita no.in d.l.fi.pro quo facit cũ in teſtamento.§.hæc verba.ff.de hæredi.inſtit. hoc idẽ ponit Io.an.in d.tit.in addi.quæ incipit rigoroſum.& ſuſtinẽdo Azo dicit ꝙ noluit illud dicere:quia fuiſſet fatuitas.ſed vult dicere ꝙ titulus debet adeſſe tempore ceſsionis facte.& ſi veniret ex poſt facto,non validaret ceſsionem ante factam:niſi retro traheretur. 11 † Sed pone quod continetur in inſtrumento quod ceſsi tibi actionem contra titium pro centum,nec dixi titu. vendi. an valeat videtur quod non.per iſtam glo.contrarium tenet Bar.& conſuluit.quia ſatis videtur expreſſus titulus quando ex expreſſa cauſa:quæ fecit contractum emp.& vendi.ſi fuit dictum pro pretio centum.per. text.in l.fin.infra de fun. patri.libr.xj.& per gloſſ.paruam quæ eſt in l.apud Celſum.§.ſi cùm legitima. ff. de d doli excep.vel.facit cenſeri contractum innominatum * facio vt des.qui tribuit titu.& cauſam transferendi.quam ſequitur Bal. & Ioan.andre.in addit. quæ incipit rigoroſum. tenet expreſſe contrarium.ſed non bene. Item dubitauit Bartol.quando fit ex cauſa dona.ſi dicatur pro bene meritis & ſeruitijs,an ſit neceſſe probare merita, vt agere poſsit?& videtur quod ſic:quia diuerſus eſt titu.donationis factæ ob merita.in l.Aquilius regulus.ff. de don.& l.ſi pater.vbi habetur quod non requiritur inſinuatio.quia dicitur prius remuneratio: & aliud eſt quando ſimpliciter fit ex mera liberalitate.vnde ꝓbatis meritis nec ille titulus expreſſus ꝓdeſt,nec nõ expreſſus.ideo Bar.dicit ꝙ de pluribus ceſsionibus facit remoueri illa verba.Bal.in d.l.ij.dicit ꝙ non expedit dubitare.ſed non declarat.Ego idem conſului. quia cũ ſit talis qui poteſt donare vtroq; modo,tã propter merita, quã ex mera liberalitate,ſtandũ eſt verbis ſuis de meritis.nec requiritur alia probatio: ſed quando eſſet talis qui non poſſet donare ſimpliciter,ſed duntaxat propter merita:vt cùm pater donat filio in poteſtate,vel cùm donatio excedit legitimam ſummam, non ſtat verbis donantis de meritis.vt no.in l.ſi donatione.j.de coll.& l.ſi fortè.ff.de caſt.pecu.& hoc eſt quod decepit Bart. quia non conſiderauit ꝙ probatio meritorum non eſt neceſſaria hoc caſu,quando poteſt vtroque modo donare. ſed ſibi viſum fuit quod ſit neceſſaria.per not.in d.legibus.& ideo ſi non ſit videatur deficere titulus. Tene menti.quia ſunt ſubtilia, & ma- ḽ decla

12 ſit declarata.† Ad quintū in quo præſumitur ſimulatio quando ſit per laicum clerico cōtra laicum.vt in c.fi.de alie.iudi.ſed non eſt verum ſimpliciter.ſed limita in Specu.loco præallegato.ver. iij. præſumitur. Item quando ceſſionarius eſt homo litigioſus. vt in eo.§.verſi.Item etiam præſumitur.Et vltimò quando in inſtrumento venditionis non fit fides de vera numeratione pretij: ſed duntaxat de confeſsione cedentis, nam non probat numeration.hoc tenet Barto.hic,& dicit ſe conſuluiſſe ita cum pluribus aliis doc.per tex.iſtius l.dum dicit[tantūmodo ſolutarum.] per l.ab anaſtaſio. poſt mediū ibi. [dum dicit re ipſa perſoluit.] & quòd not.in l.aſsiduis.j.qui poti.in pig.ha.& quia cùm materia ſit prohibitiua,confeſsio præſumitur ſimulata:& in fraudem facta.per l.qui teſtamentum.ff.de proba.& per l.cùm quis.§. Titia.ff.de lega.iij. Bal.verò dicit hic & in l.ij. ne lice.po. quòd iſti tex.non faciunt pro Bart.quia tex.iſtius l. per diuerſas. loquitur eo caſu quo eſt venditio facta non iuſto pretio & l.ſequens.quādo pro parte vēdita, & pro parte donata.quibus caſibus ex vna preſumptione reſultat altera:ſed ſi ponimus quòd ſit facta iuſto pretio,tenet ipſe quòd ſolutio pretij probatur per ceſsionem cedentis.ita dicit de conſuetudine ſeruari. & ita fuiſſe conſultum [illegible] collegium florentinum:licet Barto.opi.in multis locis tenea [illegible] pluries Peruſij ſecūdùm eum fuit iudicatum. de quo per [illegible].& Bald.in l.deo nobis.ſ.de epiſco.& cler. vide etiam hic per Bald. qui plures quæſtio. format ex his quæ habentur per Ioan.in dicto titulo.de ceſsio.act. Die v. Augu.M.ccccxxxix. in ciuitate Paduæ.

Si ſeruus extero ſe emi mandauerit. Rubrica.

In titu. præcedenti dictum eſt de mandato regulari. ex quo ſecundū intentionem mandātis & mandatarij oritur actio directa & contraria ſcilicet mandati directa, & mandatario contraria.In iſto titu.tractatur de quodam ſpeciali mandato & irregulari ex quo oritur actio directa præter intentionem mandantis, vel eius qui reputatur mandans & tamen non oritur actio contraria mandatario.vt in l.cū ſeruus.ff.manda.quę venit ad declarationem huius & reputatur iſte ti.tam in tex.quàm in glo. valde difficilis & obſcurus qui habet materiam extraneam valde à regulis iur.& obſcuritas procedit:quia nec glo.nec Doc.tangūt vnum verbum ex quo declaretur omnis obſcuritas quæ colligitur ex d.l.cum ſeruus.quæ tractat de eadem materia & ſimiliter iplam ſupplet nam quicquid hic & ibi ſtatuitur contra regulas iuris,& contra rationem diſputandi dūtaxat, de æquitate proceditad refrenandam malitiam ſeruorū, qui malo & peruerſo modo conatur ſe ſubtrahere à dominis, & ipſis dominis ignorantibus mandant extraneo quòd ſe emat à domino,& manumittat, vel etiam retineat volentes potius iugū ſecundi domini emptoris quàm primi vēditoris. Nam ſecuta emptione licet dominus vendiderit ea intentione vt nūquam rehabeat, & emptor emat ſuo nomine,& ea intentione vt nunquam reſtituat venditor tamen reperta veritate dominus ex mandato ſerui poteſt agere mandati vt rehabeat,& recuperet ſeruum:ſicut ſi emptor à quodam tertio de mandato ipſius domini ipſum vel aliam rem nomine domini emiſſet quo caſu ſine dubio teneretur ſibi reſtituere,cuius nomine emit conuentus actione mandati directa. vt in l.ſi ita quis.§.Seia.de verbo.obli. & econuerſo ſi ille cuius nomine res fuiſſet empta nollet ratum habere,poſſet mādatarius agere actione contraria vt recipiat:& pretium quod ſoluit ſibi reſtituat.Sed in caſu noſtro primus dominus venditor poteſt agere directa,vt ſibi reſtituatur ſeruus: ſi hoc vult & tamen mandatarius non poteſt agere contraria contra eum, vt recipiat ſeruum. vt d.l.cum ſeruus.ff.mandati.quia ceſſat ratio propter quam dominus non habet directam:ſcilicet vt malitia ſerui puniatur, & redeat vnde diſceſsit cum malitia,domino ignorante malitiam: ſed ſi ſciuiſſet:ceſſaret ratio æquitatis & non poſſet dominus recuperare ſeruum hæc eſt ſubſtantia huius l.

☞ *Contractum quem non poſſet ſeruus pro me facere:& ad ſuam utilitatem, ſi eſſet liber non poſſet facere exiſtens ſeruus ad utilitatem meam: etiam ſi ego per meipſum poſſem illum contractum facere.*

Limitatio legum,quæ dicunt per ſeruum poſſe acquiri domino.

Liber homo quòd non poſsit mandare alicui ut ipſum emat à tertio.

Si mando tibi ut rem meam emas à me.iſtud mandatum nihil valet.& quid ſi ſequatur emptio? & nu.4.

4 *Mandatum quod fuit à principio nullum,an poſsit ex poſtfacto reconualeſcere?*
Non eſt inconueniens quòd ex poſtfacto extra id quod actum eſt inter partes tacita naſcatur obligatio.

5 *Differentia inter dictionem ex:& dictionem propter.*
Emptor non liberatur à pretio,ſi ſoluat venditori pecuniam pertinentem ad ipſum venditorem.

6 *Allegans contraria,non debet audiri.*

LEX VNICA.

1 Si ſeruus.† Et diuide ī duas partes principales: quia primò præmittit tria antèquā determinet caſum de quo quæritur vſq; ibi.[nec tamen.] ſecundò determinat cū diſtinctione & h.d. in ſumma. Si ſeruus meus mādat tibi me ignorāte vt ipſum à me redimas,& manumittas,vel retineas,ſecuta emptione & traditione de pecunia tibi miniſtrata per eum quæ ad me pertinet,eſt in poteſtate mea vel agere actione mandati ex mandato facto per ſeruū quod reputatur meum,vt eundem ſeruum mihi reſtituas. & ſic reſcindatur venditio, ſicut ſi ab alio ipſum emiſſes meo nomine quāquā tale mandatū à principio nondū facta emptione foret ipſo iure nullū: quia nec pōt tenere ex perſona ſerui,nec ex perſona mea per rationes poſitas in tex.& ſic de rigore non deberet producere actionem mandati:quia ſaltē de æquitate ſecuta emptione propter dictā cauſam reconualeſcit & actionem producit ad recuperationē ſerui. Vel ſi volo ſeruū,nec volo reſcindere cōtractū venditionis,ſed perſiſtere in eo,poſſum agere exemptione vt aliā pecuniā mihi ſoluas.quia ſoluendo à me non fuiſti liberatus ambas verò dictas actiones ſimul intentare non poſſum:quia eſſem mihi cōtrarius. nam volendo retrahere ſeruū improbo venditionem & eam reſcindere volo ſed petendo pretium ſolutū de aliena pecunia ipſum approbo,& iſta ſunt contraria ſed regula eſt quòd allegans
2 contraria non auditur.h.d.in effectu iſta difficilis.l.† Not.primò quòd contractum quem non poſſet ſeruus pro me facere, & ad ſuam vtilitatem,ſi eſſet liber,non poſſet facere exiſtēs ſeruus ad vtilitatem meam: etiam ſi ego per meipium poſſem illum contractum facere & iſta regula limitat d.ll. dicētes per ſeruū poſſe acquiri domino vnde ſi ſeruus meus ſtipulat à te ſeruitutē prædialē,cū ſtipulatio non valeret ſi eſſet liber,& non haberet prædium.l.j.communia prædi.ita non valet quo ad commodum earum:cum mihi acquiratur:licet habeam prędium,& poſsim per
3 me ſtipulari l.& ſi maximè.ff.de ſer.leg.† Itē quòd liber homo non poteſt mandare alicui vt ipſum emat à tertio cum liberi hominis non ſit commercium.vt in l.liberi.ff. de contrahen. empt. Item not.quòd ſi mādo tibi vt rem meam emas à me iſtud mandatū nihil valet.vnde ſi non emiſti,ſed per te remanet, licet mādatum acceptaueris, non poſſum ex eo agere ad intereſſe, licet ſi valeret bene poſſem.vt ſ.titu.j.l.ſi maritus.& l. procuratorem. ſed nec emptione ſecuta poſſum agere ad pretium actione mandati:ſed debeo agere ex vendito: quia quoties aliter contrahendo mandatum executioni mandatur, non agitur ex mandato: ſed ex illo alio cōtractu tex.eſt in l.idemq; §.ſi quis titio.ff. man. & per hoc dico quod iſta l.loquitur quando ſeruus tibi mandauit vt ipſum emeres tuo nomine: & hoc faciebat dubiū quo caſu non eſt idem venditor & emptor ſecundū gl.quę eſt hic.quę incipit.[cum idem.]quæ videtur ſentire quòd mādauit vt eum emeres meo nomine.& ideo non valet mandatum quia idem eſſet venditor & emptor nam emendo meo nomine, ego videor emiſſe & tamen ſum emptor ſed parcant mihi glo.& hæc eſt vera truffa & fatuitas nec iſta eſt ratio:quia non valet mandatum: quia nō habet dubium ſed alia de qua ſupra dixi per dictum §.
4 ſi quis titio.† Quarto no.in ver.[nec tamen.]quòd licet dictum mandatum de rigore iuris ante ſecutam emptionem non teneat vt aliquam actionem producat: ea tamen ſecuta reconualeſcit, vt producat actionē mandati directā & hoc de equitate:pro punienda malitia ſerui.vt ſ.dixi.& ſi dicatur mandatū quod fuit à princip.nullū,non debet reconualeſcere ex poſtfacto.vt l.quod ab initio.de regu.iur.& ſi non producit actionē à principio non debet producere ex poſtfacto.vt l.ſerui & filij, poſt princi. ff.de fur.Imperator reſpondet ſecundū verum intellectum:quē gl.& docto.non tangunt quòd illud procederet ſi à principio fuiſſe

Pauli de Castro Prima super Codice.

a ¶ Oriretur actio. An oritur ex emphyteusi. vide per Card. zaba. I c. potuit. in viij. quæstio. de loca.

b ¶ Inter dictionē ex. & dictionē propter. Adde Cardi. zaba. in c. qualiter in iiij. oppo. de electio.

c ¶ Allegans cōtraria. Adde l. eu[illegible] qui. C. de inof. test. l. Titio ff. de cō[illegible] demō. regula n[illegible]. de regu. iur. li. vj. Cardi. in c. vt nostrū. in §. oib⁹ in j. no. vt eccl. benefi. dic hoc. eē. verū in eadē instātia iudicij, secus in diuersis. vt xiij. q. ij. in princi. & per Arch. in c. qd est circa prin. l. dist.

actum q̄ oriretur actio* ex mandato: quia tunc si non potuisset oriri à principio, non oriretur ex postfacto. sed hic non sic fuit actum inter partes, sed vt oriretur ex alio contractu propter mandatum. vt dicta. l. Idemq; §. si quis titio. ff. man. quæ declarat obscuritatem huius tex. vnde non est incūueniēs quòd ex postfacto extra quod actū est inter partes tacita obligatio nascatur. vt l. si is qui. §. fi. ff. commoda. & sic non expedit transponere. tex. prout trāsponit gl. nullo alio secuto. nec expedit dicere vt dixit Pla. per istū tex. q̄ actio ex mādato nō oriatur ex mandato: sed oriatur exēptione subsecuta propter mandatū. p̄ prima facie sonat litera. imò oritur ex ipso mādato, extra tamen id q̄ fuit actum à principio propter contractum postea subsecutum. qui si non esset subsecutus, non oriretur. vt in princ. l.

5 † Quintò no. ex tex. dū dicit. [ex ipso māda to: sed propter mandatum] differentiam inter dictionem ex. &

b dictionē propter* quia prima significat causam proximā: secunda remotā. l. iiij. circa prin. de ali. leg. ibi vtrum ex prędiis. & l. eo. rpe. §. fi. de pecu. Sextò no. in ver. [si itaq;.] q̄ emptor non liberat̄ à pretio si soluat venditori pecuniā pertinētē ad ipsum veditorē quia debet transferre in ipsum dominium. cùm teneatur ad quā titatē. l. ex empto. §. fi. ff. de act. emp. & nunc non trāsfert. cū iam sit ipsius venditoris. Septimò in versic. [nec tamen.] not. à cōtrario sensu q̄ si iam esset manumissa ancilla empta per emptorem, cessaret prouisio huius. l. fauore liberalitatis. qui fauor præponderet malitiæ serui, vt non debeat in seruitutē redire. & sic non potero agere ad recuperationem ancillæ: sed solum ad pretium actione ex vendito. Itē q̄ si nō ē manumissa, licet emeris tuo nomine, & cū intentione nunquam restituendi, & ego vēdiderim cum intentione nunquā recuperādi: nihilominus præter intentionem serui agere possum mandati, vt ipsum restituas. & hoc quando ignorauit mandatum. vt §. in versi. [itaque.] in verbo [ignorante.] Si autem sciuisset, non posse cōqueri de malitia. vnde non possem agere de recuperatione serui: & iste est verus intellectus. quem ponit glo. super verbo. [ignorante.] in fi. licet autem ego possim agere directa mandati, si tū non curo, tu nō potes agere cōtraria, vt recipiā seruū: dicēdo q̄ sicut ego possum te cōpellere vt restituas, ita tu debes posse me repellere. vt seruet̄ veritas & ęqualitas. vt l. p̄terea. ff. mādati. iūcta. l. seruus. vbi hoc dicit̄ agere non potest, sed nec potes agere de peculio ex contractus serui. vt l. cū seruus. eo. tit. hoc tamen totū est repertū & introductū fauore dñi, & in odium serui. quod nō debet retorque-

6 ri in eius præiudicium. † No. q̄ allegans cōtraria,* non debet au-

c diri. & semper ad hoc allegatur. concor. l. j. infra de fur. si tamen vellem agere vt manumittat & etiam ex vendito ad pretiū, possem agere si mea interest ratione affectionis: quia ille seruus erat filius meus naturalis, vel supernaturalis. & tunc tu recepisti mādatum de emendo, & manumittendo. & ille est casus in l. cū seruus. & tunc non sum mihijpsi contrarius. & vtroq; modo volo contrarium seruari. & hoc tangitur in glo. magna.

Pro socio. *Rubrica.*

1 ☞ *Societas quædam est conuentionalis, & quædam incidens, & quæ actiones ex eis oriantur.*

1 † In hoc ti. tractatur de societate cōuentionali. ex qua oritur actio, quæ est vniuersalis. sicut actio tutel. vt. ff. eo. l. pro socio arbiter: & triplex est. nam aliquando est omnium bonorum. quo casu res hinc inde fiunt cōmunes statim contracta societate, etiā nulla interueniente traditione. vt l. j. §. fi. ff. eo. aliqñ vnius negotiatiōis, aliqñ vnius rei. vt. in l. ij. j. eo. ff. eo. l. v. & in istis requirit traditio, vt res efficiantur cōmunes. l. si id q̄. ff. eo. & potest contrahi re & verbis expresso consensu, vel tacito. vt in l. iiij. ff. eo. & q̄ plenè no. in l. Titiū & meuiū. §. altero. ff. de admini. tut. Est dare aliā societatem quę dicitur incidens. qñ res efficiuntur cōes inter plures ab eq; eorū conuentione. vt in hæreditate pluribus delata. Ex qua oritur actio famil. erciscun: Item in re legata vel donata pluribus, ex qua oritur actio communi diui. de istis non tractatur in isto titulo.

2 ☞ *Sociorum si unus ponit pecuniam, puta mille, & alter operam, & pecunia pereat: & ille qui ponit operam teneatur reficere medietatem: & sic quingenta.*

3 *An tunc finita societate ille qui ponit pecuniam debeat retrahere totum capitale?*

4 *Quid in societate animalium, si unus ponit animalia: & alter operam.*

LEX I.

1 SOcietatem † Societas conuentionalis pōt ita cōtrahi vt vnus ponat pecuniam & nullam operam: & ecōuerso alter operā tm̄, & nō pecuniā ponat. h. d. quia pretium operæ succedit loco pecuniæ, vt ff. eo. l. cū duobus. §.

2 si in coeunda. † In tex. ibi. [conferente.] Bal. no hoc verbū. quia ex eo apparet q̄ ille qui ponit pecuniam, cōmunicat eā cū socio alias non diceretur conferre. & sic statim traditione facta socio illa pecunia est tunc communis inter eos. ergo si perit, vtrique perit scilicet. cuilibet pro sua dimidia. Si ergo posui mille qui postea pereunt. tu teneris mihi reficere quingenta quæ pereunt

3 tibi & alia quinquaginta mihi. † Item ex hoc sequitur q̄ finita societate de iure communi nō debeo retrahere totū capitale. imò debet diuidi inter nos sicut & lucra postea veniētia: quia iam fuit cōmunicata ab ipso principio. & hoc tenet gl. hic. sed dicit de cōsuetudine non seruari. imò q̄ ille qui pecuniam posuit recuperat capitale añ partē. Si ergo durauit societas per plures annos cū multis laboribus & expensis, & tandem non reperitur in ea nisi capitale positū per vnū: totū illud pertinebat ad eū. & sic alter perdidit operas. & ille nihil. q̄ videt̄ absurdū: sed nō est. quia perdidit cōmodū pecuniæ quæ stetit otiosa, & sine fructu. cuius cōmodi loco succedit prætiū operarū, nō loco proprietatis secūdū Bal. & alios. qui dicūt q̄ id q̄ gl. dicit esse de cōsuetudine: est de iure: quia nimis esset durum q̄ ille qui ponit capitale & nullum lucrū habuit deberet ipsum communicare cū socio. & sic ille lucraretur, & iste pateretur damnum, vnde nō esset aequalitas. Et ex hoc resultat aliud quod postquam alter non debet habere partem si extat capitale non debebit etiam refundere partem si non erat. Communicatio ergo fuit facta respectu dominij: non respectu lucri vel damni: vt ille qui præstat operam debeat aliquid de capitali lucrari, vel emendare. & hoc in pecu-

4 nia † sed si fiat societas in animalibus: & vnus ponit animalia alter operam custodiendi, vel pascendi: si tradantur æstimata, videntur pro parte empta. & pro illa parte pertinet periculum ad recipientem. vt l. cùm duobus. §. damna. ff. eodem. vbi videas casus. & not. per Bald. §. de pact. l. si pascenda.

2 ☞ *Eoipso quòd plures communiter emunt aliquam rem, videntur super ea contrahere societatem ad communem usum.*

Quòd ille qui soluit prætiū pro tali re communiter empta, præsumatur soluisse de propria pecunia: non de communi. nisi contrarium appareat.

LEX II.

1 CVm proponas. † Si plures emunt vnam rem, & vtrique fuit tradita, licet vnus soluerit pretium de pecunia propria, & etiam propter varias penſitationes, nihilominus res est communis: non illius tantùm potest tamen per actionem pro socio repetere

2 partem eius quod soluit hoc dicit. † No. ergo quod eoipso quod plures communiter emunt aliquam rem, videntur super ea contrahere societatem ad communem vsum quod patet. quia hic datur actio pro socio. & vide circa hoc l. si ædes. cum gloss. ff. communi diui. Item quòd ille qui soluit pretium pro tali re communiter empta, præsumitur soluisse de propria pecunia: non de communi. nisi contrarium appareat. quod patet: quia potest repetere partem à socio. quod est not. secundum Bart. & bene sic ta quia vtile.

LEX. III.

1 CVm in societatis. † Ad hæredem vnius ex sociis transit actio pro socio & commodum societatis. licet non fuerit hoc dicit. tex. cum gloss.

LEX IIII.

1 SI societatis. † Si conuentio de diuidendo bonis fuerit stipulatione vallata, actio ex ea competens transmittitur ad hæredes ex testamento vel ab intestato. hoc dicit casus. Si autem nō esset stipulatione vallata, sed nudo pacto facta cōuentio de diuidendo bonis ea com-

ro certo modo, tali conuentioni nō esset standum: nisi fuisset ad
cuius diuisionem realiter processum: & etiam traditam: quia tūc
foret standum operi exceptionis non autem iure actionis. vt ff. de
rei. diuisionis pl. scitum.

LEX V.

Andiu. †Quæ est clara & non summe. Gl. quærit an actio pro socio nascatur ante finitam so
cietatem & tenet quod non.

LEX VI.

De societate. †Societas potest cōtrahi etiam sub
cit casus. conditione. non solum purè. hoc di

Ancimus. †Curator furiosi potest dissoluere socie
tatem furiosi. hoc dicit.

De contraben. emp. & uenditione. *Rubrica.*

Vendens si est minor, & sic requritur decretum iudicis, quis Iudex interponet de
cretum an iudex loci ubi est res, an loci ubi est res.
Tradidit & tradidit in instrumento apposita quid operentur.

LEX I.

Venditiones. †Quod hic dicitur fallit in 1
seruo fugitiuo: qui per do
minum non potest vendi quouicp est in fuga po
test tamen cōstituere procuratorem ad ipsum re
periendum: & postquā reperierit ad vendendum
quia tunc non vendit absentem: sed præsentem. vt in l. cp sepe. §.
fi. eo. ti. †Sed quæro quid si vendēs est minor: & sic requiritur 2
decretum iudicis. quis iudex interponet decretū: an Iudex loci
vbi est vendens, an loci vbi est res. Dic cp vtercp est idoneus se
cundū Bal. facit l. magis puto. §. illud quæri. de re eo. & l. pupillo.
de tut. & cu. da. ab his. †Sed pone cp in instrumēto dixi vendidit 3
& tradidit: cum tamen tempore venditionis tradere non potue
rit quia erat in loco valde longinquo respōdeo cp illud verbum
non probat traditionem: sed ex ipso videtur data licentia empto
ri vt eam capiat & sic si capit propria authoritate non delinquit:
cum si ignorante venditore non sic si ab ipso nō haberet licen
tiam. vt l. si ex stipulatione. ff. de acq. pos. iuncta l. p̄dia. cū ibi no.

LEX II.

Emptionem. †Emptio & venditio requirūt
consensum partium. ideo furio
sus qui non habet consensum, vendere vel emere nō
potest: nisi tempore quo habet dilucida interualla. h.
dictum est. & satis patet casus ex prædictis.

LEX III.

Si donationis. †Si fiat donatio re vera, et simu
letur fieri venditio, valet dona
tio nec potest rescindi propter simulationem vendito
ris donatarius tamen debet implere modum vel condi b
tionem appositā in donatione. h. d. volebas enim hic rescindere 3
donationem sub spe simulationis: sed non potest ex isto capite.
licet enim non valeat venditio quā simulasti facere, videlicet tā
quam donatio quam re vera fecisti. vnde si fuit perfecta, nō potest nu
da voluntate rescindi: si donatarius ex parte sua implet quod pro
misit, aliās potes ipsum compellere ad implendum & etiam isto
casu qui promisit tibi alimenta, si ea non impedit, posses resci
dere donationē fauore alimentorū. vt l. j. j̄. de do. quæ sub modo.

LEX IIII.

Cum res. †Ei qui per donationem est effectus do
minus rei irreuocabiliter superueniens
venditio nihil adjicit. secus si non fuisset factus domi- 1
nus: quia posset adjicere dominium. Item secus si reuo
cabiliter quia pōt facere eam irreuocabilē. h. d. in effectu. Et di
cit cp quædam mulier donauit tibi bona sua, & tradidit ea mor
tua filius suus eadē bona tibi vendidit, & quærebas an ex ista em
ptione plus iuris acquisieris quā prius haberes. Et respōdetur cp
non. si ex prima donatione fuisti effectus dominus irreuocabili
ter quia amplius effici non potes nec multiplicari potest titulus
quod not. quia non sic in possessione: quā si acquisiuisti ex vna
causa, licet alia superueniat, non videris habere ex illa: sed ex pri
ma tantū. l. fi. §. ex pluribus. cū ibi not. ff. de acquir. pos. sed si nō
acquisiuisti dominium: quia bona donata non erant illius, sed fi
si. scribene potes ex superuenienti donatione acquirere qđ prius 2

nō habebas. et similiter si erant sua, et sic ac
quisiuisti dominiū, si poterat per filiū à te
aduocari per querelam in confessione, do
nationis venditio facta per eum faciet te ir
reuocabilem dominū hoc intellige sec fidē
gl. si vis stare venditioni, & soluere, vel nō
repetere pretiū solutum: aliās si diceres te
emisse bona tua, & emptionē nō tenere, &
repetere pretium, vel nō soluere, nihil tibi
prodesset ad excludendum illum à quære
la, quia sic esses tibi contrarius impugnan
do emptionem, & postea ex ea te iuuando.

Quòd quilibet ex pluribus tutoribus debeat habere administrationem in solidum.

Tutor an possit à seipso rem pupilli emere? & quòd non possit emere à pupillo: & eidem authoritatē præstare.
Quid in alio administratore publico, uel priuato.

LEX V.

Cum ipse. † Tutor durante
tutela potest pa
lam & bona fide rem pupilli eme
re & multò magis vxor eius. h. d.
Tunc autem videtur fieri palam & bona fi
de, quādo interuenit authoritas alterius tu
toris habentis administrationē. † quia quili 2
bet ex pluribus tutoribus debet habere ad
ministrationē insolidū. l. ij. ff. de admi. tuto.
& vēditio fit per ipsum pupillum illo tuto
re authoritatem præstante. Et ideo si pupil
lus esset infans, non posset ista venditio fie
ri secundū Bal. certè imò posset: quia tunc
solus tutor sine pupillo pōt actum gerere l.
si infanti. de iure deli. Itē quando est facta
pro iusto prętio, & interuenit decretum, si
est res immobilis, vel imobilis, q̄ seruando
seruari poterat ipse autem tutor emptor si
alij tutorē nō haberet, non posset à seipso
emere: quia debet esse distinctio inter ven
ditorem & emptorē secundū Bald sed Cy.
videtur dicere quia vendit vt tutor & emit
vt Titius, & sic gerit vicem duorum. quod
mihi non placet. quia non posset hoc fieri
bonafide. imò magna esset præsumptio cō
tra eū, nec etiam potest emere à pupillo, & b
eidem authoritatem præstare: quia in cau
sa propria b nō potest authorari. l. j. ff. de au
tho. tut. & vide hic bonam gl. † & quod hic 3
dicitur in tutore, & idē in alio administra
tore publico, & priuato. vt l. si in emptione. §. fi. ff. eo. titu. & ideo
executor vltimæ voluntatis habens potestatem vendēdi, nō po
test à seipso emere rem executionis si non alios socios haberet:
sed si eos habet, & habeant potestatem insolidum, bene poterit:
secus si non insolidum, sed vna cum eo. Tene menti quia fre
quenter hoc contingit & Episcopus posset talem emptionem
retractare si tenderet in prejudicium pauperum casus.

¶ Furiosus. Qualiter probet quis furiosus mēte captus, vel de
mēs. vide tex. in l. ob quæ vitia. ff. de ædi
edic. Ang. in l. si cum dotē. in 5. si maritus.
ff. sol. ma. Itē q proj
cit lapides per viam
tex. est in l. fi. C. de in
dæ. gl. in l. si cū dotē,
& ibi Bald. Ange. &
Mod. ff. sol. ma. Item
qui tenetur incompe
dibus. l. diuus. & ibi
Bald. ff. de offi. preti.
Itē q insit cadauer
suū projci in mare,
vt in l. quidā in fu
ff. de cōdi. insti. Item
qui nomen suū igno
rat vt in l. fi. C. de hæ
re. insti. Itē qui nō re
spōdet ad propositū,
iudicatur furiosus se
cundū Domi. in c. j.
in 5. si verō. de clerl.
egro. li. vj. & i c. filij.
de hēr. eo. lib. Item si
infirm⁹ prohibet ne
aliquæ medicinę sibi
dentur in infirmita
te, p̄sumitur furiosus
secundū gl. in verbo
inferas. i c. proniden
dum. lxxxij. dist. Itē
ex sermonib⁹ qs prę
sumit furiosus secun
dū gl. magnā ad fi. in
l. ne codicillos. C. de
co. et est tex. in l. apud
Iulianū. in 5. fi. & ibi
Bar. in j. no. ff. de leg.
j. glo. in c. gonsaldus.
xvij. q. ij gl. in c. legi
mus. xcij. dist. & ibi
est tex. in prin. cp fa
tuus farua loqui &
de ista materia vide
per Bar. in l. is qui. in
§. fi. ff. de tut. & cura.
da. ab his & in l. ma
riti. ff. de acqr. hære.
Alex. de imol. consi.
liij. inci. Ad quesitū
breuiter concludo in
j. vol. & in consi. xlj.
inci. maturē. i eo. vo.

b ¶ In causa ppria. Ad de Bal. in l. bonorū. C. q admittit. & tex. & ibi Bal. in l. si con
sul. ff. de adop.

LEX VI.

Si gaudentius. †Non vitiat actus si post eius
perfectionē peruenit ad casum
à quo nō potuisset incipere. h. d. in effectu secus si ante
eius perfectionē. vt l. pluribus. §. et si placeat. ff. de ver.
obl. & ibi vide per Bar. de illo articulo. & in l. verbis. ff. ad l. falci.
In tex. ibi. [venditionis.] aliqui habent donationis tūc non face
ret ad titulū. ideo dic venditionis. s. pro minori prætio quā vale
ret donationis causa: & sic valuit cū non essent adhuc conjuges:
vt l. si donationis. ff. eo. ti. Sed dubium erat quia postea cū matri
monium contractum sit, & sic peruenit ad casum, cp donatio nō
potuisset fieri: nec valeret si tempore quo facta fuit fuisset vxor:
sed non obstat. vt ś. dixi. quia iam erat perfecta & consummata.

Dominus si rem suam recognoscat ab alio tanquam à domino, an sibi præiudicet 2

LEX VII.

1 SI ancillam. †Quod verè actum est præsumat ei quod fictè actum est.h.d. Et est ar.ad
2 tius l.† q̃ si dñs rem suam recognoscat ab alio tãquam dño,non præiudicat sibi.q̃ tñ examinetur plenè not.in l.si aliquã.ff.de acqui.pos.& l.cũ talia.s.de iur.& fa.ign. Ista cõn. l.loquitur q̃n per fictionem donationis recepit a non dño.et hoc cõstabat:sed si hoc non cõstabat,& sciêtes rẽ suã recognoscat à nõ dño,vr̃ q̃ sibi p̃iudicet:quasi vidaẽ p̃ illi donasse.& postea ab eodẽ recognouisse.sed quia illa donatio non potest dici ni si ficta,& etiam traditio quę resultat ex recognitiõe similiter est ficta.Doc.dicunt q̃ fictus tit.& ficta traditio non sufficiunt ad præiudicãdũ sibi.ar.cuis q̃ no.in l.j.seu.q̃.j.de donis promis. Sed si recognosceret ab ecclesia in quam trãsit dominium sine traditione.s.q̃ videatur donasse:& sic videtur sufficere ad plenum præiudicium.hoc examina per Bar.in d.l.si aliquam.

1 ☞ Conditio ob causam non habet locum in contractu nominato,etiam ex defectu causæ:& multo minus ex capite pœnitentiæ:sed agitur ad implementum.
2 Emptor equi si non soluit pretium,potest uenditor equi incontinenti equum auferre:& implorare super hoc iudicis officium,ut statim habeat pretium &c.a.
Quid in alijs mercibus,uel rebus mobilibus?

LEX VIII.

SI non donationis. †Licet pretium nõ soluatur,non agit venditor cõdictione ob causam ad repetitionẽ rei,sed actio
2 ne ex vendito ad ipsum pretium.h.d.†Et sic no.q̃ cõdictio ob causam nõ habet locum in cõtractu nominato etiam ex defectu causæ:sed agit ad implementũ.multo minus ex capite pœnitentiæ:quæ non habet locum in contractibus nominatis.vt l.si.de condi.ob cau.Fallit q̃d dixi in casu l.cũ te.j.de pact. inter empt.quando emptor non seruat pactum quod dedit causam contractui.Circa quod vide Cy.in l.in bonæfidei.s.de pac. in xiij.q.In tex.ibi,[nec pretium numeratum est.]habuisti rẽ cũ fidem de pretio alias nõ transtulisses dominium:& sic posses rẽ vendicare.insti.de re.diui.§.venditæ.& in dubio videtur habita fides de pretio,nisi sit talis res vendita quæ non consueuit vẽdi sine manuali pretio,puta res mobilis,equus,vel liber,maximè in rundinis,vel quando emitur à forensi sperans recessurus secundũ
3 Bal.†Et sic no.q̃ si emptor equi non soluit pretium,potest venditor equi incontinenti equum auferre.& implorare super hoc iudicis officium.Et illo casu licet sit forensis emptor,& tanquã viator,sortitur forum in illo loco: vt possit compelli ad soluendum,vel restituendum rem emptam:vt no.in l.hæres absens. §. j.ff.de iudi.& in c.romana.de foro.compe.Pone etiam exemplũ in mercatoribus forensibus ementibus merces in ciuitate Venetiarũ,nam videtur actum vt statim debeant soluere.ideo sortiũtur forum ibidem:licet contrahant tanquam forenses.aliàs secus vt in d.l.hæres absens.

2 ☞ Si dico uendo tibi hanc rem pro illo pretio de quo erimus concordes,talis uenditio nihil ualet:nisi committatur in arbitrium tertij,puta pro illo pretio quod Titius declarabit.
3 Venditio quando fuit simulata,non potest peti pretium.

LEX IX.

1 EMpti fides. †In emptorem transit dominiũ facta traditione:licet preciũ non sit solutum:si fuerit habita fides de pretio.nisi vẽditio sit inualida:quia non fuit conuentũ de certo pretio. & si fuit facta animo donãdi,pretium peti non potest. h.d. Et sunt tria dicta huius legis.secundũ ibi.[placito.]tertium ibi. [sed &
2 si donationis.]†Et no.ex primo q̃ si dico vendo tibi hanc rem pro illo pretio de quo erimus concordes:q̃ illa venditio nihil valet.secus si committatur in arbitrium tertij. puta pro illo pretio quod Titius declarabit.vt infra eo.l.fin.Secundũ dictum procedit habita fide de pretio.aliàs dixi dic vt in l.præcedenti.†Et ter
3 tio dicto no.dic quod non potest peti pretium quando venditio fuit simulata.

LEX X.

IMater tua. †Emptio rei suæ non valet.nec præiudicat ementi.h.d.

LEX XI.

1 NUitum. †Et clara est.quia nemo cogitur emere, vel vendere.

LEX XII.

1 NOn idcirco. †Valet emptio,licet nõ sit data fideiussor pro eo ne:& trãsfertur dominium facta traditione,licet ea non fuerit confectũ instrumentum:accipe quod habet p̃ constantia.h.d.Sic ergo fideiussio de euictione non est de substantia contractus.nec regulariter venditor tenetur pro euictione si fuerit actum præter quã in quibusdam casibus de quibus in illud.ff.de euic.inter quos est ille quãdo emeret euictionem alterius rei:& mine contractus idest antè quam solueretur pretium.quia tunc emptor non cogitur soluere nisi dato fideiussore.vt in l.pe.§. de perieu.& commo.rei vend.nisi emptor malitiosè subtraheret aliquem qui moueret sibi litem,ne cogeretur soluere pretium quia tunc sibi fraus non prodesset.argu.ff.de transact.l.cum si cum lis.& ideo cum dubitatur,defertur emptori iuramentum purgationis.argu.s.de uitu.l.eos.

2 ☞ An res uel pretij possit committi in arbitrium alterius uolentis seu alicui extraneo,uel quid in arbitrium cadit? &c.a.
Quid in alijs uoluerit uel uoluerint?
3 Substantia contractus an possit committi in uoluntatem uel arbitrium alterius: & quid in arbitrium alterius ex contrahentibus?
4 Si dico nolo uendere,uel nolo eligere,an sit perinde ac si dicerem uendo & eligo?

LEX XIII.

1 IN vendentis. †Contractus vltrò citroque obligatorius non potest committi in voluntatem vel arbitrium alterius ex communibus & si contrà fiat,non valet.h.d.si non esset vltrò citróque obligatorius,vt stipulatio posset conferri in voluntatem stipulatoris, sicut & legatum.arg.in l.si ita.§.illi si volet.& ibi gl.parua senserit contrarium in l.à titio.in fi.ff.de verb.obli. Voluntatem verò promissoris an posset conferri,refert per quę verba hoc fiat.q̃ dic vt l.centesimis.§.fi.eo.ti.vbi Bar.dicit q̃ est materia periculosa.& quæ sit ratio predictorum.dic vt l.sub hac actio.& obli.ff. In tex.ibi.[voluntatem.]idem si in arbitrium l.q̃ sæpe.§.j.ff.eo.ti.quando eũ in alterum ex cõtrahentibus
2 refert per quæ verba &c.†Ex gl.magna colligũtur v. q̃s & cõnes.Prima est nam certum est q̃ si dico vendo tibi hanc rem vis,vel si voles.vel cũ voles non valet.vt in hac.Idem si dico quãto pretio voles.vel pro quanto pretio arbitratus fuerit vel quantũ æstimaueris.qui casus non ponitur in hac.l.secus sed in l.q̃ sæpe.§.j.ff.eo.ti.Nunc gl.epp.de §.empcio.instit.eo.ti. vbi valet si dico vendo tibi hanc rem,vel hunc librum si placebit,vel nisi displiceat hinc ad mensem.gl.dat plures differentias finaliter dicit q̃ ipsum commercium non potest committi in arbitrium alterius ex cõtrahẽtibus,nec etiam pretium.scilicet vendita.sicut in contrario.Cyn.secundum Petr. reprobatum quia sicut pretium est de substantia contractus:ita & res.imo si est,ergo pretium non potest committi: nec etiam res.Alii cõmitti tenẽt ergo opinio. Ioãnis vt dixi inquã in commissum sub cõditione.quo casu cõditio apponit origini obligationis verò fiat cõtractus purè.& cõditio apponat resolutioni.casu loquit cõtrariũ.facit q̃ no in l.q̃.ff.de in diẽ addic. Illæ qui imponere legẽ verbis.& cõmuniter doc,reprobant.& tenent gl.Nec ob.cõtrariũ.quia si vendo rem si tibi placuerit,potest dari qualitas rei quã substantia eius:sed quãdo cõmittitur ratio pretij,videl cõmissa substantia.Secundo opp.ad id primò dixi non posse pretiũ committi in arbitriũ,del.ff. in voluntatẽ vel arbitriũ alterius ex contrahentibus non posse ista cõmitti.per rationem quæ hic ponitur.quia de natura eius est q̃ postq̃ fuit celebratus,necessario astringat cõtrahentes ad eius obseruantiam:vt l.sicut.s.de act.& obli.q̃ sine non sed in voluntatem vel arbitrium tertij bene potest cõmitti cõtrario.quia cessat dicta ratio.nã si ille tertius declarabit bitrabitur,cõtrahentes erunt necessariò astricti ad obseruantiã & hoc quãdo in certã personã cõmiserunt secus si in personã certã:vt l.si merces.in prin.ff.loca.Sic tamẽ quia arbitratus retur ad arbitriũ boni viri.vt l.si societate.ff.pro socio.sed lo modo arbitratur,cõtractus non valebit.quia esset sub cõditione si ille arbitrabitur.vt in d.l.in.& hoc in cõtra de quo dic vt in l.si quis arbitratu.de ver.ob.ff.

ſſur dic vt plenè no. in l. j. ff. de leg. ij. † Sed quæro hic quid cõmittatur ſubſtãtia contractus in volũtatẽ vel arbitrium tertij vt vendo tibi ſi Titius voluerit, vel arbitratus fuerit? videſ q̃ non valeat vt in l. nõnunquã. de cõdi. & demõ. ff. ſed illa loquit in vltimis volũtatibus in quibus diſtinguit an per verba ſignifi cantia libera voluntatẽ: vt ſi voluerit & non valet: tanquã capta toria an ſignificantia arbitrii. vt ſi arbitratus fuerit: & tũc valet. ut in l. de leg. ij. Sed iſtã differẽtiã nõ reperio in cõtractibus, nec ita reprobat diſpoſitio captatoria & licet nullus tãgat, ego te nendo repetendo Boñ. l. j. de leg. j. valere contractũ iſto modo cele brari, vẽdo ſi Titius voluerit, vel volet ipſo volẽte teneor adim plere cõtractũ & ſic nõ diſtinguo in cõtractibus per quæ verba fiat, etiã quid cõmittat: an ſubſtantia cõtractus, ſeu cõmercium: vel an arbitrii tertij. Tertiò opp. q̃ imò etiã in arbitrio alterius ex cõtrahẽtibus poſſit cõmitti. l. nec venditio. ff. eo. ti. & l. mercatorẽ. ff. pro ſocio. Sol. verũ eſt in nõ ſubſtãtialibus: ſed in accidentalibus cõtractus, ſecus vt q̃ ſeruus venditus reddat ratione adminiſtrationis nã quædã ſunt ſubſtantialia. vt cõſenſus, & pretium. pacta cõuenta. de contrahẽ. emp. quædam ſunt accidentalia cõtractus: vt q̃ vẽditor teneat de euictione, & ad traditionem ei quædã verò ſunt accidentalia q̃ non veniũt niſi expriman. Quartò opp. contra id qđ dixi recurri ad arbitriũ boni viri. l. ſi quis arbitratu. de ver. obl. dicũt quidã q̃ ibi in ſtricti iuris cõtractibus ſecus in bonæfidei. glo. dicit idẽ in ſtricti iuris, ſi non fuerit arbitratus ſi aũt non eſt arbitratus: nec in ſtricti iuris nec in bonæfidei recurrit ad arbitriũ boni viri. vt j. e. l. ſi. Vlti mo opp. q̃ etiã in arbitriũ alterius ex cõtrahẽtibus poſſit cõmitti ſubſtantia cõtractus l. nõnunquã. de cõdi. & de. Sol. in volun tate expreſſam vel expreſſum arbitriũ nõ põt cõmitti. vt hic. ſed in voluntatẽ delatã. i. in factũ alterius ex contrahentibus põt be cõmitti. licet illud dependeat ex voluntate puta vendo tibi ſi uideris capitoliũ cũ aſcẽdere & deſcendere dependeat à tua voluntate vt in contrario. † Sextò & vltimò ad idẽ opp. de l. cen ſus. j. de ver. ob. So. per verbũ futuri tẽporis indicatiui ſeu præ ſentis puta vendo tibi ſi vis, vel ſi voles, vel cùm voles, non põt committi: vt hic. ſed per verbũ futuri temporis ſubiunctiui mo do cũ volueris bene committi poteſt vt in contrario. dic vt ibi. Si eſt conditionaliter per ſi, non refert per quod futurũ cõmitta tur ſed ſi per dictionẽ cũ, quæ principaliter ſignificat tempus, & ſecundariò conditionẽ: bene refert quia ſi dico cũ voles, non va let. ſi dico cũ volueris, valet. & eſt valde ſubtilis materia ad intelligendũ ſufficit de quæſtione glo. ſi dico volo vendere, vel volo eligere, an ſit perinde ac ſi dicerem vendo & eligo cũ hoc dependeat ex ſola mea volũtate vide per no. in l. ſerui electione. §. j. de leg. j. per Bar. et eſt ſimilis gl. huic in c. ſi quis iuſtè. de elec. libro vlt. gl. Et ádde q̃ aliquando iſtud verbum volui ſic ſa cit ſignificat. i. voluntariè feci. & voluit corrumpere. i. volun tarie corrupit. vt not. in l. ſi. ff. de re. diui. & hic vide per Cyn. qui multa verba effundit.

¶ Statuta & conſuetudines q̃ conſanguinei uel conſortes ſeu uicini præferantur in uendi tione rei immobilis non reprobantur per hanc legem.

LEX XIIII.

DVdum proximis. † Poteſt quis vendere rem ſuam cui vult re probata l. quæ cogebat eã vendere cõſortibus, nõ ex traneis. h. d. † Et per hanc legẽ videntur reprobari ſta tuta & conſuetudines quæ ſunt quaſi vbiq; q̃ cõſanguinei, vel a conſortes, vel vicini, præferantur ſed certè licet tollatur l. præce dens non tollunt ſtatuta & conſuetudines poſtea emergentes: qa nõ reprobat l. præterita ratione turpitudinis vel delicti quod ex hoc ſequeretur quia tunc viderentur etiam reprobari futuræ ll. aſſenta ratione ſecundũ Bal. vel dic q̃ ſtatuta nõ prohibent ven dere cuicunq; quis vult. ſed dant hanc prærogatiuam conſortibus pro eodem pretio. & ſic tollitur libera poteſtas dominorũ quod ſtatuta abhorret.

a Propter quam leſionem commiſſam in arbitramento uel in pretio commiſſo in arbitrum ad declarationem alterius poſſit recurri ad arbitrium boni uiri? & nu. 3.
Quæ ſint renuntiatum reductioni ad arbitrium boni uiri?

4 *Dotis promiſſio valet nulla quantitate ſpecificata: etiam ſi non fuerit declaratio alteri commiſſa & intelligitur facta arbitrio boni uiri conſiderata perſona uiri, & quantitate bonorum uxoris, & conſuetudine loci.*

5 *Quæ requirantur ut arbiter poſſit cõpelli ad acceptandum commiſſionem: ſeu ad arbitrandum?*
Quid in ultimis uoluntatibus?

2 ¶ Corrigere arbitramentũ. Adde l. u. ro. in repe. ſub. de arbit. & per Lamphran. in tracta. de arbi.

LEX XV.

1 SVper rebus. † Si pretiũ committat in arbitriũ vel declarationẽ tertij, ſecuta declaratione valet cõtractus ſed ea non ſecuta nõ valet: tanquã defecta conditione, ſub qua cenſet contractus celebratus. Nec eſt curãdum an illi fuerit commiſſa declaratio tanquã amico cõmuni. & ſic fuerit habitus reſpectus ad perſonã eius an tanquã in arbitriũ boni viri. & ſic fuit habitus reſpectus ad id qđ facere debet, vel faceret bonus vir: quia non ſecuta declaratione neutro caſu valet cõtractus nec recedit ab eius perſona, vt p̃ aliũ bonũ virũ declaratio fiat. hoc dicit iſta l. ſingularis & q̃ ſemper allegatur & de materia ipſius. i. arbitratoris qñ aſſumit ſuper contractu dic vt no. per Bar. in l. ſi quis arbitratu. de ver. obl. & per Cy. hic. qñ verò ſuper lite dic vt per eundẽ in l. ſi ſocietatẽ. arbitrorum. ff. pro ſocio. In tex. ibi: [magna dubitatio exorta eſt.] Jqa quidam dicebant non valere contractũ, poſtquã non fuit quantitas pretij ſpecificata per contrahẽtes cũ ſubſtantialia venditionis ſint tria. i. conſenſus, res, & pretiũ. & ſic nõ valet ſi nõ fuerit conuentũ de pretio: vt §. eo. l. empti. fides. in princ. ita & nunc. Alij fortè dicebant indiſtinctè valere ſiue ille declaret, ſiue nõ declaret & q̃ hoc caſu recedat à perſona, & recurrat ad iudicẽ: tanquã ad bonũ virum & loco illius declaret. Alij diſtinguebant. vt ſi habuimus reſpectũ ad illũ reſpectu perſonæ ſuæ: & tanquã ad cõmunẽ amicũ, de quo cõfidimus: nec de alio confidiſſemus: & tunc ſi non declarat, non valet. nec eſſet remediũ aliàs recurrendũ ad iudicẽ de quo non confidimus aut non habuimus hunc reſpectũ: qa non erat nobis multum notus, nec amicus: ſed qa reputabatur bonus vir, habuimus hunc reſpectũ ad eum tanquã ad bonum virum: & ſic ſi nõ declarat, adhuc valeret & recurritur ad iudicẽ tanquã ad bonũ virum. vt in l. continuus. §. cũ ita. de ver. ob. Imperator reprobat hanc diſtinctionẽ: quia nimis eſt difficile & quaſi impoſsibile per cõiecturam poſſe comprehẽdi quem reſpectum habuerimus in eum, & ideo reiectis dictis variationibus determinat cũ diſtinctione poſita in ſummario: vt ſecuta declaratione valeat p̃ ſumma declarata qđ intellige ſi declaratio fuit æqua: vel parum lædit aliquã partem. nam bene cẽſetur cõmiſſum in eum, vt pro bono arbitrio (ſi ſibi videbitur) poſsit modicũ lædere. vt ſi valet centum, poſsit declarare de modico pluri, vel minori. † Hæc eſt enim natura arbitratoris: ſic in modico lædere poſsit. l. ſi de meis: aliàs incipit. Idem Pompo. §. recepiſſe. cũ ibi not. ff. de arbi. & propter modicam læſionem non eſſet recurrẽdum ad arbitrium boni viri: & ſi recurreretur, propter hoc non corrigeretur ab arbitramẽtum: tanquã iniquum ſecus ſi multum læderet. & quantum ſit multum. glo. hic j. ſecundùm quoſdam dicit quando eſſet exceſſus vltra dimidiã iuſti pretij. iuxta l. ij. j. de reſcin. ven. ſed illa loquitur quando per ſemetipſos cõtrahũt & non ſe cõmittunt in arbitriũ tertij. & ſic ſeipſos læſdunt. vnde nõ ſubueniũtur niſi qñ vltra dimidiã: ſed qñ ſe committunt in arbitriũ tertij & ſic per aliũ fit læſio, ſufficit minor læſio. vnde Barto. in d. §. arbitrorum. dicit per l. vnde ſi neruæ. ff. pro ſocio. ſufficerè læſionem in ſexta parte: & tunc per iudicem corrigeretur arbitramentum. * & reduceretur ad æquitatem niſi fuiſſet expreſsè renuntiatum & dictum quòd poſſet lædere non ſolùm in parua, ſed etiam in magna & maxima quantitate. & tũc eſſet imputandum partibus niſi arbitrator doloſè hoc faceret: quia dolus cẽſetur exceptus in generali renuntiatione. vt l. creditor. ff. manda. vnde etiam ſi fuiſſet iuratum de ſtãdo laudo: nihilominus poſſet peti reductio ratione doli quod dic vt not. in addi. Spec. in tit. de arbit. §. ſi. vbi recitat diſputationem recitatam per Ioã. cal. & de hoc in c. quintauallis. de iureiu. Simplex aũt promiſsio de ſtando laudo: etiã cũ iuramẽto intelligit ſi fuerit æquũ, vel modicũ lædat: non aũt ſi multũ: & tũc propter magnã læſionẽ poſſet peti hoc nõ obſtãte reductio ad arbi-
3 triũ boni viri. vt l. ſi libertus. de ope. li. & in d. c. quitauallis. † Sed

a ¶ Renũtiatũ. q̃ non a posſit renũtiari reduc̃ioni ad arbitriũ bõi viri. adde eſidẽ Pau. de ca. in cõ. lxx. inci. qa frustra. co. j. & ſe quẽ. in j. parte cõ. antiquorũ. & in conſi. ccl v. incip. primo & añ oña. in prima parte cõſ. nouorũ. Et qd cũ iuro p eũdẽ Pau. de ca. i cõ. cclxj. inci. viſis cõpromiſsis et laudo. in j. parte cõſ. Qd' cõſiliũ fuit Pe. de ancha. & ibi in ñ. co. ponit cõem opi. eẽ q̃ ſi iurm̃ interuenit in tali renũtiatione: & non appareat dol⁹ ſordes vel gr̃a arbitratoris q̃ talis renũtiatio valeat: d quo etiã per Ale. de imo. in cõ. cxxxi. cõ ſi. añ. in ñ. volu. Cur. Et vide etiã tu p̃ do. meũ ſozi. i cõ. ccxx. co. iiñ. circa finem.

ſi fuit renũtiatũ ᵃ reductioni ad arbitrium boni viri: non autem dũtaxat promiſſum ſtare laudo: tunc talis renuntiatio nihil poſſet operari. niſi quando eſſet magna læſio: quia pro illa poteſt peti reductio: pro modica non: & ideo etiam pro magna videtur non poſſe peti propter hanc renuntiationẽ: vt aliquid operetur. quicquid dixerit Dy. in l. quidã cũ filiũ ff. de ver. obl. niſi eſſet nimis magna: quia tunc præſumeretur dolus in arbitratore. ar. in l. omnes. §. Lucius. ff. q̃ in frau. cre. & ſic cenſeretur exceptuatus. niſi fuiſſet dictũ pro magna & maxima quãtitate: quia tũc nõ poſſet peti. niſi probaret manifeſtus dolus. Si autem nullo modo arbitretur, cenſetur defecta conditio tacita ſub qua contractus cenſetur celebratus: licet non fuerit expreſſa: & ſic cõtractus nõ valet: vnde cũ ex eo non oriatur actio, ſimiliter nõ oritur officium iudicis mercenariũ ei deſeruiens: per q̃ poſsit peti & haberi recurſus ad ſuperiorẽ: vt loco illius arbitret: ideo nõ recedit à perſona: nõ ſic in caſu prę cedenti: quia orta eſt actio. & ſic eſt cui accedat dictum officium. aliquando tamen receditur à perſona, etiam non ſecuto arbitramento: vt in caſibus hic poſitis per glo.

4 quæ incipit: [vt nec &c.] dic per docto. in locis prę allegatis. † In gl. quæ incipit: [vt nec.] in fi. dic q̃ ratio valentiæ in primo caſu eſt fauor dotis: ratione cuius valet promiſsio dotis nulla quantitate ſpecificata: etiam ſi non fuerit declaratio alteri commiſſa. & intelligitur facta arbitrio boni viri cõſiderata p̃ſona viri, & quãtitate bonorum vxoris & conſuetudine loci: vt l. quæro. ff. de iure dot. multò magis ſi fuerit commiſſa declaratio tertio: licet ille non declaret, remanet promiſsio firma. & ad ſuperiorem recurritur vt declaret rationẽ valentiæ in ſecundo caſu: quia in l. nec vẽditio. ff. eo. fuit facta commiſsio ſuper accidentalibus cõtractus, non ſuper ſubſtantialibus. hic verò ſuper pretio. q̃ eſt de ſubſtãtia, ratio valentiæ in tertio eſt vltimæ voluntatis fauor, vt nõ pareat: licet tertius non arbitretur, ſed recurratur ad ſuperiorem. l.

5 inteſtamentis. de regu. iu. ff. † In gl. fi. ibi. [aliàs non.] dicũt doc. ſufficere q̃ ille acceptauerit arbitrium, vel commiſsionem: vt ſic poſsit compelli: bene requiruntur iſta duo q̃ acceptauerit, & qd' compromiſſum fuerit factum, taliter q̃ valeat nec cũ pœna vel pignoribus, ſicut ſi pacto nudo factum ſit. aliàs laudũ arbitri eſſet inane. nam ex ipſo nõ oritur actio. vt l. j. §. de arbi. nec ex compromiſſo orietur ſi non interuenit ſtipulatio: ideo requiritur pignus, vel promiſsio pœnæ. ne laudum ſit eluſorium, ad q̃ ferendum arbiter non poteſt compelli: ſed ſi interueniſſet ſtipulatio. & ſic poſſet agi ex eo ad obſeruantiam laudi, etiam ſine pignore vel pœna poſſet compelli arbiter. & prædicta in cõtractibus. In vltimis autem voluntatibus. an tertius (in cuius arbitrium fuit commiſſum) poſsit compelli ad arbitrandum. gl. in l. j. de lega. ij. dicit quòd non meminit ſe legiſſe. de hoc dic vt ibi per Doct.

De hæreditate vel actione uendita. *Rubrica.*

LEX I.

1 ¶ Salienum. † Quando fiſcus vendit hæreditatẽ, creditores hæreditarij nõ debẽt moleſtare fiſcũ, ſed emptorẽ. et eſt ſpecialem in fiſco vẽdente. ſecus in priuato: quia nõ debet moleſtare emptorem: ſed vẽditorẽ. vt l. proxi. j. & eſt aliud ſpectale in fiſco: qa ſi moueat quæſtio de ipſa hæreditate per petitionẽ hæreditatis, debet agi cõtra emptorẽ. vt. l. etiã. §. Itẽ ſi quis. ff. de peti. hæredi. regulariter verò emens ab alio quã à fiſco, cũ habeat tit. non cõuenitur peti hæred. ſi emit res ſingulares. l. hæreditatẽ j. in quibus cauſis ceſſ. long. temp. præſcrip. & ſi emit vniuerſitatem: ita demũ ſi ſciens eam ad aliũ pertinere. nõ aliàs: vt d. l. etiã. §. ſi quis. emens autẽ à fiſco res ſingulares, nullo modo eſt moleſtandus: ſed fiſcus infra quadrienniũ ſi vẽdit rem tanq̃ ſuam. vt l. ij. infra de quadrien. præſcrip. Si autem tanquam alienam. dic vt no. per glo. §. ſi aduer. fiſcum. l. fina.

2 ☞ Creditor habet actionem contra debitorem, quam poteſt transferre in alium etiam inuito debitore: ſed debitor non põt eã transferre in alium, & ſe à creditore liberare.

3 Debitor meus in diem uel ſub conditione, quòd teneatur mihi ſatisfacere de ſoluendo adueniente die uel conditione iuſta cauſa ſubſiſtente.

4 Si uenditur menſa, uel peculium, ſeu apotheca, ſumendo eam pro contentis, uel ſimiliter uniuerſitates, an debita & credita pertineant ad emptorem.

Quid ſi tales uniuerſitates non uenduntur, nec donentur: ſed legentur alicui?

5 Si delata eſt mihi hæreditas debitoris mei, quam aduiui: & poſtea eam tibi uendidi: ſi debes tu ſoluere aliis creditoribus ne conueniaris à me, ita & mihi de eo quod debebat defunctus?

6 Sicut uenditor regulariter non tenetur emptori ſatisfacere de euictione eam ſibi aſſerenti: licet teneatur promittere. ita econuerſo emptor uniuerſitatis non tenetur uenditori ſatisfacere de indemnitate: ſi non fuit actum à principio.

Quid ſi non tradiderat & agatur contra eam ut tradat.

LEX II.

1 ¶ Ratio iuris. † Venditor hæreditatis debet cõuiniri à creditoribus hęreditarijs. non autem emptor. etiam ſi fuit pactũ inter ipſum & venditorem vt deberet illis ſoluere, vel ſatisfacere. q̃ timo venditor eis ſoluerit poteſt per actionem ex vendito ab emptore recuperare. qui cenſetur eam emiſſe cum commodis & oneribus: non autem poteſt venditor poſt venditionem & traditionem compellere emptorem ad ſatisfaciẽdo creditoribus. ſi tempore venditionis hoc dictum non fuerit. h. d. intelligẽ q̃ emptor inuitus non cogatur reſpondere creditoribus. ſponte verò poteſt ſubire iudicium. & ſic creditores ſecũ videntur tacitum pactũ de nõ conueniendo venditorem. præ deſt ei hoc pactum tacitum: licet abſenti. vt eſt caſus notabilis in l. ij. §. de pac. licet regulariter ex pacto alterius expreſſo non poſſit acquiri exceptio alteri abſenti: quando eſt omnino extraneus q̃ dic vt plenè no. in l. non ſolum. §. ſi liberationis verba. de liberlega. Sed emptor non eſt penitus extraneus, ſed procurator ſuam: ſed poterit acquirere venditori ex tacito pacto: ſicut procurator ſimplex acquirit exceptionem doli, & non pacti: vt ſcriptum. §. fina. ff. de pactis. In text. ibi: [tu experiaris ſuo periculo.] quaſi dicat non autem emptor inuitus habet neceſſe creditoribus reſpondere. vt in fine: quia non eſt obligatus eis: ſed ipſi venditor. qui adeundo hæreditatem cenſetur cum illis quaſi contraxiſſe: vt l. hæc autem. §. ſi. quibus ex cauſ. in poſ. ea. † In glo. quæ incipit: [non ergo.] ibi: [de ſuo poteſt facere quod ei placet.] venditor enim habet actionem contra debitorem. quam poteſt in alium trãsferre. etiam inuito debitore: vt infra l. proxima. ſed debitor nõ dicitur habere actionem qua ipſe tenetur: ſed eius creditor eam habet. vnde cum non ſit ſua: ſed creditoris: non põt in alium trãsferre: & ſe à creditore liberare. l. iij. ff. de iureiurã. quia non debet eſſe in ſua poteſtate ſe à creditore liberare: niſi ſoluat vel ſatisfaciat: vt. ff. de iureiu. l. iij. §. j. † In gl. quæ incipit: [debitor piendis.] ibi. [l. in omnibus.] nam illa. l. vult quod debitor meus in diẽ vel ſub cõditione, teneat mihi ſatisfacere de ſoluendo adueniente die vel conditione iuſta ſubſiſtente cauſa. Sed ſi vendo tibi hæreditatem, tu efficieris debitor meus ad reſtituendum mihi illud quod ſoluam creditoribus hæreditarijs, ſi contingat me à eis conueniri. glo. videtur ſoluere tribus modis. Secunda ſolet bona ſic declarando. nam illa. l. procedit quãdo cauſa ſuſpitionis ſuperueniret de nouo poſt obligationem cõtractã: aliàs enim tisfacere non tenetur ſi à principio fuerat: vt. l. ſi is à quo. §. ff. ut in poſſeſ. leg. & l. ſi creditores. de priuile. credi. hoc autem debet intelligi quando talis cauſa de nouo non ſuperuenit. Et ideo nõ fuerat iuſta cauſa petendi ſatisfactionem. Vltima verò ſolu. nõ eſt bona. quæ vult quòd non poteſt petere ſatisfari cum fideiuſſoribus: vt hîc, ſed caueri ſine fideiuſſore ſic. vt in contrario. ſi illa. l. intelligeretur de nuda cautione ſine fideiuſſore, non eſſet per eam prouiſum creditori, qui ſuſpicatur de debitore. vt de debet intelligi de fideiuſſore: vt etiam probatur in d. ſi creditores. In gl. fi. ibi: [de dona. l. hęreditatem.] gl. videtur ſignare contrarium de illa. l. huic. vt patet ex ſequentibus ſolu. ſed reconcordant. nam ſicut quando hæres vendit hæreditatem creditores non poſſunt conuenire emptorẽ innitũ: ſed debent cõuenire debitorem: vt hîc. ita quãdo donat: non põt cõuenire donatarium: ſed donantem. vt ibi probat. In hoc tamẽ eſt aliud: qa quãdo vendidit illud quod poſtea ſoluit creditoribus, recuperat ab emptore per actionẽ ex vẽdito. quę eſt bonæfidei: vt §. in gl. quę incipit [libello dato.] ſed quãdo donat, recuperat per actionẽ præſcriptis verbis

verbis,vel in factū quę sunt stricti iuris:vt in illa l.hęreditatem.
4 †Nunc ex glo.quæro quid in alijs vniuersitatibus,si vendantur
a vt mensa,ª apotheca,sumendo eam non pro loco contínēte: sed
pro contentis,vel peculio si vendantur? Respōdeo idem quod
hic cùm contineant debita & credita,censetur actum vt emptor
illa teneatur soluere ex natura rei venditæ:non tamen ipse pote-
rit conueniri à creditoribus:sed venditor qui postea recuperabit
ab emptore.vt patet ex l. cū pater.§.mensæ. de leg.ij. vt ibi not.
per Bar. Item quæro quid si tales vniuersitates non vendantur,
nec donentur,sed legentur alicui? de hoc dic vt l.cū filius.§.j. de
5 leg.ij.vbi est casus notabilis. † Itē quæro tertiò quid si delata est
mihi hæreditas debitoris mei,quam adiui: & postea eā tibi ven-
didi: an sicut debes tu soluere alijs creditoribus,ne conuenaris
à me:ita & mihi de eo quod debebat defunctus? videtur q̄ non
quia actio mea per additionē fuit extincta non sic actiones alio-
rum creditorum de isto habes tex.cum glo.fin.satis notabi.s. de
6 pac.l.debitori.vbi omnino vide.† Vltimò not.hic text.in versic.
[nam vt satis.] q̄ sicut venditor regulariter non tenetur empto-
ri satisdare de euictione cum fideiussoribus: licet teneatur pro-
mittere.vt l.j.de rerum permu.iuncta l.j.& l.ij.de eui.ff.ita econ-
verso emptor vniuersitatis non tenetur venditori satisdare de in
demnitate,si non fuit actū à principio tempore venditionis hoc
procedit sine dubio si venditor iam tradiderat possessionem sed
si non tradiderat, & agatur cōtra eum vt tradat, an per viam ex
ceptionis possit hoc cōsequi. vide Bar.in d.l.cùm filius.§.j. in fi.
de leg.ij.& adde hic l. eum qui bona.ff.de iure fisci.

LEX III.

NOminis. Lex ista tractat de secunda parte ru-
bricæ & dicit q̄ potest quis actionem
uam cedere contra debitorem suum: etiam illo igno-
rante,vel inuito.h.d.rationem dixi in l.præcedenti.gl.
1 i.& eodem modo potest cedere actionem quam habet.† sed de
bitorem non potest delegare alteri inuitū: quia delegatio fit per
stipulationem quæ debet interuenire inter delegatū & eum cui
fit delegatio:vt in l.j.de nouat. aliquādo tamen si sibi nil nocet,
cogitur ad instantiam creditoris alteri se obligare.vt in l.ij.ff. so-
mat.& de condi.inde.l.si non sortem.§.libertus.circa fi.

LEX IIII.

QVi nondum. † Qui deceptus ab emptore vē-
dit rem suā minori pretio quā
valeat,non compellitur ad tradendum.nisi tollatur de
ceptio.h.d.In glo.ij.ibi.[& dic dolo dante causam con
tractui:] vt quia non fuissem venditurus, nisi quia mihi suasisti.
quod nihil valebat:vnde tūc venditio erit ipso iure nulla reper-
to contrario.sed quando constat q̄ in omnem euentū erat ven-
diturus,non tamen pro tam modico pretio, tunc dicitur dolus
non dare causam contractui sed incidere in eundem vnde non
est nullus:sed venit in effectum annullandus, nisi pretium sup-
pleatur.vt j.de rescin.vend.l.iij.& quod plenè not.in l.& elegan
ter.ff.de dolo.

1 ☞ *Qualiter cognoscatur an cessionarius intentet utilem,uel exercitium directæ: & an cogatur declarare quam intentet nomine cedentis?*
1 *An sicut emptor hæreditatis habet utiles actiones particulares contra debitores hæreditarios, ita habeat etiam utilem petitionem hæreditatis, quam uenditor habebat directam?*
4 *Si actio non erat adhuc nata tempore uenditionis,& cessionis, sed postea nascitur: an competat emptori, seu cessionario?*
1 *An liceat cessionario iurare de calumnia?*

LEX V.

EMptor. † Qui emit hæreditatem, habet vtiles
actiones:quas suo nomine potest inten
tare,& si fuerint sibi actiones mandatæ.vel cessæ, ha-
bet exercitium directarum quod intentabit nomine
venditoris.& in eo dicitur procura.in rem suam.h.d. In text.ibi:
[quāuis vtiles.] siue etiā sine mandato vel cessione ex solo con-
tractu vēditionis secundū communem intellectum:sed Pe. hoc
nō tenet:imò dicit vtiles non cōpetere sine cessione,cessio ergo
transfert vtiles quas cessionarius intentat suo nomine, & trans-
fert exercitium directarum quod intentet nomine cedētis. † Et
qualiter cognoscatur an intentet vtilem,vel exercitium directæ
dic vt no.in l.qui stipendia.§.de procur.& an cogatur declarare
quam intentat nomine cedentis? dic vt not.in Spec. de procu.§.
fi.& ff.de solu.l.si duo.per Bar. † Sed quęro an sicut emptor hæreditatis habet vtiles actiones particulares contra debitores hæreditarios: vt hic.ita habeat vtilē petitionē hæreditatis, quam venditor habebat directam? dic vt ff.de pe.hær.l.ei qui.in text. & gl.in vltima charta ti.per Cy.s.de pe. hær.l. cogi.in iij.q.& adde l.si optio.§.fi. de optio.
4 lega. † Itē quæro quid si actio non erat adhuc nata tempore venditionis,& cessionis sed nascitur postea: an competat emptori, vel cessionario? dic vt not.ff.man.l.hęredē.
5 in prin.per gl. † In glos.magna quæ incipit: [agit ergo.ibi.] Alij dicunt statim annihilari vtilē.] pro istis facit quia vtilis & directa pro eodē nō possunt cōcurrere apud eundē:imò directa tanquā potentior absorbet vtilē.vt l.stichū.§.aditio.de solu. & l.si hæres institutus.in prin.ff.ad treb. sed dic quod licet vtilis non concurrat cū directa:quia essent directæ apud eundē cū exercitio tū directa bene pōt cōcurrere:qa substantia actionis directæ non est apud cessionariū:licet bene sit actio vtilis:vnde nō concurrūt in persona eiusdē duæ substantiæ.s. directæ & vtilis actionis:imò vna est apud vnū:altera apud alterū. In gl.ibi.[Alij distinguūt.] s.in illa quæstione:an debeat cessionarius iurare de calūnia: sed tu tene præcedentē:qa quācunq; intentet,dicitur ipse principalis:cū intentet ad suā voluntatē & iuramentū de calūnia p̄statur per principalē personā:vt in aut.principales.§.de iu.cal.in gl. In gl.ibi. [Itē huiusmodi cessio inutilis videtur cū & sine cessione detur vtilis.] ad hoc gl.respōdit.sed dic q̄ cū sint diuersæ,p̄nt habere diuersas vtilitates:q̄ intentant̄ nōie diuersorū.& si succumberet in vna, non tolleret sibi altera vnde iuris est plures actiones habere. † In glo.fi.ibi.[an vterq; nostrū:an prior tantū habet
6 vtiles.] dic prima verior:qa sicut à primo venditore nō separant̄ directæ p̄ venditionē:vt in prin.gl.præcedētis.ita à secūdo venditore nō vident̄ separari vtiles:sed aliæ vtiles de nouo produci in personā secūdi emptoris. Cōtrariū dic qa vtiles facilius separant̄ quā directæ:& sic penes secundū venditorē nullæ remanebunt.per l.ex asse.ff.ad treb.cū ibi not.& l.j.§.de illo.& quod ibi
b no.& j.de iure emphy.l.fi.quando emphyteuta ᵇ primus qui vtile habet dominium,dat in emphyteusi secundo.

a ☾ Vt mensa. Et quòd mensa nummulariorum dicat̄ quid vniuersale. Adde Bar. in l.cū pater.§.mensæ.ff. de leg.ij.& l.tabernæ.ff.de fund. instruc. Bald.in l. prædia.C. de fideicō. & in l.in legatis.C.de lega.& per Alex.de imol.in consi.xlvij. col. v.in prin.in j.volu. Fran. Cur.

b ☾ Qñ emphyteuta. Adde dominū meū Alex.neuiū. vincentinū in repe.c.potuit. de loc.

LEX VI.

QVi tibi. † Venditor antequā tradat est dominus,
ideo alteri vēdendo & tradēdo transfert
dominiū:& sic secundus emptor in eo erit potior quā
primus concor.l.quoties.s.de rei vendi.

1 LEX VII.

POstquam. † Nomen debitoris pōt dari pigno-
ri,& ille cui datum est pōt ipsum al
teri vendere iure creditoris:sicut aliā rem pignoratā & emptori datur vtilis actio ad exigendū, sicut dabatur venditori antequā venderet.hoc dicit tex.cū gl. Aduerte tñ q̄ illud quod exegisti (si constabat in specie,& sibi debebatur pecunia) retinuisset loco pignoris,quouisq; pecunia fuisset soluta: nō aūt cōpensasset cū debito:qa de quantitate ad speciē nō fit compensatio:vt l.si conuenerit.de pig.act.sed ille qui emit ab eo,retinebit iure dñij:qa soluit pretiū ex quo satisfactum est venditori.

2 ☞ *Quòd aliud sit uendere rem pignoratam,& aliud ius quod habeo in pignore. Si uendo rem pignoratam iure creditoris,q̄ transeat dominium:licet non sit penes me.*

LEX VIII.

EXnominis. † Ex venditione nominis transit
vtilis:& etiam exercitium directę
si cedatur tam ad debitum quàm ad pignora non autem dominium rerum pignoratarum.hoc dicit. Et differt à l.præcedenti.quia ibi tu debitor meus pignorasti mihi nomē debitoris tui.hic verò aliàs res corporales. Itē ibi vendidi nomen debitoris tui hic vendidi nomen tuum & in emptorē transit vtilis actio contra te:quæ mihi competebat directa. Transit etiam vtilis hypothecaria ad pignora: etiam si in vēditione non sit facta mentio:qa vendita actione principali, trāseunt etiā pignora in emptorem.vt §.de act.& obl.l.si à creditore.& l.si insolutū.non autem transit in te dominiū rerum pignoratarum.h.d.

a ¶Eunuchis. Quis dicatur eunuch⁹. vide gl.in c.eunuchus.lv. dist.glos. & doct.in c. ex parte. de cor. vit Et q̄ sunt spēs eunuchorū. vide per gl.in c.oēs.xxxij.q.vij.& adde q̄ eunuch⁹ vēditur vt morbosus, redhibetur. ita Aius gel.in lib.iij. noct.attī.c.ij.Cur.

b ¶Notarius debet scire iura. Adde gl. & Bar.in l.pe.C.de tabu.li.x. Abb.in c.j.in vj.co.de fi.instr. Abba.I c.licet te.ne cle. vel mo.

a *De eunuchis.* Rubrica

2 *Statutum si simpliciter disponit q̄ occidens vel percutiens aliquem puniatur talis pena, an habebit locum in subdito statuentium occidente extra territorium?*

3 *Statutum episcopi quòd clerici ludentes sint excommunicati: an habeat locum extra territorium?*
An possint statuentes facere statutum contra forensem delinquentem in suum subditum?

4 *Notarius debet scire iura: & an imputetur sibi si conficiat instrumentum contra prohibitionem legis?*

LEX I.

1 ROmanæ. †In l.ista de eunuchis ista l. agitur ad duo. Primò dum dicit [in barbaro.] idest in patria barbariæ.quòd civitas potest facere statutum contra ciuem suum delinquentem extra suum territorium.sicut Imperator fecit istam legem contra subditos imperij delinquentes extra imperium.scilicet in patria barbariæ non erat sibi subdita:scilicet vendendo seruos natos in imperio romano,& factos eunuchos.† Sed quid si statutum simpliciter disponit quòd occidens vel percutiēs aliquem puniatur talis pena:an habebit locum in subdito statuentium occidente extra territorium eorum.vel vulnerante? & intellige si de crimine agitur,vel inquiritur in territorio ratione originis,vel domicilij. s.vbi de crimi.agi.opor.l.j.si enim in loco delicti inquiratur vel accusaretur,non esset dubium quòd ibi non esset locus statuto alterius loci:sed illius vbi quis delinquit.vt s.vbi de cla. vel cla.& ibi tetigi dicunt quidam quòd etiam si inquiratur vel accusetur in loco vbi viget istud statutum,quòd non debet puniri secundùm formam statuti:sed de iure communi:quia statutum simpliciter loquens videtur intelligendum de delinquentibus infra territorium statuentium:prout videtur casus in c. animarum.de consti.lib.vj.tamē. Doct.tenent cōtrarium.quòd ille punietur pœna statuti:licet delictum sit alibi commissum.huius legis quia cùm statuentes specificè poterint super hoc prouidere.vt hîc est casus.simpliciter statuendo censentur voluisse in omni casu in quo prouidere possunt; etiam specialiter cùm prouisio sit vtilis reipu.Nec obst. c. vt animarum.quia ibi in pœna excommunicationis:quæ trahit secum executionem.vt no.glo.in l.si quis filio exhæredato.§.irritum.ff.de inius.quia iudex vnius territorij non potest executionem facere in alio territorio:nisi mediante iudice illius territorij.vt s.de iudi. prouidendum.§.finautem reus.cum ibi not. † Statutum ergo quòd clerici ludentes sint excommunicati:nō habet locum in clerico illius lucēte extra suam diœcesim. quia mitteret falcem in messem alienam faciendo executionem in aliena diœcesi.sed ista ratio videtur debilis:quia verum est quod iudex vnius territorij non potest executionem facti facere in alieno territorio quæ est visibilis.& turbaret alienam iurisditionem:sed executionem inuisibilem videtur posse facere: quia eam non turbat.de hoc dic vt in d.c.vt animarum.quia variæ sunt opin. Sed econuerso: an possint statuentes facere statutum contra forensem delinquentem in suum subditum? videtur quod non per not.per Inno.in c.ex parte.de priuile.dic vt no.in materia statutorum in l.cunctos populos.& est l.j.s. de summa. trinit. facit l. quis in hoc genus.de episcop. & cleri.allegatur etiam † quòd

b notarius debet scire iura: ᵇ aliàs non imputaretur sibi si conficeret instrumentum contra prohibitionem legis.cuius contrarium hîc patet.

LEX IX.

1 CErti. †Vendi & cedi potest non solùm actio personalis,sed etiam realis: puta rei vendicatio. & in emptorem transit vtilis rei vendicatio, sicut trāsiret vtilis actio personalis.h.d.Erat autem ratio dubitandi illa quam tangit gl.ij.quia si vend.rei vendi.habeo cōtra te directam:nam videbatur emptori posse competere vtilem, cum in ipsum non transferam dominium directum,vel vtile:q̄ sine traditione regulariter non transfertur.vt in l.traditiōibus.s.de pac. & de rei vend.l.penu.ergo non potest sibi dari vtilis rei vendicatio:quia sicut directa non datur nisi directo domino.vt in l. in rem.in prin.ff.de rei vend.ita vtilis non videbatur dari nisi habēti vtile dominium:sed ille emptor non habet.† Breuiter negatur q̄ vtilis rei vendicatio non possit cōpetere nisi ei qui habet vtile dominium:imò potest.& ad hoc allegatur iste tex.quem ita intelligunt doc.vt no.in c.pro possessore.de reg.iur.li.vj.& Bar.in l.si culpa.ff.de rei ven.q̄ ille cui est vendita vel cessa rei vendi. habet vtilem rei vendi.& tamen aīquā nanciscatur possess. non habet etiam vtile dominium,postq̄ non fuerit nactus,videt̄ qd̄ non solùm vtile,sed etiam directum dominium habeat:quia videor tibi vēdidisse actionem,& etiam rem,postquam possessionē fueris adeptus.ita intelligo istam legem cum dictis doctorū. Et no.q̄ nomen actionis largo modo sumptum cōprehendit tā personalē quā realē.† In gl.quæ incipit:[viris prudentibus.] ibi. [Item an hypothecaria sine personali possit cedi.] videtur q̄ sic per hanc legem.quæ vult q̄ possit vendi vel cedi actio realis,sicut personalis:sed hypothecaria est realis: ergo &c. gl. determinat contrarium.quia ista.l.loquitur de reali.quæ est principalis. vt est rei ven.quæ datur ratiōe dominij:sed hypothecaria nō est principalis:sed accessoria ad personalem.& sine illa non potest stare. Vnde si illa non fuit cessa,non potest cedi accessoria: esset enim absurdum dicere q̄ tu esses debitor meus,& alius(cuius tu non es debitor)habeat ius pignoris:vel rem obligatam pro debito meo.propterea sequeretur absurdū.q̄ actio in potestate mea illi auferretur.s.agēdo personali:& exigendo à te debitū:quo exacto liberatur pignus:et sic tolleretur hypothecaria.vt in l.soluit in prin.qui.mo.pig.vel.hypo.so.qa nō potuissem plus iuris trāsferre in emptorē quā esset penes me,sed si foret penes me soluto debito extīgueret pignus,& hypothecaria.ergo &c. In cōtrariū facit:qa hypothecaria stare pōt sine p̄sonali:postq̄ semel fuit ī esse p̄ducta:licet à principio nō potuerit nasci sine principali. vt j. de lui.pig.l.ij.‡& cōtrariū eius q̄ hîc no.gl.No.per gl.in l.vsucapio.j.de pig.Breuiter de illo articulo dic vt plenè not.per Bar. ff. de fideiuss.l.fideiussor obligari.in prin.vbi distinguit.nam aliqñ potest cedi sine principali:aliquādo nō.q̄ dic vt ibi.† In gl. quæ incipit:[poterit ergo.] ibi.[vel fortè potest ante:] hæc cōmuniter tenetur vt no.in l.si nomen.ff.eo.& in l. iniuriarum. allegata in glo.Nec ob.si dicatur si ante lit.contest.non transmittitur adhæredem.vt dicit gl.ergo nec videtur posse cedi: quia illa sunt cessibilia,quæ etiam sunt adhæredem transmissibilia:& illa quę transmissibilia non sunt, nec etiam cessibilia.vt l.ex pluribus.ff. de admi.tu.Sed ad hoc respondit Bart.in d.l.iniuriarum.q̄ hoc procedit in illis q̄ ppetuò & nullo casu sunt ad hæredē trāmissibilia: & sic nec actu nec aptitudine,si super ea fit litis contestatio. hoc sufficit,vt possit cedi.In gl.ibi.[& est spes vēdita.] posset dici q̄ sit vendita etiam res.nam licet tenēti & possidenti rem sua non detur rei vendi.actualiter:quia deficit vnū extremū substantiale:scilicet possessio ex parte conuenti:quia tamen adest aliquod extremū substantiale,quod requiritur ex parte agētis:scilicet dominium:potest dici q̄ competat aptitudine:licet non actu.& sic est in esse producta in substantia.sed cùm desinet possidere deducetur in actu.de illa quæstione vide per Cyn. s. de alien. iud. l.fin.

2 a ¶Statutum si simpliciter disponit q̄ occidens vel percutiens aliquem puniatur talis pena, an habebit locum in subdito statuentium occidente extra territorium?

3 ¶Statutum episcopi quòd clerici ludentes sint excommunicati:an habeat locum extra territorium?
An possint statuentes facere statutum contra forensem delinquentem in suum subditum?

4 ¶Notarius debet scire iura:& an imputetur sibi si conficiat instrumentum contra prohibitionem legis?

De patribus qui filios suos distraxerunt. Rubr.

Si aliquis submittat se alicui domino, faciendo se subditum, vel fidelem, vel hominē suum seu vasallum, an istud præiudicet filijs?

Fidelitas patris, quòd non noceat filijs.

Quare mortuo vasallo tenentur filij recognoscere feudum, & petere investituram renouari: & iurare de nouo fidelitatem infra annum & diem?

Si aliquis forensis facit se ciuem alicuius ciuitatis: propter quod astringitur oneribus personalibus & realibus, an hoc præiudicet filijs iam natis, si nolunt illa onera subire?

LEX I.

Liberos. †Parentes nō possunt filios vendere, vel in seruitutem dare aliquo titulo: nisi in vno casu. propter nimiam paupertatem. & causa victus, [a] si aliunde sibi prouidere nō possunt. Not. mirabilem potestatem parentum erga filios. h. dicunt ambæ illæ ll. per istam l. j. dicit Bald. † q̄ si aliquis submittat se alicui domino, faciendo se subditum, vel fidelē, vel hominem suum, seu vasallum, q̄ istud non præiudicat filijs: quia etiam si expresè vellet filios facere tales, non posset contra eorū voluntatem: vt hic. & sic fidelitas patris non nocet filijs: & inde procedit q̄ vasallo mortuo filij tenentur recognoscere feudū, & petere inuestiturā renouari, & iurare de nouo fidelitatem infra annū & diē [b] sed minus plenè examinat hūc passum, sed vide ipsum plenissimè examinatū in Spe. de feu. §. j. ver. quintò quæritur. vbi quærit an filij hoīs mei, dicant hoīes mei & sint mihi subditi sicut & pater. nā dicit inter filios natos, postquàm pater fuit homo meus. & sunt homines mei: & nati, & sic distinguit ex qua causa pater fecit se hominem meum: an ratione delicti commissi per eum contra me. & non nocet filijs: an ad ipsum & filios suos defendendum: & tunc prouisio patris extēditur ad filios. ad hāc distinctionem vide l. iij. j. de libe. & eorum libe. † Dicit etiā Bald. per hanc l. q̄ si aliquis forensis facit se ciuē alicuius ciuitatis: propter quod astringitur oneribus personalibus & realibus illius ciuitatis: q̄ hoc non nocet filijs iam natis, si nolunt illa onera subire: sed non contradicendo videntur assentire: quia consequunt etiam emolumenta ciuitatis. hinc est q̄ libera patris æstimatio debet prodesse filijs: tanquam sint eadem persona: vt no. in l. ij. j. qui ætate. lib. x. & per Bar. in l. fi. in fi. j. de impu. & alijs subst. hinc est q̄ licet authoritas patris nō sufficiat ad obligandū filiū pupillum, qñ agitur de sola obligatione, non de acquisitis: vt in l. fi. §. j. de ver. obl. ff. bene tamen sufficit quādo agitur actione de acquisitione. vt in adeunda hæreditate. vt in l. si infanti. circa fin. j. de iure delibe.

[a] *Si pater in casu necessitatis famis, vendat filium: non tamen filius efficitur seruus, ita quòd perdat libertatem: sed efficitur seruiens. sicut cliens & famulus.*

LEX II.

Si quis. †Lex ij. allegatur dum dicit: [in hoc tantū modo casu.] quæ non vult quod extendat ad terminos de quibus tex. loquitur. aut similes, q̄ qñ constitutio, vel statutum loquitur cum dictione taxatiua, non extenditur ad causam similem, vel maiorem rationē habentem: etiam si non sit correctiuum iuris communis. quādo eīm est correctiuum, non est dubiū. vt no. in aut. quas actiones. §. de sacrosan. eccl. sed in contrariū videtur tex. cum glo. in l. illud. circa fi. §. de sacrosan. eccl. & in l. ob æs. j. de prædi. mi. Barto. examinat istum passum in l. si constante. ff. solut. matr. in j. q. princ. q. ix. vbi allegat hanc l. & distinguit an reperiatur extensio per aliam l. & extenditur. vt in d. l. ob æs. aut non reperitur. & tunc aut statutum inducit odium, & non fit extensio: vt in hac l. aut inducit fauorē: & tunc fit non obstante dictione taxatiua: vt in d. l. illud. † Vltimò teneas hic opi. glos. quòd si pater in causa necessitatis famis vendat, non propterea efficitur seruus filius, ita q̄ perdat libertatem, ita quòd efficiatur seruus: sed efficitur seruiens. sicut cliens & famulus: quia si eam perderet, ingenuitatem nunquam recuperaret. per l. intercidit. ff. de condi. & demon. cuius contrarium patet hic. dum dicitur [ad ingenuitatem eū propriam repetere.] fuit ergo dilata ingenuitas, non extincta. prout alibi no. in l. manumissiones. ff. de iusti. & iure. dic vt in gl. vide hic gl. insti. tu. de patria pote. enumerat aliqua: in quibus consistit patria potestas. inter quæ est illud. de quo in ista l. vt possit vendere filiū: vt hic solo casu propter necessitatem patris: aliàs famis. etiā glo. sequens dicit q̄ quædam nationes (vt sclaui) vendunt filios tāquam seruos. & eos indebitè vendunt.

De rescindenda uenditione. Rubri.

[a] *Si per metum libero te per acceptilationem: licet ualeat liberatio mero iure, & sic perdas actionem: prætor tamen eodem instanti restituit mihi utilē actionē.* [b]

LEX I.

Si pater. †Venditio facta per vim vel metum, retractatur restituto pretio. h. d. Intellige si per actionem quod metus causa. valet enim mero iure: etiam si metus dedit causam contractui: quia venditor aliàs non fuisset venditurus: quia coacta voluntas est: vt l. si mulier. §. fin. ff. quod met. cau. præterquam in contractu dotis: qui redditur nullus propter metū. sicut & matrimoniū: in quo requiritur magis libertas. vt d. l. si mulier. §. si dos. iūcto c. cum locum. extrà. de sponsa. & in hoc differt à dolo qui q̄n dat causam contractui, excludit cōsensum & voluntatem: quia deceptus, sed coactus bene consentit quando coactio nō est precisa, sed causatiua: aliàs etiam coactus non cōsentit. vt in c. sacris. quod met. cau. & per illa est expedita glos. super verbo [irrita.] quæ dicit intellectū quorūdam esse quādo metus non dederit causam contractui: sed gl. indebitè intelligit. illa distinctio bene habet locū in dolo. † In tex. ibi: [ratū non habebitur.] scilicet per legē, vel prætorē, qui facit edictū quod metus cau. vt ff. qd' met. cau. l. j. & dic q̄ ratū non habet etiā ab ipso principio, vnde si per metū libero te per acceptilationē: licet valeat liberatio mero iure: & sic perdā actionē, prætor tñ eo instanti restituit mihi vtilē actionē in l. metum. la iij. §. volenti. eod. ti. & hoc est q̄ nullo tempore ratū habet. In tex. ibi. [irrita.] id est irritanda. mero nanq; iure valet: sed statim cōpetit actio ad rescindendū. In tex. ibi: [maximè.] abundat hoc verbū. nam si nisi restituat pretiū non auditur venditor: quia non debet locupletari: sed sufficit q̄ non sit in damno. vt in l. iij. §. quod me. cau. & per hoc est expedita glos. ff. quæ timore filius l. intellexit text. altero de pluribus modis. sed tene illam q̄ abūdat illa dictio maximè

[a] Et cā victus. Adde glo. in c. ñ. de pign. & gl. in c. quod non est. de reg. iu. lib. vj.

[b] Infra annū & diē. An non petens in dicto termino cadat à feud. vide text. & ibi Bald. in c. j. quo tpe. in vsibus feu. Bal. in c. j. quæ fuit pri. causa ben. amit. in c. j. de ca. corra Bal. & doc. in c. j. de ca. qui cur. ven doct. in c. veritatis. de do. & contum. Cal. cōsil. vñ. inci. an feudatarius. in tit. de feu. Pe. de anc. consil. clxxiij. inci. d. Lazarus fuit vestitus de quodā feu. Car. zab. consil. xxxiij. inci. cit ea primū dubiū duo principaliter sunt vi denda. Abb. consil. lxxxij. inci. cōditoris oīm postulato suffragio. in ij. colū. in j. vol. & consi. iij. inci. Nitar in præsenti. in ij. vo. Io. de ana. cōsi. xxxij. inc. Vltra alia dubia. Lu. ro consil. xxvij. inci. Viso themate mihi propositō. Pau. de ca. consil. clxij. inci. circa id de quo quæritur. in pe. col. Barb. cōsil. lxxxiij. incip. præclarè. in ij. col. in iij. vol.

[1] *Contractus valet de rigore iuris. & non potest rescindi etiam propter deceptionem ultra dimidium iusti pretij, dummodo emptor uelit supplere usque ad iustum pretium. nec sufficeret supplere usque ad quantitatem ad hoc ut deceptio nō sit ultra dimidiam iusti pretij: & hoc nisi interuenerit dolus emptoris. & nu. 2.*

[2] *Qualiter dicatur deceptio esse ultra dimidium iusti pretij? & nu. 3. & 7.*

[3] *Contrahentibus licitum est inter se decipere: dummodò deceptio non sit ultra dimidiam iusti pretij. & nu. 1.*

[4] *De ualore rei quod tempus inspiciatur, ut probetur deceptio esse ultra dimidiā, & qualiter probetur ualor? & nu. 17.*

[5] *In quibus casibus non retractetur uenditio seu contractus propter deceptionem ultra dimidiam iusti pretij?*

Quando sufficiat lesio in sexta parte pretij, ad hoc ut contractus rescindatur?

[6] *Quanto tempore duret facultas emptori supplendi pretium & retinendi, si interuenit Lesio ultra dimidiam iusti pretij.*

[7] *Potest quis renuntiare huic legi. & sic iuri petendi contractum rescindi propter lesionem ultra dimidiam iusti pretij: & an sufficiat generalis renuntiatio de omnibus iuribus, & legibus &c. & nu. 9.*

Quod eoipso censeatur quis renuntiasse, si sciebat uerum ualorem rei, & sic se decepit ultra dimidiam iusti pretij.

Qualiter formetur libellus in remedio huius legis?

[8] *Quando est tanta lesio, & sic ultra dimidiam iusti pretij: quòd præsumatur potius ignorasse uerum pretium quam scisse.*

[9] *Si renuntiauit specialiter prouisioni huius legis, seu fraudi dupli. ualet renuntiatio: etiā si constat quod ignorabat uerum pretium.*

[10] *An per illa uerba: & si plus ualet, donauit dicto emptori illud plus, an censeatur uenditor renuntiasse beneficio huius legis?*

[11] *Si emptor rem emptam alteri obligauit: & postea agitur contra ipsum ex dispositione huius legis: quia interuenit lesio ultra dimidiam iusti pretij: & ipse emptor nolens supplere pretium, rem restituit: an tunc transeat in uenditorem cū iure hypothecæ?*

[12] *Quod remedium competat ad retractandum uenditionem secundū prouisionem huius legis?*

[13] *An remedium huius legis habeat locum in contractibus stricti iuris?*

[14] *An ista lex quæ loquitur in uenditione, habeat locum in alijs contractibus stricti iuris?*

a ¶Rem maioris. Ad hãc legem vide eundẽ Pau.de ca.in cõſi. ccclxxxvj.in.ij.parte cõſ.nouorũ.& ibi. an habeat locum in cõtractu emphyteutico.Cur.

b ¶Arbitramẽtũ. Adde Bar.& ibi doct.in auth. ſi verò cõtigerit.ẽ.de iudi.d.Alex. de Imo.in l. ſciendũ. ff.de ver.ob. & eundem Pau.de Caſt. in cõſ.ſuo.cclxj.inci.Viſis compromiſſo & laudo.col.iij. ver.circa ſecundũ.in.j.parte cõſiliorũ antiquorũ. & adde. an dicatur cõtractus nominat⁹, vel innominatus dic vt per Bal. quẽ vide in rub. j. de rerũ permu.in ſ.Fran.Cur.

c ¶Si ſciebat.Be ſic remedium huius. l. nõ habet locũ in venditore ſciẽte. Adde do. Alex.de imo.in cõſt. cxxvij. per totum in j.vol.Cur.

An per iuramentum excludatur quis à beneficio huius legis ſi iurauit non uenire contra.& nu.10.

Si emptor rem alij uendidit,& tradidit,an habeat locũ remedium huius legis,& quid uenditor debebit agere?

Mulier decepta in eſtimatiõe rei datæ in dotẽ eſtimatæ:an poſt ipſam rẽ peremptã poſſit petere ſuppleri pretiũ?

An iſta lex habeat locum ceonuerſo quando emptor eſſet deceptus.

LEX II.

Rem maioris pretij.

Iſta eſt famoſa lex.& habet materiam ſingularẽ & notandam. quã Doct.multum plenè & vtiliter examinant.maximè Bal. ſecundùm Nico.ma. & examinat per quæſtiones potius,quam per expoſitiones.nam ex glo.magna hic poſita colliguntur nouem quæſtiones.& Doc.ponunt plures alias. quas longũ eſſet recitare: ſed eliciam aliquas cõcluſiones ſuper ſubſtantialibus iſtius legis, & totius ſuæ materiæ:& breues : & quæ melius retinebuntur memoriæ.† In tex.ibi : [humanum eſt.] Ex hoc patet quòd de rigore iuris valet cõtractus.& non poteſt reſcindi etiã propter deceptionem vltra dimidiã iuſti pretij.per regulam , eſt licitum contrahentibus inter ſe decipere.vt in.l.in cauſæ.in prin.ſeu.§.j.ff.de mino. & ex eadem æquitate procedit. quòd ſi emptor vult pretiũ ſupplere , debeat emptio rata manere:quia ceſſat cauſa deceptionis : & hoc ſi non interuenit dolus emptoris : ſed fuit deceptio re ipſa.Si autem interueniſſet,quia induxit venditorem ad vendendũ:aliàs nõ venditurum ſi ſciuiſſet tantùm plus valere, nõ haberet emptor facultatem ſupplendi pretium:imò teneretur rem ſibi reſtituere reſtituto ſibi pretio dato.tex. eſt cum gl.ſingulari.j. ſi vẽdito pignore agatur.l.pen.quinimò non requireretur tanta deceptio.imò propter modicã reſcinderetur cõtractus.vt.j.eo.l.dolus. † In tex.ibi: [quod deeſt iuſto pretio,recipias &c.]Not.& pondera iſtũ tex. quia nõ ſufficit quòd emptor ſuppleat vſque ad quantitatem ad hoc vt deceptio non ſit vltra dimidiã iuſti pretij : imò requiritur quòd ſuppleat vſque ad iuſtum pretium : vnde ſi rem valentem decem vendidi tibi pro quatuor.& ſic ſum deceptus vltra dimidiam iuſti pretij in vno tantum:quia dimidia ſunt quinq;. † & ſi vendidiſſem pro. v.non haberet locũ diſpoſitio huius legis:quia deceptio non eſt vltra dimidiam : cùm habeam dimidiam.& ſic habet locum regula,quod licitum ſit cõtrahentibus inter ſe decipere;ſi tamen offerres illud vnum quo ſum deceptus vltra dimidiam,non ſufficit. cum eſſet diſpoſitio huius.l.ſed debes ſupplere vſque ad iuſtum pretium ; & ſic dare mihi ſex,quæ ſufficiunt mihi ad iuſtum pretium;& tamen ſi vendidiſſem pro.v.non poſſum plus petere.Tene mẽti perpetuò.quod etiam Bal.hoc tenet propter iſtum tex.† In tex.ibi.[ſi nec dimidia pars veri pretij.] ſ. quod inſpecto tempore venditionis erat nõ ante, vel poſt:ſi conſtaret quod ante minus valuiſſet:& etiã poſt incipit minus valere:ſed cõſtat quod tempore venditionis valebat.x.& fuit vẽdita pro iij. quia nõ inſpicitur tempus anterius vel poſterius:vt.j.eo. l.ſi voluntate.in fin.& extrà de emp.& vend.c.cùm dilecti.& .c. cùm cauſam.Quid autem ſi non conſtat de illa veritate pretij diuerſorum temporum, & venditor agat ad reſcindẽdum, dicens quòd rem valentẽ.x.vendidit pro.iij. & probat quòd hodie valet.x.vnde dicit ex hoc præſumi quòd etiam tempore venditionis tantum valuerit,cùm non conſter de contrario , an ſibi ſufficiat ad reſcindendũ?videtur quòd ſic.quia ex præſenti præſumitur in præteritũ : vt.ſ.de proba.l.iij.& hoc vide per Cy. poſt Pe. in auth.ſed quãuis. j.de rei vxo.act.& quid econuerſo. ſi probat quòd per annum antè valuit.x. an ſufficiat , vt ſic præſumatur quòd tantùm valuerit tempore venditionis?vnde Cy.in.l.ſi minorem.ſ.de in integ.reſti. nam in his quæ variãtur ex tẽpore non eſt bona argumentatio de præſenti ad præteritum. vel econuerſo. vt in.l.ſpadonẽ.§.qui abſolutus.ff.de excu.tut.Sed pretia rerũ ex tẽpore variãt. vt in.l.pretia rerũ.ff.ad leg.fal.Sed certè nõ ex ſolo tẽpore,ſed alia extrinſeca ſubſiſtente cauſa.quod tamẽ non eſt in ætate quę ex ſolo curſu temporis variatur.& ideo niſi conſtet de aliqua alia extrinſeca cauſa , quæ habuerit variare pretia vt puta guerra,vel pax.videtur poſſe argui de præſenti ad præteritum.vel econuerſo.ar.d.l.iij.& l.ſiue poſſidetis. ſ.de probat. ergo in arbitrio iudicis hoc diſcernere:an probatio præſtita ſufficiat,vel nõ.quãdo autẽ eſſet longa diſtãtia tẽporis.puta decennium,vel vltra:videt nõ ſufficere:etiã ſi alia iuſta cauſa non probet ſubeſſe.or ſufficiat. Die.xxj. Aug. M.cccxxxix. & tũc anno per duos dies do.Paulus de dotis , & do.Vbertus trapolinus cũ dño filio Lãceloto,& dñs Daniel,cũ magiſtro Stephano uenit Venetias ex eo q̃ eis opponebat.† Adde quaſdã limitationes ad hanc legem. Primò quòd habet locũ in emptione & venditione quã quis facit per ſeipſum vel alium cũ ſpeciali mãdato de vendendo tanto pretio. Si verò ſine ſpeciali mandato,& cum generali,& ille doloſè venderet minori pretio : non valeret per l.diligenter.ff.man.ſed ſi non doloſè,valet.& ſufficit minor læſio in ſexta parte pretij, vt poſſit reſcindi venditio:niſi pretiũ ſupplea- b arbitramentum tur. hoc tenuit Barto. licet ſub dubio. in repetitione.l.ſi ſocietem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio. per.l.vnde ſi neruæ.ff.eo.ti. & ſe- b quod habet vim contractus ſeu tranſactionis & celebratur inter partes per alium, dicitur iniquũ : & poteſt reſcindi propter læſionem factam in ſexta parte. Alia limitatio. quod non habet locum iſta.l. ſi in venditione interueniret diuinum iudicium,quod faceret prouiſionem huius legis ceſſare:& ideo emptor cautè facit ſi poſt emptionem factam citato venditore ſi aliquid dicere vult , facit venditionem confirmari per iudicem. & hæc habentur in.l.j. C. de prædijs decu. lib.xj.& ibi per Bartol.not. Item tertiò quædam gloſſ. quæ eſt.x. q.j. c. hoc ius porrectum. dicit non habere locum in venditione facta eccleſiæ : quia eccleſia nullam vult decipere : nec pati ſibi fieri iuſtitiam. ſed hoc eſt falſum.& illa ratio potius tendit in contrarium. quod multo magis quando facta eſt eccleſiæ.& de hoc eſt caſus in.c. cum dilecti.&.c. cum cauſam. de empt.& vend. quum. c. loquuntur in venditione facta eccleſiæ vel per eam. Quarta limitatio. quia dicunt quidam non habere locum ſi venditor apponit pactum quod reſtituto pretio infra annum poſſit recuperare rem venditam , & ipſe non reſtituit infra : ſed poſt annum vult recuperare remedio huius legis:vel quòd ſuppleatur pretium. quaſi videatur huic.l.renũtiatum poſt annum. Doct.tamen tenent contrarium : quia non habet duo iura contrapeſandi.ſcilicet ex pacto,& ex diſpoſitione huius legis:nec primo iuri videatur renuntiaſſe poſt annum:non ſic ſecundo. ſi ſeruí.vrb. præ.l. ſi domus.† Sed quanto tempore durat facultas emptori ſupplendi pretium,& retinendi rem? dic quouſque lata ſit ſententia ſuper reſtitutione rei,& quouſque fuerit contractus actione iudicati ad rei reſtitutionem. per.l. Item ventum. Idem rectè.ſeu.§.cum prædiximus.ff.de peti.hæred.quia quando vnum eſt in obligatione,aliud in ſolutione,ex diſpoſitione legali tantùm durat facultas.ſed ſi ex diſpoſitione contrahentium non durat niſi vſque ad litem conteſtatam ſuper re: vt in.l.ſi tibi pulatus fuero.x.in mille.ff.de ſolu.facit.l.ſi inſulam. ff.de verb. oblig. Deinde collige quaſdam cõcluſiones.† Prima.quod hæc legi poteſt renuntiari expreſsè vel tacitè. per regulam generalem.quod quilibet poteſt renuntiare expreſsè vel tacitè iuri ſibi vt.ſ. de pact. l.ſi quis in conſcribendo. & hoc tenet Bald. hic ſecundùm Nico.ma. per.l. quæritur. §.ſi venditor.ff.de ædil.edic. & etiam reſpondeo in titulo de actione quantò minoris &c. c da concluſio.quod eoipſo cenſetur renuntiaſſe ſi ſciebat rum valorem rei : & ſic ſe decepit vltra dimidiam iuſti pretij etiam ſi aliter expreſsè non renuntiet.hoc tenet expreſsè Specula.in titu. de emptio. & venditio. §.nunc reſtat.de reſcin. venditio.&c. in verſic.quid ſi aliquis ſcienter. ad quod. j.eod.l venditor. & idem tenent hic Bart. & Bal. dicentes quòd in formatione libelli debet aſſerere ſe fuiſſe deceptum : & ſic ignoraſſe vo- 8 rum pretium , ad hoc vt libellus concludat. † Tertia concluſio. quòd in dubio quando eſt tanta læſio, præſumitur ignoraſſe pretium verum pretium quàm ſciuiſſe, aliàs rarò locum haberet iſta lex. ſed quando non eſt tanta læſio, præſumitur poſſe ſcire pretium rei ſuæ per.l. quiſquis.j.eodem. & hoc vult ibi Cy. in effectu. † Quarta concluſio. quia ſi renuntiauit ſpeciali prouiſioni huius. l. ſeu fraudi dupli , valet renuntiatio, etiam conſtat quòd ignorabat verum pretium. l. qui iure. ff. de reg. men. mili. quia licet non cogitauerit in ſpecie , poſtquam ig-

9 tamen

rabat, videtur cogitasse in genere: & voluisse quòd non obstante ignorantia veri pretij (etiam si sit deceptus vltra dimidiã) non liceret vti remedio huius l. per illam l. & per id quod no. in l. sub prę-
textu. la ĩ. ŝ. de transactio. Quinta conclusio est, quòd generalis
2 renuntiatio * de omnibus iuribus &c. non nocet renuntiãti, si non apparet ꝙ sciuerit verum pretium rei. secundũ Nicol. mag. & Bald. ad quod faciunt not. in l. sed & si quis. §. quæsitũ. ff. si quis cau. Rofre. tamen. in d. titu. sentit contrarium. dum dicit ꝙ tutius est vt fiat specialis renuntiatio. & sic innuit ꝙ etiam generalis valeat, sed magis fit dubiũ. ideo tutius est facere spe-
10 cialem. † Sexta conclusio est, ꝙ per illa verba & si plus [b] valet,
b donauit dicto emptori illud: non censetur renuntiasse beneficio huius l. quia illa verba possunt referri commodè. & referũtur ad modicam quantitatem. arg. in l. hæc adiectio, de verb. sig. secundum Bart. sed Bald. limitat. nisi diceret totum illud & quicquid plus valet, donauit: quia tunc referuntur ad omnem quantitatẽ. Si autem ista verba non sint apposita, etiã si in vno nummo excederet dimidiam iusti pretij, haberet locũ prouisio huius l. quia ita figit pedes hic. l. vt in simili not. gl. in l. si non fuerint. §. j. ff. pro socio. Septima conclusio est, ꝙ si iuret non venire contra, excluditur: etiam si ignorauit verum pretium: propter virtutem iuramenti. per ea quæ no. per Arch. & Io. an. in no. vel in c. ij. de pact. lib. vj. & per id quod no. Bart. in l. si duo. §. Idem Iulia. ff. de iure iur. vbi reprobat Dyn. cuius opin. Cyn. hic recitat. qui tenuit ꝙ si adultus iuret non venire contra contractũ: ita demum perdit beneficium restit. in integ. per auth. sacramenta puberum. §. si adu-
uer. vendi. si fuit de illo certificatus Bart. quia sufficit iurare super facto. & eius opi. approbatur in d. c. ij. licet ipse Bart. non allegat. † Quæro hic. pone quòd emptor rem illam alteri obliga-
11 uit: postea agitur contra ipsum ex dispositione huius l. & ipse nolens supplere pretium rem restituit quæritur an transeat in venditorem cũ iure hypothecæ: & sic possit ab eo aduocari per creditorem? videtur quòd sic: quia emptor erat dominus: & sic potuit obligare. nec postea fuit in sua potestate eius creditoris extinguere: & hanc partem videtur tenere Bar. in l. in diem. ff. de aqua plu. arc. dicens quòd ista resolutio contractus non fit ex necessitate præcisa ipsius emptoris: quia tunc resoluto iure ipsius emptoris, resolueretur ius creditoris habentis ab eo causam. vt in l. lex vectigali. ff. de pig. sed resoluitur ex voluntate eius: quia noluit pretium supplere: & hoc non debet nocere creditori cui obliguit per l. iij. de in diem adie. §. ij. vel iij. Bald. hic plenè disputãdo tenet contrarium. & melius: quia illa resultatio fit ex causa de præterito, quæ habuit ortum antequam ipse obligaret: & sic obligatio censetur facta eo modo & iure quo res erat apud ipsum emptorem: quia nõ potuit plus iuris transferre quàm esset apud
12 eum. & ista opinio magis placet. † In glo. mag. Ex qua colliguntur nouem quæstiones. Circa primam. quæ est quod remedium competit ad retractandum venditionem secundùm dispositionem huius l. Quidam dixerunt quòd iudicis officium nobile. per quod venditor petit se restitui aduersus venditionẽ ex clausula generali si qua iniusta causa esse videbitur. de qua in l. j. in fi. ff. quibus ex cau. maio. & hoc per l. in contractibus. ŝ. quib. ex cau. maio. quia ista l. est posita in materia restitutionis in integ. dixerunt tamen hoc officium durare xxx. annis. hoc vltimum secundùm glo. non potest sustineri per l. fina. ŝ. de temp. in integ. resti. quæ vult quòd siue restitutio petatur ratione maioris ætatis, siue alia ratione ex qua maiores restituuntur debeat peti intra quadriennium cõtinuum. Sed nec primum dictum potest sustineri: quia maiores ex dicta clausula generali non restituũtur aduersus gesta per eos: sed aduersus neglecta. hoc tenuit glos. in d. l. fina. de temp. in integ. resti. quæ incipit hoc si hic absens. ibi dũ dicit. si autem lædatur in contractu minori, semper datur quadriennium. maior autem non restituitur in contractu. vt ŝ. de restit. mili. l. ea quæ à patre. tenet ergo glo. quòd competit actio ex
e eo contractu. Nec obst. quòd illa debet dari ad obseruantiam cõtractus, non ad ipsum resoluendum: quia imò. cum sit amplę naturæ: scilicet bonæfidei, datur ad omne id quod æquum est: & sic etiam ad resoluendum. tex. est vltra illum quem glos. allegat in l. ex empto. §. si quis virginem. & §. is qui vinũ. ff. de act. emp. Et sic illa lex in contractibus. licet sit apposita in materia restitutionis in integ. non tamen debet intelligi secundùm illam materiam. vt patet ex ibi no. in glo. & ideo Bar. hic in l. si id quod aurum. ff. de verb. obliga. ponit vnam distinctionem, quãdo agitur ad resolutionẽ contractus, quo iure de qua actiõe agatur. dic
13 vt hic & ibi per eum. † In secunda quęstione, qua quæritur an habeat locum remedium huius l. in cõtractibus stricti iuris, in quibus actio non dat nisi ad id de quo fuit actum inter partes. vt l. quicquid astringendæ. de verbo. oblig. & illud ꝙ venditio deberet resolui, non fuit actum inter partes: videtur quòd non habeat locum. glo. tamẽ dicit ꝙ habebit locum quo ad remediũ excipiẽdi: si solutio vel traditio facta nõ erat. Pone exemplum in cõtractu permutationis, si permutaui librũ meum cum tuo: & meus valet in duplo plus quàm tuus, & ego ignorabam. Sed pone quòd interuenit stipulatio hincinde: nam si nondum tradidi, & agas vt tradam, habeo excep. doli. sed postquam tradidi, nõ possum repetere. addit Cy. rationẽ: quia exceptio doli est odiosa. & tutus exceptione odiosa soluens, non repetit: scilicet qñ per errorem iuris. vt in l. qui exceptionẽ. ff. de cõdi. indebi. ꝙ autem ante traditionem habeam exceptionem doli: probatur in l. si quis cum aliter. de verb. oblig. Bar. dicit ꝙ imò etiam habeo repetitionem: quia tunc exceptio doli est odiosa, qñ competit à principio. secus si ex postfacto. hoc nihil est dicere. salua pace sui: nam & hic à principio cõpetebat. Dic ergo melius vt not. Cy. in l. ĩ. ŝ. quod me. cau. in addi. ꝙ tunc exceptio doli est odiosa, qñ competit contra ius cõmune: vt cum succedit loco exceptiõis macedoniani: secus qñ cõpetit ex æquitate iuris naturalis: vt cũ succedit loco exceptionis metus. & etiã proposito: quia æquitas naturalis dicitat vt de-
e ceptus succurrat. vt l. ij. ff. ad velle. vnde nõ est odiosa: & ita debet intelligi quod no. in l. qui se debere. ff. de condi. ob cau. in glos. ordi. cõpetit ergo cõdictio indebiti secũdũ Bal. & cõdictio incerti: vt res reponatur in pristinũ statũ. vt l. sed & si me putẽ. §. cum inter. ff. de condi. inde. & ex his apparet an prouisio huius l. habet locum in contractu transactionis: qui est stricti iuris. & est di-
c cendum ꝙ sic: tñ aduertẽdum: quia cũ quæritur an quis sit deceptus in contractu transactionis vltra dimidiã iusti pretij, non debet examinari res quæ petitur, & est in controuersia: sed dubius euentus litis, qui potest multò minus valere: ita no. in l. Lu-
14 cius. §. fi. ff. ad treb. † In tertia quæstione, qua quæritur an ista l. quæ loquitur in venditione: habeat locũ in alijs cõtractibus bonæfidei. dicendum est sine dubio quod sic per l. iij. ŝ. communia vtriusq; iud. & de cõtractu locati habet per gl. in l. in vẽditione. §. j. ff. de bo. autho. iudi. pos. super verbo minoris. & j. loca. l. si olei. & bonus tex. est in l. j. §. si quis in fraudẽ. ff. quæ in frau. cred. Est
d tñ dubium de contractu emphyteutico, * vel feudali: quia Spe. in hoc variauit: & in ti. de emp. & vend. loco. ŝ. allegato videt tenere quod non habet locum, dicens quia non venditio, nec locatio, sed idem Spe. in ti. de locato. §. nunc verò aliqua. versi. nona gesimo. tenet contrarium. & ista pars est verior, cum in quolibet
15 contractu, vt deceptis succurratur. † In quarta quæstione quę est
e an per iuramentũ * excludatur quis à beneficio huius legis, si iurauit non venire contra: & sic generaliter videtur ꝙ non: nam iuramentũ de iure ciuili si confirmat contractũ validũ, vel inualidum: imò eiusdem naturæ est cuius est ipse contractus per l. nõ dubiũ. ŝ. de legi. Præterea non videtur venire contra contractũ: ex quo est in arbitrio emptoris supplere pretiũ, & facere contractum remanere. glos. tñ determinat contrarium: quia sicut venit contra contractũ ille qui pręcisè agit ad resoluẽdũ cõtractũ. ita ille qui agit vt resoluatur, vel aliud fiat. hoc ꝓbat in tex. notabili

a ¶ Generalis renũtiatio. Adde do. Alexã. de imo. in consi. xliij. col. ij. ver. iiij. cũ prę-sumat in j. vol. Cur.

b ¶ Et si plus valet. Adde de hoc & dic vt per Alex. de imo. late in l. si quis cũ aliter. ff. de verb. obli. & ibi Are. & in trac. de emp. & vend. in viij. q. principali. q. tiij. vbi latissimè de hac clausula. & ibi, an habeat locũ in cessione iurium. Fran. Cur.

c ¶ Quod sic. Adde ꝙ Ale. de imo. in l. si quis cũ aliter. ff. de verbo. obli. col. iij. tenet contrariũ. Et in cõsi. xlij. col. iij in fi. vers. viij. vol. v. & ibi dicit negatiuã esse cõmunẽ opin. de q̃ vide p. do. Ioã. bap. de san. seue. in trac. de trãsa. q. xiij. Et per Mod. in tract. de emp. & vẽ. in iiij. q. viij. q. principalis per Barba. in cõs. xlj. col. xxiiij. in j. vol. Et per Abb. in cõsil. xij. & in consil. xvj. in ij. vo. Fran. Cur.

d ¶ Emphyteutico. Vide de eundẽ Pau. de cas. in consil. cccl. xxxvj. ĩ. allcg. in j. apostil. ad hanc l. & ꝙ Cepo. in trac. de simula. cõtractuum v. q. & vj. & in trac. de emp. & vend. in d. q. iiij. viij. q. principalis. p. doc. in l. si quis cũ aliter. de ver. obli. Cur.

e ¶ An per iuramentũ. De hoc dic etiam vt p. Alex. de imo. in cõs. xlij. quasi p. totũ. in j. vo. & ibi quid in rustico: muliere: vel minore. & in consil. cxxxv. in vj. col. eo. vo. in cõs. lxxxix. col. iiij. vers. nec etiã ob. & in cõsi. cxxvij. per totũ. in ij. vol. Cur.

In presumptione an sit locũ l. nostra.

Dubius euentus litis et nõ res ipsa æstimanda

a ¶Secundū emptorē. Adde Alex. de imo. in cōsil.xcij.col.iij.in fi.in.j.vol.& in prin. eo.seq.& ibi videtur sentire ꝙ qñ secūdus emptor sciebat remedium huius.l.cōpetere cōtra primum,quod tūc cōpetit etiā cōtra secūdū. & adde Mo. in tra.de empt.& vē. q.vij.viij.q.pri.Cur.

b ¶Valor rei. Quis dicatur valor rei. vide gl.in. l.si seruus furtiuus.ff.de cōdic.fur.l. mortis causa in. §. fi. ff.de do.cā mor. Bar. in l.pretia rerū. ff.ad l. fal. & adde an valor rei dicat̄ esse probatus eoipso qd̄ res fuit tūc vēdita vide p Alex.de imo.in cōsi. xxvij.co.ij. in.v.vo. Et practicā probādi valorē rei. vide p papiēsi. in sua practica in libello i actio. rea. in ver.& in florenis. co.v.& adde ꝙ si volo probare ꝙ saccus frumēti valuerit isto anno. xx.solidos, nō sufficit ꝓbare ꝙ vna die istius anni fuerit venditus.xx.solidis: vt p Bart.& doct.in l.pētia rerū.& Ale.de imo.in cons.xcij.col. iij. cir. medium. in. v. li.& qualiter ꝓbetur valor. adde vt p Cepo.veronēsi.in tra.de simul 1. cōtra tuum. char.antepen.Cur.

c ¶Clausula non obstāte.Quid importet ista clausula.vide diffusē in repertorio bertachini in verbo de clericis in rescripto.

quē gl.alleg.ff.de cōdi.insti.l.quę sub cōdi. §.j.qui incipit si quis.& ibi Bal.tñ ad primā rationē gl.nō respōdit.sed Cy.secundū Pe. videt respōdere.ꝙ nō repellatur ex virtute iuramēti.sed ex tacita renūtiatione,quę includitur in iuramēto.hoc tamē procedit de iure ciuili.sed de iure canonico videt ꝙ ex virtute iuramēti: quod est seruandū.etiā si super cōtractu nullo vel annullando interponat̄, si potest saluari sine interitu salutis æternæ.vt in.c.cum cōtingat. de iureiur.& hoc si vēditor est maior.si autē minor,tunc iuramentū nō excludit ipsum nisi à beneficio cōpetente rationē minoris ætatis: & sic ad restitutionē in integrū. quam posset habere:etiā si non esset tanta læsio: quia iuramentū representat ipsum maiorē:vt in auc. sacramēta puberum.§.si aduer.vēdi.& tale auxiliū est debile. & ideo de facili tollitur. sed beneficiū huius.l.quod maioribus competit: ipsum nō repulit.nisi dixerit ꝙ si venit cōtra,ratiōe minoris ætatis:vel alia quacunq; ratione:nā ex primis verbis repręsentatur maior: & ex secūdis excluditur à beneficio maioris. Breuiter id probat̄(licet gl. nō alleget)in.l.j.§.si maior fac.ra.ha.vbi est
16 tex.cum glo.in vlt.charta v.lib. †In quinta quæstione.si emptor alteri vendidit,contra quē venditor debebit agere. dic quòd non
a poterit agere cōtra secundū emptorē* cum quo non contraxit. vt.j.eo.l.dolus.& l.fi.ff. de cōtrah.emp. sed aget cōtra primum emptorē.etiā si sit bonæ fidei: & bona fide etiā in alterum transtulit: & sic non desijt dolo possidere:quia erat obligatus ex contractu de restitutione rei vel suppletione pretij: à qua obligatione sub facto nō potuit se eximere.arg.in.l.iij.circa prin. de iureiur.ff.nō obstant.ll.dicētes ꝙ non tenetur ille qui nō possidet,nec dolo desijt possidere. quia loquuntur in eo qui nō erat obligatus personali actione;sed poterat conueniri actione reali.& idem si esset obligatus tali obligatione in qua non veniret nisi dolus & lata culpa, sed in illo venit etiā leuis. debebit ergo vel redimere rem & restituere,vel supplere pretium si nō fuit in mora,vel in culpa perēptionis.videtur quod sic.quia erat obli 1
gatus alternatiuè ad rē,vel pretiū.& regula est ꝙ debitor alternatiuus per peremptionem vnius de alterna.nō liberatur:sed remanet obligatus in altero. vt.l.stichū.ff.de solu. &.l.si in emptione. §.pe.de contrahen.empt. Contrarium tamen determinat glo.dicens no.quod in obligatione nō erat nisi ipsa res quasi dicat suppletio pretij erat in solutione, nō in obligatione. vnde peremptа re sine mora,dolo,vel culpa,non potest æstimatio peti:quia non est in obligatione:præterea etiam si esset.tamē est respectu certæ speciei: ideo peremptа specie debet liberari. ar. ff.de noxa.l.electio.§.si is.de leg.j.l.Titiæ textores.in fi.&.l.quidam testa.§.pen. vel antepe.Quidā dicunt contrarium: quia periculum interitus rei venditæ pertinet ad emptorem post perfectam emptionē:sed certè verum est quantum ad hoc vt non obstante peremptione possit conueniri ad pretium conuentum quod est in obligatione.non quo ad hoc vt possit conueniri ad pretium non conuentum.quod non est in obligatione,sed in solutione.vt dictū est.in quodam tamen casu videtur aliud, scilicet in muliere decepta in æstim.rei datæ in dotem æstima. vt post ipsam peremptā nō debeat petere suppletionem pretij: sed bene possit petere pretium 2
conuentum.vt in.l.si res. §.j.ff.de iure do.& plenè habetur. j.sol. ma.l.si circūscripta.dic vt ibi: & vide in Spe.loco.ś.allegato.vbi tangit tres opi.& secundùm quālibet format libellum.vna est ꝙ tantum res.sit in solutione.altera ꝙ suppletio tantum pretij.alte-
17 ra quòd vtraq; alternatiuè.† In septima quæstione. dic vt in glo. quod ista.l.habet locū econuerso quando emptor esset deceptus Similiter in octaua quæstione. quod venditor dicitur deceptus vltra dimidiam:si rem valentem.x.vendidit pro.iij. & emptor si rem valentem.x.emit.pro.vj.reprobata alia opi.quòd tūc quando rem valentē.x.emisset pro xx.licet Pe.& Cy.eam tenentes.sed Bal.dicit esse fantasiam. & tenet gl.& idē Alb. de ros. In vltima
b quæst[illegible].e.qualiter ꝓbatur valor rei ?. gl. ponit aliquos modos. Bal.dicit ꝙ clarus modus est quod ponantur æstimatores.Angelus dicit quod ista practica non valet obolum:quia æstimatores aliquando non inuenirent rem secundùm pretium hodierni temporis: sed hoc non sufficit:imò debet probari pretiū, quod erat tempore venditionis:vt.j.eo.l.si volūtate in fi.tu dic quod imo valet. quia ex præsenti tēpore præsumitur in præteritum, si non erat longū tēpus. nec apparet aliqua extrinseca causa propter quam potuerit esse variatio.per ea quæ not. Cy.in.l.si minorē. §.de in integ.restitu.& quando probatur per testes,qualiter debeant deponere.vide per Bar.in l.fi.de prędijs mi.vbi dicit quod potest recurri ad æstimā communis.& vide quod no.in.l.pretia rerum.ff.ad.l.fal.

☞ *In contractibus nominatis non est locus pœnitentiæ.*

Dato uno inconuenienti, aliud sequitur.

Dato quod non expedit, sequitur quòd non oportet.

LEX III.

1 DE contractu.† Venditio iuris perfecta non rescinditur ex voluntate alterius contrahentium tantū:etiā mediante rescripto principis, vel ex priuilegio fisci:& etiā si offeratur duplum pretiū percepti.h.d.cū.l.ratas.j.eo.quæ debent cōiungi.cum ita cōtendant ad idē:† & sic in cōtractibus nominatis non est locus
c ¶ Sed quid si. Adde de hac qõ. & dic vt plenè per d. Fabi. de sancto saui. in trac de emp. & ven. in vj. q. princ. ver. circa quartũ. & pulchrè per d. metũ Soz. in l. demõstratio falsa co. iij. ff. de cõd. & demon. & in ꝓposito, vide Ale. in cõs. viij. ꝑ totũ. in iij. vol. Et adde eũdẽ Ale. de Imo. in cõsil. cxxxiij. colũ. iij. ver. ꝓterea etiã dato in j. vol. Sira.

a ¶An dolus. An dolus probetur per extrinsec. vide in.l.dolum.C.de dolo. Paul. de ca. in.l. interpositas.in.j.co.C.de tran.

vendidi pro mille aureis:& dixi quòd continebat centum campos, & postea non fuerunt tot reperti. Respõde quòd debet diminui de pretio pro rata.ff.de act.emp.l.si seruum.§.si modus. Sed quid si fuerint reperti plures,an augebitur pretium,videtur quòd sic eadem ratione. tex.videtur in.l.qui fundum.§.qui agrum.ff.de contrah.empt.facit.l.si venditor.in prin.de actio.empt.& l.pe.§.fi.Quidam verò dixerunt quòd non teneor tibi tradere nisi centum campos:& illud quod plus reperitur possum retinere,si nolo tradere per illũ §.fi.de hoc vide in additio.Spec.de emptio.& vendi. §.sciẽdum. in fi.vbi distinguit qualiter verba venditionis fuerint concepta: an inceperint à mensura. vt vendo tibi centum campos terræ in tali loco, & non teneor illud dare quod est plus. an inceperit à re: vt vendo tibi fundum centum camporum, qui est in tali loco.& sic totum venit:quia illa verba centum camporum ponuntur causa demonstrationis: quæ licet non reperiantur vera non habent vitiare. videtur tamen quòd pretium debet augeri per illum textum nota. in.l. qui fundum. §. qui agrum, sicut deberet diminui si non reperiretur integra mensura. vt in.d. l. si seruum. §.si modus.

1 ☞ *Periculum contingens post uenditionem perfectam, quando pertineat ad venditorem, non ex causa de præterito.*

2 *Dolus venditoris, an noceat emptori: ut non possit usucapere, uel præscriberet*

LEX III.

DOlum. Dicit hic. Bald. secundum Nico. de ma. quòd ista lex, per ea quæ hic glossantur non potest intelligi. tu dic, quòd valde bene potest intelligi.& limita totum titulum. †Et est singularis limitatio:vt tunc periculum contingens post venditionem perfectã, non ex causa de præterito,pertineat ad emptorem:quando venditor non fuit in dolo, quia ignorabat ipsum periculum euenturum:sed si fuit in dolo, & sciebat ipsum euenire debere:quia sciebat qualitatem vini sui:quia non consueuit durare:& non admonuit emptorem:pertinet ad venditorem:nõ ad emptorem. quod videtur verum:etiam si contingat post traditionem:propter naturam contractus bonæfidei, quia non debebat subticere quod sciebat. vt in.l.j.§.j. ff.de act.empt. & l.quæro. & hoc vult ista.l. secundùm primum exemplum gloss.Item si in facto ipsius venditoris accederet: vt in secundo exemplo,& hoc siue affirmauit duraturum, quo casu non est dubium. vt. l. Iulia. post princip. ff.de actio.empti. nam tunc etiam si ignorabat vitium, tenetur: quia non debuit esse facilis ad firmandum quod ignorabat, siue non affirmauit sed ignorabat. sed quid si dixi nolo teneri? non sufficit.postquam sciebat,quia videtur mala fide hæc dixisse, & malafide versatur. vt dicta.l.j.§.j. & l.quæro, & ita debet exemplificari vt faciat ad titu. † Sed extra materiam titul. si quæritur an dolus venditoris noceat emptori, vt non possit vsucapere, vel præscribere. Respondetur quòd aut res erat affecta vitio reali,quia furtiua,vel vi possessa, & nocet: vt in gloss. Aut non erat affecta, tamen venditor sciebat rem alienam: & erat res immobilis, in qua vendenda non committitur furtum, & olim mala fides venditoris non nocebat emptori. vt. l. prima. j. de præscriptio. long. tempor. hodie per authenti. malæ fidei. ibi positam, secus: quia facit, vt requiratur maius tempus ad præscribendum.

LEX IIII.

CVm inter. †Istæ tres leges dicunt, quod dicit. l.j. ŝ. eo. & declarant vt post perfectam venditionem,periculum pertineat ad emptorem etiam ante traditionem rei: si venditio est celebrata sine scriptis,& purè.& periculum non eueniat ex præterito vitio. hoc dicunt istæ leges.

De actio. empt. & uendi. *Rubrica.*

1 ☞ *Vendita re si non fuit habita fides de pretio, & emptor non soluat non transfertur dominium: & competet uenditori rei uendi.*

Condictio ob causam non durat in contractibus nominatis.

2 *Emptor si non posset soluere pretium: nec haberet aliam rem, quòd possit venditor facere se mitti in possessionem, & tenutam rei venditæ pro debito pretij: nõ quòd eam repetat per rei uend. uel condi. ob causam si translatum est dominium. & nu.*

Si sunt alij creditores qui uolunt concurrere in illa re, an venditor præferatur.

LEX I.

ADuersus eum. †Contra emptorem non soluentem pretium, vel non perfectè implentem contrarium datur venditori actio personalis ex vendito, non autem datur rei vendicatio ad rem venditam & traditam. hoc dicit:quia † translatum fuerat dominium, si fides fuerat habita de pretio:aliàs,bene competeret rei vẽdicatio. vt in gl. ĝ. de rerum diui. §. venditę. sed nec competit condictio ob causam quasi causa non secuta, quia non datur in cõtractibus nominatis:cum cõpetat ad rescindendum contractum & contractus nominati non rescinduntur propter defectũ causę sed agitur vt causa impleatur. vt. ŝ. de rei vendica. l. inciuilẽ. sed nec actio ex vendito vel empto regulariter dantur ad rescindendum cõtractum. vt. j. eo. l. venditi. quam iunge cum ista opi. cùm emptor (si res nõ tradatur) repetit pretium solutum. vt. j. eo. l. sicut. in fi.& ecõuerso venditor si pretium nõ soluatur debet posse repetere rem. &c. emptor nõ repetit pretium tanquam pretiũ, sed agit ad interesse si res nõ tradatur vt infra. eo. l. si traditio. sub quo interesse venit pretium solutum. †Et eodem modo si emptor nõ posset soluere pretium nec haberet aliam rem posset venditor facere se mitti in tenutam & possessionem rei venditæ pro debito pretij,nõ quòd eam repetat per rei vendica. vel condictionẽ ob causam. Sed pone quòd sunt alij creditores,qui volunt concurrere in illa re: an venditor præferatur:& sic non transtulissent dominium, quia non fuisset habita fides de pretio,nõ esset dubium,quòd præferetur,sed si est translatũ, & sic est itum in creditũ, videtur quòd omnes concurrant,per tex. in.l. procuratoris. §. si plures. versic. nè. vsq; in finem. ff.de trib. sed in contrariũ:quia res vendita iure pignoris videtur posse retineri pro pretio:vt no. ff. eo. l. Iul. §. alteri. sed antequam tradatur cùm sit venditoris non est propriè pignus quod in re sua nõ cadit. vt. l. neq; pignus. de re. iur. cum verò traditur dominiũ transfertur, videtur quòd pignus reconsolletur. & ideo venditor videtur præferendus alijs creditoribus chirographarijs. Iste casus potest esse quotidianus in aliquo mercatore, qui post emptionem mercium fefellit & tamen nondum soluisset pretium: vtrum venditores earum præferantur alijs:& isto articulo vide quod no. Bal. in.l. fi. circa fi. ŝ. commo. & quod idem Bal. & Ang. no. in. l. si cum dotem. §. fi. ff. solu. matri. qui videntur concurrere quòd si statim post emptionem fefellit, venditores præferantur. quasi videantur tradidisse sub spe habẽdi pretium incontinenti:& sic dominium non sit omnino translatum. & adde quod idem Bal. no. suprà depositi. l. fi.

LEX II.

VEnditi. †Venditori datur actio ex vẽdito ad pretium nondũ solutum: vel in falsum debitũ per errorẽ cõpensatũ: & etiã ad fructuũ restitutionem, quos emptor indebitè occupauit. h. d. Bal.

LEX III.

EXarrhali †Ex solo pacto non datur rei vendicatio: sed actio personalis. h. d. secundùm communem lecturam glo. quæ legit illam legem pluribus modis: & quælibet lectura potest esse bona. doct. tamen tenent tertiam in versic. [vel dic tertiò] quòd propter dationem arrharum dominium rei venditæ non transit in emptorem sine traditione: sicut nec per solutionem pretij: quia nudis pactionibus dominia rerum non acquiruntur: sed traditione & vsucapionibus: vt in l. traditionibus. ŝ. de pac. Vel dicq; dominium rei datæ pro arrha non fuit translatum in venditorem: & sic perfecta venditione & soluto pretio bene potest ipsas res vendicare. tamen ista rei vendicatio non oritur ex contractu arrharum: sed ex dominio, quod est penes emptorem: ex illo autem pacto datur actio personalis. vt in gloss. quæ allegat l. contractus. ŝ. de fide instru. Est enim contractus per se separatus à venditione: tamen accessorius ad eam.

2 ☞ *Venditor an possit præcisè compelli ad traditionem rei venditæ*

LEX IIII.

SI traditio. †Contra venditorem non traditorem datur actio personalis ex empto ad interesse. hoc dicit. & super ista l. cadit plures quæstiones, quæ formantur per gloss. in l. j. in princi. ff. co.

tit. quas Bald. prosequitur hic. sed sufficit vnam referre. videlicet
2 an venditor possit precisè cōpelli ad traditionem rei vēditę. Mar.
tenuit q̄ sic: sed gl. inducit hāc l. cōtra eū: quia videtur q̄ agi ad
interesse. Itē ratio inducitur: qa in obligationibus facti post morā
succedit obligatio ad interesse: nec pōt agi precisè ad factū. l. sti-
pulationes nō diuidūtur. §. Celsus. de verb. obli. & l. si quis ab alio
de re iudi. nisi in casu speciali propter publicā vtilitatē. vt in scri-
ptore q̄ se obligauit ad scribendū. vt no. in l. stipulatio. §. siue. de
ope. no. nun. ff. & quando obligatio descēdit ex vltima voluntate.
l. fideicōmissa. §. fi. de leg. iij. & quando est obligatio iudicialis.
vt in. l. sed & hæ. §. defendere. cū ibi no. ff. de procu. sed venditor
obligat ad factū. s. ad tradēdū rem, & promittendū de euic. vt in
l. j. ff. de rer. permuta. nō aūt ad dādū. i. dominiū trāsferendum: li-
cet emptor (qui tenetur in genere ad pretiū) bene sit obligatus ad
dādum, vt hæc habentur in. l. exempto. in princ. ff. eo. tit. constat
autē rem tradi consistere in facto. vt l. si rem tradi. de ver. obli. ff.
cōis tamē opi. est quam gl. insti. de cōtrahen. emp. §. pretiū ponit
q̄ si vēditor habet facultatē rei tradēdæ, posset precisè compelli
ad tradēdū. nam potest sibi auferri res manu militari. vt in. l. qui
restituere. in fi. ff. de rei vend. q̄ dicit hoc posse fieri non solùm in
actionibus realibus cōpetentibus ad aliquam speciē certam: nec
obstant allegata in cōtrariū. quia obligatio rem tradi licet sit me- 1
ri facti, quando descendit ex cōtractu stricti iuris. vt in. d. l. si rem
tradi. & etiā quādo est bonæfidei, si nō ordinatur ad dñij transla-
tionem: vt in actione ex locato. quādo aūt ad hoc ordinatur, non
dicit cōtinere merū factū: sed cōtinet etiā dationē. quod ex eo pa
tet. quia ex tali traditione transfertur dominiū cōsecutiuè si erat
penes tradentē: licet ad hoc nō esset obligatus. q̄ tamē nō est in ca
sibus præcedentibus: quia nō transfertur. etiā si sit penes traden
tem ideo quia talis obligatio descendēs ex tali contractu habet
mixtam causam: scilicet facti & donationis, seruatur media via:
vt si debitor habet facultatem tradendi: precisè possit cogi. & cō
pelli ad tradendum: si non habet, agitur ad interesse. ita debet in-
telligi hic: & l. j. in prin. ff. eod. & hoc etiam tenent Canonistæ. in
tcùm Ioannes. de fide instru. & vide hic per Bal.

1 ☞ *Si venditor non tradat rem, cū tamen emptor tradidisset pretium, an emptor possit repetere pretium & usuras quas soluit ei à quo mutuò pretium recepit: quòd sic.*
Emptor si non soluit pretium, an usuræ ueniant à tempore traditionis, an cōtractus, & quid in fructibus, & quid si erat res ex qua non percipiebantur fructus? & nu..

LEX V.

1 VRabit. *†A tempore traditionis rei venditæ em-
1 ptor qui pretium non soluit tenet ad vsu-
ras pretij. h. d. etiam si alio modo non sit in mora: quia
non fuit interpellatus vt solueret pretium: tamen dici-
tur in quasi mora, postquàm contractus sibi fuit impletus. vt no.
ff. de vsu. l. euic. §. fi. in gl. pōt etiam esse in vera mora etiam tradi-
tione nō facta: si vēditor obtulit rē. & petijt pretiū: & emptor no-
luit recipere, nec pretium solùere: & sic vsuræ veniunt à tēpore
2 morę. ita loquit. l. fructus in fi. j. eo. & dic vt dixi. s. de vsu. l. ij. † In
text. ibi. [fructus percepit.] Idē si nullos percepit. quia erat res
ex qua nō percipiebantur fructus sufficit enim q̄ fuerit tradita:
& sic contractus fuit sibi impletus. & in potestate emptoris fuit
de illa facere quòd volebat. Sed quæro. & ista quæstio cadit in. l.
prece. si venditor nō tradat rem, cū tamen emptor tradidisset pre
tium: an possit emptor repetere pretiū & vsuras quas soluit ei à
quo mutuò pretium recepit. dic quòd sic. & est casus qui non est
3 alibi secundùm Bal. ff. eo. l. Lucius titius. in fi. † Nunc pro decla
ratione glos. op. q̄ vsuræ non veniant solū à tempore traditionis,
sed à tempore cōtractus. Nā à dicto tēpore fructus percepti etiā
per venditorem pertinent ad emptorē. vt. j. e. l. fructus. ergo sicut
ad eum pertinet commodum fructuū, ita debet pertinere onus
vsurarum. arg. huius. l. quæ facit vim in perceptione fructuū: Ti-
more huius quidā dixerunt quos refert gl. j. q̄ illa lex loquit q̄n
ipse emptor percepit fructus. & tunc à tempore traditionis. s. q̄n
venditur: & sic à tempore vēditionis. gl. nō approbat hunc mo-
dum loquendi: sed dicit q̄ si nō erat facta traditio: & sic per ven-
ditorem fructus erant percepti, est in electione emptoris petere
fructus. per illam. l. fructus. & si hoc facit, extūc tenetur soluere
vsuras, vel fructus nō petere: qa fortè pauci sunt. & tunc ex quo
traditio nō erat facta, nō tenebitur ad vsuras: supple etiā si vēdi-
tor ei offerat fructus quos percepit. quia nō tenetur emptor eos
recipere: ne ad vsuras teneatur. Sit ergo cautus venditor. q̄ offe-

rat statim rem, & petat pretium, si videt em a
ptorem non esse paratum soluere, pretium:
tunc cōstituat eū in vera mora: & faciat eū
teneri ad vsuras. & si posteà vēditor aliquos b
fructus percepit, & vult petere pretium cū
vsuris, debet offerre rem, & etiam illos fru-
ctus. sed si non obtulisset, nec ipsum in ve-
ra mora constituisset, nō posset postea offe-
rendo fructus petere vsuras. ita intellige &
declara illam gl. & ista sunt no. quia etiā ho
die de iure canonico tales vsuræ sunt licitę
secundùm gl. quia veniunt potius vt interesse, quàm vt vsurę. vt
etiam no. in. d. l. ij. §. de vsuris.

¶ Curabit. ad mate
riam huius. l. vid ple
nū cōs. d. mei. d. Bar.
Sozi. in cōs. clxxvi.
¶ Probare. Adde de
hoc & dic vt p. Ale.
de Imo. in consi. cxl-
vij. col. fi. in v. volu.
& per dominū meū
Sozi. in consi. lxxx-
ix. col. v. ver. ij. & co
lum. vij. vers. confir-
matur. Stra.

LEX VI.

1 VEnditi. †Actio ex vendito nō datur ad resoluē-
dum contractum: nisi fuerit actum inter
partes de resolutione. si ergo fuit appositum pactum
legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, quæ ten-
dunt ad resoluendum, bene. & sic daretur actio ex vēdito ad re-
petitionem rei venditæ & traditæ. vt in gl.

LEX VII.

1 SI seruos. †Non liberatur emptor à solutione pre
tij, si tradat venditori pecuniam propriā
ipsius venditoris. h. d. Concordat. l. j. §. si seruus extero.
& gl. dicit hoc verū si venditor recepit ignorāter: secus
si sciēter. per. l. j. §. elegāter. ff. depositi. q̄ no. de hoc etiam tāgitur
in. d. l. j. in gl. super verbo ignorante. in prima expositione. §. si ser.
extero. quā tamē declara per istam gl. & per. l. allegatam in ea.

2 ☞ *Emptor si posset rem uendicare tanquàm dominus, per solutionem tributorum & publicarum functionum, non posset repelli per exceptionem pretij non soluti.*
3 *Æstimum non probat dominum, nec possessionem.*
Venditor potest conueniri ut tradat rem. & hoc consistit in facto: & transferat uacuā possessionem. & hoc consistit in iure.
4 *Emptor si agat ad traditionem rei nondum soluto pretio, Iudex ex officio potest prouidere ut pretium soluatur, & hoc potest duobus modis practicari.*

LEX VIII.

1 SI pater. †Emptor re non tradita non efficitur do-
minus: etiam si gerat se pro domino soluē
do, tributa & publicas functiones pro ea: ideo non po-
test vendicare: sed debet agere personali actione exem
pto, vt inducatur in vacuam possessionem soluto pretio. h. d. bal.
2 †& aduerte diligenter. quia si posset rem vendicare, quia censere
tur effectus dominus per solutionem tributorum, & publicarū
functionum, non posset repelli per exceptionem pretij non solu
ti. per. l. si filiusfa. post princi. & per. l. cum fundus. §. seruum tuſi.
ver. quòd ad peculiares. ff. si cer. pet. sed deberet sibi res restitui:
quia non debet retineri inuito domino: & postea posset venditor
agere ad pretium. Et idem dico si venditor tradidisset habita fide
de pretio. & sic dominium transtulisset. & postea possessio reuer
teretur ad venditorem, & venditor ageret rei vendicatione non-
dum soluto pretio. sed si dominium non est translatum, & sic ha
bet necesse agere ex empto: vt res tradatur. potest repelli per ex-
ceptionem pretij non soluti. ista fuit intentio huius. l. si subtiliter
intelligitur. In text. ibi: [nec induxit in vacuam possessionem.]
quòd ex eo apparet: quia emptor non probat rem sibi fuisse tra-
ditam: licet probet: & ponat quòd fuit in æstimo suo per tot an-
nos: & continuè soluit publicas functiones. vnde per hoc vult
arguere quòd præsumatur sibi traditio facta: & sic possessio &
dominium in eum translatum. tu autem reperiris in possessio-
ne rei: & hoc præualet: vt præsumatur traditio non fuisse fa-
cta: aliàs præsumeretur pro æstimo communis non apparente
contrario. vt not. de prædijs naui. l. fin. libr. x. & sic debet intelli-
gi. l. solennibus. §. de rei vendi. vt non sufficiat soluere publicas
functiones, & stetisse in æstimo ad probationem dominij & pos
sessionis, quando apparet de contrario: quia alius est dominus
3 & possessor. †Not. gloss. hic secundùm Bald. æstimum non
b probare ᵇ dominium, nec possessionem. quòd intellige vt dixi.
Item in ver [& si re.] quòd venditor potest conueniri vt tradat
rem. & hoc consistit in facto. & transferat vacuam possessionem
& hoc cōsistit in iure. quia possessio est ius. vt in. l. peregrè in prī
ci. ff. de acquirē. pos. & licet hoc non sit necessariū ad translatio-
nem dominij: quia sufficit traditio facti: licet non transferatur

possessio vacua.vt in.l.si fundum.ff.de fundo do.cùm ibi not.tamen venditor post obligationem ad possessionem vacuam trãsferendam nec est liberatus per simplicem traditionem facti, si non transtulit possessionem vacuam: & si adhuc potest conueniri.vt in.l.ij.§.fi.cum.l.seq.§.j.ff.eo.titu. iunctis his quæ no.in.l.
4 cùm res.§.de proba.per Cy. & alios. † Vltimò no.in fin.quod si emptor agat ad traditionem rei nondum soluto pretio, ludex ex officio potest prouidere vt pretium soluatur. quod potest duobus modis practicari. Primo vt opposita hac exceptione p venditorem, repellat emptorem nisi pretium soluat. Secundò si venditor petijt pretium, reconueniendo quòd illum condemnet ad pretium. Tertiò quòd condemnet venditorem ad traditionem rei: dummodo non fiat executio sententiæ nisi soluto pretio per l.iij. §. illud videndum. ff. de fideicom. lib. Tene menti prædicta. quia ex his redditur ista. l. vtilis & not. licet prima facie videatur contrarium.

1 ☞ *Actio quantò minoris fuisset quis empturus, est ciuilis.*
Actio quantò minoris res ualet, est prætoria.
2 *Si uenditor asseuerauit minus esse onus fiscale quàm esset: potest etiam emptor agere ad integrum interesse.*
3 *Quid si uenditor ignorauit? & nu. 5.*
4 *Quid si non asseuerauit? & nu. 6.*
5 *Quid si emptor sciebat uitium rei?*

LEX IX.

1 **SI minor.** †Venditor qui asseuerauit minus esse onus fiscale quam esset: siue sciens, siue ignorans, tenetur emptori ignoranti actione quantò minoris fuisset empturus si sciuisset. sed emptori scienti non tenetur in aliquo. h.d. Ecce casum. In tex. ibi: [capi-
2 tatio.] i. cẽsus. † In tex. ibi: [minus daret pretij.] & ista actio quantò minoris fuisset empturus est ciuilis. sed est quædam alia prætoria. s. quantò minoris res valet: & de illa non loquitur iste text. sed habetur in tit. de ædi. edic. nam potest esse quod non minus valet. & tamen emptor pro tanto emisset. & econuerso potest esse quod non tantum valet: & tamen emptor propter affectionẽ
3 non minus emisset. & sic habent diuersas naturas. † Sed oppo. q̃ imò emptor possit agere ad integrum interesse: quod potest trãscendere si fortè est in aliquo damnificatus propter hoc mendacium: siue venditor sciuerit, siue ignorauerit, propter temerariã assertionem. vt. ff. eod. l. Iulia. post princi. Respondeo fateor. & quod hic dicitur suppleri debet per illam. l. & sic potest agere qua actione vult vel quantò minoris, vel ex empto ad interesse.
4 quæ sunt actiones diuersæ. Item opp. † quod si venditor ignorauit, non teneatur ad aliquid: sicut quando emptor sciuit. vt in. l. si sterilis. §. j. ff. eod. glo. soluit multis modis tene illam in ver. [vel dic, quòd est verius:] quòd istud contingit hic propter temerariam assertionem: quia non debuit esse facilis ad asseuerandum
5 quod ignorabat. vnde propter ignorantiam non excusatur. † Si verò non asseuerauit, & tunc distinguitur an sciuit, & nõ admouit: & idem. vt teneatur non solùm quantò minoris, sed etiam ad omne interesse: an ignorauit. & tunc non teneatur in aliquo. sed cõtra hoc vltimum quod imò teneatur etiam quãdo ignorauit, saltem actione quantò minoris. licet non ad omne interesse extrinsecum. vt. d. l. Iul. circa prin. Quidã fatẽtur hoc. dicẽtes ignorantem non teneri. s. intantum quantum scies tenetur. s. ad omne interesse: sed bene tenetur quantò minoris. Alij videntur tenere, & hoc sequuntur gl. quòd istud procederet in alio qui habet res venditas: & emptor tacuisset ignoranter: sed in hoc qñ est magis grauatus tributis quàm emptor crederet, venditor ignorãs non tenetur in aliquo. & hoc ideo. qa est quid imputetur emptori cũ sciret: vel scire deberet prædium prouinciale fore tributarium, si nõ explorauit de quantitate tributi. Itẽ in alio casu fallit. qñ emit seruum furẽ, si venditor ignorabat. quia scire debebat emptor q̃ si seruus: ergo fur. cũ tales capiferi naturaliter sint fures: qa conantur furari dominis: etiã si cinerem furentur: vt dicit gl. in. d. l. Iul. In alijs autẽ casibus venditor etiam ignorãs tenetur saltẽ quantò minoris: & si dicatur si in dictis duobus casibus, est imputandum emptori sicut si ipse sciuisset: ergo venditor etiã si sciuit vitium, nõ debet teneri. vt in fi. huius. l. Respõdetur q̃ plus attẽditur vera scientia venditoris quæ constituit ipsum in dolo, quam ficta scientia emptoris, quæ cõstituit ipsum in culpa: qa dolus cul-
6 pæ præpõderat. vt in. l. Item si obstetrix. in fi. ff. ad. l. aqui. † Et ex his recollige tres casus. Nam interdum emptor scit vitium rei, & tunc venditor in nullo sibi tenetur occasione dicti viri: interdũ ignorat. & tunc aut venditor etiam ignorat, aut scit. Primò casu aut asserit nõ subesse vitium: & tenetur insolidum propter temerariã assertionem. aut nõ asserit, & tũc regulariter tenetur quantò minoris. Fallit in duobus casibus in quibus in nihilũ tenetur: qz ꝯ. dixi si venditor sciuit & tacuit, tenetur insolidum non solùm quãtò minoris ad omne interesse etiam extrinsecum. vt. d. l. Iul. cùm ibi plenè no. quæ per prædicta remanent clarè expedita.

2 ☞ *Sicut rumpitur fides veniendo contra conuenta: ita veniendo contra promissa.*
Venditor qui rem venditam non tradidit in termino, an possit purgare moram tradendo carnes post terminum?
3 *Si familia seruorum emptoris mortua est propter defectum carnium, an potuit per hoc interesse?*

LEX X.

1 **CVm venditorem.** †Si res vendita nõ traditur in termino, agitur ad interesse. h.d. In text. ibi: [fide conuentionis rupta.] No. q̃ † sicut rumpitur fides veniendo contra conuenta. vt j. l. proxi. in fi. ita non seruando promissa. Quæritur hic.
2 quid si iste venditor vult purgare moram, & dare carnes post terminum: an debeat audiri, vt euitet condemnationem interesse. glo. hic tenet quòd nõ. per. l. Celsus. ff. de arbit. in contrarium qd habetur ibi in l. prece. quia quando est dies: & non pœna, pecunia hic erat. post diem admittitur purgatio moræ. dummodo debitor offerat interesse. i. faciat quòd creditor non remaneat in damno propter moram. So. intellige gl. quando amodò post tempus emptoris non intererat habere carnes: quia propter moram oportet ipsum aliunde emere carnes, & tunc amplius carnibus non indiget. vnde tenetur venditor pretium restituere conuentum: & tamen vltra quantum plus constiterunt carnes postea empt. sed si sua interesset habere carnes, audiretur offerendo carnes. nec habuit restituere pretium perceptum: dummodo tamen vltra quantum carnes aliæ constiterũt. vt ibi. no. † Item quæro. quid si animalia seruorum emptoris mortua est propter defectum carniũ: an potuerit peti hoc interesse. i. pretium seruorum? dic q̃ nõ: quia interesse extrinsecũ, q̃ nõ venit etiam in cõtractu bonæ dei. vt l. si fi-
3 rilis. §. cum per venditorem. ff. eod. sed duntaxat intrinsecum. q̃ consistit in valore rei & vult etiam hoc glo.

LEX XI.

1 **SI ancillam.** †Venditor ancillæ post traditionẽ nõ põt eã manumittere: quia nõ est dñs. sed ante sic: tamẽ tenetur ad interesse: quia non potuit amodò tradere. h.d. casus scẽdm dictum procedit. nam
ex vẽditione etiã sine traditione fuisset translatũ dñium: vt si vendita fuisset ecclesiæ. vt s. de sac. san. ec. l. fi. Sed op. de. l. generaliter ff. qui. & à quib. vbi etiam dominus nõ potest manumittere quia seruus vel liberta subiacebat restitutioni. sed hic erat huiusmodi quia vẽditor tenebatur tradere: ergo nõ potuit manumittere. So. cõtrariũ loquitur qñ subiacet restitutioni ex dispositione vltimæ voluntatis: secus quãdo ex dispositione inter viuos quæ non est ita fauorabilis. vt in. l. in testamentis. de reg. iur. ita intellige gl.

2 ☞ *Venditio uini facta ad mensuram, dicitur perfecta antè quam mensuratio fiat, ad degustetur: quantum ad hoc ut augmentum uel diminutio precij pertineat ad emptorem. & num. 5.*
3 *Quid de periculo interitus, uel deteriorationis?*
Quid si unum uenditur in specie, non ad mensuram?
4 *Quando dicetur uenditio facta ad mensuram?*
5 *Si dico uendo tibi illam uegetem uini ad rationem uiginti solidorum pro qualibet salma, an dicatur uenditio facta ad mensuram.*

LEX XII.

1 **SIcut periculum.** †Si post venditionem perfectam pretium venditæ augeatur: commodum pertinet ad emptorem: & ideo si non tradatur, non solùm repetitur pretium conuentum. sed etiam tantum, quantum hodie plus valet.
2 h.d. † Et no. l. nam puto quòd habeat locũ etiã cum venditio fuit facta ad mensuram: & mensuratio adhuc non erat facta: licet enim venditio non videatur perfecta, quantum ad hoc vt periculum interitus vel deteriorationis vini pertineat ad emptorem, quantum tamen ad augmentũ vel diminutionẽ pretij cẽsetur perfecta vt si pretium postea diminuatur: nihilominus emptor teneat ad uere pretiũ conuentũ. & si augeatur, nõ tenetur plus soluere quã cõuentum

cõuenerit:quia hoc interesse licet vno respectu dicatur intrinse-
cũ.vt dixi in.l.cum venditorẽ.alio respectu.s.deteriorationis, vel
peremptionis rei, dicitur extrinsecũ:ideo quantũ ad hoc nõ attẽ-
ditur an fuerint venditiones in specie:vel ad mensuram. sed sta-
tim dicitur perfecta vẽditio etiam ante mẽsurationem:vel degu- 1
stationem:per hãc.l.quòd tene mẽti: quia per alium nõ tangitur.
†Quantũ verò ad periculũ interemptionis, vel deteriorationis
rei,dic vt in gl.quæ vult in effectu q̃ si vẽditio fuit facta ad men
surã,ad hoc vt periculum pertineat ad emptorem,requiritur de-
gustatio:& etiam mensuratio.nec sufficeret primũ sine secundò:
sed ecõuerso bene sufficeret.quia cũ mensuratur,traditur: & qñ
est traditũ,hoc solũ sufficit sine prædicto.quia transfertur dñium
& sic periculũ est emptoris:vt dixi in.l.j.§.tit.j. Quãdo verò ven
ditur in specie,nõ ad mensurã,sufficit sola degustatio absq̃ men
suratione:vt periculũ pertineat ad emptorẽ:& prædicta nisi em-
ptor susceperit in se periculũ:vel fuerit in mora mensurandi, vel
degustãdi.quibus casibus indistinctè pertinet ad ipsum pericu-
lũ etiã si nõ fuit facta traditio,nec degustatio,nec mẽsuratio.hæc
est conclusio gl.licet diuersæ fuerint opi.retẽta opi.Io.†Sed quę
rit Bal.no.quãdo dicatur venditio facta ad mensurã.‘pone enim
q̃ dixi vẽdo tibi illã vegetem vini ad rationẽ. xx. solidorum pro
quolibet salma,an dicatur facta ad mẽsuram:‘videtur q̃ sic. quia
pretium dinumeratur ex mensuris.Contrariũ tenet ipse.quia mẽ
suratio non fit ad substantiam venditionis,sed ad declarationem
pretij quòd erat certũ in rerum natura.scilicet quantum vinum
erat in vegete:licet esset incertum quo ad nos:ideovẽditio statim
fuit perfecta.& idem in re immobili.si dicerem vendo tibi hunc
fundum ad rationem.xx.librarũ pro quolibet cãpo, vel iugere:
quia nõ diceretur facta ad mẽsuram.Sed tunc dicitur ad mensu
ram facta:si diceretur vendo tibi.x.corbes vel salmas vini ex ista
vegete.vel campos centum terræ ex isto fundo.& tunc ante mẽ-
surationem venditio non esset perfecta. Tene menti perpetuò
hæc verba.quia declarant infinitas leges.& sine ipsis de facili er-
raretur.& fortè multi dicerent contrarium, quòd qualitercũque
de mẽsuratione sit facta mẽtio,dicatur facta ad mensuram. In
tex.ibi.[mutati.].i.deteriorati.In tex.ibi:[ita cõmodũ aucti pre-
tij pertinet:]& sic si plus valet hodie vinum,tenetur tradere pro
pretio cõuento venditor.†In tex.ibi:[si certę.]infert ex prędictis 2
q̃ etiã si vinũ fuit venditum ad mensuram,postea antè quã men
suretur auctum est pretium,tenetur vẽditor tradere pro eodem
pretio conuento.& nisi tradat,nõ solum repetitur pretium cõuẽ
tum q̃ erat traditum:sed tantum plus quantũ hodie valet. Nec
obstat si dicatur vẽditio non erat perfecta nõ facta mensuratiõe:
& sic periculum deteriorationis & peremptionis nõ pertinebat b
ad emptorem hoc casu:licet secus si nõ ad mensuram.vt in prin.
ergo nec cõmodum debebit ad emptorem pertinere. per regulã
quæ ponitur in princ.quia refert(vt ś.dixi)q̃ hoc non attendi-
tur quantum ad commodum aucti vel diminuti pretij, sed solũ
peremptionis vel deteriorationis rei.& tunc distingue vt in glo.

†Fructus semper intelliguntur deductis expensis factis in colendo,& recolligẽdo eos.

LEX XIII.

FRuctus.†Perfecto contractu fructus pertinent ad emptorem sicut & onera fiscalia: & emptor tenetur ad vsuras pretij ex tempore moræ.h.d. Primum dictum intellige nõ solum de fructibus post venditis,satis,& recollectis,sed etiam de fructibus pendentibus licet fuerint sati ante venditionem.vnde propter hoc fortè videbatur contrarium.q̃ nõ debeant ad emptorem pertinere: sed qñ sati sunt post,imputet sibi vẽditor cur hæc facit.potuit enim rem tradere,& nõ serere.quia non tenebatur esse vel factor vel colonus emptoris.vt l.vẽditor.ff.de hære.vel act.vẽdi.sed dic q̃ fructus pendentes veniunt:quia per se nõ considerantur:quia cẽsentur esse pars fundi.vt l.fi.ff.quæ in fraudem credito.ideo veniũt nisi excipiantur.Et quid in pensione coloni,vel inquilini?dic vt l.Iulia.§.si fructibus.ff.eo.& q̃ no.in.l.fi.de iure fisci.per Bar.Secundũ dictũ declara vt dixi in l.curabit.ś.eo. In tex.ibi: [conue- 1
nit.]†refusis tamen expensis venditori,quas fecit in colendo, & recolligendo fructus.vt j.eo.l.post perfectam. quia semper fructus intelliguntur deductis talibus impensis.vt.l.fructus.ff.solu. mat.& in l.si à domino.§.fi.cũ.l.se.ff.de pe.hære. nam nullus est casus qui hanc deductionem possit impedire.vt dicit text.nota.

in l.fundus.la.ij.ff.fa.er.

LEX XIIII.

EMptor seruorum. †Nota hic illa ad quæ tenetur ille qui vendit seruum:etiam si nil expresse dicat:sed simpliciter vendat.nam poterit postea cõueniri vt promittat de omnibus istis de quibus hic:non cũ fideiussore, sed simpliciter.& posito quòd nõ promitteret,teneretur de omnibus istis: ad quid ergo requiritur ista repromissio?Respondeo vt clarior sit intentio emptoris postea agentis.vt no.ff.de sol.l.si pupilli.& hic vide l.ex empto.§.fin.cum ibi not.ff.eod.vbi plenius examinatur.

LEX XV.

VLtra modum. †Venditor qui non fuit in mora, non tenetur ad aliquid vltra sortem.hoc dicit lex ista.& est satis clara. 1

☞ Ad hoc ut possit agi de euictione,debet emptori res auferri per sententiam iustam,& ex causa quæ habuit originem ante venditionem:& quid si solam possessionem amisit? 2

Si emptor agendo contra spoliatorem succubuit,an tenebitur venditor? 3

Si venditor promisit emptorem defendere de iure & de facto manu armata contra volentem spoliare : an in tali casu teneatur emptori? 4

LEX XVII.

EXpulsos. †Si res auferatur emptori ex causa quę non habuit originem ante venditionem,& de facto potius quam de iure,non tenetur de euict. venditor.h.d.& semper allegatur.& hoc duplici 1
ratione. †Primò. quia ad hoc vt possit agi de euic.debet emptori res auferri per sentẽtiam.vt colligitur ex l.vtiq; ff.de reivẽd.sed hic non per sententiã,sed de facto fuit ablata per spoliationem.Secũdò.quia quãdo aufertur per sententiam,requiritur quòd sententia sit iusta:& si est iniusta,venditor nõ tenetur. quia potius dicitur casus fortuitus, b
de quo venditor non tenetur.vt l.si per imprudentiam.ff.de euic. sed hic iniustè fuit ablata:etiam si spoliator esset dominus: quia propria authoritate non debuit sibi ius dicere.vt in.l.nullus.ś. de iudæ.Est & tertia ratio:quia debet auferri ex causa quæ habuit originem ante venditionem.vt in.l.j.ś.titu.j.sed hic nõ sic.In tex. ibi:[quem habere ius in eo negatis.]supple maximè:nam idem si haberet ius:quia debuit ipsum iudicialiter prosequi:& per sentẽtiam rem aduocare.& tunc etiam si solam possessionem aduocasset venditor,teneretur.vt in.l.ratio.§.j.ff.eo. In fi.l.ibi: [experiendum esse perspicitis.]supple contra spoliatorem:non contra venditorem.†Sed pone q̃ agendo contra spoliatorem succumbit.an 3
tenebitur venditor?dic q̃ aut egit interdicto recuperandæ,& nõ tenetur:quia in hoc non habet causam venditor:aut egit rei vendicatione:& tunc tenetur:vt in.l.euicta.§.j.de euic.q̃ tenet hic gl. fi.in fi.& sic actio de euic.competit nõ solum si emptor succumbat se defendendo ab euincente:sed etiam si agendo contra euincentem vt in illa.l.q̃ tamen intellige sanè si venditorem requisiuit vt ipsum iuuaret agẽdo & obtinendo,aliàs secus.per.l.j.ś.ti.j. Item si succubuit in rei vendi.& in publiciana:& sic est omnino exclusus à proprietate:sed si egisset rei vendi.tantum, & succubuisset,supereresset sibi publiciana.ideo nõ ageret quouisq; in pu- 4
bliciana succũberet.vt.l.si minor.§.si seruus.ff.de euict.†Sed pone q̃ vẽditor promisit emptorẽ defendere de iure & de facto,an teneatur defendere manu armata cõtra volentem spoliare?dicũt doct.quod non:cum non sit de natura contractus.vt j. eadem.l. & istud verbũ potest intelligi ciuiliter,& scdm naturã cõtractus videlicet in iudicio.nõ solum de iure producendo iura sua. sed etiã de facto suscipiendo in se iudiciũ suis sumptibus & expẽsis.

a ¶Ad mensuram. Ad de hic quæ notaui ad l.ij.j.de peric.& com mo.rei ven. & in.l.j. ś.eo.titu.

b ¶Fortuitus. Quid sit casus fortuitus.vt de gl.insti.de re.dui. tn.§.thesauros Bald. in l.quæ fortuitis.C. de pig. ac. Car. zab. in c.j.in.xij.q.de cõmo.& qualiter probetur casus fortuitus vide glo.in.l.iij.in.§. si ad diẽ.ff.de re mili. Iac.de Aret.in l. scire oportet.in.§. sufficit. ff.de excu.tut.Bar.in l.j. C. depos. & an sufficit probare per iuramẽtũ.de quo in. c.quia propter.d ele. & in.c.cũ Bertoldus. de re iudi.& per Archi.in.c.j.de dolo & contu.lib.vj.& q̃ sit differentia inter casũ fortuitum,& casum improuisum . vide gl.fi.in.l.j.C. ad legẽ corne.de sicā. quam Bal.ibi dicit se nescire alibi:& an iniuria iudicis sit casus fortuitus.vide in.c.fi.de emp. & ven. Archi. & Io.an.in c.j.de dolo & cõ.li.vj.Io.and. in addi.Spec.de app. in.§.nũc breuiter.Ant o.de But.& Ioã. de Imo.in.c.querelã. de procu.Bar.in l.contumacia.in.§.fi.ff. de re iudi.Cy.& Bal. in l. fin.C.defi.instr.Bal. in.l.qui accusare. C. de eden.Ang.in.l.nõ exigimus.& est.l. ij. ff.si quis cau.Bar.cõ fi.incip.Ex facto .ponitur q̃ ex causa.

a Cſi pater emit libros. Adde Cy. Bart. & Ang. in d. l. filiæ licet. C. de colla Bart. in l. donationes. in §. pater. ff. de do. Raph. cuma. conſi. ccxxvj. inci. quidam filio ſtudenti Alex. ā. de imo. conſ. clxij. incip. circa primam dubitationē. in. ij. vo. & eſt conſilium duplicatū cōſ. ciij. in iij. vol.

hoc enim in facto conſiſtit. nec tenetur venditor ex ꝓpria natura cōtractus hoc facere. ſed ſufficeret quod aſsiſteret emptori ſecundum Iac. de Are. qui hoc tenet in l. dāni. de dam. infec. per. l. ſi parentes. j. de euic. ſed ſi promiſit modo prædicto, verba illa videntur hoc importare. notarij tamē dicunt communiter in inſtrumētis quod vēditor teneatur in ſe litem ſuſcipere ſuis ſumptibus & expenſis. Poteſt etiā illud verbum intelligi alio modo ſecundū Bar. vt teneatur defendere de iure & de facto. i. quod non feratur ſententia iniuſta: & ſi feratur, vult teneri: & ſic renūtiare legi ſuper imprudentia. quod fieri poteſt. ita videtur no. Bar. in l. ſtipulatio illa. de ver. obl. Bal. hic hoc vltimum improbat: quia ſententia iniuſta æquiparatur caſui fortuito: ad quem non cenſetur ſe obligare per verba generalia: ſed requirit ſpecialis mentio. iuxta not. in l. ſed & ſi quis. §. quęſitū. ff. ſi quis cau. Item Bar. dicit hæc vera. niſi oblatio quæ fit de facto, haberet originem ex perſona venditoris. vt quia per inimicum eius. arg. in l. ſi merces. §. culpę. ff. loca. ſed Bal. hoc limitat. ſi inimicitia ſuberat tempore venditionis: ſecus ſi ſuperueniat: quia de caſu aduentitio non cenſetur cogitatum &c. hoc vide per Bal.

Si quis alteri uel ſibi ſub alterius nomine uel aliena pecunia emerit. *Rubrica.*

1 †Rubrica iſta continet tres partes. Prima eſt. qñ quis emit alteri, ſeu pro altero. i. dicere nomine alterius: & ad illius vtilitatē, non ſuam reuera. licet ſoluat pretium de pecunia ſua. quo caſu quæritur illi dominium per traditionē: & de iſta prima parte loquuntur tres primæ leges. intelligendo primam legē quod maritus emit nomine vxoris. gl. tamē non ſic intelligit: ſed ꝙ ipſamet vxor emit pro ſe, de pecunia tamen viri: & vterq; intellectus eſt bonus. de iſta etiam parte loquitur l. cùm per eos. Secunda pars quādo quis reuera emit ſibi: & ad ſuam vtilitatē: ſimulatè tamen facit apponi nomen alterius in inſtrumēto, fingēdo ſe emere nomine illius. quo caſu inſpicitur veritas, & non fictio: & ſic dominium quærit ſibi, & non illi: & nomen illius cenſetur accommodatū in inſtrumento ſine aliquo effectu. & de iſta parte loquitur l. iij. & v. & etiam l. multum. In ſecūdo caſu qui ponitur in ver. [quòd ſiquidē emiſti.] Tertia pars eſt quādo qs emit ſibi & ſuo nomine, & nō ſub nomine alterius, ſoluitur tamen pretiū de pecunia alterius, vel illo inſcio: vel ſciente & patiente, ſeu pecuniā ſubminiſtrāte. & de iſta parte loquitur l. j. ſecundū intellectū gl. & etiā. l. multū. in primo caſu in verſi. nam ſiquidem vxor tua. & i. qui aliena. cum. l. ſi. & iſta multum conferunt ad vtilitatem harum legum. in quibus ſubeſſe videtur quædam confuſio.

2 ☞ *Maritus ſi emat nomine uxoris, & ſoluat pecuniam de ſuo, an uideatur donare?*
3 *Si pater emat libros pro filio ſtudente, an uideatur ei donare?*
Si mater emat nomine filiorum, an cenſeatur eis donare?
4 *Lucrum acquiſitum per filium de pecunia paterna, an ſit patris?*

LEX I.

1 SI pecunia. †Intelligendo hanc legē vt dixi ꝙ maritus emerit nomine vxoris. hoc dicunt tres leges primę. Cùm qs emit rem nomine alterius: ſoluit tñ pretiū de pecunia ſua: & quæritur cui acquiritur dominiū: ſi res fuit tradita illi cuius nomine fuit empta: vel per venditorē: vel per emptorē, ſeu de emptoris voluntate acquiſita, per illum acquiritur illi dominium: quia ex hoc præſumitur empta pro illo: & ad illius vtilitatem. An autē emēs poſsit repetere pecuniam quam ſoluit ab illo pro quo ſoluit: ſub iudice lis eſt. & conſiſtit in cognitione iudicis: vt ſi non fuit donata, poſsit repeti. ſi verò donata, aliquādo repetitur, aliquando nō: aliquando repetitur ſi donatio non valuit, nec fuit cōfirmata, ſed reuocata. aliquando non ſi valuit do-
2 natio: hoc dicunt illæ tres primæ leges. & in l. j. †maritus emit nomine vxoris, & ſoluit pecuniā de ſuo, an poſsit repeti. tex. nō declarat. ſed dicit ſi credis poſſe conſequi, age. Breuiter dubium ſtat in hoc, vtrum videatur in dubio donata: dic vt no. j. de don. inter virum & vxorem. l. ſi filij tui. & eo caſu quo videtur donata, ſi non fuit cōfirmata: ſed potius reuocata, repetitur aliquādo. quatenus mulier ex ea eſt effecta locupletior: vt j. eo. Imitatum. ver. nam ſiquidem. Interdum inſolidum. vt in l. quòd autem. ſi vir. ff. de do. inter virum & vxo. quòd dic vt in l. multum. in glo. ij. In. ij. l. pater emit nomine filiorum, & fecit ſibi patri tradi: poſtea emācipauit filios, & eiſdem tradidit. vel paſſus eſt ꝙ ſibi poſſeſsionē acciperent: ex hoc videtur emiſſe pro illis, & ad illorum vtilitatem: & ſic eis acquiritur dominium: de pretio autē quid iuris ſit. nihil dicit: an poſsit ab illis repeti? dic ꝙ non. quia in dubio inter aſcendentes & deſcendentes præſumit animus donandi. vt in l. Publia. ff. depoſiti. & no. Bal. in l. quæ dotis. ff. ſolu. mat.
3 eſt ergo donatio rei emptæ: ſed donatio pretij. † & iſtam legem
a Bart. alibi allegat ad q. illam qua quæritur ſi pater emit libros pro filio ſtudente, an videatur ei donare per hanc l. ſi tradidit, & non emit: ſecus quia videtur in peculium profectitium concedere. vt in l. ſi. de pecu. leg. vt ipſe no. §. fa. er. l. filiæ cuius. vbi glo. tangit. & l. ſi donatione. j. de col. & ſi filius eſt doctor, vel poſtea doctor efficitur: ſtatim confirmatur donatio: quia tranſit in peculium quaſi caſtrenſe. idem ſi filium emancipauit: vt in l. donationes. §. pater. ff. de dona. alleg. non confirmatur niſi patre præmoriatur. vt in l. ij. §. de inoffi. dona. In l. iij. mater emerat nomine filiorum & illis fuit tradita poſſeſsio. vnde illis acquiritur dominiū & peculia non poteſt repeti: quia cenſetur donata. & donatio ſtatim valuit: quia non habebat filium in poteſtate. ita intelligo iſtas le-
4 ges. † In glo. dicit per iſtas leges non eſſe verum illud quod no. glo. in l. cùm oportet. j. de bonis quæ lib. quòd lucrum acquiſitum per filium in poteſtate de pecunia paterna ſit patris: ſicut nec res empta per filium, vel eius nomine, non eſt patris: ſed filij. ſed ſalua pace ſua. licet emens rem de pecunia aliena efficiatur dominus quando extraneus: & non ille cuius eſt pecunia: ſi tamen eſt in poteſtate illius. cùm iura vetera non ſint correcta in profectitijs, ſed ſolùm in aduentitijs. & de iure veteri ratione patriæ poteſtatis quicquid acquirebat filius, acquirebat patri. & ſi non acquiſiuit ex pecunia paterna: & ſic profectitia in diſpoſitione iuris antiquorum. vt tale lucrum ſit patris ratione patriæ poteſtatis etiam illo inuito. quia pecunia erat paterna. aliàs ſi deficeret primum, verum eſſet quòd ipſe dicit in multis iuribus dicentibus quòd res empta per me de pecunia aliena eſt mea, & non illius. vt. §. de rei vendi. l. ſi ea. Bart. tamen tenuit quòd medietas huius ſit patris ratione ſuæ pecuniæ. & ratione ſupradicta. alia medietas ſit filij propter eius labores. qui ſunt aduentitij. non profectitij. & in dubio medietas lucri appropriatur pecuniæ, & alia medietas induſtriæ, vel operæ. vt in l. ſi non fuerint. in prin. cum ibi no. ff. pro ſocio.

3 ☞ *Quod procedat iſte libellus peto rem cum fructibus perceptis, quos eſtimatos abſque eo quod dicat uel ſpecificet qui, & quales, & quanti fuerint recolecti.*

LEX IIII.

1 QVamuis. †Cùm quis emit alieno nomine, de pecunia tamen ſua, ſi res fuit tradita illi & non illi cuius nomine fuit empta: dominium acquiritur ſibi, & non illi, quia cenſetur eſſe empta pro ſe. & ad ſuam vtilitatem. & nomen illius fictitiè fuiſſe appoſitum in inſtrumento: & ſic accommodatio potius facta eſt ad eorum miniſterium. h. d. illa lex. cum ſequēti. & in illa prima emēs tenet apponi nomen ſocrus ſuæ, & dixit ſe emere nomine illius. In ſeq. fecit apponi nomē vxoris. tamen in vtraq; traditio fuit facta ipſi emēti. & ſic loquitur de ſecūda parte rubr. qua cenſetur emiſſe ſibi: licet emerit ſub alterius nomine. Differūt ergo à præcedentibus legibus: quia in illis traditio fuit facta illi cuius nomine res fuit empta: & ſic pro eo erant duo. ſ. emptio facta ſuo nomine. & traditio poſſeſsionis pro emente non erat niſi vnum, quia ideo erat de pecunia ſua. & duo præualent vni. arg. in l. re cōmūni. ff. de legat. iij. ſed hic pro ipſo emente erāt duo: quia ſoluerat de pecunia ſua: & quia ſibi fuit tradita poſſeſsio. & remāſerat penes eum: nam ſi poſtea tranſtuliſſet in alterum, cuius nomine emit, tunc eſſet quātum ſi ſibi fuiſſet tradita à venditore. vt patet in
2 ij. ſuprà eod. iſta. l. cum text. in fi. allegatur per doctos. † quòd procedit iſte libellus peto rem cum fructibus perceptis, quos eſtimatos tāmen: abſq; eo quod dicat vel ſpecificet qui, & quales, & quanti fuerint recollecti: puta de vino tantùm, & de frumento &c. ſi quia petuntur acceſſoriè. vnde non requiritur tanta ſpecificatio. ſed ſi peterentur ſimpliciter, deberēt ſingulariter ſpecificari. ut gu. in l. iij. §. armamenta. ff. de rei ven. vide hic Bal. qui tangit
qui

quæ bona super isto puncto allegando Inno. in.c. inter dilectos. de dona.&.c.certificari.de sepul.& in.c.grauis.de deposito.vide etiam per eundem in.l.ij. si secundò nupserit mulier.

a ¶Si reperitur in instrumento quòd uxor alicuius suo nomine emit aliquam rem de pecunia mariti, cui acquiratur dominium: an sibi, an marito? & nu. 4.

b Quid si apparet quòd re uera ipse marit us emit pro se, & quòd nomen uxoris fecit apponi fictitie in instrumento, an tunc dominium acquiratur uiro inspecta potius ueritate quam fictione?

c Quid si ipsa mulier emit, nec ipsa sola continetur in instrumento: sed emit ipse maritus, qui uerba emptionis protulit: dicendo uendis uxori meæ absenti. an ualeat cõtractus?

d Nuncius, & procurator, qualiter differant?

LEX VI.

